

B. 130987

K0000141328

P.F.A. 154





LUGD. BATAV.
Apud SAMUELEM LUCHTMANS 1734.
ACADEMIÆ TYPOGRAPHUM

R. 130987



CORNELII NEPOTIS
35 VITAE
EXCELLENTIUM
IMPERATORUM,

Cum integris Notis

JANI GEBHARDI, HENR. ERNSTII,
& JO. ANDREAE BOSII

Et Selectis

ANDREAE SCHOTTI, DIONYSII LAMBINI, GILBERTI
LONGOLII, HIERONYMI MAGII, JO. SAVARONIS,
aliorumque Doctorum: nec non
Excerptis P. DANIELIS.

*Hicce accedit Locupletissimus omnium vocabulorum Index,
studio & opera JO. ANDR. BOSII confectus.*

CURANTE

AUGUSTINO VAN STAVEREN.

Qui & suas notas addidit.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud SAMUELEM LUCHTMANS, 1734.
Academiae Typographum.

COGNITIO
VITAE
MORTALITATIS
IMPERATORUM
S. JOHANNES BAPTISTA
S. JOHANNES BAPTISTA

AGUSTINO VAS STABILI
S. JOHANNES BAPTISTA
S. JOHANNES BAPTISTA

AGUSTINO VAS STABILI
S. JOHANNES BAPTISTA
S. JOHANNES BAPTISTA

ILLUSTRISSIMO, GRAVISSIMO

V I R O

JOANNI VAN DEN
BERGH, JCTO.

AMPLISSIMIS IN REP. HONORI-
BUS, MULTISQUE PRO PA-
TRIA LEGATIONIBUS SUMMA
CUM LAUDE PERFUNCTO. UR-
BIS LEIDAE SAEPIUS CONSU-
LI. RHENOLANDIAE PRAETO-
RI, ET SUPREMO EJUSDEM
AGGERUM PRAEFECTO.

S. P. D.

AUGUSTINUS VAN STAVEREN.



UANDO Excellentium Im-
peratorum vitis, a Corne-
lio Nepote conscriptis, no-

* 3

va

DEDICATIO.

va luce donandis manum adhibere coepi, statim hoc Opusculum Illustri Tuo Nomini inscribere destinavi. Quod propositum perficiendi fiduciam auxit mihi tum ipse Scriptor, Persona Tua, ut opinor, Vir Illustrissime, non indignus, quippe cui Pater Tuus, praeclare de Repub. nostra olim promeritus, patrocinium suum ac tutelam non denegavit, & quem Tu ipse semper in deliciis habuisti, quum a prima adolescentia Imperatorum a Cornelio nostro commemoratorum, aliorumque, quos ad Remp. natos prisca tulit aetas, virorum praestantium vestigia

DEDICATIO.

stigia premere conatus, omne tempus literis dederis, & postea, quam ad summos honores, dignitatesque, natalium splendori & meritis Tuis debitas, evectus es, in utriusque populi fata, leges, atque instituta, ut uberrimus inde in Remp. nostram redundaret fructus, diligenter inquirere nunquam destiteris. Tum quia innumeris a Te auctus & ornatus beneficiis, quibus novus nuper accessit cumulus, quum Tuo in primis, tunc temporis Consul Praefidis, amplissimorumque Collegarum Tuorum concessu, quatuor eodicum manu

DEDICATIO.

exaratorum, has Imperatorum
vitas continentium, qui in Aca-
demiae Lugduno Batavae Biblio-
theca adservantur, copia mihi
facta sit, primam hanc publice
testandi, quid & quantum Tibi
uni debeam, opportunitatem ra-
piendam existimavi. Hic jam
latissimus in egregias Tuas exspa-
tianti virtutes pateret mihi cam-
pus, in quarum magnitudine il-
lustranda, ipse Cornelius, si ae-
tas ejus in haec tempora incidif-
set, ingenium ac stilum suum
exercere gavisus, & simul Te o-
mnes illos praeclaros Graeciae
ac Romanae Civitatis viros for-
titu-

DEDICATIO.

ritudine, constantia, prudentia, ac vitae integritate si non superasse, saltem aequiparasse professus fuisset. Sed quoniam earum fama, universam per Europam celebrata, nulla temporis vetustate oblitterabitur, nec meo praeconio indigent, hisce inculta oratione exornandis prudens supersedere malo, quam in modestiam Tuam, & publica, quibus nocte dieque invigilas, commoda peccare. Unicum itaque, Vir Illustrissime, votum meum hoc est, ut munusculum illud, etsi leve, certissimum tamen grati memorisque animi testimonium,

* § nium,

DEDICATIO.

nium, hilari vultu ac benigno intuearis, Tuoque favore, quem huc usque expertus sum, me prosequi pergas. Quod si impetruero, omnia me adeptum putabo. Vale, Vir Illustrissime, & Deum T. O. M., ut Rei Publicae & Literariae commodo Te diu salvum & superstitem esse velit, suppliciter nunc veneror, ac semper venerabor.

Dabam Lugd. Bat.
Ipsis Idibus Maji
A. MDCCXXXIV.

LECTORI BENEVOLO

S. D.

AUGUSTINUS VAN STAVEREN.

DE nova hac editione pauca prae-
faturus, Auctorem ipsum nec Tibi
multis commendare, neque de ejus
aetate, stylo, ac fide disputare de-
crevi. Aetum agerem, Amice Le-
ctor, quoniam viri, ingenii & eruditionis fama
illustres, Andreas Schottus, Dion. Lambinus,
item Janus Gebhardus, sed in primis G. J.
Vossius, & nuper etiam Chr. Falsterus in prol.
ad lib. 8. A. Gellii §. 2. luce meridiana cla-
rius ostenderunt, Cornelium Nepotem Tullia-
nae aetatis, ac sermonis elegantissimi scripto-
rem, non vero Aemilium Probum, qui sub
Theodosio demum vixit, hujus libri esse aucto-
rem, eademque de causa Chr. Cellarius non
immerito eum in principum aurei saeculi scri-
ptorum censum jam retulit. Historicum esse
summa fide dignissimum, nemo inficias ire potest,
idque probant Auctores isti gravissimi, Thu-

9

cydides, Plato, Theopompus, Timaeus, & Dinon, quos non sine iudicio, res ab exterarum gentium ducibus gestas commemorans, ad partes vocavit. Nec objiciat mihi quispiam, hunc Auctorem ideo inferioris classis esse censendum, aut de fide ejus dubitandum, quod nonnunquam in Graecis vocabulis vertendis fuerit lapsus; illud enim vitium ei cum optimis scriptoribus commune fuisse, satis superque demonstravit Academiae Lugduno Batavae quondam decus J. Perizonius, ut ad Phocionis vitam cap. 4. docui.

Certissimum itaque hunc, atque purissimum scriptorem, sed misere a librariis vexatum, cura sua prisco nitore restituere non infeliciter conati sunt partim ii, de quibus superius mentionem feci, partim alii quam plurimi viri, praeclara olim Reip. literariae lumina, quorum varias editiones recensent D. G. Morhofius Polyhist. Literar. lib. 4. cap. II. §. 10. & J. A. Fabricius Biblioth. Latin. lib. I. cap. 6. qui pluribus de Nepote egerunt. Inter omnes vero, quas Docti nobis procurarunt, editiones, eminet illa Jo. Andreae Bosii adnotationibus, ac lucubrationibus secundis, alio-

LECTORI BENEVOLO.

aliorumque animadversionibus locupletata, Jenae A. 1675. typis expressa. Optimam eam, & ab Eruditis diu desideratam editionem cum recudere in animum induceret Diligentissimus Luchtmannus, atque, ut illius curam susciperem, enixe me rogaret, diu haesi dubius, oblatam conditionem acciperemne, an recusarem: sollicitum enim me tenuit non vanus metus, ne aliquando eorum numero haberer, qui quovis pretio quasi conducti, quorumvis scriptorum, in quibus nullam antea operam posuerunt, curationem arripere non dubitant. Quod pravum institutum ipse caute pejus & angue semper odi, quippe in Optimorum Auctorum perniciem, & Reip. literariae damnum unice excogitatum. Attamen mecum perpendens, Auctorem, curae meae committendum, esse Cornelium Nepotem, scriptorem quidem elegantissimum, & variis antiquitatibus refer- tum; sed, quia primus est e Latinis scriptoribus, quem ad Romanorum elegantias rite cognoscendas in manum sumpsi, jam diu mihi familiarem redditum, integerrimi Bibliopolae votis satisfacere, ac manum huic operi admo- vere sustinui.

Ut

LECTORI BENEVOLO.

Ut jam nova haec editio qualicunque meo studio atque opera paullo ornatior prodiret, e quatuor codicibus MSS., quorum usum benigne mihi concesserunt Amplissimi civitatis Leidensis consules, variantes lectiones summa cum fide excerpseri, quorum primus est codex membranaceus illustrissimi olim Isaaci Vossii, & in notis meis litera A distinctus, qui conspicitur in catalogo Bibl. Lugd. Bat. pag. 381. n. 52. inter Voss. Lat. in quarto. Alter est codex chartaceus inter Lat. Voss. in octavo p. 387. n. 23. & a me litera B notatus, quo codice Cl. Boeclerum olim fuisse usum, plerisque in locis consentientes ex utroque productae lectiones mihi fere persuaserunt. Tertius est, quem litera C notavi, exstans ibid. n. 52. In hoc codice modo duodecim Excellentium virorum vitae reperiuntur, scilicet Miltiadis, Themistoclis, Aristidis, Pausaniae, Cimonis, Lysandri, Timoleontis, Regum, Hamilcaris, Hannibalis, Catonis, & Attici, quibus addita est Corneliae Gracchorum matris epistola. Praeterea in eodem nulla vitarum ordinis ratio est habita, & literarum ductum per librarii compendia saepe conjectura adsequi vix

po-

LECTORI BENEVOLO.

potui. Hisce quartus accedit codex itidem chartaceus Bibliothecae Leidensis in folio p. 325. n. 17. quem ante me cum editione Hackiana A. 1705. jam contulerat Vir Eruditissimus Franc. Oudendorpius, qui hanc collationem humanissime mecum communicavit: quem codicem probae monetae esse tum in Lucano, tum in strategematum scriptore Frontino multis exemplis Vir idem praestantissimus docuit. Deinde accuratius consului excerpta ex cod. P. Danielis, editioni Francofurtensi Anni 1608. adjecta, quia Clar. Bosius discrepantes ex eo lectiones multis in locis notis suis inferere supersedit. Duos Codd. MSS. alterum Bibliothecae S. Trin. Cantabrig. alterum D. Fr. Bernard. M. D. & Regiae Societatis socii excerpfit Doctus quidam Britannus, & Excerpta editioni Oxoniensi e Theatro Scheldoniano A. 1708. adtexuit, quas collationes sub nomine MSS. Oxon. Doctorum animadversionibus subjunxi. Ex Eruditorum adnotationibus plerasque observationes politicas ejeci. Eruditissimi Jani Gebhardi notas criticas, quae a Cl. Bosio in indicem erant conjectae, item Ernstii Jcti, quae indici erant praemissae,
sub

LECTORI BENEVOLO

sub textu reposui. Denique ipse symbolam dedi paucarum notarum, quae si ad eruditorum gustum fuerint, votorum summam adeptus ero. Vale, Lector, juvenilibus meis conatibus fave, & errores Typothetarum, qui meos fugerunt oculos, ut p. 241. in Not. l. 11. A. pro eleg. ecl. p. 385. l. 26. A. pro saepius in compositis, de saepius compositis. & nonnullos alios a me in Addendis notatos ne meae ignorantiae adscribas, etiam atque etiam oro quae-
 soque.

VIRO

V I R O

ERUDITISSIMO, & PRAESTANTISSIMO

AUG. VAN STAVEREN,

Amico meo Integerrimo,

Cum novam CORNELII NEPOTIS DE VITIS EX-
CELLENTIUM IMPERATORUM editionem,
adnotationibus suis auctam, pararet.

Non ego sum solitus Latia componere lingua
Carmina, nec Phoebi tecta verenda domus
Intravi sacrae: numquam mihi contigit ore,
Nec gustare labris Castalios latices.
Sanctus Apollo monet: Quid Doctis Belgica cantas?
Cum Doctis docta est participanda viris
Lingua: quibus monitis mihi jam persuasit Apollo,
Tentarem ut Latio pleetra movere sono.
Parcite vos, quaeso, Musae, mihi parce canenti
Musarum praefes, Pythie Phoebe fave.
Da mihi cum Musis Aganippe ex fonte bibendum.
Fretus amicitia sic canere incipiam.

O Vir amice mihi, Doctae non ultima turbae
Gloria, & Aonii fama, decusque, chori,
Artibus ipsa suis Pallas Tritonia virgo
Excoluit semper teque, animumque tuum.

**

Eft

Est aliquid Grajas, Latias & noscere linguas:
 Attamen has tua scit lingua venusta loqui.
 Est aliquid veterum populorum noscere mores:
 Argivos ritus, Ausoniosque tenes.
 Hoc opus, hic labor est, sic per nocturna, diurna
 Tempora, Pieriis invigilare choris.
 Semper honore Viros celsos, doctosque imitaris,
 O merito Doctis adnumerande viris.
 Sique tuas cuperet laudes mea penna referre,
 Dic, ubi susciperet, dic, ubi desineret.
 Musa canit, Doctos inter multa arte vigentes
 Cum videt optatum nomen in ore libri.
 Jamque Nepos merito fama, AUGUSTINE, superbit,
 Cum magnum in Doctis nomen habere soles.
 Ille Nepos nobis descripsit facta Virorum,
 Ille stili nitidi nobilitate valens.
 Hic superest nobis Latiae facundia linguae,
 Magnaque facta Ducum, tempus in omne virent.
 Hic magnas urbes, arcesque, hic omnia cernis
 Victa manu parva, consilioque bono.
 Tradidit haec nobis, magnoque petita labore
 Grajis e chartis, Ausoniisque libris.
 Cultior illa stilus concisus, castaque lingua
 Ornat, in aeternum ne pereantque, facit.
 Corrigit huncce stilum vitiis, atque omnia purgans
 Sic reddis magni scripta piata Viri.
 Sic illi veterem splendorem restituis nunc,
 Emendasque mala commaculata manu.
 Inlyta jure Nepos tua commentaria jactet,

Esse-

Essentiū videns Courtineasque notas.
Docte Vir, & Doctae tu jam dilecte Minervae;
Quis referet meritis praemia digna tuis?
Eheu! Quam gaudens ea tempora saepe recordor,
Argolicos cum me, Romuleosque modos,
Et linguas laetus Graecas, Latiasque doceres:
Ingenii dulcis quot monumenta tui?
Nam tu nec studio, nec curae parcere suetus
Sacrasti studiis tempora multa meis.
At cum pro meritis nequeo persolvere grates,
Haec animi grati pignora reddo mei.
Fama tuum faciet semper memorabile nomen,
Per totas gentes, aetheraque alta feret.
Dum nos in terris per pascua laeta videmus
Pabula carpentes lanigeras pecudes:
Sidera dumque polo coelestia fixa videmus,
Cantetur nomen semper in orbe tuum.
AUGUSTINE, tuum nomen per longa manebit
Saecula, lugubres effugietque rogos.

DANIEL D. F. VAN ALPHEN,
Jur. Utr. Candid.

CORNELII NEPOTIS
VITA, ARGUMENTUM, OPERA,
TEMPUS HUIUS SCRIPTI,

a G. J. VOSSIO *concinmata. Lib. I. cap. XIV.
de Historicis Latinis.*



CORNELIUS NEPOS, & ante Caesaris dictaturam, & eo dictatore, & postea vi-
xit, Hieronymus in Chronico Eusebiano
refert illum ad annum Augusti quartum.
Nec cuiquam repugnem, colligenti inde,
tum demum, divulgare ea coepisse opera, quibus ma-
xime inclaruit. Padi erat accola, teste Plinio lib. III.
cap. XVIII. unde Catullo, epigrammate primo Italus;
Ausonio autem, epist. XXIV. Gallus vocatur. Nempe
quia Italia Transpadana diceretur Gallia Togata. De
urbe patria quidquam se habere comperti, negat Elias
Vinetus in Auson. Idyll. VII. At Veronensem fuisse,
in Leandri Alberti Italia lego, uti & in Cosmogra-
phia optimi, atque amicissimi quondam viri, Pauli
Merulae. Imo ex Veronensium historicorum syllabo,
(quem doctissimus, amplissimusque Alexander Becel-
lus, Veronensis urbis Cancellarius fecit, ac Illustrissi-
mus Comes, Fernandus Nogarola, vir ut genere, ita
literarum studio nobilissimus, cum V. Cl. Laurentio
Pignorio, atque is mecum communicavit) intelligo,
natum fuisse Nepotem in Hostilia: qui Veronensium
vicus est, Tacito, Plinio, Cassiodoro, & Antonino
in Itinerario memoratus, hodieque Ecclesiasticae Ve-
ronensium jurisdictioni subditus. Historicus hic Ci-
ceronis amicus familiaris a Gellio vocatur lib. xv. cap.
XXVIII. Chronica scripsisse, testis est idem Gellius
libro XXVII. CXXI. In his protriplici tempore, αἰθέρω,
μυθικῶ, ἢ ἰσορικῶ, (de quibus ex Varrone & aliis, li-
bro

bro de arte historica diximus) tres videtur scripsisse libros; ac singulis unius temporis narrationem esse complexus. Sane tres libros fecisse Nepotem, quibus omne aevum comprehenderit, liquido testatur Catullus initio Hendecasyllaborum. Nec historicum tempus ab eo solum esse tractatum, indicio est illud Aufonii: *Apologos Titiani, & Nepotis Chronica, quasi alios apologos (nam & ipsa instar fabularum sunt) ad nobilitatem tuam misi.* Item ex eo, quod Tertullianus in Apologetico adversus gentes (ubi cum inter antiquitatum commentatores disertim reponit) dicit, haut aliud Saturnum, quam hominem promulgasse. Quod etiam Lactantius tradit lib. i. cap. XIII. Reliquit praeterea libros illustrium virorum, quorum Gellius meminit lib. xi. cap. VIII. & Servius in i. Aeneid. Eorum librum i. xv. & xvi. citat Charisius. Ex his habemus viginti duos exterarum gentium Imperatores. Caeteris libris egisse de Romanis, haec ejus verba ostendunt in extrema Hannibalis vita: *Sed nos tempus est hujus libri facere finem, & Romanorum explicare Imperatores: quo facilius, collatis utrorumque factis, qui viri praeferendi sint, possit judicari.* Operis ejus genuina inscriptio patet ex ultimis hisce praefationis verbis: *Quare ad propositum veniemus, & in hoc exponemus libro VITAS EXCELLENTIUM IMPERATORUM.* Praeter Imperatores seorsum exarasse librum de Regibus, argumento haec erunt, quae Timoleontis vitae subdit: *Hi fere fuere Graeciae gentis duces, qui memoria digni videbantur, praeter Reges. Namque eos attingere nolumus, quod omnium res gestae separatim sunt relatae. neque tamen hi admodum sunt multi.* Externi Imperatores, quos habemus, Aemilii esse Probi, a multis creduntur. Qui error inde provenit, quod librario id fuerit nomen, qui vitas eas partim sua, partim patris & matris manu scriptas obtulit. Hoc

CORNELII NEPOTIS

ita esse, ostendunt versiculi, qui vitis istis praemitti in MStis solent. Ac nec Aemilium, nec Theodosiani aevi quemquam, eorum esse librorum auctorem, abunde arguit pura, & Romana dictio. Opinetur aliquis, ut Trogius ab Justino, ita ab Aemilio, qui sub Theodosio vixit, in compendium esse redactum Nepotem. Sed aliud suadet operis concinnitas, & illa praefandi ratio, quae est in Epaminondae vita, ac in Pelopida imprimis, ubi brevitatem justam pollicetur. Attamen sententia haec, licet erronea, minus periculi habeat, dummodo extra controversiam maneat, Aemilium omnia de purissimis Nepotis fontibus hausisse. Sane Tulliani esse aevi scriptorem, neque alium quam Nepotem; tum veterum aliquot librorum indicio cognoscitur; tum etiam, quod ad Pomponium Atticum (cujus idem rogatu de vita Catonis librum feci) vitae istae scribantur: utcunque id in quarto Miscellaneorum suorum neget Hieronymus Magius, qui ipsa Nepotis praefatione satis refellitur. Accedit & altera ratio. Nam his in libris ea legere est, quae opus hoc scriptum esse clamant, quo tempore Pompejus, & Caesar, plus poterant, quam libera in rep. expediret. Ea Lambinus loca congescit, ut nihil attineat illa hic reponere. Nec libris istis de viris illustribus solum persecutus est excellentes Imperatores: sed etiam commentationibus claros. Quod argumentum signat B. Hieronymus, praefatione de Scriptoribus Ecclesiasticis: Ubi Nepotem inter eos refert, quorum exemplo acturus sit de iis, qui scribendo claruerunt. Egit autem Nepos, tum de Graecis auctoribus, tum de Latinis. De Graecis, colligo inde, quod in Dionis vita dicat, librum se fecisse de illustribus historicis: in quo inter alia tractavit de Philisto historico. De Latinis, argumento sunt plurima. Nam de Terentio egisse, ex Suetonio scimus in Terentii vita,

vita, Donato perperam tributa. Adhaec primum de vita Ciceronis librum Gellius lib. xv. cap. xxviii. Eoque ex opere fragmentum Hieronymus adfert epist. ad Pammachium. Imo verisimile est, inde esse, tum vitam T. Pomponii Attici, quae exstat, tum vitam Catonis, quam istis claudit verbis: *Hujus de vita, & moribus, plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus, rogatu Titi Pomponii Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen relegamus: A*parte indicat, eo nunc de Catone brevius se agere, quia separatim de eodem scripserit. Ergo vita illa Catonis, quam paucis perstrictam habemus, majoris pars est voluminis, in quo Romanorum complurium vitae continerentur. Reliquit etiam Exemplorum libros, quos citant Gellius lib. vii. cap. xviii. & Charisius lib. i. Alia quoque ejusdem laudant veteres: sed non item, quae ad historiam pertineant. Nam ex epistola ejus ad Ciceronem quaedam Lactantius adfert lib. iiii. Institut. Divinar. cap. xv. Quemadmodum & Ciceronis ad Nepotem epistolae meminit Tranquillus in Julio cap. lv. Ammian Marcellinus initio libri xxvi. ac Priscianus lib. viii. Imo & secundum Ciceronis epistolarum librum ad Nepotem Macrobius citat libro ii. Saturnal. cap. i. Quod si quis fragmenta omnia Nepotis desideret, longe iis colligendis priorum vicit industriam Andreas Schottus. Hermolaus Barbarus, castigationibus in Plinii lib. xv. cap. xxix. censet libellum de Viris illustribus, qui Plinio tribui solet Cornelii Nepotis esse, haut Plinii, atque id veteribus codd. adstrui posse, asseverat. Etiam Jani haec Parrhasii sententia fuit. Utrius sit, dubitari ait Vinctus, nec ea de re statuere quidquam ausus est. Imo aliqui, aut Suetonium, aut Tacitum, esse auctorem putarunt: ut indicat Gyraldus dialogismo xxvi. Sed omnino sunt Sexti Aurelii Victoris, ut satis nunc con-

CORNELII NEPOTIS

stat ex editione Andreae Schotti. Non dubito interim, quin pleraque ex Nepote Victor desumerit. Nam quod Ludovicus Vives lib. v. de tradendis disciplinis, Nepotem ait, de Graecis solum ducibus scripsisse: id satis refellitur verbis Nepotis antea adductis. Vir doctissimus, Jo. Maria Catanaeus, commentario in Plinii librum iv. epist. xxviii. quae ad Severum scripta est, etiam Daretem Phrygium a Nepote translatum arbitratur. Nempe decepit eum vulgaris. *επιγεσφύ*. Attamen & hic aqua haeret Vineto, notis in Aufon. Idyll. vii. Negat esse, qui certi aliquid de tralatione hac ausit affirmare. Atqui omnes, quibus ullum in hisce literis iudicium est, satis vident, nec Daretem illum esse genuinum: nec dictionem ejus Augustaeam sapere aetatem; sed recentiore multo. Nepotem autem Caesaris Augusti aeo obiisse, Plinius testatur, lib. ix. cap. xxxix. Atque hoc fortasse impulit Genebrardum, ut putaret, eum nato jam Christo superstitem fuisse: qui & Jacobum Gualterium, cum primum tabulas ederet Chronographicas, in eam sententiam pertraxit. Sed Nepotem eo usque aetatem prorogasse, nemo temere dixerit, qui tanti eum in literis nominis jam Tullii, Attici, Catulli temporibus, fuisse cogitarit.

AUCTO-

AUCTORUM ALIQUOT
TESTIMONIA & JUDICIA,

QUI
CORNELII NEPOTIS

meminerunt.

Eusebius in Chronico.

*Octaviani Imperii anno quarto, Olympiade cxxcv.
Cornel. Nepos Scriptor Historicus clarus habetur.*

Pomponius Mela iv. cap. v.

Cornelius Nepos, ut recentior auctoritate, sic certior.

Plinius lib. iiii. cap. xviii. & lib. ix. cap. xxxix.
lib. x. cap. xxxiii.

*Cornelius Nepos, Padi accola, qui Divi Augusti prin-
cipatu obiit.*

Catullus Veronensis ad Nepotem.

*Quoi dono lepidum novum libellum,
Arida modo pumice expolitum?
Corneli Tibi; namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas,
Jam tum, quum ausus es unus Italorum
Omne aevum tribus explicare chartis
Doctis, Juppiter! & laboriosis.
Quare habe tibi, quidquid hoc libelli est,
Qualecunque: quod o Patrima Virgo,
Plus uno maneat perenne seculo.*

Ausonius Drepanio Pacato Latino.

*Cui dono lepidum novum libellum,
Veronensis ait Poëta quondam?*

*** §

Itt

TESTIMONIA AUCTORUM.

*Inventoque dedit statim Nepoti.
At nos illepidum rudem libellum,
Burras, quisquillas, ineptiasque
Credemus gremio cui fovendum:
Credemus gremio cui fovendum:
Inveni (trepidac filete nugae)
Nec doctum minus, & magis benignum,
Quam quem Gallia praebuit Catullo.*

M. T. Cicero in Epist. ad Attic. lib. 16. ep. 5.

*Nepotis epistolam expecto. Cupidus ille meorum, qui ea
quibus maxime γαυραῖα legenda non putet?*

Hieronymus de vita Scriptōr. Ecclesiast.

*Scripserunt de vita illustrium Scriptorum apud Graecos
Hermippus Peripateticus, Antigonus, Carystius Satyrus
doctus vir, & longe omnium doctissimus Aristoxenus Mu-
sicus. Apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos,
Hyginus, & ad cujus nos exemplum vis provocare, Tran-
quillus.*

Aufonius Epistola 16. ad Probum praef.

*Apologos Titiani, & Nepotis Chronica, quasi alios a-
pologos (nam & ipsa instar sunt fabularum) ad nobilitatem
zuanam misi, gaudens, atque etiam glorians fore aliquid,
quod ad institutionem tuorum, sedulitatis meae studio con-
feret.*

A. gellius lib. xv. cap. xxviii.

*Cornelius Nepos & rerum memoriae non indiligens,
& M. Ciceronis, ut qui maxime, amicus familiarisque
fuit.*

Ipse Nepos in vita Attici.

*Non auditum, sed cognitum praedicamus: saepe enim
propter familiaritatem domesticis Attici rebus interfuimus.*

Ter-

TESTIMONIA AUCTORUM.

Tertullianus Apologetico, cap. 10.

Saturnum, quantum literae docent, neque Diodorus Graecus, aut Thallus, neque Cassius Severus, aut Cornelius Nepos, neque ullus commentator hujusmodi Antiquitatum, aliud, quam hominem, promulgarunt.

Idem l. 2. ad Nationes cap. 12.

Minutius Felix Octavio.

Scit hoc Nepos, & Cassius in historia, & Thallus, ac Diodorus hoc loquuntur.

Lactantius Firmianus lib. 1. cap. XIII.

Qui vires ejus in Italia gestas memoriae tradiderunt, Graeci, Diodorus, & Thallus: Latini, Nepos, & Cassius, & Varro.

Plinius Junior Severo Epist. XXVIII. lib. IV.

Herennius Severus vir doctissimus magni aestimat in Bibliotheca sua ponere imagines municipum tuorum. Cornelii Nepotis, & Titi Cassii: petitque, si sint istic, ut esse credibile est, exscribendas pingendasque delegem. Quam curam tibi potissimum injungo: primum, quia desideriiis meis amicissime obsequeris: deinde quia tibi studiorum summa reverentia, summus amor studiosorum: postremo quod patriam tuam, omnesque, qui nomen ejus auxerunt, ut patriam ipsam, veneraris & diligis.

Idem lib. V. Epist. III.

Scio non corrumpi in deterius, quae aliquando etiam a malis; sed honesta manere, quae saepius a bonis fiunt. Inter quos vel praecipue numerandus est P. Virgilius, Cornelius Nepos, & prius Ennius Acciusque: non quidem hi Senatores, sed sanctitas morum non distat ordinibus.

Onu.

TESTIMONIA AUCTORUM.

Onuphrius Panvinius Catalogo Illustrium Scriptorum Veronensium; lib. VI. Antiquit.

Constantissimo civitatis nostrae testimonio C. CORNELIUM NEPOTEM, virum doctissimum, & antiquitatum omnium peritissimum, Veronensem fuisse traditur. Cui in summa curia cum reliquis Veronensibus illustribus etiam statua posita est ex publica auctoritate. Eum Plinius lib. III. c. XVIII. Padi accolam vocat, & alibi saepius de eo mentionem facit. Ortus siquidem in vico Veronensium Hostilia ad Padi ripas sito, ut Tacitus auctor est lib. XIX. Historiae Augustae. Pius quoque Papa. H. in Asiae descriptione eum Veronensem aperte fuisse scribit. Ad hunc Catullus opus suum misit, tanquam civem suum: Quoi dono lepidum novum libellum, &c. Hic in Urbe, Ciceronis & Caesaris tempore vixit, pervenitque usque ad Augusti principatum, scripsit disertissime Illustrium virorum vitas. Quarum tantum Pomponii Attici exstat; quae caeterarum facile specimen potest indicare. Ejus illustrium virorum libri XVI. citantur a Charisio Grammatico. Scripsit accuratissime rerum Romanarum Chronicon, (vel de temporibus librum, in quo brevi explicatione omnis aevi memorias complexus est) quod a Solino citatur. De ejus subinde supra scriptis versibus, meminit Catullus, circumferuntur periocbae sub ejus nomine excusae, Daretis Phrygii, de bello Trojano, tum soluto sermone, tum carmine heroico Latine factae; quodcumque fuerit Poëta, testatur Plinius junior epistola III. lib. IV. Item periocba VI. librorum Daretis sermone soluto eodem volumine impressa. At certe quae versibus exarantur, imposturarum plena. Mentio enim eo libello de Imperatore Nerone habetur. Et Nepos adhuc Augusto imperante decessit. Verum Nepotem etiam fuisse Poëtam ex Plinio juniore epist. III. lib. VIII. colligitur.

Joan.

TESTIMONIA AUCTORUM.

Joan. Savaro de hujus libri Auctore.

Hunc librum CORNELIO NEPOTI asserit ipsa Praefatio: Non dubito fore plerosque, Attice, &c. Et ex vita Catonis illa: Hujus de vita & moribus, plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus, rogatu T. Pomponii Attici, &c. Cujus quidem libri fragmentum, ex Cornelio Nepote laudare videtur Gellius lib. II. cap. VII. Praeterea libros de viris Illustribus, veterum scriptis celebres, qui Nepoti tribuuntur, ab hujus libri auctore confectos esse satis apparet, ex sine Hannibalis Vitae: Sed nos tempus est, hujus libri facere finem, & Romanorum explicare Imperatores, quo facilius collatis utrorumque factis, qui viri praeferendi sint, possit judicari. Tanta etiam suavitas est sermonis Latini, ut appareat in eo nativum quendam leporem esse, non ascitum, Et jam aevo Theodosii desitum, quo non parum inclinata erat Latinaris eloquentia. Aemilium autem Probum, cujus nomine circumfertur hic liber, Theodosio regnante vixisse, Et hujus libri exscriptorem potius esse, quam auctorem, patet ex his versibus:

Vade liber noster, fato meliore memento,
 Cum leget haec dominus, te sciat esse meum.
 Ne timeas fulvo strictos diademate crineis,
 Ridentes blandum vel pietate oculos.
 Communis cunctis, hominem se regna tenere
 Sed meminit, vincit hinc magis ille homines.
 Ornentur steriles: facilis tectura libelli,
 Theodosio, & doctis carmina nuda placent.
 Si rogat auctorem, paulatim detege nostrum
 Tunc domino nomen: me sciat esse Probum.
 Corpore in hoc, manus est genitricis, avi que, meaque:
 Felices, domini quae meruere manus.

Hic ergo suo auctori reddatur, quem sibi Cornel. Nepos iusto titulo vindicat, quemque coaevo suo Et familiari P.
Attico

TESTIMONIA AUCTORUM.

Attico dedit, cujus etiam rogatu vitam M. Catonis separatam scripsit, & illi superstes, elegantissimam ejusdem vitae consuetudinem elegantia pari profecutus est. Præter Chronica, libros exemplorum, de Viris Illustribus, & de Vita Catonis, librum se de historicis Graecis conscripsisse testatur in Dione: Sed de hoc in eo meo libro plura sunt exposita, qui de historicis Graecis conscriptus est, (sic enim ex Mss. bona fide supplevi) atque alterum edidit de Latinis historicis, ex quo excerpta esse fragmenta Corneliae Gracchorum matris, Gifanii codice probatur. Quod ad Daretis Phrygii historiam, quam a Cornelio Nepote Latine redditam, Volaterranus & alii, tradiderunt, elegantia stili potius ducti, quam certa ratione, dispar stilius est, & dissimilis genus, & siquid in me iudicii, Corn. Nepos illo interprete, ut annis, sic nitore sermonis longe superior, quod collatis utriusque scriptis facile potest iudicari. De hoc auctore ita mihi visum est, salvo tuo (erudite lector) iudicio.

Petrus Nannius de Claris Corneliis.

Cornelius Nepos quam elegans sit scriptor ex vita Pomponii Attici cognoscere licet. Dictione certe vetustissima & simplicissima; in disponendo nihil illo accuratius, in fide nihil sanctius.

Obert. Gifanius Conlectan. Lucretianis
in Refutatus.

Cupio purissimum illum Scriptorem aliquando castigatiorem edere, quem tunc docebimus esse Cornelium Nepotem, non vero Aemilium Probum, ut vulgo putant.

Andr. Schottus in epist. ad lect. notis in Fragm.
Nepotis subjectae:

Quod auctoribus non paucis accidisse memini, ut multa
in-

TESTIMONIA AUCTORUM.

ingenii monumenta, vel ipsis ablata alteri falso attribuerentur, vel aliena ipsis subjicerentur, quo in vulgus tituli lenocinio magis probarentur, & tanquam a matribus suppositi filii pro veris obtruderentur: idem NEPOTI nostro usuvenisse, didici. Librum enim de vita & moribus Excellentium Graeciae Imperatorum, ad T. Pomponium Atticum, sequioris aetatis auctori Aemilio Probo attribuerunt: a quo stylus, dicendique elegans character, Attici aetas, multaque abjudicant, Scriptorem contra de viris illustribus urbis Romae, qui a Proca ad CN. Pompejum usque, septingentorum annorum memoriam, resque gestas virorum domi militiaeque illustrium breviter colligavit, Plinio minori (cui Aldus Manutius adscripserat) ablatum, Nepoti Cornelio multorum ingratis inscripserunt, & ex Caecilia gente in Corneliam, obtorto collo, Itali quidam Censores, Hermolaus Barbarus, Janus Parrhasius, Catellanus Cotta, & Dominicus Machaneus aliique traduxerunt. Sed neutrius mihi videri, admodum adolescens docui singulari Comm. in cum auctorem Duaci, & Lutetiae edito: & veterum libr. fide rationumque momentis Sex. Aurelio Victori jure post liminii reddidimus: cujus & Historiam Augustam ante me natum nusquam, equidem sciam, typis vulgatam, Antverpiae primi edidimus. Quare ut illa Aemilio adscripta Nepotis esse γνήσια pronuntio; ita Viros illustres eidem abjudico.

Caspar Barthius in Adversf.

Aemilius Probus in aervo Theodosii Cornel. Nepotis libros in epitomen redegit.

Jacob. Bongarsius, epistola ad Joan. Noesium.

Justinus a Nino, qui primus est τῶν ἐκ τῆς ἰσοπίας καὶ μνήμης παρὰ τὸν δόξαν, ad Augustum Caesarem; non ut Atticus apud M. Ciceronem, septingentorum: sed ut Cornelius

nelius

TESTIMONIA AUCTORUM.

nelius Nepos, *omne ævum, id est, duum millium annorum memoriam, uno libro colligavit.*

Joan. Henr. Boeclerus in libro Commentario ad Berneggerum.

*Herodianus & Cornel. Nepos, veluti in medium digressi, Vitas quidem, sed eo composuerunt opere, ut ple-
raque ad civilem scientiam accommodarent.*

Idem paulo post.

Nepos, castigatissimæ moderationis auctor, cum abstinere illa orationum splendidior cura, descriptionumque productiore ambitu constituisset; quaecunque ad ingenium, disciplinam, privatam consuetudinem pertinent, breviter ac veluti una congestione, absolvit: Caetera actionibus publicis earumque rationibus informandis bona fide attemperat.

Et tandem.

In Nepote nostro eo minus duxi dubitandum, quod viderem omnia publico destinari, omnemque scriptionis formam hinc spectare; In elegiis etiam, quibus vel naturæ dotes, vel animi artes persequi solet, πολιτικώτερον est. Et quæ omnino linea reperitur, in qua non deprehendat σύνεσις illam πολιτικὴν cum δηνάμει ἐξημνευτικῇ, qui de utraque aliquid intelligit.

COR.

* I CORN. NEPOTIS,
VULGO
AEMILII PROBI,
EXCELLENTIUM IMPERATORUM
VITAE.

* Quos P. Daniel titulos five inscriptiones in Mss. suis reperit, agnoscere non possum, si quis ramen ex me quaerat, quam in tanta diversitate legitimam agnoscam Inscriptionem, non dubitem pronunciare genuinam, quam in calce Praefationis ipse Auctor constituit DE VITA EXCELLENTIUM IMPERATORUM. neque magnopere contendam, si quis cum Longolio malit VIRIS, quod injuria exagitat Magius insita Italicis ingenii obtrectandi Transalpinos malignitate, si quando cum illis concurrunt. *Gebhardus.*

Inscriptionem nostrae editioni istam dedimus; CORN. NEPOTIS, vulgo AEmilii Probi, DE EXCELLENTIBUS VIRIS, quae extant. Hier. Magius tres annotavit titulos: *De vita Excellentium Imperatorum. De vita Excellentium. De vita Excellentium Graeciae Principum & Ducum.* Ex his secundum, ut nimis latum: tertium, ut nimis angustum aspernatus, primum recipit: quippe qui & in fine praefationis compareat. Editio inter impressas satis vetusta hoc frontispicium habet: *AEmilii Probi vitae Excellentium Imperatorum, Tito Pom-*

ponio Attico dedicatae. T. Pomponii Attici vita per Cornelium Nepotem descripta. Sed hic exterior titulus est, aliorum quoque opusculorum vocabula praefrens; Praefationem autem antecedit ille: *AEmilii Probi, Viri clarissimi, de vita Excellentium Imperatorum ad T. Pomponium Atticum.* Lambiniana editio, ad totum opus, quod duobus voluminibus constitit, e quibus unum tantum ad nos transmissum est, accommodavit hunc indicem: *De vita Excellentium Imperatorum Graecorum & Romanorum.* Inter omnes Magius haud dubie commodissimum elegerat, si institutum Auctoris, non contenta editionis spectemus. Atque hic titulus placuit etiam *Jano Gebhardo in poliiis ab li. Scriptorem notis,* nam ceteri a librariis accepti, aut pro arbitrio inditi, exsolvunt religione inscribendi animum, & ipsa varietate, libertatis admonent. Quocirca placuit eum titulum adhibere, qui omnia quae supersunt signaret; cum praefertim vel solius Attici vita, qua nihil habet illustrius hic scriptor, imperatorii nominis titulo inumbranda minime videretur. Denique ipse Nepos admonebat. Sic enim i, §,

4, 6. *plurima quidem proferre possemus, sed modus adhibendus est: quoniam uno hoc volumine VITAS EXCELLENTIUM VIRORUM comparatum concludere constituimus.* Quanquam nemini litem cupiamus motam, si cum Andr. Schotro Catonem & Atticum in fragmenta conijciat: quippe qui in hoc volumine, cujus finem Nepos in 23, 13, 4. constituit, non erant collocati; sed Cato quidem ex libro *Ἐξελλητῶν*, quo de Romanis imperatoribus expositum erat, non tam transumptus quam excerptus breviusque: Atticus autem peculiari opere memoratus. *Boeclerus.*

1 *Cornelii Nepotis*] Cornelium hunc, cujus prænomen a se ignorari scribit Giphanius. Epistola quadam ad Muretum *lib. 1. Epist. Mureti LXVII.* Tulliani aevi esse scriptorem, ipsa ejus Latinitas abunde facit testatum. Verum hoc, & quicquid de eo notatu dignum est, Viri Clarissimi, a Jo. H. Boeclero, amico nostro pl. honorando in suo exemplo a se edito citati, eruditissime persecuti sunt, nihil aut certe parum ut addi a me possit. Vide tamen duo testimonia A. Gellii L. 17. Noct. Att. cap. 21. *Ernstius.* Quamvis hic elegantissimus liber vulgariter AEmilium quemdam Probum auctorem praeferat, multo rectius tamen Corn. Nepoti eum asseribi jam olim Eruditissimi Viri censuerant. Pro iis enim est non modo Mss. librorum auctoritas, sed aliae etiam gravissimae rationes, quae dubitare de eo vix sinunt. Hoc quidem negari non potest, in Mss. quibusdam *AEmilii Probi* nomen exflare, sed ita tamen, ut Nepotis nomen non excludatur. Quod sicut auctorem ipsum o-

stendit; ita alterum exscriptorem declarat. Nam descripsisse tantum, non composuisse has vitas Probum, ipso versu penultimo ejus Epigrammat. indicat, quo Theodosio Imper. totum scripturae corpus dicavit. Vixit Auctor harum vitarum T. Pomp. Attici tempore, quod ipsa inscriptio; quaeque in *vita Catonis* in fine scribit; itemque, quae de veteranis in *Eumene* queritur, quo loci ad bella civilia respicit, clare demonstrant. Sed Atticum istum cum Caesari & Ciceroni aequalem vixisse usque in principatum Augusti satis constet, sane Probo illi nescio cui tribui hic liber non potest, qui se sub Theodosio fuisse, ipsemet indicat. Corn. autem Nepotem hoc ipso vixisse tempore & Cicero & alii arguunt. Quare Corn. Nepoti rectius quam AEm. Probo hic liber assignatur. Porro cum genus dictionum purum, tersum, inaeffectatum, planeque civile sit, candidumque & simplex, quo usus Auctor est, non in aliud tempus, quam quo Cornelius vixit, cadere potest. Neque enim aliud in Cicerone & Caesare, qui ejus coaevi fuere, notare licet. At Theodosii aetate plane alia ratio dicendi obtinuit, humilior multo scilicet, atque facata magis & incrustata, neque naturaliter pulchra, qualis ista est. *Buchnerus.*

2 *Excellentium Imperatorum vitae*] In MS. Cod. constanter in hoc libro legitur *vita*. Gaspar Varrerius *Censura de Beroso* p. 13. (ut illos taceam, quos Andr. Schottus nominat) de Nepote dicit, quod ex tanti & tam praecleari ingenii monumentis sola T. Pomponii Attici vita, quam diligenter & eleganter scripsit, temporis injuriæ superfit.

NON dubito¹ fore plerosque,² Attice, qui hoc r
genus³ scripturae, leve, & non satis dignum
sum-

Sed errant. Unde autem opinio illa provenerit, docent dictus Schottus in *Ep. ad Lectorem Nepotis*, & Vossius *lib. 1. de historicis Latinis cap. XIV.* Quibus adde Lili Gyraldi *Dialogum xxvi.* & Hieronymi Magii titulum a Dn. Boecio omiffum; hunc videlicet; *Aemilii Probi de imperatoribus exterarum gentium Liber.* Lib. III. *Miscell.* cap. xv. *Ernstius.* Ex tot tamque diversis inscriptionibus haec potissimum placuit, quod non modo in vetustissimis, & Mss. codicibus expressis editionibus reperitur, sed ab auctore etiam ipso extrema praefatione videtur innui, neque tamen megnopere contendemus, si quis maluerit inscribere VITA EXCELLENTIUM IMPERATORUM, cum a Servio laudetur alius Corn. Nepotis liber, qui VITA ILLUSTRIMUM inscribitur. *Bosius.* Cod. Dan. *Liber Aemilii Probi de excellentibus ducibus exterarum Gentium.* Leid. *Probi Haemilii de Vitis clarorum Imperatorum liber feliciter incipit.* Mss. Biblioth. S. Trin. Cantabr. *Aemilii Probus de excellentibus exterarum nationum viris.* Cod. Membranac. Vossian. quem littera A distinguam *Aemilii Probus de excellentibus ducibus exterarum gentium feliciter incipit.* Cod. Chart. B. *Probus Emilius de excellentibus ducibus exterarum gentium feliciter incipit.*

* Praefatio Cod. Dan. Prologus Leid. prooemium Cod. A. prologus.

¹ Non dubito for] Explicavit Rob. Titius prooemium hoc lib. 5. c. 20. contro. locerum. *Schoottus.* Non dubito, quin plerisque futuri sint;

sic loquitur Lyfandro. *Quam (sorem oraculi) se habiturum pecunia fidens non dubitabat.* Alcibiade *Negus dubitabat facile se consecuturum.* Ann. *Nemo dubitabat, aliquid de pace esse scriptum.* Sic jungunt & alii Scriptores primae classis, adeo ut juvenus increpanda non sit, si sequatur. *Curcius L. 10. C. 26. iam divinat, marem esse conceptum; quem vos dubitatis paratum esse vel subderet.* Deliciae nostrae *Tacitus L. 2. cap. 36. Haud dubium erat, eam sententiam altius penetrare lib. 14. cap. 43. Non quia dubitarem, super orandis negotiis melius atque rectius olim provisum.* Iterum *Curcius lib. 7. Nec dubitabat hujus quoque ultimi consilii fuisse participes.* Gebhardus. Ita semper Nepos noster. Cicero diceret; Non dubito, quin plerique futuri sint. *Buchnerus.* Vide Indicem voce Dubito. Bosius.

² Attice] De eo vide, quae infra ad vitam ejus notabimus. Nota autem pro Attice in MS. Cod. quo Hieron. Magius contulit, fuisse: *Non dubito fore plerosque, qui Atticae hoc genus scripturae leve.* Quam lectionem ut probabilior defendit *III. Miscell. cap. cit.* Quod si Nepos ita scripserit, non tam ad suum hunc librum, quam Graecos scriptores, unde haec hausit, respexisse videtur, maxime vero ad *Thucydidem illum atheniensem,* quo valde familiariter utitur, *Ernstius.* Sic quoque habuisse antiquissimas membranas *Card. Mendozii,* notat *Schoottus ad h. l. De T. P. Attico,* cujus vitam seorsim Nepos conscripsit, plerique accipiunt; et

summorum virorum¹ personis judicent, ² cum relatum legent, ³ quis musicam docuerit Epaminondam;

que librum hunc in scriptum volunt. Schottus tamen & Magius in Mss. suis fuisse ajunt: qui Atticae hoc genus scripturae &c. Eamque lectionem tuctur Magius 4. Miscell. cap. 15. sed pro recepta lectione plurium meliorumque codicum consensus facit. Bas. Abselit & a cod. Leid.

3 Qui hoc genus scripturae leve &c.] Leve: non satis decorum; non satis ad tuendam dignitatem personarum, de quibus agitur, faciens. Nam gravi opponitur, Graue autem est, quod multum dignitatis & honestatis habet. Itaque subjungit; Non satis dignum &c. Buchn.

1 Personis] id est conditione & loco. Id enim persona denotat. Ita Epaminonda principio: Scimus Musicam nostris moribus abesse a principis persona. Buchnerus. Vide P. Manutium ad Ciceron, 4. ad Fam. Ep. 5. p. 196.

2 Cum relatum legent.] Sic Leid. Vossian. A. Quam. Doctiss. Oudendorpius ad marginem libri sui, quem mihi utendum humanissime praebeuit, legendum conjicit qui relatum legant.

2 Leve & non s. d. cum relatum leg. &c.] Peropportunos est hic locus Julii Capitolini in Opil. Marcin. c. 1. Ejus, qui vitas aliorum scribere orditur, officium est digna cognitione perscribere. Et Junio quidem Cordo studium fuit eorum Imperatorum vitas edere, quos obscuriores videbat: qui non multum profecit, nam & pauca reperit, & indigna memoratu, asserens, se minima quaeque persecuturum: quasi vel de Trajano aut Pio, aut Marco sciendum sit, quoties pro-

cesserit, quando cibos variaverit, & quando vestem mutaverit, & quos quando promoverit. quae ille omnia exequendo libros mythistoriis replevit, talia scribendo (an haec duo verba a glossa sunt? nisi fors accuratam scribendi diligentiam frustra ubique quaerimus) cum omnino rerum verum, aut nulla scribenda sint, aut nimis pauca, si tamen ex his mores possint animadverti, qui revera sciendi sunt: sed ex parte, ut ex ea cetera colligantur. Ex his verbis legem videmus Descriptionis hujus: quam accurate tamen, si quis servavit Nepos: qui nec ex minoribus istis rebus multa, & ea tantum scripsit, quae ingenium, moresque hominum ac regionis indicarent; & hoc ipsum cum ~~perdiserunt~~, quae sub manibus est, cui consonant 15, 11 1. 25. 13. 6. & ratio methodi, quam, exponit in Epamin. Dicemus primum de genere: deinde quibus disciplinis & a quibus sit eruditus; tum de moribus, ingenique facultatibus, & si qua alia DIGNA MEMORIA erunt: postremo de gestis, &c. Ceterum non tam qui vitas scribunt, quam qui hoc modo scribunt, aut consilio (quo praefertim Nepos) ista lege tenentur: id quod exemplo maximorum virorum discimus Plutarchi & Suetonii: quibus minuta etiam quaeque annotare, nec eximia tantum, sed omnem interiorem ac familiarem vitam exequi, non pigendae res operae visa est. Utrorumque institutum, judicii adgubernantis rectitudine haud dubie publicae utilitati accommodatur. Boet.

dam; aut in ejus¹ virtutibus² commemorari, fal-
tasse cum³ commode, scienterque tibiis cantasse.
Sed hi erunt fere, qui expertes⁴ literarum Graeca-²
rum, nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus
conveniat, putabunt. Hi, si didicerint, non ea-³
dem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia

ma-

3 Quis Mus] Cod. Card. Men-
dozii qui. Epaminundam Cod. Leid.
sed Vossiani semper Epaminundam
quod semel monuisse fat erit. in
Cod. Voss. C. Examinandam.

1 In virtutibus] Inter ejus virtu-
tes. Vide Ind. V. In. Bosius.

2 Commemorari] Ms. c. Savaro-
nis commemorati ut & Cod. Mendoz.
Savaronis Ver. Ex. Ven. commemorati
reliqui ab eodem inspecti commemo-
rari. commemorati Cod. A. C.

3 Commode] id est, concinne &
ad modos ac numeros apte: ἐναρ-
μίζουσιν, quemadmodum & Graeci
ἐναρμίζουσιν dicunt, quos commodos
Latini vocant. Buchm. De saltatio-
num modis, speciebus, figuris &
nominibus, lege quae scripta reli-
querunt Athenaeus lib. xiv. Plato
de Legib. lib. vii. Lucianus in c.
ἀεὶ ἐπιχθονίας, & Julius Pollux li-
bro iv. Magius. Nostri aetate id
argumentum peculiari tractatu per-
sequutus est vir eruditiss. Jo. Meur-
sius, quem Orchestiam inscripsit.
Bosius.

4 Literarum Graecarum] Rerum
morumque Graecorum. Literae e-
nim tum omnia studia liberalia,
sive philologiam, tum historiam
quidem praecipue, norant; & hoc
in loco sane. In disciplinis pro-
prie dictis scriptura minus neces-
saria est, quippe quae viva voce
tradi possunt. Historia autem ma-
xime literis, scripturaque opus ha-

bet, ut quae circa singularia ver-
satur: quae conservari memoria,
cum infinita sint, haud possunt.
Quod praeclare observat Vossius
de arte historica cap. v. Itaque re-
cte literae pro historia ponuntur.
Vel literas pro παιδεία posuit; hoc
est, institutione & disciplina Grae-
ca. Vide & Wowerium de Poly-
mathia cap. xv. Buchnerus. v. cl.
Cort. ad Sallust. Cat. c. 25. n. 2.
sic γερμματα pro rerum varia-
rum eruditione posuere Graeci, ut
patet ex notissimo illo Lucae lo-
co in Actis, Apost. cap. 26. comm.
2.4.

5 Nihil rectum] Simile huic Ne-
potis est illud Horatii 2. epist. 1.

— Nil rectum, nisi quod pla-
cuit sibi, ducunt. Bosius.

6 Non eadem omnibus esse hon.]
Aristoteles 1. Eth. 3. & 1v. Eth.
9. τὰ μὲν καὶ ἀπὸ πάντων αἰσθητὰ, τὰ δὲ
καὶ ἀπὸ πάντων ἀπαιτῆτα. Quaedam turpia vere sunt,
quaedam opinione. Vide mox ad illa
Nostris moribus vers. 4. Bosius.

7 Hi si] ii si Leid. H. Steph. quē
Ms. Oxon. ii si, ii & Cod. A. B.
sed C. Hi, pro Nisi quod ipsi, Nisi
ipsi pro eadem, eandem.

8 Sed omnia majorum instituta]
Prout quandoque a majoribus insti-
tutum positumque est. Plerumque
homines, non tam veritatem rerum,
quam conceptas de rebus opi-
niones sequi solent. Quare sicut
aliter aliterque de rebus homines judi-

majorum institutis judicari: non admirabuntur, ¹ nos
 in Grajorum virtutibus exponendis mores eorum fe-
 4 cutos. ² Neque enim Cimoni ³ fuit turpe Athenien-
 sium fummo viro, sororem germanam ⁴ habere in
 ma-

judicant, ita diversae etiam opinio-
 nes nascuntur inde: tum de aliis
 rebus, tum de honesto & turpi.
 Itaque fit, ut aliis habeantur turpia,
 quae laudi dicuntur apud alios;
 atque his rursus statuatur infamia,
 quae alii contra honesta maxime
 ponunt. Quod ex his quae conse-
 quuntur, patere potest. In quibus
 uno atque altero exemplo prolato
 docet Graecorum mores a Roma-
 norum disciplina abire profus, &
 multa ibi probari, quae apud hos
 vitio cum primis dari solent. Lege
 & Platonem lib. 1. de Legib. p.
 637. C. Plutarch. Themistocle p.
 125. C. itemque Sextum Empiri-
 cum Pyrrhon. Hypothef. pag. 151.
 Quintilian lib. 2. cap. 7. circa fin.
 & Maximum Tyrium dissert. 1.
 pag. 3. Tale illud est, quod Curtius
 de Babyloniis narrat lib. 5. cap.
 1. apud quos eomitatem haberi re-
 fert, si quis corpus vulget; item
 quod de iis exponit, qui Naura re-
 gionem incolunt, apud quos fas
 erat parentes cum liberis coire.
 Locus est lib. 8. cap. 2. *Bucknerus.*

¹ Nos in Grajorum virtutibus ex-
 ponendis] Versus hexameter, quod
 genus plures prosa oratione scriben-
 tibus subinde exciderunt. Exempla
 collegit inter alios Barthius *Advers.*
 XI, 15. *Bosius.* Imo Latiniis: vi-
 de *Cl. Corr.* ad Sallust. *Catil.* Cap.
 19. n. 5. & quoties ipsi Ciceroni talia
 exciderint ostendit *Popma* ad L. 1.
 ad *Atticum* *Epist.* 1. *Pro Mores eorum*
Cod. Dan. Mores gentium Longol.

Cod. A. Sequitur.

² Neque enim Cimoni] Nempe
 Miltiadis filio, de quo *Nepos* infra
 in vita ejus eadem refert. *Ernst.*

³ Turpe fuit sor. germ.] Explicat
 M. Ant. *Muretus* lib. 7. Var. lect.
 cap. 1. & 2. & lib. 15. cap. 5. *Tur-
 nebus* lib. 17. *Adver.* cap. 13. &
Gul. Xylander ad *Plutarchi* *Cimo-
 nem.* *Schottus.* Sororem germanam *epi-
 moneum*, eodem patre sed diversa
 matre natam recte alii explicant,
 hinc *Germanitas* Livio vinculum in-
 ter fratres, qui uno eodemque pa-
 tre, diversa nati matre cohaerent.
Philippus apud eum lib. 40. cap. 8.
Subituran vobis aliquando *germanita-
 tis* memoriam. loquitur ad *Perfen* &
Demetrium filios, quorum illum ex
Gnathaemo fartrice Argolica, hunc
 ex conjuge regia natum constat.
Plutarch. in *Paullo Aemilio* & *A-
 rato.* *Cicero* pro *Ligario* *Morveat* *te-
 harum* pietas, morveat *germanitas.* Ut
 verum fatear, apud *Ciceronem* *Ger-
 mana* soror est iisdem parentibus
 prognata. Pro *Domo*, *Clodius* cum
 sorore *Germana* nefarium stuprum fe-
 cit. Pro *Fontejo* quem praesertim
Virgo Germana fratrem amplexa tene-
 at. *Gebhardus.* Vide infra ad 5, 1.
 2. *Bosius.*

⁴ Habere] *Leid.* habuisse.

⁵ Uterentur.] Sic quoque *Cod.*
Dan. In aliis Ed. legitur *Uterentur.*

⁶ At id quid nostr. morib. nefas
 hab.] Id est, turpe. Dicit nostris mo-
 ribus, quia probra & opprobria alia
 natura turpia habeantur, l. *Probrum.*

matrimonio: quippe cum ejus cives eodem s' uterentur instituto. ⁶ At id quidem nostris moribus nefas habetur.

42. *D. de verb. signif.* Ubi Ulpianus ait, *quaedam civiliter, & quasi more civitatis turpia esse.* Quare etiam in *l. continuis, 137. §. Cum quis. D. de verb. oblig.* ut recte notat Horom. impossibilia appellantur. Inter ea autem est, sororem habere in matrimonio, *L. Si stipular. 35. D. de verb. oblig. §. 2. Inter eas. Instit. De nupt.* Qui desumptus est ex *L. Libertinus. 8. D. De ritu nupt.* Adde *L. 17. eod. tit. & L. 17. C. de nupt.* Item *L. ut. D. de Condit. sine caus.* & *Cujac. xvi. observ. xxxvii.* Patri cum filiabus & matri cum filiis nuptias a variis gentibus fuisse concessas multis exemplis probat Covarruvias *Icūs Tom. 1. Part. 2. §. 2. n. 9, 10, & 15.* Cui adde Euseb. Praeparat. Euang. Lib. 2. C. 1. p. 48. & Clem. Alexandrin. L. 3. Stromat. p. 431. Ubi Xanthus dicit, Magos cum matribus & filiabus coire: item cum sororibus. Pertinent huc quoque, quae Theodoretus *serm. 9. Lib. de Graec. affect.* Curat. p. 614. scribit: *Perfiae, inquit, ex Zaradae legibus viventes & matribus & sororibus & filiabus quoque suis miscbantur, & rem injustissimam iustae legis loco habebant:* Similia de Perfis Ctesias refert apud Terrullian. in *Apolog. L. 11. Cap. 9. p. 107. Eruſtius. V. & Briffonium de regno Persarum L. 2. p. 229.* laudatum a cl. Haverkampio. Hunc Persarum & Medorum morem acceptum refert Semiramidi Conon Narr. 9. apud Photium Biblioth. p. 428, 429. ubi vide, quae de hoc more notantur ab interpret. Adde & Do-

dist. Elſner. ad Epist. 1. Pauli ad Corinthios Cap. 5. comm. 1. p. 90. & 91. nec non Menagium ad Diogen. Laert. praef. p. 6. sect. 7. Verum haec non sunt hujus loci; hic enim agitur de Nuptiis inter fratrem & Sororem Germanam contractis, Herodianus tamen Lib. 1. Cap. 3. dicit Prolemacum Philadelphum contra Macedonum & Graecorum leges sororem suam duxisse: & Nuptias haec vehementer exagitat utpote Barbaris quidem, qui nulla lege tenebantur, non vero Graecis dignas, Euripides in *Andromache vs. 175.* ubi vide Scholia: quae loca intelligenda sunt de fororibus ex eodem patre ac matre natis, quemadmodum haec nuptiae apud Assyrios & Perfis fieri solebant, apud Graecos vero prohibita, V. ill. Spanhem, ad Julian. Imper. Orat. 1. p. 89. Haec vero recte Interpretes, & ad vitam Cimonis Cap. 1. observarunt, per sororem Germanam intelligi *ἐμνηστέρων* i. e. ex eodem tantum patre natam, quae nuptiae apud Athenienses fuere licitae, teste ipso auctore nostro. Adde Popmam ad Curtium L. 4. Cap. 10. n. 28. & Illust. Spanh. ad Juliani Imp. Orat. 1. p. 90. & 91. Pro *id quidem.* Leid. *id quod non invenuste,* sic in Alcib. Cap. 4. & *id quod usu venerat.* in Regib. Cap. 2. & *id quod in tyranno non facile reperitur.* Cic. 1. ad Fam. Ep. 2. *id quod factum est.* Sic in Conone Cap. 5. in Mill. Cod. A. *Id quod minus diligenter esset celsum:* Ubi tamen non aspernanda est vulgata lectio. Ad Cort. ad Sallust. Cat. 30. n. 2.

tur. ¹ Laudi in Graecia ducitur ² adolescentulis, quam plurimos habere amatores. ³ Nulla ⁴ Lacedaemōni tam

¹ *Laudi in Graecia ducitur*] Hujus consuetudinis meminit & Noster infra in Alcibiade cap. 2, 2. De isthoc amore Socratis quatuor elegantissimas dissertationes apud Maximum Tyr. habes, ubi plura invenies, quae ad morem illum illustrandum pertinent. Plurimum sane Athenienses tribuisse pulchritudini atque amoribus, certum est: & inde potissimum Socrates philosophandi captavit causas. Neque enim aliunde rectius occasiones disputationum gravissimarum, quam iis ex rebus petendas existimabat, quas praecipue aestimarent omnes, iisque darent operam. *Buchner*. Adde Platon. & Xenoph. in Sympos. Cicer. Tusc. 5, 33. Alcinoium Cap. 26. & Plutarch. apophthegm. Lacon. *Lambino* & *Magio* laudatos. *Bor.*

² *Adolescentulis*] *Leid.* *Adolescentulos*; omittitur in *Mss.* *Oxon.* *Habere am.* *Cod. Dan.* *habuisse.*

³ *Nulla Lacedaem. tam. e. n. vid.*] Haec non pro ejus aetatis ratione dicuntur, cum Lycurgi adhuc legibus staret civitas, per quas neque spectare saltem Comoedias Tragoediasque fas erat, ut Plutarchus in Institutis Laconicis docet: sed cum calcata disciplina veteri atque duritie in luxum atque delicias prolapsa esset, quod sub Leonida Agideque regibus contigisse, & per mulieres quidem maxime, Plutarchus in Agide observat, cujus verba *Magius* produxit. Quanquam & ab initio statim intemperanter admodum vixisse Lacedaemoniorum faeminas & luxuriose;

& conatum quidem Lycurgum eas subicere legibus, sed tamen coactum desistere, quod repugnarent, Aristoteles auctor est lib. 11. Politic. cap. VII. Qua de causa & Plato quoque lib. 1. de LL. (p. 637.) Lacaenarum *aversu* five licentiam perstringit. *Buchner*. Ad hujus loci explicationem multa disserit *Magius*, & cum primo de *coena* pro *scena* suspicatus esset, mox ad corruptionem sequioris aevi refert, quod prisca Lacedaemoniorum lege fuit prohibitum. Idem *Lambinus* facit. Doctissimus vir nobisque amicissimus, *Jo. Freinshemius*, cujus animadversiones nobis communicatas passim inferemus, ita ad haec verba: *Ad scenam eat. aetura, arbitrator, sicut sub Impp. Romanas. Sed quaenam ista phrasis, ad scenam ire? videtur ne satis Latina? an fuit, ad coenam? de qua re normibus ad Curt. 5, 7, 2 sed haec tantum leviter dubito. Scenam inire est apud Tacitum 15. A. 39, 3. Atque hoc sensu ad scenam ire, fuerit idem quod mox Noster dicit: in scenam prodire. De cetero, etiam spectatores interdum mercede conductos, tesserasque in usu antiquitus fuisse, unde spectatores aliquid lucrarentur, probabili ratione disputat *Laur. Pignorius de servis* p. 162. & seq. Sed, an hoc ad Laced. vid. pertinere possit, amplius dispiciendum est. *Boecler*. Vir diffusissimae lectionis *C. Barthius* conjiciebat aliquando leg. *Nulla apud Athamanas t. e. n. v. q. n. ad stivam eat. m. c. Heraclidem adlegans, qui in De politis* p. 992. ed. *Heins.* refert, in*

tam est nobilis vidua, quae ¹ non ad scenam eat mercede conducta. ² Magnis in laudibus tota fuit Graecia, ³ victorem Olympiae citari. ⁴ in scenam vero pro-

Athamantum regione mulieres terram colere, viros greges pascere. Eoque referebat, quod mox sequitur apud Nep. partim *HUMILIA* habentur. Sed vereor, ut hanc emend admittant extrema verba, *mercede conducta.* Et eur solis viduis tribuisset, quod de feminis in univsum Heraclides adfirmat? Ut raceam paulo longius hanc conjecturam a recepta omnium MSS. atque edd. lectione abire. *Bosius.*

4 *Lacedaemoni*] Utrumque usitatum Latinis, ut & *Lacedaemone*, & *Lacedaemoni*, quasi per adverbium dicant. Sic *rure* & *ruri* dicimus. *Martialis.*

Rure morans quid agam respondeo pauca rogatus. Buchner.

1 *Non ad scenam*] an ut partes ibi accipiat, & administraret; an ut prostituat corpus? Nam meretrices in scenam atque theatrum producere & prostituere impudicorum libidini, moris erat. De quo videndus Lipsius 1. *Electo.* cap. xi. Et hanc ob causam Plautus apud Festum *scenicolas* meretrices dixit, ut quidem Govartius ibi legendum censer. Nam Scaliger & Turnebus aliter legunt, & interpretantur illum locum. *Buchner.*

2 *Magnis in laud. tota fuit Graecia*] Placet quod scripti libri, Schorro teste, habent, atque in editionibus aliquot lego; *tota fere fuit Graecia.* Neque enim apud Graecos omnes eodem pretio habitos Olympionicas, vel illud indicat, quod apud Lacedaemonas pulchri-

us ac praestantius atque adeo magis honorificum sibi etiam femina existimaverit, filium victorem in acie amisisse, quam Olympionicam habere superstitem. Refert Plutarchus in apophthegmatis Lacanarum pag. m. 242. Fortassis & vocola in transponi debet, ut sit, *Magnis laudibus in tota fere fuit Graecia:* ut in eo quod mox sequitur: *Neminē in iisdem gentibus fuit turpitudini.* & 15, 2, 3. *Bosius.* Leid. Cod. & Vossian. A etiam habent *tota fere fuit Graecia*, in Chabria Cap. 1. in MSS. A. & B. item aliis P. Danieli inspectis usque eo *tota Graecia fama celebratum est:* de hac vero Elliptica locutione nostro Auctori propria consule Cel. Periz. ad Sanctii Minerv. L. 4. C. 6. n. 3. & Graecorum est imitatio Pind. O. Nem. 4. vs. 82. *Θίριε δὲ κερταὶ φθία* Schol. v. *αὐτῶν* in *φθία* v. Lamb. Bos de Ellip. L. Gr. p. 281. & Cl. Bosius in secunda editione suam de transpositione Praepositionis in omisit observationem.

3 *Victorem Olympiae*] apud Olympios: in Graeciae Olympia: ubi Curules ludi quorannis in honorem Jovis celebrabantur: in quibus qui esset victor, Diis prope modum ipsis habebatur aequalis. Unde Horatius primo omnium carmine:

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum

*Collegisse iuvat, metaeque fervidis
Evitata rotis, palmaeque nobilis
Terrarum dominos exelcit ad Deos.*

A 3

Et

prodire, ¹ & populo esse spectaculo, ² nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. ³ quae omnia apud nos ⁴ partim infamia, partim humilia, ⁵ atque ab honestate remota, ⁶ ponuntur. ⁷ Contra ea pleraque nostris

Et lib. iv. oda 11.

Sive quos Elea domum reducit

Palma coelestes.

Coelestes, id est: coelestibus sive Diis proximos. Lege & Vitruvium prooem, lib. 9. Plin. 34, 4. Lucianum vero cum primis de Gymnasticis pag. 729. *Buchner*. Cicero pro Flacco cap. 13. *Olympionices*, hoc est apud Graecos prope majus & gloriosius, quam Romae triumphasse. Adde Per. Fabrum in Agonistico 2, 16. *Bosius*. Mss. Oxon. *Victorum Victorem Olympiae*.

⁴ *In scenam vero prodire*] Eadem, si recte memini, apud Arnob. lib. vii. leguntur. Quo & Lactantii sententia de Graecis pertinet; *Quid mirum*, inquit, *si ab hac gente universa flagitia manerint, apud quam ipsa flagitia religiosa sunt, eaque non modo non vitantur, verum & coluntur*: Adde Augustin. 11. De civ. DEI cap. x. & eruditissimi Sam. Periti, amici olim carissimi, *Comment. in leges Attic. pag. 74. cum seq.* Ubi facem obscuro huic loco accendit. *Ernstius*.

¹ *Et populo*] *Leid, ac populo.*

² *Nemini fuit turpitudini*] Virginitas tamen vitio datum in Graecia, prodire in scenam & in publico versari, ut patet ex Euripidis Oreste, Heraclidis & Iphigenia Aulidensis. Item ex Menandro ac Nazianzeno libro de documentis virginum, & de Latinis e Seneca Tragico extremo Agamemnon. *Schottus*.

³ *Quae omnia apud nos*] Romanos puta, quorum moribus infames habebantur, qui artis ludicrae & quaestus causa in scenam aut certamen prodirent. Testatur L. 2. §. 5. ait Praetor. D. de his qui not. infam. itemque Cicero apud Augustin. lib. 11. de Civit. Dei cap. xiiii. *Buchner*. Adde Marcell. Donat. Dilucidat. ad Tacit. p. 124. & Sam. Perit. Comm. ad Leges Atticas p. 75. & seq. *Bosius*.

⁴ *Partim infamia*] Haec Mss. Ox. omittit.

⁵ *Atque ab honestate remota*] Arnob. lib. cit. pro eadem sententia ait. *Quorum aetates inhonestas esse, jus vestrum, & inter capita computari judicavit infamia*, Vide Tertullian. de spectaculis. *Ernst*.

⁶ *Ponuntur*] habentur. Translatio insignis a calculatoribus ducta, qui prout calculum posuerunt, ita valet. Alcibiades; *Ne ei par quisquam in civitate poneretur*. ibid. *Quibus rebus effecisse, ut apud quoscumque esset, poneretur princeps*. Annibale: *si non me in eo principem posueris*. Valer. 3, 8. Ext. 6. Respondit Dion, *se vita male excedere, quam metu violentos mortis amicos inimicosque juxta ponere*. Lib. 4. C. 3, 4. *Deinceps ex iis vocemus, quorum animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunquam vacavit*. & ita aliquoties loquitur. Thrasibulo. *Dubito, an hunc primum omnium panam Gebhardus*. Vid Ind. *Bosius*.

⁷ *Contra ea*] et prisco more Caesar. Lib. 5. comm. de Bello Galli-

stris moribus sunt decora, quae apud illos turpia putantur. ¹ quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut ² cujus materfamilias non ³ primum locum tenet aedium, atque ⁴ in celebritate

ver-

co cap. 29. *contra ea Tuturius seyo facturos clamitabat.* Lib. 3. de Bello Civil. cap. 74. *Contra ea Caesar neque satis militibus perterritis confidebat.* Ipse Nepos Alcibiade. *Contra ea si quid adversi accidisset.* Iphicrate. *Contra ea mater Atheniensium,* sic ibidem restituo. Epaminonda. *Contra ea ex una urbe nostra* &c. quae tamen loca vulgo sunt interpolata. Gebhardus. Satis erat dixisse *contra,* quae invulgata loquendi ratio est: Sed Nepoti nostro plenius videbatur, si *contra ea* diceret; quemadmodum & alibi locutus est Buchn. Vid. Ind. v. *contra.* Bosius. In Iphicrate cap. ult. in MS. A. *contra ea mater Atheniensem.* & in Epamin. cap. 5. Livius lib. 2. cap. 60. *Contra ea, in Aquis inter consulem ac militem* &c. v. & cl. Cort. ad Salust. Catil. cap. 3. n. 2.

¹ *Quem en. Roman. pudet uxor. duc. in convivium]* Notanter accip. *uxorem.* nam virgines acerbae, i. e. immaturae arcebantur a conviviis, ut est apud Nonium Boel. Ad, si lubet, Muretum lib. VII. *Variar. Lectio. cap. 11.* Et adde; nec apud alias gentes, mulieres cum viris accumbere, ut liquet ex Balsaris convivio, quod Daniel describit cap. v. Et Herodis apud Marcum VI. 24. Quibus ex locis non male colligitur feminas in conviviis eorum non interfuisse. Eustius Adde Lips. ad Ann. x. Taciti, nota 10. Bernegger. ad Justin. 7, 3, 3. & quaest. cxi. ad Germaniam Ta-

citi. De Romanis testimonio esse ipse Cicero potest 5. ad Attic. ep. 1. Bosius.

² *cujus materf. non pr.]* MS. codex Dn. Boecleri & quidam editi *cujus non m. f. pr.* Bosius. Verus Lectio, teste Schotto *at cuius non materf.* Leid. *at cuius non matrifam.* Item Voss. C. & paullo ante *pro quem enim, eum enim.*

³ *Primum locum]* Atrium ipsum seu aulam, ubi & novae nuptiae lectus genialis sternebatur, & ipsae matres familias agere & lanas texere solebant, ut ex Asconio in Milonianam, itemque Arnobio lib. 2. adv. gentes, constat. Vide Lips. lib. 1. Elect. cap. XVII. Buchn.

⁴ *In celebritate]* Celebritas quae pars sit aedium, docet Schoppius lib. 11. *verisimil. cap. x.* Eustius. Adde Ind. Bosius. Adeant Juvenis Vorstium ad Justin. L. 6, c. 9. & cl. Burn. ad Phaedr. l. 1. fab. 6. *Locus celeberrimus* dixit noster in Dione cap. 10. & addant Indicem Bosii.

¹ *Neque in convivio adhibetur]* Ita Cicero, Vitruvius, alii, vide Muret. var. lect. 7. 2. Magnus tamen Casaubonus erroris arcessit Nepotem, cum enim ad l. 8. Athenae. c. 9. Biotheam Nicocreonis uxorem correctione optima in convivium introduxisset, *eis νετρον* (hoc enim substituit, cum esset, *πρωτα*) mox addit: *nam si quis objiciat ex Cornelio Nepote, foeminas in convivio more Graecorum non esse adhibitas*

7 *versatur?* quod multo fit aliter in Graecia. nam ¹ neque in convivium adhibetur, nisi propinquorum: ² neque sedet nisi in ³ interiore parte aedium, quae ⁴ *gynaeconitis* appellatur, quo nemo accedit, nisi propinqua

bitas; in promptu sunt Graecorum Scriptorum testimonia, quae contrarium saepissime factum arguant. Nihil autem dubitaverim asserere: Nepotis testimonio, de more univ[er]se accepto, nihil detrudere, quae haud dubie diversa personarum, locorum, temporum, ceterarumque rerum, quibus consuetudines aliquam dissimilitudinem aut exceptionem patiuntur, conditione aliter acciderunt. Boecl. Locus Ciceronis in Verr. 1, 26. ubi Philodamus Graecus ipse, & civitatis suae princeps negat, moris esse Graecorum, ut in convivio virorum accumbant mulieres. Vitruvii vero 6, 10. ubi de partibus aedificiorum Graecorum: In his oecis sunt virilia convivia. Non enim fuerat institutum, matresfamilia[rum] eorum moribus accumbere. Quae tamen lectio multis causis mihi suspecta est. Vide annon legendum sit: Non en. fert institutum eorum, matresfamilias cum maribus accumbere. Ut transposita fuerit vox eorum; ac duae illae matresfamilias cum, in unam matresfamilia[rum], transferint. Mox. eod. capit: Graeci andromas appellant oecos, ubi convivia virilia solent esse, quod eo mulieres non accedant. Bosius.

¹ *In conviv. adhib.*] Leid. in Conv. a patre adhib. Adhiberi vero in convivium elegans est locutio Justin. L. 7. cap. 3. Adhibitis in convivium suis ac filii uxoris. Virgil. 5. Aen. v. 63.

— Adhibete Penates,

Et patrios opulis, & quos colit hospes Aesthes.

² *Neque sedet*] commoratur, sic recte dixit, *sedet*: conclusae enim & velut adfixae thalamis suis apud Graecos agebant foeminae, texentes lanam, neque prodire inde fas erat, & cum viris versari: qua de ratione plura notavit eruditus juvenis Janus Gebhardus lib. 111. Crepund. Criticorum cap. xv. Cum itaque ibi ferme perpetuo sedeant, facientes opus; recte dixit, *nec sedet*, pro commoratur. Buchn. Verbum *sedere* castarum faeminarum proprium illustraverit Magnus Broukhufius ad Propert. L. 2. EL. 14. v. 36. & cl. Burmannus ad Petron. Satyric. cap. 77. & ad Ovidium Heroid. Ep. 17. vers. 16. De re ipsa consule schol. Sophocl. Oed. Col. v. 328. vel 350. Cel. J. Perizon. ad Aelian. L. 8. cap. 7. & J. Lud. de la Cerdam ad Virg. L. 9. Aen. v. 648.

³ *In interiore parte*] Terentius Eun. act. 111, sc. v. ad istam ipsam rationem respiciens; *Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat: & mihi ne abscedam, imperat; In interiori parte ut maneam solus cum sola.* Buchn,

⁴ *Gynaeconitis appellatur*] Cod. Mendozii *Gynēchorites* Leid. *Gynēchorites* appellantur. Voss. A. *Gynēchorites* C. *Gynēchorites*. Dicitur *Gynaeconitis* & *Gynaecum*. Vide Stewechium ad Vegetium L. 1. de Ro Militari, cap. 7.

plurima cognatione conjunctus. ¹ Sed plura persequi ² tum ³ magnitudo voluminis prohibet, tum festinatio, ut ea explicem, quae exorsus sum. ³ Quare ad pro-

¹ *Sed plura persequi*] Vet. ed. Ultrajectina Schotto laudata: *Sed hic plura p.* MS. Boecleri: *Sed haec plura p.* Quod praefero. Ut plura idem sit quod pluribus, prolixè. Quemadmodum in illo Virgilii *Multa gens*; ac altero Caecinae ap. Cic. 6. ad fam. ep. 7. *multa Deos venerati sunt*. Sic apud ipsum Nepotem, 7, 6, 1. *multa in vestibus in Thebanos*, id est, prolixè, longo sermone. Vide Voss. de Construct. c. 61. *Bosius* Cod. Dan. & H. Steph. ad marg. Ed. Lutet. add. *Sed hic plura pers.* Leid. *Sed haec plura pers.* nec ibi *tum* legitur. MS. Ox. etiam *hic plura*; Vossian A. *cum magnitudo* B. *Sed haec plura persequi cum magn.* sed *cum* abest a Cod. C. item *haec*.

² *Magnitudo voluminis*] Quippe in quo non modo duces Graecorum, sed Romanorum etiam ac aliarum gentium, quin quoslibet viros claros ante alios & excellentes, describere erat ingressus. Itaque, exiguam partem illius praestantissimi operis habemus reliquam, quod totum *de Viris Illustribus* inscripserat, in aliquot libros distributum. Itaque & paullo post ait; *In hoc libro*. Nam in aliis libris persequutus fuit eorum *vitas*, qui togae & pacis artibus praestitissent. Nec aliter Vossius censuit, cum in Latinis historicis de Nepote exponit. Quam sibi materiam autem in hoc libro tractandam sumserit, & quos posuerit sibi fines, tum infra cum de Regibus narrat,

tum in Hannibale extremo significat. Pari ratione, qua brevitatem scribendi excuset, usus Epaminonda cap. 14. *Buchn.* in MS. Longolii *prohibet* periodum claudit teste Schotto. De voce *volumen* v. cl. Duker. de Latin. Jurisc. Vet. p. 101. pro *explicem* Leid. *explices*.

³ *Quare ad propos*] desiderantur haec omnia in Ultraj. testante Schotto.

⁴ *Vitas*] De *vita* vetustissimi Codices, Magio, Schotto & Savarone auctoribus, legunt. itaque non est cur *vitas* legere malimus. Est enim utrumque rectè dicitur, *exponere aliquid*, & *de aliquo*; tamen altera ratione & infra in Pelopidae principio usus est. Nec obstat quod in singulari numero *vita* potius quam *vitis* dixit. Nam & hoc ipsum Romani sermonis ratio patitur, ut Hier. Magius aliquot exemplis ostendit. Plane ita Julius Higinus libros suos DE VITA REBUSQUE ILLUSTRIORUM inscripsit, ut Gellius laudat l. v. c. xvii. Infra in Epam, quidem noster ait: *quoniam uno hoc volumine vitas excell. Vir.* &c. Sed & ibi Danielis Codex non *vitas*, sed *vitam* legit. *Buchn.* Illud *de vita* fuit etiam in MSS. P. Danielis & Dn. Boecleri. uterque ex optimis: modum vero loquendi Servius in 1. Aeneidos laudans librum Corn. Nepotis, qui VITA ILLUSTRIORUM inscribitur. Ut omnino in textum recipiendum videatur. *Bosius*, *De vita leg.* etiam Cod. Leid.

propositum veniemus, & in hoc exponemus libro
4 de vita *excellentium Imperatorum.*

Leid. & H. Steph. nec non MS.
Oxonienf. quam lectionem probat
Munckerus ad Hygin. lib. 2. A-
ftron. cap. 4. & pluribus exemplis
confirmat cl. Cortius ad Sallust. Cat.

cap. 4. n. 3. & in textum receperunt
suae editionis cl. Bosius & Cel-
larius, quos sequi heic non dubi-
tamus. Absert a Voss. A. B. sed C. de
vsa.

I. MILTIADES.

CAP. I.

MILTIADES 2 CIMONIS FILIUS ATHE-
NIEN-

Nolo transcribere, quae Janus Rurgerfius ó *manuetrus* convincendae Nepotis *disceptationis* Variarum Lectionum commentariis consignavit: quae tamen cognoscenda sunt, ut se Lector ab iis erroribus, quos ei Nepos offuderit, expediat. *Gebhardus*.

1. *Miltiades*] Corn. Nepos expositurus de vita excell. Graeciae Imp. quare a Miltiade fecerit initium, ex Zofimi hist. lib. 1. apparet. Post expeditionem Trojanam, inquit, ad pugnam usque Marathoniam nil praedicatione dignum Graeci gessisse, vel adversus se ipsos, vel alium quemquam videtur. Itaque Miltiadem huic operi praesultorem esse voluit, memor illius Pindarici: *enjuslibet operis in capite splendentem ac venidentem faciem esse oportere*. I. Ravius.

2. *Miltiades Cimonis filius*] Corn. Nepotem, priorem Miltiadem cum posteriore confundere, & utriusque gesta uni adscribere, notavit & Rurgerfius in *Var. lect.* ix. & Petavius lib. III. Part. 1. *Rationarii temporum cap.* 11. Vide l. IV. *Anthol. c.* XII. Ep. LXXXV. Sed contradicit isti sententiae Jo. Raven *Comm.* ad c. 1. *Milt. i.* De Miltiadis familia vide Dav Chytraei *Chronolog.* An. 3472. & Magii annot. in ejus vit. *Ernstius*. Dion. Petavius *Rat. Temp.* 111. 2. *dignum animadversis errorum Corn. Nepotis existimat,*

quasi h. l. duos *Miltiades*, superiorem illum, Cypseli filium, cum juniore Cimonis, confuderit, & utriusque gesta adscripsit mi. Nolle tanto viro excidisset tam acris iudicium. Primo enim quod plures Miltiades fuerint, quem ex veteribus idoneum auctorem habet, praeter Herodotum? Aelianus enim iste, quem illi addit, quique *variar. Hist.* XII. 35. tres fuisse sic scribit; *Miltiades 3* *αρεϊς*, *ι* *αθη* *αθηναϊκος* *αθηνας*, *ι* *ο* *Κυψηλλης*, *ι* *ο* *Κιμωνος*. Unde habet, praeterquam ex Herodoto, &, quod haecenus non observatum, pessime intellecto? Herodotus enim qui lib. VI, 103. *Grust.* Miltiadem nostrum, Cimonis F. a Miltiade Cherfonefi conditore nominatum scribit, eundem hunc Cherfonefi conditorem Cypseli filium disertis verbis appellat, eique a Cherfontis, tanquam conditori sacrificia & agonas nuncupata esse clarissime commemorat. Confer. *cap.* 34. §. 1. & 38. §. 2. Quam recte ergo Aelianus Miltiades distinxerit, secutumque se jactet *Petavius*, manifestum esse credo. Ab uno scilicet disce omnes. Scio quae apud Marcellinum in *vita Thucydidis* legantur: sed nec ista quidem citare pro se *Petavius* voluit. Et unde Marcellinus nisi ex Herodoto, cujus ipse fidem eod. loco satis elevat? *nisi*, inquit, *Herodotus* *mentitur*. Quo igitur argu-

ntento

16 CORNELII NEPOTIS
NIENSIS, cum & antiquitate generis, & gloria

mento patet error Nepotis? juxta *Aelianum* ac *Petavium* vix alio quam ex Herodoti Eratone. Ita scilicet convincemus omnēs, qui ab Thurio isto apud veteres etiam non usquequaque bonae fidei, sic discedunt, ut tutiora interim verioraque confecerint. An existimat *Petavius*, Herodotum, tam vulgarem ipsa celebritate scriptorem, aliosque illorum temporum, auctori nostro non lectos? Aut, ἡ ἀμαθία μνημονικῆ, in tam clara, verbisque exscriptissima Herodoti historia, tum, quando de Miltiade nostro commentabatur, labi tam enormiter potuisse? An *Petavius* non recordatur ejus, quod *T. Livius* in proem. de novis destinati operis tanti scriptoribus affirmat, eos semper in rebus certius aliquid sese allaturos credere? An oblitus est, tam saepe hoc professum ab auctore nostro? Annon toto libro, & in singulis istis deprehendit excellentibus Graeciae viris, quam alia aliaque memoriae prodita sint? Et quo loco Cornelium habet, quem omnes boni magnique auctores, etiam fidei causa, ipsi certe veteres tantopere hucusque suspexerunt? Quid ergo? Dissensum demonstrare *Petavius* potest, errorem non potest. Atque illum scimus omnes, & videmus. *Rave*. Abest filius a MS. Leid. haud absurde: in Regib. cap. 1. *Darius Histaspis filius* in Cod. MS. A. *Darius Hirtapsi* omissa voce filius sed *Hirtapsi* male ibi, ut omnia verba peregrina, pro *Histaspis* descriptum legitur. De hac Ellipsi consulendi sunt Doctiss. Munck. ad Hygin. fab. 14 & 21, &

ad Lactant. Narr. Ovid. lib. 6. fab. 3. & cl. Duker. ad Florum 1. 2. cap. 6. §. 19. Prima vero cujusque Nepotis libri verba titulum esse putat Joh. Schefferus Ep. 5. ad N. Heinsium, id in sequ. Epist. responsoria probantem. MS. Bernard. pro titulo habet de *Miltiade*, de *Themistocle* & sic de ceteris: MS. Bibl. ff. Trin. *Vita Miltiadis*, *Vita Themistoclis* &c.

1 Antiquitate generis] Nobilitate. Non possum audire virum doctiss. qui antiquum h. l. pro nobilitate interpretabatur, ductus auctoritate Servii ad haec Aeneid. 2. *Antiqua Metabus cum excederet urbe*. Cur enim nolimus plano verborum sensu usi ad intelligenda interiora historiae? Nam, ut de Aeaco taceam, ad Codrum referunt Miltiadis genus veteres quique scriptores, auctorem certe eum, cujus nomen quoque pro argumento vetustatis erat. Pro verbo enim dicebatur προσβύτιος νόστος Suidas paraemiam interpretatur ὅτι τὸ πᾶν παλαιῶν. Idem & Hesychius & Tarrhaeus. Illustrat quoque Diogenianus Centur. 487. 7, 45. opere Adag. Graec. Schotti. Nobilitatem vero Noster minime praeterit, quam generis mentione satis indicatam fecit. *Ravins*. Ab ipso Aeaco usque Jovis filio repetebatur: testis Herodotus lib. vi. Sed de Miltiadis gente intricatissimum negotium est: multusque in explicando eo Reineccius fuit. Quam bene & feliciter, ostendunt ea, quae J. Rutgerius fuse & accurate super ea re disputavit lib. I. V. L. cap. ix. *Buchner*. Adde Ubb. Emmium append. genealog. p. 29. Ad Codrum quoque Miltiadis

ria majorum, & sua modestia, unus omnium maxime floreret; eaque esset aetate, ut non jam solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives possent sui, & talem futurum, qualem cognitum judicarent:

dis genus veteres quique scriptores referunt: cujus nomen quoque pro argumento vetustatis erat. Unde Proverb. *προβηταις οδους Βοσνις*. Ad Ajacem referre genus dicuntur Miltiades & Cimon una cum Alcibiade & Thucydide in Scholiis Pindari O. Nem. 2. vs. 19. sed de cognatione Miltiadis & Thucydidis ad Interpretes ad Marcellinum de vita Thucydidis pag. 1 & 2. ubi plura de Miltiadis ortu videbis notata.

2 *Gloria majorum*] Propter tum eund. Codrum, de quo Vellej. I, 2. *Codrum cum morte aeterna gloria, Athenienses secuta victoria est.* tum propter ejus posteros, qui per eccvii. annos non interrupta successione digni ab Atheniensibus habiti sunt. *Rave.*

1 *Modestia*] Magnam haec nobilitati apud plures gratiam ac favorem circumdat, & expedito est ad miniculo ad vota perveniendi. De Nerone Germanici F. Tacit. IV. Ann. 15. *aderant juveni modestia ac forma principe viro digna.* Gebhardus. In virtutibus cujusque magni hominis, quae princeps esset, a scriptoribus diligenter indicatum. Hujusmodi in Miltiade erat *Modestia* h. e. *moderatio*. Ita enim capienda h. l. vox est. Sic autem & Jul. Capitol. accipit in Antonino Philosopho c. 6. §. ult. *Tanta erat Marci probitas, & tanta in Imperatorio principatu modestia.* Civilis ingenii virtus est, opposita superbiae, ambitioni, arrogantiae, ἀξιοφροσύνη, & ingenio alias,

ut Sallustius ait, *Nobilibus malo, & honorum plerumque in potestate.* Vide Liv. 8, 33. Laudatur vero in principibus viris, quo rarior illa virtus est, &c. Praestitit autem civilitatem ac moderationem Miltiades tota vita: cum in Chersoneso officia iisdem, a quibus profectus erat, exhiberet, c. 2, 3. *amicivorem sese demonstrans omnium libertatem quam suae dominationi* c. 3, 6. & usque adeo comem, ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret c. 8. 4. Laudat hanc in Miltiade virtutem Aristides quoque Rhetor longe pluribus Platonici. 11. & confert cum superbia Pausaniae ex honoribus & rebus ad Plataeas bene gestis supra modum elati. *Ravins* in Voss. C. *Moestia.*

2 *Floret*] cebris esset ac clarus. Et nota, quibus rebus ad magnam existimationem pervenerit Miltiades; Nam 1. *antiquitatem generis* nominat: omnibus enim rebus vetustas venerationem parit. 11. *majorum gloriam*: nam verisimile est nasci meliores ex melioribus. 111. *modestiam*, per quam, ut Cicero lib. 11. de Invent. c. LIV. apposite scribit, pudor honestus claram & stabilem comparat auctoritatem. *Buchnerus.*

3 *Eaque esset aetate*] Locutionem hanc illustrant Eruditi Lipsienses in Actis M. Aprilis A. 1731. p. 195.

4 *Talem fut.*] Cod. P. Dan. *Talem eum fut.* MS. Oxon. addit *esse.* & pro *ut non jam sol.* MS. Boecleri *ut jam non sol.* Bofius.

runt: ¹ accidit, ut Athenienses ² Chersonesum colo-
² nos vellent mittere. Cujus generis quum magnus nu-
 merus esset, & multi ejus demigrationis peterent so-
 cietatem: ³ ex his delecti Delphos ⁴ deliberatum
 missi

¹ *Accidit*] Longe aliter narrat Herodotus, a tempore & historia, tum Miltiadis ipsius, tum eorum quae ad Chersonesum & Lemnum gesta sunt. Vide lib. v r. *Rav.* Vide J. Ratgerf. l. i. Var. Lect. c. 9. Sed haec quoque locum habent, quae paulo ante adversus Petavium disputata sunt. Judicio certe & ratione, non errore, nostrum dissentire manifestum est. *Bosius.*

¹ *Accidit ut Athen. Chersf. c. v m.*] Ad haec verba *Janus Rutgersius* lib. i. var. lect. cap. 9. cum ea recitasset, sic annotat: *Equidem delector recitanda tam vetustae puritatis verba: sed tamen in tam paucis versibus vixit & quam immanes errores commissi sint. Primum, quod Miltiadem Marathonium. (demus enim clarissimo viro id cognomen, quod olim divinus Plato illi tribuit) confundat cum Miltiade Cypseli. Deinde, non voluerunt Athenienses eo colonos sua sponte mittere, sed eos ultro Chersonesi incolae, necessitate coacti petierunt. Tunc autem, non ex Atheniensibus delecti sunt, qui Delphos deliberatum ivent, ut e verbis Corn. Nep. colligas; sed ipsi Dolonci Reges suos eo miserunt. Ad haec eum Thracibus armis dimicandum non fuit, qui ultro auxilia petitem veniunt, sed cum Apsinthiis, qui eos bello infestabant. Posiremo Pythia, non, ut Nepos vult, nominatim Miltiadem eis ducem dedit, sed tantum per ambages, ut solet, designavit. Addit his *Rutgersius*, eundem errorem *Pausaniam* accurate diligentiae scripto-*

rem incurrisse, cum in Eliacis aperte Miltiadem nepotem cum Patruo confundat. Legenda tota est dissertatio viri eruditissimi de gente Miltiadis ad lucem Nostro auctori foenerandam. *Boecl. Consule Celeb. Perizoniam ad Aelian. lib. 12. V. H. cap. 35.*

² *Chersonesum*] Thracicam intelligit, quam & magnam Strabo vocat. Nam sunt & aliae Chersonesi, ut *Taurica*, five Scythica, in Euxino & Mootide: *Atrea*, supra Gangem; & *Cimbrica*, quae Dania hodie appellatur. *Thracica* autem Aegaei maris est. *Buelm. Chersonesum* Leid. Codices Vossiani fere semper *Chersonesum*, pro *Chersonesum*.

³ *Ex his*] *Ex iis* Cod. Mend. Sic in praefat. in MSS. Codd. *hi* & *ii* sunt confusa, & infra plus semel.

⁴ *Deliberatum*] cum Deo consultationem initum. *Deliberare* enim est cum Deo deliberationem habere atque instituere, referre, quod caeptandum est ad consilium Oraculi. Nepos Themist. *Deliberantibus Pythia respondit, ut moenibus ligneis se munirent.* Cicero lib. 5. *Quaestion. Tusculan. Pueris nobis Cn. Aufidius in senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, ipsum consulentibus vel consilium ipsius petentibus; sic consultare usurpat Tac. 2. Annal. 54. Sacerdos numerum modo consultantium, & nomina audit.* Diodorus lib. 15. *Πολλάς τινάς ἐπεμύσαν ἰσοκυβίους ἃ θεῶν μάγῃ ἢ ἐναυασιάνειας.* Nihil autem neque publicae neque

missi sunt, ¹ qui consulere Apollinem, quo potissimum duce uterentur. ² Nam tum Thraces eas regiones ³ tenebant, cum quibus ⁴ armis erat dimicandum.

neque privatæ rei sine Oraculi auctoritate aggrediebantur. Justinus lib. 8. cap. 2. *Immemores proventus, quod in dubiis rebus suis illo Deo etiam consiliorum auctore usi fuerant.* Et statim. *Quod nihil sine majestate numinis ejus aut privatæ inquam aut publicæ rei gesserant.* Gebhard. Haec tautologiae quandam speciem habent. Nam quid *deliberatum* mittere aliud est, quam mittere qui consulant? *Deliberare* enim hic est non agitare consilium super aliqua re, ut vulgo accipitur; sed consulere, h. e. quaerere ex aliis quid faciendum. Infra 11, 2, 2: *Miserunt Delphos consultum, quidnam facerent, de rebus suis.* *Deliberantibus Pythia respondit* &c. *Budm.* Qua de causa tamen nihil mali suspicari aut mutare Lambinus aliique debuissent. Nemo enim ex quacunque *μεγαλολογία* aut *ταυτολογία* vitium conjectet. Nam ut earum saepe necessarius, saepe honestissimus locus est, ita in hoc simplici, lenique descriptionis genere maxime conveniens est. Imo *Aristides* Rhetor *περὶ ἀρετῆς λόγος* de simplici genere dicendi hoc inter virtutes ejus *Ideæ*, tanquam aliquod *ἄριστον*, recenset. Manu tamen, non facco, & instar condimentorum, haec talia ferenda sunt. *Rave.* Itaque Schoppius *Verisimil.* 2, 10. & in *Paradox. Liter. Epist.* 5, illa, *qui consulere Apollinem*, sine dubio adventitia, & ab aliquo adscripta esse censbat, qui declarare volebat vim vocis *deliberatum*. Cujus conjecturam confirmare videtur cum MS. Cod. *Ernstianus*, a quo eadem

verba aberant: tum illud 2, 2, 6. *miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis*, & tamen cl. viro Jo. Ravio nihil mutandum videbatur. *Nemo enim*, inquit, *ex quacunque μεγαλολογία, aut ταυτολογία vitium conjectet.* Nam ut earum saepe necessarius; saepe honestissimus locus est, ita in hoc simplici lenique descriptionis genere maxime conveniens est. Imo *Aristides* Rhetor *περὶ ἀρετῆς λόγος* de simplici genere dicendi hoc inter virtutes ejus *Ideæ*, tanquam aliquod *ἄριστον*, recenset. Haec ille. *Judicent*, qui possunt, an brevitatæ studium, quod noster ubique prae se fert, hanc *ταυτολογία* admittat. Mihi, ut ingenue dicam, quod sentio, suspecta est. *Bosius.*

1 *Qui cons. Apoll.*] Haec verba desunt in manu exarato Codice nostro. Quod miris modis Schoppius conjecturam confirmat, lib. 11. *Verisimil.* cap. x. *Ernst.* Absunt etiam a *Leidensi*.

2 *Nam tum Thraces*] *Dolonchi* eo tempore *Chersonesum* obtinebant: Ii cum gravissimo bello ab *Apsinthiis* premerentur, reges suos *Delphos* de belli exitu sciscitatum miserunt, ut observavit *Janus Rutgersius*. *Gebhardus*. MSS. *Pet. Danielis* & *Ob. Gifanii*: namque *tum Thraces*. Vide hunc in *Ind. Lucret.* v. *Trace*: ubi & in aliis *Nostri* locis sic exaratum id nomen in *Cod. suo* esse testatur. *Bosius*. *Leid.* *idnamque tamen Thraces*.

3 *Tenebant*] vi, nullo juris titulo. Ergo itidem fortioris adventu illis erat cidendum. *Caesar*. lib. 4.

3 dum. His consulentibus 1 nominatim Pythia praec-
cepit;

de Bello Civil. cap. 102. *Novis
delectibus, si nemo premeret, Mace-
doniam tenere conaretur:* Cicero lib.
2. de offic. *Quum autem dominatu
senius omnia tenerentur.* lib. 4. Epist.
ad Marcellum. *Sed mihi crede, etiam
is, qui tenet omnia, facit ingenis.*
Gebhardus.

4 *Armis er. dimic.]* Integre di-
ctum, ex quo postea absolute, *di-
micare.* Maluit autem vel ideo
pleniorem phrasin, quia cum *Thra-
cibus* dimicandum erat. De quibus
Vegetius ait 1. 23. *Thracis in tan-
tum bellicosos semper fuisse, manife-
stum est, ut ipsum Martem fabulae
apud eos natum esse confirmet.* Justi-
nians princ. Novellae xxv1: *Illud
in confesso est, quod si quis Thracum
regionem nominet, statim una cum di-
ctio virilitas quaedam animum, &
militarium copiarum, bellorum ac pu-
gnae, cogitatio subeat.* Hinc ergo
nostrer non *dimicare*, sed *armis di-
micare* dixit; adeoque si est (ut
quidam existimant) perissologia,
augendae rei causa, & sic in tem-
pore adhibita est. *Rave.*

1 *Nominat, Pythia praec.]* Cum
alias per flexuosas ambages respon-
dere oraculum solebat. Auctor,
Scholior. Aristophan. Equites. *Τὸ
ἴ περὶ οὐκ ἔχρησται λόγος ἐπιφρονταί
ὑπὸ τῷ Ἀπόλλωνι.* Andronicus An-
tiopa.

*Ita septuaginta dictio a Deo datur
Quod consecutum sapiens aegre
consulit.*

Pacuvius Peribaea.

*Flexa non falsa autumare dictio Del-
phis solet.*

Idem Duloreste.

*Nihil conjectura quivis interpreta-
rier,*

Quorsum flexi vico contenderet.

Erat Pythia mulier quaedam, quae,
ut ajunt, insidens tripodi Apollinis
passis cruribus, gravem subeuntem
et specu spiritum genitalibus reci-
piebat: & ita furore repleta, &
capillum promittens, & spumam
ex ore emittens; omnia alia com-
mittebat, quae infantes facere
confueverunt, sicque verba Ora-
culi seu potius insaniae reddebat.
Scholiorum Graecorum auctor in
Aristophanis Plutum ἢ Ἐδαίμων τις
ἦν ἄνω κατέρχετο πύθων, ἀφ' ἧς ἡ Πύθια
προσωνομάζετο, ἢ Ἐάντος ὁ Ἀπόλλων
πύθων ἐνομάζετο διὰ τὸ αὐτὴν πύθια-
νομίαις χρῆσθαι δίδουαι, περὶ ὧν ἔβ-
βλῆαντο. Cicero de Divinatione.
Nam terrae vis Pythiam Delphis in-
citabat. Et ibidem Demosthenes
φιλιππίδων Pythiam dicebat, id est
quasi cum Philippo facere. Hoc
autem eo spectabat, ut eam a Phi-
lippo corruptam diceret, *Gebhar-
dus.* Pythia virgo sacerdos Apollin-
is, qui Pythius appellatus a Py-
thone serpente interemto. Haec
quomodo Delphis, inspirata a Dae-
mone, ejus sacra procurabat, o-
racula ediderit, docet Origenes lib.
III. contra Celsum & Dionys.
Longinus περὶ Ἱψυς sect. XI. *Buchn.*
Solebat autem ambage quadam,
aut per τὸ λέγειν τὸ λόγος oracula sua
enunciare, unde & Apollo ipse
λόγιος dictus, tanquam qui intricata
& flexiloua diceret, testibus *Scho-
liastis* Pindari ac Sophoclis, *Servio*
in vi. Aen. *Synesio* in lib. de infom-
niis, *Elia Cretensi* Comm. in orat.
1. quae est adv. Julian. *Apost. Cle-
mentis*

cepit, ut Miltiadem sibi ¹ imperatorem sumerent. Id si fecissent, incepta prospera futura. Hoc oraculi responso ² Miltiades cum delecta manu ³ classe Chersonesum profectus, quum accessisset Lemnum, & incolas ejus insulae sub potestatem redigere vellet Atheniensem, ⁴ idque Lemnii sua sponte facerent, postulasset, illi ⁵ iridentes responderunt: tum ⁶ id se factu-

mente Alex. Strom. lib. v. aliisque pluribus. Huic rei praeter *Homonyma*, *Amphibola*, & *Aenigmata*, inserviebant *Allegoriae*, *Periphrases*, omnisque alia ad *discretam* accommodata *variatio* & figura. Hinc est, quod noster tanquam praeter morem accidisse scribit, Miltiadem nominatum a Pythia, & quasi evocatum (ut Romani loquuntur) fuisse, quae circumloqui alias & adumbrare haec talia assuescit. *Rare*. Pro. Pythia Leid. Phitia.

1 Imperatorem sumerent] eligerent sibi quae praeficerent. Sic Cicero ad Atticum dixit *sumere Judicem*. & Verrina 5. *sumere Imperatores*. Gebhardus. Hygin. fab. 23. *Alcinous se inter eos interpofuit, ne bellarent: quem Judicem sumperunt, qui eos in posterum distulit.*

2 Miltiades c. d. ita Cod. P. Dan. sed Leid. id Miltiades dilectus c. d.

3 Classe] Hoc in adverbii speciem ponitur, pro eo quod nos dicimus, *et* *classis*. Sic paulo post: *cum ille d. mo. navibus proficiscens*. Caesar 11. de B. Civ. cap. 33. *Ubi neque pedestri itinere, neque navibus commatu jurrari possint*. Bacha. Pro insulae Voss. C. insulatae.

4 Idque ut Lemnii] MS. Boeck. idque Lemnii. Bofius. Leid. & Voss. A. B. C. ut etiam omittunt. haud

absurde, quoniam scriptores latinissimi hanc particulam post verba *oro*, *monco*, *jubes*, *postulo* & similia solent omittere: consule Ampliff. Cuperum, l. 1. Observat. cap. 19. cl. Dukerum ad Florum lib. 1. cap. 1. n. 15. & Oudendorp. ad Frontin. Lib. 1. Strat. c. 4. n. 26. quare & heic ejicere non dubitavi.

5 Iridentes respond.] Responsum est cum conditione, sed ea, quae per rerum naturam, ut Paul. 1. III. Sentent. t. 4. §. 19. ait, *admitti non potest*. J. Cui *impossibile* vocant, eodemque verbo Herodotus eam interpretatur 1v. 40. Est a. non *purè absolutaque negatio*, sed eam irihone quadam, ut noster judicat, quia nihil ejus significatur, quod dicimus, sed verba omnia contrariae interpretationis sunt. Est ergo ejus generis ironia, quae ex rei natura intelligitur. Fab. VIII. 6. *Rare*. Pro *iridentes*. Voss. B. *iridentes*.

6 Id se facturos.] Leid. id facturos. & se abesse potest. sic *ad te venire patiaris* omisso *me*. c. Boeck. in Thé. mist. 9. v. J. Fr. Gron. l. 2. obs. cap. 7. Munk. ad Hygin. f. 23. & 67. Cortius ad Sallust. Cat. c. 17. n. ult. & nuper Tib. Wobkens l. 1. Lect. Tull. cap. 2. p. 9. Sic in Lyfandro cap. 3. in MS. Leid. & Voss.

facturos, quum ille domo navibus proficiscens ¹ vento
aquilone ² venisset Lemnum, ³ hic enim ventus ⁴ a
sep-

A. Sed sentiebat id sine ope deorum fa-
cere non posse, omisso se. In Dione
cap. 6. in MSS. Leid. & A. Namque
aperuisse videbatur omnia in sua po-
testate esse velle in Vulg. Edd. se o-
mnia &c. in Hamilcare cap. 1. in
eod. MS. A. & Us quam Catulus
negaret bellum composituram in Vulg.
u. q. C. u. se bellum comp. in Attico
cap. 9. ex eod. MS. & Cod. C.
Et in eo laedendo aliquam consecuturos
sperabant commoditatem. In Conon.
cap. ult. in Cod. B. simulans ad re-
gem eum mittere velle.

¹ Vento aquil.] Saepe ira loquitur
Noster, ut genus cum specie con-
jungat. Ita paullo post (1, 2, 4.)
dixit Vento borea & (1, 3, 1.) Istro
flumine: In Alcibiade (7, 8, 1.) Ae-
gus flumen; & In Eumene (18, 5, 1.)
apud Nilum flumen. Quae eo per-
tinent, ut perspicua fiat oratio, uti
Lectori ne figatur aliqua crux,
quae ipsum adfigat, *Buclem*. In
praesenti loco id simul observate,
esse hic descripta *Pacti illius* cum
Lemniis verba, in quo illi, ut tu-
rius irriderent, curiosi fuerant,
omniaque cavere volebant. Addunt
ergo ad Aquilonem simul & Ven-
tum, ne forte argutari Miltiades
posset, & situm loci interpretari;
volunt eum navibus proficisci, ne
terra ear. Decepti in ultimo, quod
domo eum, non *Athenis*, vocabant.
Et sunt haec quoque talia in ora-
tione minus necessaria, & quod tum
viciosum est, plerumque superflua;
in pactis autem, foederibus, & si-
milibus, cautela. Itaque & Miltia-
des, dum ex pacto insulam postu-

lat, integre pleraque repetit verba,
Illi enim, inquit, dixerant, cum
vento Borea, domo profectus, eo per-
venisset, sese dedituros: omittit de
navibus, quod opere ac re ipsa praes-
tabat: omittit ideo, ne anxius de
jure suo videatur. Satis est sibi,
de vento Aquilone repetisse, ut id
simul de domo, tanquam liquidi
juris, obtruderet. *Rave*. Ceterum
rem totam paullo aliter narrat He-
rodotus extremo libro vi. cujus
verba prolixè adduxit Lambinus ad
h. l. Zenobius additum ait, si pro-
fectus Athenis, eadem die Lemnum
perveniret. εἰς αὐθιμίον Αἰθιμίον
Βορέα χερσόνηδον καταπλευσόντες εἰς τὴν
Αἰλίαν. *B. silius*. De hoc loquendi more
vide Scaligerum ad Virgilio Cata-
lecta init. Th. Munck. ad Hygin.
fab. 19 & 140. & ad Anton. liberal.
cap. 25. & 35. J. Brouckh. ad Propert.
L. 2. El. 4. vs. 4. & cl. Burm.
ad Petron. cap. 43. & sic Herod. 1.
cap. 72. μετὰ σέπτερον αἰώνων. c. 110.
μετὰ σέπτερον αἰώνων & cap. 174. μετὰ
σέπτερον αἰώνων Theocr. Idyll. 10. vs.
46. ἐκ σέπτερον αἰώνων & sic passim.
Plura dabit cl. Cortius ad Sallust.
Jugurth. cap. 12. n. 5.

² Venisset] Leid. *Venissent*.

³ Hic enim ventus a sept. o.] *Andr.*
Schottus in Ultrajectina editione an-
notatum esse ait: supposititium hunc
versum videri atque glossema esse.
Nescio tamen, an non ira soleat
Nepos explicare, etiam quae non e-
rant difficilia suppletu intellectuque;
ut mox 1, 2, 4. pactum illud repe-
tit, illi enim dixerant. Certe in
Mf. legitur sicut editum est. *Boecl.*

Etiam

septentrionibus oriens, ¹ adversum tenet Athenis proficiscentibus. Miltiades ² morandi tempus non habens,

Etiam Herodotus perinde subjicit; ἡ δὲ Ἀθηναίων ποτὶς ἴστων κλισίῃ, πρὸς τὴν ἄρουραν. *Bosius.*

4 a Septentrionibus] A septentrionali mundi parte. Rectius autem septentriones dicimus, quam septentrio. Quamquam & istud quoque auctoritate haud careat. Nam si non satis recte dixero septembos; neque septentrio recte dixero. Trio enim rusticorum lingua bos dicebatur, ut ex Varrone Gellius docet 11, 21. *Buchm. Cod. P. Dan. & Leid. ab septentr.*

¹ Adversum tenet] Translatio a militia, in qua directa acies contra alteram adversum tenere, h. e. opposita esse recte dicitur. Cicero Philipp. tenere locum agminis, & ipse Nepos (16, 4, 3.) tenere alterum cornu. Adversum ergo tenere, ex adverso stare. Quare causa nulla erat, cur quidam, quod minus intelligerent, obelo confoderent, aut Lambianus contra omnes libros interpolaret, adversum statim emittit. Tacit. 2. C. 54. Germanicum in regressu sacra Sarmatracum visere nitentem obvii Aquilonis depulere. Nimis arctamus Linguae Latinae pomacria, si inusitatum loquendi genus quamvis probatum statim exterminaverimus Rem ita narrat Zenobius Καλινίπρον δὲ τὴν Ἀθηνῶν ἐπιπέτρην τὴν Ἀθηνῶν εἶπον εἰ Πιλαργῶν, αἴτε ἀδμινιστρῶν (de hac circumstantia nihil Nepos) Ἀθηνῶν βαρβαρὰ χερσὶ ἀμύθη καὶ ἀπαλλήσειεν εἰς τὴν Ἀθηνῶν. ἐκστῆσαν δὲ γὰρ αὐτῶν. *Gebhard.* Vide Ind. *Bosius.* Hinc loca, ad quae iter facimus e regione posita, dicuntur adversa v. cl. Burm. ad Valer. Flacc. L. 1, vs. 493.

² Morandi tempus non hab.] Nam si confedisset ibi, dedisset spacium hostibus majores contrahendi vires, & opes suas in Chersoneso magis confirmandi. Quibus nondum factis validis supervenire, magnum ad victoriam momentum habere statuebat. Pertinet igitur hoc ad prudentiam, quam infra in Miltiade noster commendat. *Buchm.*

3 Cursum direxit] Navigationem, τὴν πῆγαν. Apposite Graeci magistri. πρὸς τὸν δὲ κωκυτῶν ὄρεϊ ὑπερὸν ἰσθμῶν. Caesar 3. Civil. 25. Si vel ad litora Apollinariū cursum dirigerent. Curt. Lib. 10. Inde Numidiae solitudinibus peragratis cursum Gades dirigere. Paterculus Lib. 1. cap. 4. Hujus classis cursum esse directum alii columbae antecedentis volatu. Justinus 22. 5. p. Agatocles cursum in Africam dirigit. Cicero de Natura. Ab Etesis ventis maritimi cursus celeres & certi diriguntur. Cursus ergo maritima profectio. Curtius lib. 10. Praetervehi Alpes Italiamque oram, inde in Epirum brevis cursus est forsitan sic scripsit Catullus.

Dira quibus retinens in summis urbibus aves,

Ipsa levi fecit volitantem flumine cursum.

Quamvis non distireat istud cursum esse lepida a Graecis translatione, qui navem ἄρμα, gubernatorem ἡντοχὸν appellent, dictum: ut notae Muretus L. 1. Var. cap. 11. hinc currere, navigare. Flaccus Lib. 1, Argonaut. vs. 265.

Placidi si currere fluctis.

Pelea vultis

B 4.

vs. 397.

bens, ³ cursum direxit quo tendebat, pervenitque Cherfonesum.

C A P. II.

Ibi brevi tempore ¹ barbarorum ² copiis disiectis, ³ tota regione, quam petierat, potitus, ⁴ loca castellis

vs. 307.

Age, rumpe moras, dumque aequora toto

Currimus.

A mari ad terram transfudit Valerius Maximus Lib. 7. cap. 4. 5. *Quum alio cursum direxisset, subito ad Contrebiam reflexit.* Gebhardus. Poetis nihil familiarius v. Weitz. ad Valer. Flacc. L. 1. Argon. vs. 271. Graecorum esse imitationem certum est, qui τριζυρον de ipsa navi saepius dixere Vide praeter alios Schol. Trichin. ad Sophocl. Ajac. vs. 1102. & τριζυρον transire pro *pernavigare* imprimis Homerus usurpavit, ut in Odyss. N. vs. 91. & 264. v. Schol. Apoll. Rhod. 2. Argonaut. vs. 326. unde & τριζυρον de ipso mari dicitur, v. praeter Scholia, quae hic inuit Gebhardus, Aristophan in Pluto vs. 521. Ill. Spanhem. ad Callim. H. in Delum vs. 46. quare & τριζυρον τριζυρον dicitur Eurip. Hecub. vs. 112. & τριζυρον τριζυρον, vs. 445. Plura adderem, quae a terra ad mare translata sunt, sed iniqua. Simili, ut Noster, utitur phrasi Justinus L. 31. cap. 2. *Navem conscendit, cursumque ad Antiochum dirigit. dirigere gressum dixit Virg. 1. Aen. 405. & cursum navis dirigere 5. Aen. vs. 162. dirigere Iter Cic. 10. ad Fam. Ep. 11. navem Noster in Chabr. c. 4. sic saepius apud alios.*

¹ Barbarorum c.] Barbarum c. C. P. Dan. & Leid

² Tota regione potitus] Quae h. l. de verbo potiri adnotavit Lambinus, latius illustrata videbis in notis Cl. Oudendorpiad Frontin. L. 2. Cap. 8. E. 6. n. 14.

³ Copiis disiectis] fuis ac dissipatis. Caesar Lib. 1. Comm. de Bello Gallico cap. 25. *Phalange disiecta, gladiis distractis in eos impetum fecerunt* Cicero Artico *Nos disiecta manu pares adversariis esse non possumus* Gebhardus.

⁴ Loca castellis idonea] Herodotus lib. VI. scribit, Isthmum Cherfonesi Miltiaden praefuisse muro, & ita Apstinthios cohibuisse. Quo ista procul dubio pertinent. Sed ista omnia Herodotus de Cypseli Miltiade, non de Cimonis exponit, *Castellum* autem munimentum minus est; majus *castrum* dicitur. Et oppidum quidem cum vallo, fossa & turribus cingitur, *castrum*; cum vicus, *castellum* appellatur. *Buckm.* Castellorum varies usus ac finis: proprius tamen iste Mileiadi erat propositus, contra barbarorum incursiones esse provisum; habere receptaculum, quo comneatus, praeda, aliaque trahendo bello conferrentur; & ponere quasdam compedes ac fraenos, quibus *Sophrontes* continerentur in officio. Tale castellum inuit Diodorus lib. XIV. ubi Graeci redaces ex expeditione

contra

stellis idonea¹ communivit: multitudinem, quam
secum duxerat, in agris collocavit: ² crebrisque ex-
cursionibus ³ locupletavit. ⁴ Neque minus in ea re ²
prudencia, quam felicitate, ⁵ adjutus est, nam quum
⁶ virtute militum ⁷ devicisset hostium exercitus, sum-
ma

contra Artaxerxem se resciebant.
Αὐτὰ δὲ λόφοι, inquit, ἀγροὶ κατὰ
καὶ ἀγροὶ, τὰς χάρας ἐπιπέδων, ἢ τὰς
ἀφαιλάς τις τῶτον ἀδελφὸς ἀδελφὸς ἐα-
τὴρ ἀναμάχων. Cicero alludit *Cu-
templum illud fuit arce civium peritio-
rum receptaculum veterum Catilinae
militum, castrum forensis latrocinii.*
Tacit. III. Ann. c. 74. *Medio cum
delectis castella & munitiones idoneis
locis imponens, dux ipse, arca & in-
fensa hostibus caecata fecerat.* Curt. lib.
VII. c. 10. *Haec (sex oppida) omnia
sita sunt in editis collibus; tum velut
fraeni domitarum gentium.* Gebhard.
De errore Nepotis, ut dixi, consulendus
Cel. Perizonius ad Aelianum
L. 12. V. H. Cap. 35.

1 *Communivit*] Cod. P. Dan. &
Leid. *communivit* item Vossian A. C.

2 *Crebrisque excurs. locuplet.*] *Ex
αὐτομάτῃ* Valerius Lib. 2. cap. 3. 3.
Nam cum Equitatu Campanorum ex-
cursionibus Equites nostri, quia nu-
mero pauciores erant, resistere non possent.
Cicero de Provinciis *Via illa excur-
sionibus Barbarorum est infesta Prolege
Manilia: cum una excursio Equitatus
per brevi tempore totius anni vestigal
auferre possit.* Gebhardus. Scilicet
ista coloniarum inter ceteras erat
causa, *τοῖς μὲν Ἑλλήσιν ἐναποπέσει
γίνεσθαι τὰ ποταμὸν ἢ πλοῖα, ut rerum
 copia Graeci hoc magis absiderent.*
Hocrat. Panath. Unde etiam qui
ejusmodi excursionibus operam da-
bant, non *μάχη* sed *πορεύει* dici
volebant, ut est auctor Arist. de

arte Rhet. 3. 2. *Totum enim hoc
belli & Excursionum genus, latrocinium
magis, si ex se aestimetur,
quam justum bellum est, quodque
se nulla causa tueri potest idonea,
quam moribus illorum temporum;
quibus adversus eos, qui nullo
amicitiae aut foederis jure contine-
bantur, justa omnis injuria erat,
ut laedi, inyadi, sedibusque suis
ejici ultro possent, tantum ideo,
quia etiam si non inimici, hostes
tamen (antiquo significato) id est,
exteri forent.* Rarv.

3 *Locupletavit*] Alcibiad. *Et prae-
da omni locupletato exercitu.* Ibid.
Gloriosius *estimans Barbarorum prae-
da locupletari quam Praerorum.* Agesil.
Magna praeda militibus locupletatis.
Amisc. *Equis, armis, viris, pecunia to-
tam locupletavit Africam.* Locupletare
Graeci efferunt *εὐτυχεῖν ἐμπλοῆν
ἀφαιλάς, vel πλοῖα πλοῖα τὸ εὐτυχεῖν
πλοῖα ἀφαιλάς.* Cicero in Verrem.
Hac tanta praeda auctus, mancipiis,
argento, veste locupletatus Gebhardus.

4 *Neque minus*] Leid. *n. in ci.*

5 *Adjutus est*] Cl. Wasse ad Sal-
lust. Cat. cap. 9. dicit legi in Codice
Trin. *usus est*, quam lectionem alii
exemplis adstruere conatur. Verum
alteram tacite probare videtur Nob.
N. Heinsius ad Vellej. Paterc. L.
2. c. 120. p. 579. sic etiam Leid.
& Voss. A. *adjunctus* B. sed in mar-
gine *adjutus*.

6 *Virtute milit.*] fortitudine. Cae-
sar Lib. 1. Comment. de Bel. Gall.

ma¹ aequitate res constituit, atque ipse ibidem manere decrevit. ² erat enim inter eos ³ dignitate regia, ³ ⁴ quamvis carebat nomine. neque id magis ⁵ impetio,

c. 2. *Perfacile esse, cum virtute omnibus praesarent, totius Galliae imperio potiri.* c. 36. F. *Quid invidi Germani, exercitatissimi in armis, qui intra annos 14. castrum non subissent, virtute possent* vide cap. 39. P. *Gebh.* Qua perinde opus est, ut ductu & auspiciis Imperatorum. Hinc prudenter Sofia in Amphitr. I, 1, 36. *Id vi & virtute militum victum atque expugnatum oppidum est, Imperio atque auspicio heri mei Amphitruonis maxime.* Rave. 7 *Devicisset host. ex.* Msc. Boecl. *host. de v. ex.* Bofius.

1 *Aequitate*] Aequitas h. l. simplicissime & ex proprietate vocis, intelligenda est, tanquam *inter pares*. Quomodo Lactantius D. J. 3, 21. *Iustitiae vim in aequitate, ait, consistere: siquidem omnes pari conditione nascuntur.* Scilicet aequitas juris, jus aequabile, aequalitas juris, aequa libertas, & quod Graeci vocant, *isopatia* h. l. intelligitur. &c. Nota ergo hoc primum prudentiae civilis, de qua auctor agit, argumentum in Miltiade, quod in recente Rep. civibusque libertati adfuetis, nihil magis praesitutum putabat, quam aequitatem istam omnia moderari. Rave. Non concinunt, quae Herodotus de isto Miltiade Cap. 6. narrat. Nam per vim invasit imperium, Stefagora mortuo, coniectis in vincula primoribus civitatum, qui domum suam ad lugendum Stefagoram convenerant. *Aequitas* est, cum nostro de jure remittimus aliquid, & nos cum aliis quasi aequamus. Paulo post *Iustitiam* appellat. Quomodo & in Aristide

vocabulo hoc usus est, ubi aequitatem & iustitiam intemperantiae sive superbiae atque saevitiae opponit. *Buchnerus* de voce *aequitatis*; adde *Indic. Bofius.*

2 *Erat enim inter eos*] Vide Herodot. lib. vi. cap. 3. Plutarchus in lib. de fera num. vindicta, Miltiadem tyrannide Cheronesum occupasse, aperte fatetur. Probus eum defendens, tyrannum quidem appellatum dicit, sed iustum. *Magius.*

3 *Dignitate regia, quamvis carebat.* More antiquo, & ipsorum, a quibus Miltiades originem traxit, Codridarum, qui Athenis *ἀρχαί* *ἀρχοντες* *καθίστατο*, perpetui Principes erant, ut Eusebius eos in Chronicis appellat. Dignitatem scilicet regiam, non sua appellatione gerentes. Et sane omnium Regum prima haec majestas erat. De Euandro Liv. 1, 7. *Euander tum auctoritate magis, quam imperio regerat loca.* De Germanorum regibus sic quidem Tacitus, quod non jubendi, sed suadendi auctoritate praediti essent. Et talia Catamanteledis, Casti, Dumnorigis Aedui, de quibus Caesar lib. I. B. G. c. 3. agit, existimanda regna sunt. v. Livium 2, 1, 3, 36, 8, 32. & Plut. in *Demetrio*. Rave.

4 *Quamvis carebat nomine*] hoc solent dominandi gnari, ut invidioso nomine remisso, rem ipsam complectantur; & ut Tacitus loquitur 2. H. 62. cum vocabulum differant, aut non recipiant, de potestate nihil detrahant. De Sejano Idem 4. A. 41, 4. *Mimi sibi invidiam, adempta* *salu-*

rio, quam justitia, consecutus. neque eo¹ secius Atheniensibus, ² a quibus erat profectus, ³ officia prae-

salutantium turba, sublatisque manibus providebat, vera potentia auge-
ro. Aemulatus quoque id ipsum est Mucianus apud eund. 4. H. 11. 3. Dignitas enim & imperii vis non consistit in nomine. Gebb. Quamvis cum Indicativo passim construi docent Viri clarissimi Jac. Perizonius ad Sanctii Min. L. 3. cap. 14. n. 3. & P. Burmannus ad Ovidium Ep. 7. Heroid. vs. 29. Haec adnotavi, quia Cellarius ad h. l. ejus rei mentionem fecit.

5 Imperio quam justit.] *Επιτιμιον* imperii violentia, paulo post; Imperio plerasque ad officium redire coegit. Explicat se ipse infra; non erat vi consecutus, sed suorum voluntate. Timoleonte. Quod caeteri reges imperio potuerunt. Cato apud Charisium lib. 2. Ubi Maximus nimis imperialiter pro imperiose ac saeve: eo significatu utitur quoque Justinus Lib. 22. c. 3. Odio diuturni imperii externa auxilia circumspicientibus. & Valer. Maxim. L. 2. c. 2. 7. de Tribunis Pl. qui imperiis comescendis occupati erant. Gebhardus. Pro sui temporis more, & ex consuetudine Romana Imperium absolute dixit, quod tantum de militari accipiendum est. Cujus magna equidem vis erat ad principatum; factumque posteris eorund. Romanor. temporib. ut vel solo eo ad imperium orbis terr. abiretur. Quapropter & primo hanc viam monstranti J. Caesari, Patres imperium istud militare non sine causa abrogandum censebant, ne illud postea in majestatem verteret. &c. Miltiadi igitur ad regiam dignitatem imperium istud militare

profecerat, *Aequitas* autem & *Justitia* fuit, quae ipsum perficiebant. Non enim eum ambitio popularis (velut Caesarem) sed justitiae fruendae causa, & spectata moderatio ad fastigium illud provehebant, more primorum Regum, quem *Justin.* 1. 1. & *Cicero* in *De officiis* tradunt. Hoc ergo interest inter duas Miltiadis virtutes, *Aequitatem* & *Justitiam*, quod illa civium iuramentum, disciplinam, totam denique Remp. & ejus administrandae rationes, juxta libertatem constituit; Haec vero in privatis singulorum negotiis & contractibus suum unicuique tribuit: Ad publicum illa; haec ad privatum jus spectavit. *Rave.* i. e. non vi, sed suorum voluntate ut infra c. 8, 3. Alii imperium hic de violentia accipiunt. Vide *Ind. Bos.*

1 Secius] *Plautus.* Haec mihi non secius videntur esse, quam insomnia. *Caesar* Lib. 3. *Civil.* cap. 26. Praeter vestros *Dyrhachium* magna vi venti nihil secius sequebantur. Admodum est usitata vocula *Nepoti.* loca brevitas causa accumulare nolo. *Auctor Rhetorum* ad *Herennium*: *Impedimento est, quo secius lex feratur.* *Gebhardus.* Hunc loquendi modum illustravit *Jcl. Dukerus* ad *Florum* L. 3. c. 17. §. 9. neque audiendi, qui hic *segnius* legunt, refragantibus *Codd. MSS.*

2 a quib. erat profectus] Non exsuerat amorem & gratificandi Atheniensibus studium; vult enim *Nepos* Miltiadem, quamvis patria abesset, ejus tamen semper memorem & studiosum fuisse, id circo male

praestabat. Quibus rebus fiebat, ut non minus eorum voluntate perpetuo imperium obtineret, qui miserant; quam illorum, cum quibus erat profectus.

4 Cherfoneso tali modo ¹ constituta Lemnum revertitur,

Savaro lectionem cum Auctoris mente pugnantem praefert aut quibuscumque erat profectus. Ac plane praeter mentem Cornelii Lambinus ex suo cerebro infercit; a quibus profectus erat, quam iis, quibuscumque erat profectus. Nam etsi quidam libri agnoscant cum quibus erat profectus, ea tamen verba vitio imperitorum exscriptorum superioribus, ex lineis inferioribus, adhaeserunt. Gebhardus. MS. Cod quem jam nominabo, habet: a quibus erat profectus, ac suis officia praestabat. Quam scripturam fere confirmant Bavariae membranae, quibuscumque contulit Jo. Raven cap. 1. append. Miltiad. §. 6. Ubi nostrum hunc codicem citat. pro cuius scriptura facit, quod Athenienses vocet qui miserant, suos autem cum quibus erat profectus. De quibus Nepos supra dicit: cum multi ejus demigrationis peterent societatem. Atque hos appellat suos. Ernstius. Illud a quibus in suo reperit P. Daniel, itaque rescribendum suavit Ob. Gifanij Ind. Lucretiano in Tractus corporis. haud dubie MS. sui fide, quem etiam alibi securus est. Longolius & MS. Boecleri; quibuscumque er. pr. Puteani codicem adlegans. Quibus omnibus id tantum dicitur, Miltiadem aut Atheniensibus, aut eorum colonis, alterutris, non utrisque, officia praestitisse. At membranae Bavariae olim Piccarto collatae, atque etiam Schoppio Verisimil. 2. 10. laudatae, plane alio

sensu: de quibuscumque profectus erat Quam lectionem etsi rotundiorem ac eodem in sensu ab Ernstiano codice confirmatam, rejicit tamen CL. Ravus, cum quod non quadrat in Miltiadem, quod colonis, quibus praecerat, officia sua praestitit, tamquam populo Atheniensi, a quo potestatem acceperat, cum ex dominatione, quam perpetuam obtinuerat, Tyrannus fuerit appellatus, 13. 8. 3. tum quod sequenti temeratio, qui miserant & cum quibus erat profectus, opponantur invicem: congruere autem ut is paragraphus aliquid diversi teneat ab hoc controverso, & in rebus, & in sententia, & in sententiae forma. Schoppius conjic. leg. a quibus erat profectus, nullo sententiae acumine. Plane vero contra mentem Cornelii Lambinus: a quibus profectus erat, quam iis, quibuscumque erat profectus. Nam, ut recte observatum Gebhardo, etsi quidam libri agnoscant, cum quibus erat profectus, ea tamen verba vitio imperitorum exscriptorum, superioribus, ex lineis inferioribus adhaeserunt. Bostius. MS. Leid. quibuscumque erat prof. paullo aliter haec in secunda Bostii editione exstant, verum quia, paucis exceptis, eodem redeunt, hic nihil mutavi. Voss. B. aut quibuscumque
3 Officia praestabat] Intelliguntur Urbana, ut alibi auctor appellat. scilicet quorum causa Urbs (Athenae) addeunda esset. Tam publica, quam privata. Publica, si ad Comititia venturaret, si daret Choragium, 11.

tur, & ¹ ex pacto postulat, ut sibi ² urbem tradant. Illi enim dixerant, quum vento borea ³ domo profectus eo pervenisset, sese dedituros: se autem ⁴ domum Chersonesi habere. ⁵ Cares, qui tum Lemnum incolebant, et si ⁶ praeter opinionem res ceciderat, tamen ⁷ non dicto, ⁸ sed secunda fortuna adversariorum capti, resistere

in concionem prodiret, & de Rep. consuleret in publicum, &c. *Privata*, sive *familiaria*, quae & *mutua* & *communia* dicuntur, si arbiter captus, si adesset in amicorum periculis fortunarum ac praecipue capitis & famae, ad sponsalia, exequias &c. ut Tertullianus alicubi interpretatur. *Ravus*.

¹ *Constitutum*] Cod. P. Dan. & Leid. *constitutum*. item Voss. A. C. Pro borea Voss. B. *borrea*.

¹ *Ex pacto*] Nihil mutandum; nam quod ex vet. codice producit Schottus *ex constituto*, interpretamentum agnosco. Cicero Attico: *Pomponius enim ex pacto & convento (nam ea lege exierat) jam a me discesserat*. Gebhardus. Vid. sup. ad I, 1, 5. *Bosius*.

² *Urbem*] Urbes tum in Lemno praecipue erant, Myrina & Ephesias, velut auctor Suidas est. Utram postulaverint, nescio. Video equidem totam fuisse petitam insulam, veteresque sessorum demigrasse omnes. Interpretor igitur, *Urbis* appellatione *Insulam* venire, quia mari, tanquam moenibus clausa, *Urbis figuram* gerat. Quemadmodum enim & domus, minimas partes urbis, quae contiguae non sunt, *Insulas*, nominare placuit; ita videtur, metaphorae quadam reciprocatione, totam insulam, *Urbis* appellatione indicari. Verfatur u-

tique animo mihi non abfimis ejus vocis usus, nisi quod in praesenti non succurrit. Sufficit indicasse, ut alii observent. *Ravus*.

³ *Domo*] Ex ea urbe, ubi domicilium haberet, *Buchm*.

⁴ *Domum Chersonesi*] Consule Cellarium ad h. l. & Cel. Perizon. ad Sanctii Minerv. l. 4. cap. 6. n. 3.

⁵ *Cares*] Imo Pelasgi, ut tradit Herodotus lib. vi, non longe ab extremo. *Lambin*. Adde Zenobium. Cent. 3. proverb. num. 85. *Bosius*. Pro *Cares* C. P. Dan. & Voss. B. *Chares*.

⁶ *Praeter op. res ceciderat*] i. e. *evenerat*. Per metaphoram a talorum jactu desumptam. v. Manut. ad Cic. l. 1. ad Fam. Ep. 7. p. 43. & Magnus Brouckhuif, ad Tibull. l. 1. El. 7. vs. 91.

⁷ *Non dicto*] Tum quia pactio seria non fuisset, tum, quod de Miltiadis domo illa, quam tum habebat, non quam armis postea quaesierat, spondissent. *Ravus*.

⁸ *Sed sec. fort. adv.*] Zenobius paulo aliter Cent. 3. num. 87. *Gebhardus*.

⁹ *Sub potestatem redegit*. Eodem modo paulo superius de Lemno loquebatur Pausania *Et Spartam & caeteram Graeciam sub tuam potestatem se adjuvante redacturam*. Neque dispari forma Timotheo. *Corcyram sub imperium Atheniensium redegit*. Florus

fistere aufi non sunt, atque ex insula demigrarunt. Pari felicitate ceteras insulas, quae Cyclades nominantur, sub Atheniensium⁹ redegit potestatem.

CAP. III.

Eisdem temporibus Persarum rex¹ Darius, ex Asia in Europam² exercitu trajecto,³ Scythis bellum inferre decrevit. pontem fecit in⁴ Istro flumine, ⁵ qua copias traduceret. ejus⁶ pontis, dum ipse abesset, custodes reliquit principes, quos secum ex Ionia & Aeolide duxerat. quibus singulis⁷ ipsarum

lib. 1. cap. 9. F. *Proximis quisque corruptis totam Italiam sub se redigeret.* Gebhardus. Leid. redigit.

1 Darius] Histaspis filius, qui qua arte ad regiam potestatem pervenerit, narrat Herodotus 3, 84. & seqq. Justin. I, 10. Val. Max. 7. 3. ext. 2. *Bosius.*

2 Exercitu trajecto] Qui septem millibus armatorum constabat. Herodot. 4. Justin. 2, 5. Orof. 2, 8. *Bosius.* Voss. C. *trajectam.*

3 Scythis bell. inf.] Quod eorum regis Idanthyri (ita id nomen scribi voluit Salmaf. Exercit. Plin. p. 846. & If. Voss. not. ad Justin. p. 8. Clementi Alexandrino 5. Stromat. p. m. 567. est *Idanthege*) filiam non obtinisset. Justin. 2, 5, 9. Orof. 2, 8. *Magna scil. necessitas* (addit Orof. *pro unius libidine hominis: idcm. virorum periculo mortis exponi!* *Bosius.*

4 Istro flumine, quo] Cod. P. Dan. *Istros flumine, qua.* Vossian. A. B. C. *Istros flumine, quo.*

5 Qua copias] Bene. neque probat, quod malit Scottus *quo*, referatque ad pontem. *Gebhardus.* MSS. Schotti & Boecleri, ac Longolii editio *quo*, ut ad pontem referatur,

sed alterum elegantius, etiam Gebhardi suffragio. *Bosius.*

6 Pontis custodes] Pontium, quia magnus in bello usus, idcirco diligentem eorum curam esse convenit. Et recte quidem Noster custodes apponit tantos viros, tantopere sibi obnoxios. Erat enim pons iste ex eorum genere, qui *non tantum ad transitum, sed ad recursum facti, ut Veget. 3. 7. describit, perfugii sc. via,* Justin. II. 14, 4. & *mora adversus victorem sunt.* Liv. 26, 9; qui sicut & *fossis aggregare constructo defensores milites accipere debent, a quibus tandiu teneantur, quamdiu locorum necessitas postulat,* (Veget. I. all) ita firmioribus praefidiis instrui non possunt, quam *fide ipsorum custodiam confer. v. 4. & pontis commoditatem facile intelleges.* *Rave.*

7 Ipsarum] id est, urbium, in quibus ipsi principes erant nati. *Gebhardus.* Lamb. legit *ipsorum*, ut Principes Juliae & Aeolidis, de quibus meminerat, respiciat. Sed nihil fortassis mutandum est. *Ipsarum*, i. e. Ioniae atque Aeolidis regionum. *Buchm.*

rum urbium ¹ perpetua dederat imperia. ² Sic enim ² putavit facillime se ³ Graeca lingua loquentes, ⁴ qui Asiam incolerent, sub sua retenturum potestate, si ⁵ amicis suis oppida tuenda tradidisset, quibus, ⁶ se op-

¹ Perpetua imperia] Hinc Plut. in Apophth. istos vocat Tyrannos. Quanquam enim & ipsi cum civibus suis sub Perfarum dominatione, atque ut Rex Scytharum appellabatur, ἀρχαὶ τῶν πόλεων ἢ ἀρχαὶ, sive ut apud Herod. est, φιλολοποτα, mancipia scil. quaedam frugi essent; civium tamen suorum causa, quibus & ipsi non volentibus dominarentur, merito quod suo tyranni erant, eoque nomine §. 5. tantopere sibi metuunt. Rave.

² Sic enim putavit &c.] Sensus totius loci iste. Darius effectum pontem receptui suo servari volens, custodibus curam ejus tradidit Ioniae & Aeolidis principibus. Horum fides pignorata erat datis imperiis, in amicitiam quippe assumptos, ut dominari magis quam servire sibi viderentur, urbium singularum (intellig. in Ion. & Aeol.) tyrannos fecit, διὰ Δαρείου ἕνεκα αὐτίκων ἐτυχεῖν τοὺς πόλεις, inquit Herodot. l. 4. Hoc ejusmodi erat, ut sua quisque potestate contenti, de libertate popularium parum essent solliciti, adeoque Graecos Asiam incolentes, quos Perficus dominatus comprehenderat, ad res novas & libertatis resumendae studium minime erigerent, erigere poterent. Singularis enim perpetuae imperii dulcedine illecti, ejus auctorem (Darium) haud dubie credebantur defensuri: praefertim cum intellectu non esset difficile, Dario potentia demoro, urbes, quas obtinissent ipsi, odio

singularis imperii insito, expulsis tyrannis (quibus duplici nomine contigerat invidiam mereri: & quod instrumenta Perficae dominationis, & quod tali potestatis forma, i. e. insolita ac tyrannica usi erant, vid. Nepot. 1, 8, 3.) pristinam regiminis disciplinam resumpturas esse. βουλόμενοι γὰρ ἰκάνειν τῆς πόλεως δημοκρατίας μᾶλλον ἢ τυραννίδος; verba sunt Istiaci apud Herodot. confer ejusdem orationem apud Nostrum, 1, 3, 5. Boecler.

³ Graeca lingua loquentes] Si iis, qui Graeci essent & Graeca lingua uterentur, Graecos & Graecae linguae peritos praeficeret. Buchn.

⁴ Qui Asiam incol.] Graecorum qui Asiam incolebant, mentionem facit Hippocrates in lib. De aëre, aquis & locis: ut Xenophontem, Herodotum, Plutarchum aliosque mittam. Magius.

⁵ Amicis suis] Erant Perfarum regibus praerer Satrapas & cognatos alii, quos Amicorum loco habebant. Diferte id quidem Diodorus Sic. lib. 17. ubi narrat, quomodo Regis castra direpta, quaeque spolia incepta. Ὀμοίως ἢ τῆς τῆ βασιλείας φίλων, ἢ συγγενῶν, ἢ τῆς ἄλλων ἡγεμόνων ἐκ ἐπιτοῦ διαρπάζει πᾶσι. Idem lib. II. Artaxerxen regnum ordinantem pluribus Satraparum dedisse successores narrat, τῆς δὲ ἑαυτοῦ φίλων ἐπιλέσασθαι τοὺς ἐυδαίτους, ἢ σατραπείας ἐξεδίδωκεν. Sic de Amane legitur Esth. 3. quod Artaxerxes eum ἐταρατάθητι πάντων τῶν φίλων.

oppresso, nulla spes salutis relinqueretur. ¹ In hoc fuit
 tum numero Miltiades, cui illa custodia ² crederetur.
³ Hic, quum crebri ³ afferrent nuntii, ⁴ male rem
 gerere Darium, ⁵ premique ⁶ ab Scythis, Miltiades
¹ hor-

ob. av. 2019. Ap. Q. Curtium 5, 9, 1. Artabazus vetustissimus amicorum Regis Darii vocatur, & percussoribus, Nabarzani & Besso, idem amicitiae gradus repromittitur, ib. cap. 10 10. Quanta autem amicorum dignitas fuerit, interea ab Amane patet. Confer Esth. c. 4. & 5 vide Salm. ad Spartiani Hadrianum cap. 18. Bernegg. ad Justin. 7, 8, 7. & 34, 3, 3. Curt. 13, 12. Sueton. 3, 55. Rav.

⁶ *Se oppresso*] h. e. si oppressus esset. Sic infra 25, 2, 5. *multiplicandis usuris*, id est, si multiplicarentur. Infinita ejusmodi ap. auctores, cum concisus & per participia loquuntur, occurrunt. Omnis enim Modi, omniumque Temporum dissimulari verbum substantivum sic solet. *Rave.*

¹ *In hoc fuit tum num.*] MS. Boecl. *In hoc tum num. fuit.* Concinnius aliquando, quam vulgati: mox idem & membr. Card. Mendozae. *Bosius.*

² *Crederetur*] committeretur Terent. *Heaut. I, 5, 2. Abii ad proximos, eis commisi, & credidi.* Petron. *Crede ratem ventis, animum crede puellis.* Buchn MSS. Card. Mendozii, & Boecleri: *traderetur.* Quod interpretamentum puto. *Bosius.* MS. Oxon. *traderetur.* item Vossian. A. B. C. Haec verba saepius confundi in MSS. docuit jam *Celeb. Drakenborch.* ad *Silium Italicum lib. 16 vs. 371.*

³ *Afferrent nuntii*] Cod. P. Dan. *afferrent n.*

⁴ *Male rem gerere Darium*] Sic

Themistocle de Xerxe. Hic est male rem gesserat. Pro cladem acceperat, *Hamile. Cum ante ejus adventum, & mari & terra rex gereretur.* Gebhardus. V. Justin. 2, 5, 10. *Bosius.*

⁵ *Premique*] Caesar. l. 3. Civ. c. 102. *si nemo premeret.* Frontin l. 2. c. 47. *Minutius Rufus Imp. r. cum a Scordiscis Dacisque premeretur.* Est verbum Venatorium, unde Ovidius *Phaedra.*

In nemus ire libet, pressisque in retia cervis,

Hortari celeres per iuga summa canes.

Virgil.

Ingenti clamore premes ad retia cervum. Gebhardus. De verbo

Premi vid. Cl. *Burm.* ad h. l. Ovid. vl. 91

⁶ *Ab Scythis*] *Leid. & Voss. C. a Scythis.* Nec non Cod. P. Dan. *ab Scythis* probat Cellarius ad h. l. & ita Voss. A. Sic in *Milt. cap. 1. Cod. Leid. & P. Dan. ab Septentrionibus.* in *Iphicrat. cap. 2. Leid. & A. ab peritissimo Imp. Livius* centies ut l. 2. c. 13. *ab Romanis, ab Funiculo.* Iterum *Noster* in *Dione cap. 1. in MS. Cod. A. B. alia ab natura laebui bona Hygin. fab. 14. p. 47. ab serpentis morsu in Africa obiit.* Sic pro *a forae, ab forae* in veteribus codicibus reperiri docet *Nob. Heinsius* ad *Ovidium l. 1. Fast. vl. 236. & cl. Cortius* monet apud *Salustium* in *melioribus Codicibus* extare pro *a profugis, ab profugis, pro a persequendo, ab persequendo.* ad ju-

hortatus est pontis custodes: ² ne a fortuna datam occasionem liberandae Graeciae dimitterent. Nam si ⁴ cum his copiis, quas secum ³ transportaverat, ⁴ interisset Darius, non solum Europam fore tutam, sed etiam eos, qui Asiam incolerent ⁵ Graeci genere, liberos a Persarum futuros dominatione & periculo. ⁶ Id & facile effici posse. Ponte enim ⁷ rescisso regem vel hostium ferro, vel inopia, paucis die-

Jugurth. cap. 76. n. 5. & in Aristide cap. 2. Cod. P. Dan. ab Lacedaemoniis transferretur. in Hamile. c. 2. in Cod. MS. A. auxilia ab Romanis petiverim. in Hannibale cap. 3. ad Gallia.

¹ Hortatus est] Herodotus hoc ipsos Scythas fecisse commemorat, idque approbasse Miltiadem atque suasisse. Vide ipsum lib. IV. Buchn. Cum Herodoto facit & Plutarchus in Apophthegm. p. m. 174. Bosius.

² Ne a fort. dat. occas. lib. Graec. dim.] P. Syrus. Cavendi nulla dimittenda est occasio. Caesar. lib. 5. de B. Gall. extr. Ne quam occasionem rei bene gerendae dimitteret. Nepos Alcibiad. Tempus rei gerendae non dimisit. Idem lib. 2. de Bello Gall. c. 21. Ne in quaerendo suos pugnandi tempus dimitteret Id. lib. 6. cap. 36. Seque ipsi adhortantur, ne tantam fortunam ex manibus dimittant. Ciceroni animadverti placere amittere occasionem, non dimittere. Gebhardus.

² Ne a fortuna.] Sic Cod. P. Dan. pro cum iis Voss. B. cum his.

³ Transportaverat] Cod. P. Dan. transportarat.

⁴ Interisset] Interisset Leid. & Voss. A. B. Sic & Cod. Schefferi. v. ejus Epist. 7. ad N. Heinf. ubi memoriae vitio, credo, interissent scripsit.

⁵ Graeci genere] Leid. Graecos ge-

neris.

⁶ Id & facile] Leid. & Voss. A. C. Et facile.

⁶ Id & facile eff. p.] In aliis libris est: Id facile effici posse. Sed cum illo facit vetus meus Codex calamo scriptus, quem Aureliae emi, cum venderetur Bibliotheca Jo. Thiballieri. Ernst. MSS. Schottel & Gifanii: Et fac. eff. p. Bosius.

⁷ Rescisso] Alii libri resciso quod idem est. Caesar. lib. 7. cap. 38. Rescisto ponte, quem superioribus diebus hostes resciderant, exercitum traducit. lib. 2. c. dixit interscindere pontem: sicut alii interrumpere. Justin. l. 2. c. 6. F. Metuens, ne interrupto ponte Isri reditus sibi intercluderetur. Cic. Epist. Pontes quo, quos fecerunt, interrumpi. Idem libro II. cap. 14. Suadentibus deinde quibusdam: ne Pons Cyani fluminis aditer hostium impediendam intercluderetur. Cicero de Legibus; Ut contra omnes hostium copias in ponte unus assisteret, & tergoque pontem interscindi juberet, ubi loquitur de Horatio Coelice. Gebhardus. Leid. resciso, Rescindere, & recidere saepius confunduntur in MSS. vide cl. Oudendorp ad Frontin. l. 4. Strateg. cap. 1. in fine, nec non V. V. D. D. Graev. & Duker. ad Florum l. 1. c. 10. n. 4. Ponte resciso transitatis Tiberim.

5 diebus interiturum. Ad hoc consilium cum plerique accederent, ¹ Histiaeus Millefius, ne res conficeretur, obstitit, dicens: non idem ipsis, qui ² summas imperii tenerent, expedire, & multitudini: quod Darii regno ipsorum niteretur dominatio. Quo extincto ipsos potestate expulsos civibus suis poenas duros. Itaque adeo se abhorrere a ceterorum consilio, ut nihil putet ipsis utilius, quam confirmari ⁶ regnum Persarum. Hujus cum sententiam plurimi essent ³ secuti, Miltiades, non dubitans, ⁴ tam multis ⁵ consciis, ad regis aures consilia sua perventura, Cher-

¹ Histiaeus] Hic fuit Mileti urbis Ioniae praefectus, ut ex Herodoto constat: e quo totus locus expressus videtur Lambino Bosius. Histiaeus Cod. P. Dan. & Voss. A. Histiaeus.

² Summas imperii] Τιὰ τῆς ἐξουσίας, usitatus est Summa imperii, Summa belli iuxta. Cicero enim quum loquitur de potentia ac dignitate dicit summam rerum administrare. Summam item ordinis consilii concedere. Nec non summae rei praesse. At quum de pecuniarum rei praecipua ratione. Non refert, inquit, parva nomina in codicem, imo omnes summas, pro Quinto Roscio, & in Verrem A populo factarum quaestiarumque rerum summas imminuere Gebhardus. Voss. C. Darii regni.

³ Secuti] Leid. Consecuti.

⁴ Tam multis consciis ad regis aures &c.] Bene Petronius.

— quicquid dimittis in aula
Effluit & subitis rumoribus oppida
pulsat.

Nec satis est, vulgasse fidem: simul-
latus enim

Proditionis opus, famamque en-
rare laborat.

Idcirco res reticendas Caesar pluri-
bus praesentibus caeteri volebat. 1. de
B. G. 18. Infra Dione 8, 3, Res
multis consciis quae gerebatur, elata.
Caesar 7. Comm. 2. Quoniam in
praesentia obsidibus carere non possent,
ne res efferatur. Gebhardus.

⁵ Consciis] Leid. Consiliis, item
Voss. A.

⁶ Cujus ratio et non val.] Pec-
casse videntur Magio & Miltiades,
qui proditionis hoc consilium agi-
taverit; & Nepos, qui id factum
approbaverit. Lambinus recte vi-
dit hunc locum non esse ἀνάδης ἢ
νεβίας, sed ἀνεγλεῖν ὑπεδιδότας.
Istiaeus & quos sententiae appro-
batores habuit, ceteri, non tam
fide in Persam, quam cura suae
dominationis potestatisque tuendae
patriae opes quam regis, augeri
maluit. Confer. 9. 5. 2. Boecler. nul-
lum pondus habuit, nihilque obti-
nuit: Cicero pro Cecina. quod etiam si
verbo differre videntur, re tamen est
unum, & in omnibus casibus idem va-
let.

Chersonesum reliquit, ac rursus Athenas demigravit. ⁶ Cujus ratio etsi non valuit, ¹ tamen magnopere est laudanda: cum amicior omnium libertati, quam suae fuerit dominationi.

CAP. IV.

Darius autem, cum ex Europa in Asiam redisset, hortantibus amicis, ut Graeciam redigeret in suam potestatem, ² classem quingentarum navium com-

Lt. Qui judicium Nepotis carpunt, antiquitatis suam ignorantem prodant. Nam isti prisca nihil sanctius ac religiosius libertate duxerunt, eique conservandae ac provehendae omnia cedere debere, persuasi fuerunt. Quare fidem, jusjurandum, omniaque reliqua officia, nisi Libertati expedirent, nullius ponderis esse existimant, eaque recte violari. Vide Caesar. de B. Gall. 5, 27. & 7, 37. ac 76. Isocrates Archidamo: *ὡς τὸ ἀδικεῖν ἰσχυρὸν ἔστιν, ἢ τὸ εὖ δεῖναι εἶναι, ἢ τὸ σωφρονεῖν.* Gebhardus. Cujus ratio, forte ejus con-jicit cl. Oud. Voss. C. hac rursus A. d.

¹ Tam. magnop. est laudanda] Mf. cum nonnullis editis libris legit: *laudandus*. Ernst. Vir. doctiss. & de studiorum instauratione serio sollicitus, *Jo. Rave*, amicus noster, sic potius a Cornelio scriptam fuisse existimabat, *tamen magnop. laudandus ipse est*. Id enim velle, quae continent, verba; *cum amicior omnium libertati, quam suae fuerit dominationi*: quibus utriusque consilii ratio tangitur, & ex ista *οὐκ ἐστὶν* judicium fit de affectu consulentium. Si aliter inquit, legas, non potes Cornelium Nep. absolvere

sententiae, non Sophisticae modo, sed omnino infamis, quia perfidiae ornamentum quoddam sit: qualis profectio tanto viro tam aliena, quam in vulgus etiam improbatissima suo tempore fuit. Nam quid est quod inter malos mores & perfidiae exempla aequae reclarum omnibus saeculis fuit, quam quod *Adversis rebus varior fides est*, Veger. 3, 9. & quod *amicitiarum jura successu a plerisque non fide ponderantur*, Just. 22, 7, 3? Miltiades vero & fidem Dario dederat, & custodiam pontis in se receperat. Eo majoris perfidiae reus, quia consilio suo tantum exercitum, ipsumque Regem, qua isti genti nulla major est jactura, prodidit. Vide plura apud eum Comment. ad h. l. p. 28. seqq. Neque enim instituti ratio patitur, ut cuncta huc transcribamus. *Bosius*.

² Classem quingent. nav.] Plato in Menex. trecentas fuisse ait; Herodotus hoc triremes numerat, absque navibus hippagogis, in quas equos imposuerunt. *Bosius*.

³ Datim praef. Et Artaphernem] Aristophanis Graecus explanator, pro Artapherne Artabazam habet; caeteri cum Probo consentiunt.

comparavit, eique ³ Datim praefecit, & ¹ Artaphernem; hisque ² ducenta ³ peditum millia, & decem equitum dedit: ⁴ causam interserens, se hostem esse Atheniensibus, quod eorum auxilio Iones Sardeis ² expugnassent, suaque praesidia interfecissent. Illi ⁵ praefecti regii classe ad Euboeam appulsa ⁶ celeriter Ere-

Pausanias in Atticis folius Artaphernis meminit. Plato v. dialogo de Legg. 3 & in Menexeno (sicut & Plut. in Parall.) Datim solum nominat; quasi non habuerit collegam. *Magius.*

³ *Datim praefecit.*] Cod. P. Dan. *Datim praefecit.* Ed. Lut. *Datim* in Marg. *Datim praefecit.*

¹ *Artaphernem*] Leid. *Artaiternem.*

² *Duc. ped. millia, & dec. eq.*] Cod. P. Danielis, membranae Bavarae, & MS. Boecleri: *ducenta, peditum decem millia equitum.* Quod praefero. Sic enim ubique Noster, cum alteratro loco majorem dissimulat. Vide 2, 5, 4. 10, 5, 3. 14, 8, 2. Integram phrasin habes 2, 2, 5, & 4, 1, 2. In re ipsa variant Auctores. Nam Pausanias & Valer. Max. 5, 3. trecenta, Lyfias in Epitaphio quingenta millia numerant. De quo vide Petavium parte. 1. Rationarii temporum 3, 1. *Bosius.*

³ *Peditum millia & decem equ.*] Leid. Vossian. B. & Cod. P. Dan. *Peditum, decem milia eq.* Consule J. Fr. Gronovium ad Livium lib. 36. cap. 14.

⁴ *Causam interserens*] *Causam interserere, interponere, distigare, Auctori nostro eadem sunt, quod causari, h. e. causas fingere, & praetexere, αἰσχρολογία.* Dicitur autem ὁ μὲν ἰσχυρὸς *Causa*, quia nihil minus, quam *Causa*, sed *Color* seu

Prætextus quidam est. Ideoque Polybius lib. 3. quod ei velut *praetextui* opponit, id vocat τὴν ἀντιθέσιν αἰτίαν, eam, quae vere *causa* est. Dicitur autem alias suo vocabulo αἰσχρολογίης, eique tum *causa* est contraria. Justino 30, 1, 2. belli *honestus titulus* vocatur, Herodoto αἰσχρολογία, *color orationis*, Plutarcho in Themistocle & aliis, absolute λόγος, eique opponitur ἔργον; quomodo Latini quoque *Verbum* dicunt, a *facto* atque *opere* alienum. Polybius loco dicto praecclare docet, a se invicem discernere, magnaque in his prudentiae vis est, magna felicitatis. Quod praesentem vero spectat rem, Herodotus, Plato, Aristoteles 2. Anal. 2, 11, 4. Isocrates, Plutarchus, Justinus, in praetextu illo, quodammodo; in vera *causa*, prorsus consentiunt: hancque noster paulo ante praemisit. *Rave.*

⁵ *Praefecti regii*] Leid. Vossian. B. & Cod. P. Dan. *illi praefecti regii*, nec non Ed. Lut. denique etiam Mss. Oxon. Vossian. B. etiam exhibet pro *classe ad Euboeam appulsa* *classe Euboeam appulsa* Vide, quae norabimus ad Timoth. cap. 2.

⁶ *celer. ceperunt*] Quia triduo, ut Plato in Menex. ac 3. de Legib. & Aristides 11. Platon. p. 279; ut Herodotus autem, septimo die debellata insula. *Rave.*

Eretriam ceperunt, ¹ omnesque ejus gentis cives abreptos ² in Asiam ad regem miserunt. Inde ad Atticam accesserunt, ac suas copias ³ in campum Marathonam deduxerunt. ⁴ Is abest ab oppido ciciter ⁵ millia passuum decem. Hoc ⁶ tumultu Athenienses tam pro-

¹ *Omnesque ejus gent. cives abreptos*] Omnes capti, quia junctis manib. ab extrema insulae ora milites complexi se invicem, ne quisquam elaberetur, *εραζυλισσαν, velut sagena conclusorant incolis*, ut ex Herodoto etiam Strabo memorat lib. 10. Quanta autem multitudo abducta hinc in servitutem fuerit, facile ex Strabonis eod. loco colligas, quem si tanti est, inspice edit. Casaub. p. 448. *Rave*. Usitatum prisca Regib. hostium regiones vacue facere: omnesque incolas correptos ac vinculis constrictos eo transferre, ubi pro lubitu illis illuderent, vel ad abjectissima ministeria aburerent. 1. Reg. XX, 18. Curtius 5, 5, 5. & 6. Polyæn. lib. 4. in Philippo Comm. 12. *Gebhard*.

² *In Asiam ad Regem misit*] Mortem enim Dati fuerat interminatus, nisi ad eum Eretrienfes & Athenienses captivos perduceret. Auctor Plato in Menexeno. *Magius*.

³ *In campum Marathonam*] de quo vide Scholia in Aristophanis Equites; In quo notabis, quod non Artaphernem; sed Artabazum expeditionis socium a Dario additum Dati commemoret. Pugnam autem Marathoniam quasi trecenti auctores litteris ad posteritatem transmittere conati sunt, teste Plutarcho. *Gebhardus*.

⁴ *Is abest ab*] Leid. & Boecl. *is est ab*. sic infra 12, 3, 4. *tantum se*

ab irroia futurian. Bofius. Sic & Vossian. A. B. C. & in loco Chabriæ Boffii lectionem confirmant Leid. & Voss. A. B. in Epaminonda cap. 1. *Scimus enim Muscon no- stros moribus abesse a Principis persona*. In Agefilao cap. 5. *Tantum absuit ab insolentia gloriae*. In Attico cap. 12. *Tantum absuit a cupiditate pecuniae*. Nulla Mss. Codd. est differentia. Sed in cap. 20. Mss. Schotti, quod jam monuit Bofius, exhibet *cum ab urbe esset*, cum in Vulg. legitur *ab urbe abesset*. Livius L. 3. cap. 3. dixit *haud multum a pavore captas urbis abesse*. Sed utrumque, credo, recte dicitur, quomodo & Veteres *longe esse & longe abesse* dixerunt, ut *esse longissime ab eloquentia* dixit Quincilianus. Vide Clariss. Burmann. ad Quincilian. L. 8. Institut. Orator. proaem. De alia phrasi *longe alicui esse & abesse*. Duker. ad Florum L. 2. cap. 2. n. 8. si tamen in Mss. extaret *is abest oppido* non vereretur in textum recipere, quia Auctor saepius praepositionem nomini detractam addit verbo, & ita locutus est Cicero L. 1. Acad. cap. 1. *Paulumque cum ejus vilia abessemus*. Verum antiquam lectionem retinere malo, quoties enim noster alibi etiam duplicaverit praepositiones ignorat nemo, & loco suo latius ostendam.

⁵ *Millia passuum decem*] Icti nostri norant ad §. Datus inst. de ex-

propinquo, tamque magno permoti, auxilium nufquam, ¹ nisi à Lacedaemoniis, petiverunt: ² Philip-

pi-

cus. tur. vel cur. miliare Italicum five legale confici mille passibus, uti est in Gloss. ad C. *mille passus* 154. D. de Verb. sign. passus vero quinque pedibus: pes autem quindecim digitis. Gloss. ad l. 3. D. dict. tit. & in c. sicut 6. caus. 17. q. 4. Quibus adde, quod viginti miliaria legalia faciant dietam legalem cit. L. 3. in prin. sed Leuca major est miliari legali. Isidorus enim Lib. Orig. 15. cap. ult. & Jordan. histor. Geticae cap. 36. scribunt; Leucam finiri mille & quingentis passibus. De Miliaribus autem ut recte constaret, columna, quae *militarium* vocabatur Romae ad aedem Saturni aurata posita erat, a qua omnes viae Italicae inciperent. De qua vide Plin. L. 3. c. 5. (Sueton. Othone, & Tacit. L. 1. Histor. cap. 27, 3. ubi *Miliarium aureum* appellatur. *Ernstius*.

5 *Millia passuum decem*] Mff. P. Danielis & Boecleri: *millia passus decem*. De mensurae genere V. Ind. v. *passus*. Bosius. Mff. Leid. & Voss. A. C. etiam *passus*. sed consule Lector Cl. Graevium ad Ciceron. Lib. 10. ad Fam. Ep. 17. nec non J. Fr. Gronovium de Pec. Vet. Lib. 1. cap. 10.

6 *Tumultu*] Recte bellum *tam propinquam tamque magnum, tumultum* dixit, Romana voce de Graeca expeditione ob similitudinum usus. *Tumultus* enim proprie vocabatur bellum a domesticis aut vicinis quod imminabat, quod tum negotia five res tumerent. Vide Cicer. Philipp. 1, 3. Voss. Inst. Orat. 4, 3, 4. & Lexicographos pas-

sim. Pertinet huc locus Frontini Stratag. 5. 2. G. Caesar *seditione in TUMULTU civilium armorum, ac tum maxime TUMENTIBUS animis, legionem totam exaucltoravit*. Bosius. Consule de hac voce Ampliff. Cuperum L. 2. Obs. cap. 4. Voss. C. *Tumulo*.

1 *Nisi a Laced*] Plato Dialogo 3. de L. L. auctor est, misisse quidem ad alios quoque Graecorum, qui opem ab ipsis peterent, sed a nemine, praeterquam a Lacedaemoniis, impetrasse, atque hos confecta pugna Marathonica demum venisse auxilio. *Buchn*.

2 *Phidippidemque*] Sic Thurii, invadente Italiam Dionysio, tabellarios ad foederatos miserunt auxilia arcessitum. Diodor. L. 14. Videtur unaquaelibet Gracciae civitas tales cursores habuisse: De Lacedaemoniis idem lib. 15. quos Diodor. & Nepos *Hemerodromos* vocat, ii & *δρομοδρομοί* appellantur Polytaen. Lib. 5. in Eudocimo. *Cursor* Ciceroni est, qui cursu valet, de Divinatione. *Cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est insonnis curru quadrigarum vehi*. Gebhard. Ita Pausanias, Plinius Hist. Nat. 7. 20. Solinus cap. 6. itemque codices alii habent. At Herodotus *quδιννιδεσ* vocat: cum quo facit Mf. cod. Longolii, in quo *Phidippidemque* fuit. At Codex Bavarus & Pet. Danielis *Phidippum* scribunt: idque huic cursori nomen fuisse, censebat *Io. Rave*; ab eoque ceteros, qui ejusmodi cursores essent, *Phidippidas* dictos: quemadm. ab Eumolpo, qui initiandi rationem inve-

212

pidemque curforem ejus generis, qui hemerodromi vocantur, Lacedaemonem miserunt, ut nuntiaret, quam

nit, omnes deinde sacerdotēs mysteriorum dicti sunt *Eumolpidae*. Quam conjecturam adjuvare videtur Pollux, cui in *Onomastico* 3, 30, 3. *Philippides* non persona, sed muneris seu officii nomen est. Nam inter cursoria vocabula, seu ad cursum pertinentia, refert. *ἡμιερὸδρομος* 3 inquit, *ἡμιερὸδρομος*. Pessimè interpres, *Philippides* vero, *Tota die currens, dixit*: ac si Philippiden Comicum ea voce usum fuisse, Pollax diceret. Debebat: *Et Philippidos, idem quod hemerodromus*. Nam id velie Pollucem, manifestum est. Quod a. idem vir clariss. Philippum illum, *primum hemerodromian existisse, & hunc tumultum ejus numeris instituendi causam Atheniensibus dedisse*, credit, id nescio, an Herodoti ac Nepotis nostri *ἡμιερὸδρομο* ferre queant. Nam uterque ut rem jam ante Athenis receptam & usitatam, *Hemerodromos* memorat. *Bos.*

2. *Philippidemque* Leid. *Philippumque*, sic & Mss. Oxon.

1. *Hemerodromi*] Mss. Per. Danielis, Gifanii & Bavaris: *Hemerodromos*: quod rectum est. Sic enim solent Romani, qui etiam scripsere: *Demos, Canephros, Clerumense, Adelpheo*, &c. Adi Gifan. Indic. Lucretii in *Tractus corporis*, & Voss. de art. Gram. 2, 4. *Bos.*

1. *Hemerodromi*] *Speculatores* erant, & nuncii, sane Philippiden istum Herod. *ἡμιερὸδρομος* vocat. Inde & *ἡμιερὸδρομος* appellari Aeschini, ut Harpocration observat, qui addit *ἡμιερὸδρομος* Livius lib. xxxi. cap. xxiv. Respondisset, *ni speculator* (*Hemerodromos* Graeci vocant, *ingens die*

uno cursu emetientes spacium) *contemplatus regium agrum & specula quadam, progressus nocte media, Athenas pervenisset*. Appulejus de Mundo (p. 124.) *diurnos excursores* interpretatur. Graeca in libro de Mundo, qui Aristoteli tribuitur vulgo, ita habent: *ἡμιερὸδρομοι τὴν ἡμέραν, καὶ ἀγχιόφρονοι, καὶ φιλῶντες, ἐκταταζόντων ἐπιπέσσει*. Quae ita vertit Appulejus d. l. *Excursores diurni, atque nocturni exploratores, & nuncii specularum incursores assidui*. Quibusvis autem haec diversa munia sint, tamen in uno haud raro concurrunt. Livius sane in allegato supra loco *hemerodromum ac speculatores* sive *εὐκτατοί*, unum eundemque facit. Aeneas quoque *Tacticus* cum cap. vi. *Polioretici* de *ἡμιερὸδρομο* agit, duplex iis officium assignat. Primo enim vult servare ipsos de specula, atque, si opus, signum edere rei visae, quodcumque esset tandem: deinde ut si quid accidisset, quod edito signo satis commode haud exprimi posset, ipsi accederent quantocumque, ut ea de re nunciarent. In primo ut recte versentur, *ἡμιερὸδρομοι πολέμου, περὶ τοῦ belli* esse vult, ne decipiantur videndo; deinde *ποδῶντες, celeritate pedum pollentes*, ut si quid nunciandum, celeriter possint, quod plane est *ἡμιερὸδρομο* facere *Buchon*. De cursoribus peditibus, equitibus, animantibus, vide elegantem Lipsii epistolam, quae in centuria singulari ad Ital. & Hispan. est 59. ad *Micaulium*. cucurrit autem hic *Philippides* biduo Athenis Lacedaemonem mille ducenta quadraginta stadia, secundum Solin. cap. 6. *Suidas*.

quam celeri opus esset auxilio. ¹ Domi autem creati decem praetores, qui exercitui praecessent, in eis Miltiades, inter quos magna fuit contentio, utrum moenibus se ² defenderent, an obviam irent hostibus, ³ acieque decernerent. Unus Miltiades

maxi-

das mille quingenta nominat: Plinius MCXL. Lipsius mille ducenta sexaginta praefert. sunt Rom. millaria centum quinquaginta septem & semis: nostrae Leucae circiter quadraginta. *Res non adeo magna*, si cum ceteris exemplis, quae collegit ille, conferatur. *Boecl.* Cretensium hemerodromorum, quibus Agis Laced. Rex usus est, meminit Diodor. 15. *Δεξμυμίου* eodem appellare videtur Polyaeus lib. 5. *Bosius.* Leid. *Hemerodromae*, item Vossian. A. Voss. C. *hemerodrome* vocatur. paullo post huic Cod. quam abest ante celeri.

¹ *Domi autem creati decem praetores, qui exercitui praecessent, in eis Miltiades*] Notent rudiores omnem magistratum, cui exercitus pareret, Praetorem nuncupatum. Liber Andreae Scotti. *Domi autem creant decem praetores; in eis Miltiadem.* Gebhard. MSC. *domi autem creant d. pr. q. e pr. in eis Miltiadem.* Illud, qui exercitui praecessent, videtur nonnemini alienum & foris inculcatum, eo quod vox praetorum sola rem exprimat. Sed haec forte, praeter consuetudinem hujus scripturae, emendantur. Agnoscat verba MSC. noster codex, congruitque phrasim, praeter exercitui praesuit. 9, 1, 1. *Boecler.* Eand. lectionem in suis Mss. repererunt P. Daniel & A. Schottus, Bosius. Leid. *Domi erant autem creant.* Mss. Oxon. & Voss. B. C. *creant 10 praetores* ubi tamen in

marginem B. noratum est. *al. creati; & pro Miltiades, Miltiadem*, ut & Vossian. A. & B. & hic in marg. *al. l. Milcyades.*

² *Defenderent*] *Se abest a Mss. Leid.*

³ *Acieque decernerent*] Male alii *egris vel aegris*; neque opus correctione Savaronis *acieque decernerent*, quamvis in Eumene quoque dixerit, *quo integriore exercitu decerneret.* Vulgata lectio purissima est, Caesarique familiarissima, sic enim Lib. 1. de B. Gall. cap. 31. *semel atque iterum armis contendisse* cap. 48. *ut si vellet Arivisius praelio contendere, ei potestas non desisset.* Lib. 2. cap. 9. *Praelio equestris inter duas acies contende- batur.* Lib. 3. cap. 28. & Lib. 5. cap. 16. *Cart. Lib. 4. cap. 3. De regno aequo, si vellet, Marte contenderet.* Cicero Attico; *Aut si exercitum adducat, necesse est armis cum eo contendere.* de Finib. *Tauri pro vitulis contra leones summa vi impetue contendunt.* inde apparet & Cl. Schottum nobis perperam *acieque decertarent* obducere voluisse Gebhard. Sic Mss. probatque *Savaro*, cum & infra noster in Eumene & Hannibale hoc verbo ita usus sit. Tamen vulgaram, quae etiam Mss. Magii & P. Danielis confirmatur, ut purissimam, Caesarique familiarissimam Gebhardus tuetur, ostenditque praeter Caesarem 1. B. Gall. 31. & 48. & lib. 2, 9 lib. 3, 28. l. 5, 16. hac voce & Ciceronem in Epist. ad

Er.

maxime nitebatur, ut primo quoque tempore castra fierent, id si factum esset, & civibus animum accessurum, quum viderent de eorum virtute non ² desperari: & hostes ³ eadem re fore tardiores, si animadverterent, ⁴ auderi adversus se tam exiguis copiis dimicare.

CAP.

Attic. & de finib. itemque Curtium 4, 1, 8. ufos. Schottus e membranis suis legit: *decertarent*. Quod verbum & infra 23, 10, 4. legitur. Nuperus editor Nepotis Rob. Keuchenius in Vet. Lib. se reperisse ait *acienque cernerent*, idque de Gracco expressum putat, dictumque ut *cernere bellum* &c. de quo viderint, qui me doctiores sunt. Fortasse legendum *acienque cernerent*, quomodo Ennius, Virgilius, & Plautus hac voce usi sunt. Bofius. Leid. *decernerent*. Vossian. A. *decertarent*. Sed supra notatum erat *decernerent*, in Voss. B. *decernerent* C. *decertarent*. *Contenderent* sine ulla hæsitatione in textum reciperem, sed suadentibus tam a Bosio collatis quam a me inspectis Codd. Mss. coactus fui a vulgata lectione recedere, & Bosianam sequi editionem. De verbo *Cernere* & *decernere* agemus ad Hannib. cap. 10.

1 *Maxime nitebatur*] Id est, suadendo conabatur efficere, contendeat, laborabat. Infra Attico (25. 15, 2.) *idem in nitendo, quod semel annuisset, &c.* Sic *niti* pro aliquo Tacitus dixit 1. Hist. 55, 4. pro, agere alicujus causam paullo diligentius & cum conatu multo. Buchner.

2 *Desperare* Leid. *desperari*

3 *Eadem re*] i. e. *idco*, eadem de causa v. Gudium ad Phædr. L. 1.

4 *Auderi*] Sic legit vetus Cod. Mss. & Livius lib. XLIX. ait: *Multa dolo, plerisque per vim audebantur*. Ernst. *Rem audendam magno futura duci dixit idem Livius, ut notat Voss. 4. de analog. 13. Bofius. Auderi*, Leid. Cod. & Voss. A. B. *dimicare* Voss. B. *dimicari*. Voss. A. C. ait C. P. Dan. *copiis dimicarent auderi*. citat & *auderi* Cel. Periz. ad Sanctii Min. L. 4. cap. 6. §. 18. verum Cl. Schefferus docet in Codice, quem Boeclero utendum dedit, scriptum existare *audere* & ita legendum esse in Epist. 7. ad N. Heinsium. omitit *dimicare* in M. Oxon.

1 *Hoc in tempore*] V. Ind. vöcibus *In* & *Tempus*. Bofius.

2 *Atheniensibus*] Leid. *Atheniensis*.

3 *Præter Plataenses*] Ita & Herodotus 6. Isocr. Orat. 9. & scriptor anonymus ap. Scholiasten Aristoph. in Equit. (a Gebhardo h. l. etiam citatus) Vide & Plur. Aristide. Bf.

3 *Plataenses*] Qu. Mss. & Edd. *Plataensium*. Bofius. Leid. *platenes* Cod. Voss. A. B. *Platenses*. Paullo post pro *itaque horum*. Mss. Oxon. *itaque hominum*.

4 *Mille militum*] Consulendae de hac constructione ad h. l. sunt Cellarii notae, quibus adde Cell. viros J. Fr. Gronovium lib. 1. cap. 10. de Pec. Ver. & Jac. Perizonium ad Sanctii Minerv. L. 4. C. 4. n. 78. 2000.

¹ Hoc in tempore nulla civitas ² Atheniensibus auxilio fuit ³ praeter Plataeenses, ea ⁴ mille misit militum. Itaque horum adventu ⁵ decem millia armatorum completa sunt: quae manus ⁶ mirabili flagrabat pugnandi cupiditate, quo factum est, ut plus, quam

numerat Herodotus teste *Bosio* in sec. Ed.

⁵ *Decem millia compl. sunt*] *Plutarchus* quoque *Antheniensium* 9000. in *Parall.* numerat. Itamque summam ut efficeret, servos *Miltiades* (certe omnium primus) ad pileum vocabat. *Pausan.* in *Att.* Tanquam fieri postea consuevit in reum angustiis. Errat *Justinus* & exscriptor ejus *Orosius*, qui decem millia Atheniensibus praeter auxiliares mille Plataeenses attribuit. *Justin.* 2, 9. *Rave.* Codd. *Voss.* semper exhibent *millia*. Praeter *Plat.* & c. usque ad quae manus non reperiuntur in *Voss.* C.

⁶ *Mirabili flagr. pugn. cupiditate*] Adde *Veget.* 3, 11. & 12. ibique *Stewechium* itemque *Loccen.* ad *Curt.* 4, 1, 29. De alacritate Atheniensium etiam *Isocrates* in *Paneg.* & *Justinus* 2, 9, 11. narrant: quorum ille tanquam alienis animabus, non suis, periclitatos procurrisse eos; hic, cum mille passus inter duas acies essent, citato cursu ante jaculum sagittarum ad hostem venisse ait. *Bos.*

¹ *Ejus enim auctoritate*] *Mss.* *Gifanii* & *Pet. Danielis*: ejus ergo auctor. *Aptius*, ni fallor: nam praecessit de auctoritate proxime. *Bosius.* Cod. *Petr. Dan.* & *Leid.* pro *valuerit* habent *valeret*; nec enim nec ergo legantur in *Leid.*

² *Deinde postero*] Cod. *P. Dan.* *dein postero* *Voss.* B. *Postera.*

³ *Acie e reg. instructa*] Quomodo instructa fuerit, narrat *Herodot.* lib. 6. *Lambin.*

⁴ *Nova arte, vi summa*] *Schedae Gifanii*, *nona partis summa*. *Savaronis* & *Schotti* libri antiqui, in parte montis *Summa*, quam scripturam & *Schottus* probat; quod ad montis pedem instrui acies potuit, pugna vero ad montis verticem committi urgente, ut fit, hostili acie. Sed haec si examinanda forent, magnam singula *Schotto* difficultatem respondendi afferrent. Mihi persuadeo altius delitescere ulcus, quam ut ex ingenio sine Codd. *Mss.* ope tolli possit. Interim *nova arte* licet capere strategema, quo contra immensam Barbarorum multitudinem acies inter arborum tractus, in montis radicibus instructa: vim vero summam alacritatem pugnandi incredibilem, & vincendi fiduciam, qui a suis castris octo fere stadia in barbaros procurrent. Apposite *Vegetius* lib. 1, c. 1. *In omni praelio non tam multitudo & virtus indocta, quam ars & exercitium solent praestare victoriam.* *Gebh.* Impeditior locus hic *Schotto* & ceteris visus, variantibus libris scilicet. *Lambinus* transponit hoc pacto: *Deinde postero die sub montis radicibus*

quam collegae, Miltiades valuerit, ¹ ejus enim auctoritate impulsu Athenienses, copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo castra fecerunt. ² deinde postero die sub montis radicibus, ³ acie e regione instructa, ⁴ nova arte, vi summa praelium commiserunt, namque arbores multis locis erant ⁵ raras, hoc consilio,

acie e regione instructa, hoc consilio ut & mont. teg. altitud. & arborum tractu (namque arbores multis locis erant raras) equit. host. imped. ne mult. clauderentur: nova arte, vi sum. prael. commiserunt. Si vulgatus ordo servaretur, duriasculum fore existimavit. Omnino autem Pateanum sequor, eundem sensum, sine transpositione, agnoscentem. Quid enim durum illud? Arbores erant hoc consilio, ut teg. Ad evitandam repetitionem, cum praecelam primo quidem generatim pugnae hujus adjumenta, novam artem (nov. consilium alibi vocat, singulare nimirum) & vim summam ac fortitudinem militum posuisset, deinde artem sive consilium (nomen iterare non erat necesse) in instruenda acie locoque legendo exponit: quemadmodum virtutem militum n. 5. itidem seorsum ostendi. Arbores erant hoc consilio: non sane erant hoc consilio; sed quia erant, consilio solerti aciei accommodabantur, ad ea scilicet, quae praecedunt, referenda est haec βεραχυλογία. Quod obiectum est, arborum raritatem non impedire equitatum, sed crebritatem silvae ac densitatem; non concesserim omnino. Quis enim non videat, arbores licet raras & per seriem enatas, sed Multis locis tamen, Miltiadi subsidium, hosti impedimentum attulisse, cujus equites nec ubique, nec libero incursum,

impetuque ac recursum, nec quanto cupiebant agmine, arborum interventu praeciari poterant. Ergo hic quidem nihil scrupuli. Sola restat, quae memoratur Marathonii campi planities. Sed quid implicamus rem fati expeditam? An pugnant ista: campus ipse planus erat & equitatus aptus: & sub radicibus montis assiti, arbores multis locis tractim enatae visabantur. Gebhardus tamen de arboribus prostratis conjicit, ad impediendum equitatum hostium (ut ap. Frontin. 2. 9.) Igitur pro raras legendum esset, stratae, quod 'si in codice ullo reperiretur, jam dubio res careret, optimeque consilii ratio explicaretur, nimirum ut a tergo montibus, latere concaedibus munitos Athenienses intelligeremus. Boecler. Cod. P. Dan. Instructa, nova partis summa praelium commiserunt. Leid. & non apertissima p. e. Voss. C. pro nova arte, vi summa, in parte montis summa. Hoc Consilio] Haec verba Parenthesi esse excludenda & ad praecedens praelium commiserunt referenda docet cl. Schefferus Ep. 5. ad N. Heinsium, quod probatur in Ep. 6. a Nicolao Heinsio. 5 Raras] Ovidius 10. Ep. Heroid. vl. 25.

Apparent frutices in vertice vni

Haec absurdissima lectio est. Legendum vel stratae vel satae. Significat n. aut depactos passim trans-

filio, ¹ ut & montium tegerentur altitudine, & ² arborum tractu equitatus hostium impediretur, ne multitudine clauderentur. ³ Datis, etsi non aequum locum videbat suis, tamen fretus numero copiarum suarum configere cupiebat: eoque ⁴ magis, quod ⁵ priusquam Lacedaemonii subsidio venirent, ¹ dimi-

cos arborum; aut stratos fuisse, quibus accessus equitum impediretur. Longe inferiores numero erant Graeci; itaque ne barbarorum multitudine clauderentur, partim a loci ingenio petebant praesidium, partim arte atque solertia efficiebant. Locus faciebat, ne ex altera parte, qua montes surgebant, invadi possent; ars vero, ne, qua patebat campus, incurrere equitatus posset, positis contra truncis arborum, qui impedirent accedentes. Pertinet hoc ad septimam depugnandi rationem Vegetii, de qua, ut caeteris etiam, lib. III. cap. XX. exponit. *Buchner*. Mihi, ut ingenue fatear, nondum liquet. Ceterum artem, qua Miltiades usus est adversus Barbaros, paullo diversam facit *Clemens Alexandr.* I. Strom. p. m. 348. vult autem eum in hac re Moysen imitatum. Salus Marathonii meminere *Pausan.* lib. I. Nonnus *Dionys.* 13, 189. & *Seneca Hippolyto* v. 17. *Bosius*. Pro arbores Cod. Leid. arbore pro multis militis & pro varae, stratae, varae *Miss. Oxon.* & *Voss.* A. B. Stratae placet Clerico *Bibl. Anc. & Mod.* T. 5. p. 1.

¹ Ut & Montium tegerentur altitudine] Cod. P. Dan. ut & montium, altitudine tegerentur. *Voss.* C. tegerentur.

² Arborum tractu] An arbores erant prostratae, ut ingentem Periarum equitatum impedirent? v.

Frontinus. lib. 2. cap. 9. *planitiem, in qua dimicaturus erat, arboribus prostratis impedivit.* Licet etiam capere arborum tractum pro regionem arboribus constam ac densam. *Gebis*.

³ Datis etsi non locum aequum videt, suis] Pro Datis Cod. P. Dan. & Leid. l. *Datis* & pro locum aequum, aequum locum Cod. P. Dan. ut & *Boecl.* quam, lectionem probat *Bos.*

⁴ Magis, quod prius.] Leid. *Magis prius.*

⁵ Priusquam Lacedaemonii [v.] Lacedaemonii enim quadridui religione tenebantur, quod intra id tempus plena nondum luna esset, ante quam nefas ipsis educere exercitum. *Herod.* VI. 105. *Strabo* IX. fol. 339. *Pausanias* in Attic. *Justin.* II. 9. & ex eo *Orosius* II. 8. *Lucianus* Lycurgi istam legem commentor de *Astrol.* *Hermogenes* II. de Juvent. c. I. *Plato* tamen III. de LL. ut & in *Menex.* ignorare se causam simulat, ut apparet, frigidam ratus. *Isocrates* in Paneg. Lacedaemonios naso Attico quam altissime suspendit. Et minimum ipsi tanquam Lacedaemonios ex Orationis instituto opprimenti crederem, nisi & apud *Plutarchum* reperissem, objectam Lacedaemoniis ab *Aristide* *civilitatem* atque *oscitantiam*, qui conculcandas *Denuo barbaris Athenas* obijcerent. In *Aristid.* Et equidem proverbio eorum notata mora est. *Suidas* *Μηρά τω ειν μαργδαν υδχλυ*

* dimicare, utile arbitrabatur. Itaque ² in aciem praeditum centum, equitum decem millia produxit, praeliumque commisit. In quo ³ tanto plus virtute va-
luerunt Athenienses, ut ⁴ decemplicem numerum hostium ⁵ profligarent: adeoque perterruerunt, ut Per-

ἢ μετὰ τὴν πόλεμον, ἢ συμμαχίᾳ, ὅτι
ἦν ὅτι ἰσοδύναμοι καὶ δύστηνοι ἄνθρωποι.
Neque dubium est, studio fecisse
Lacedaemonios, qui aemulationem
utriusque urbis cogitaverit. Quan-
quam *Aristides* 11. *Platon.* p. 279.
aliam adhuc causam tangat. *Lace-
daemonii*, inquit, aut quia bello cum
Messenis impliciti, aut quia expecta-
bant plenitudinem, auxilio venire non
poterant. *Rave.* *Voss. C.* subsidio ve-
niret.

1 *Dimicare utile arbitrabatur*] Pro
arbitrabatur *Cod. Leid.* arbitraban-
tur.

2 *In aciem*] *In aciem* *Cod. P.*
Dan. sed. *Voss. B.* acie. & paulo post
praelium adest a *Mf. Oxon. Voss. C.*
pro adeoque pert. adeo pert.

3 *Tanto plus val. Ath.*] Tanta
virtute, inquit *Justinus*, decerta-
rum est, ut hinc viros, inde pecudes
putares (2, 9, 12.) quia more anima-
lium inulti cadebant, ut *Veget.* 1,
21. loquitur, veterum more, *Livii*
xxv, 16. 15. *Cartii* v. 3. 19. *Rave.*

4 *Decempl. numerum hostium*] Ve-
niamus ad interentorum nume-
rum, quam sex millia tantum &
ducenta fuisse *Herod.* vi. 117. scri-
bit. Eorum scilicet qui praelio occu-
buerant. Naufragio enim absum-
ptos (quorum ingentem multitudi-
nem fuisse etiam ex *Diodoro* xi.
32. & 13. colligitur) *Justinus* l. d.
commemoratur, ducenta millia sum-
matim referens. Epigramma vero
istud, quod *Marathoniae* pugnae in

porticu *Poecile* inscriptum fuit,
multo liberalius putat.

Ἐλλάνων ἀσπυμάχων Ἀθηνῶν Μα-
κεδῶν,

Ἐλευθερῶν Μήδων εἰκοσι μυριάδας.
Mendacio numerum attolli queri-
tur *Longolius*. Ceterum oblitusne
est ejus apud *Ciceronem*: *Isti im-
perite faciunt, qui non ut a Poeta, sed
ut a teste veritatem exigunt?* l. de
legib. Ideo ipse orator *Isocrates* non
minus fere numerat. ὀλίγοι, inquit,
ἀεὶ τοὺς πεντήκοντα μυριάδας. In *Paneg.* Ad-
miror autem maxime, quod *Lon-
golio* in mentem non venerit *Oratio*
Aristidis περὶ τῆς ἐλευθερίας. Ubi
& hic versus citatur, & defendi-
tur, etiam si *Attica* haec esse, &
ideo *Στασίβου* nonnulli judicant.
Quamquam, ut nec hoc celetur,
minus quidem putat *Aristides*, ap-
quem epigramma tantum ἑννέα μυριά-
δας, non εἰκοσι numerat. *Rave.*
Adde *Petav.* *Ration.* *Temp.* part.
1. lib. 3, 1. *Bosius*.

5 *Profligarent, adeoque &c.*] Non
male *Mf. Pet. Danielis*: profligarint,
adeoque perterruerint, ut *P. n. c. f. n.*
petierint. *Bosius*. Sic quoque *Cod.*
Leid. Voss. B. profligaverint, & pro-
peterent; petierunt, *Voss. C.* petierint.

6 *Naves peterent*] quibus ausu-
gerent, neglectis castris, quorum
ruendorum spes & ipsa ex animis
exciderat. *Pausanias* auctor est,
plures perisse *Marathonio* lacu,
locorum imperitia. *Herodotus* tra-
dit, Graecos barbaros fugientes per-

Perſæ non caſtra, ſed 6 naves peterent. 1 Qua pugna nihil adhuc eſt nobilius. nulla enim unquam tam exigua manus 2 tantas opes proſtravit.

C A P.

perſecutos fuiſſe ad mare uſque, & injeciſſe ignem navib. quibus moliebantur fugam. Perſequenda enim victoria, quouſque licet. Ne qui ſemel fractus hoſtis eſt, negocium denuo nobis faceſſat. *Buchn.* Ingentis terroris indicium & deſperantium reb. ſuis; cum acerrimus quisque caſtra, ut noviſſimam ſpem retineat, teſte Tacito 3. H. 84, 1. Caſar. 3. de B. Civ. 9. Magno numero interfectos reliquos ante ipſam Octavianum in naves confugere coegerunt. *Justin.* 2: 9. 13. *Viti Perſæ in naves confugerunt; ex quibus multæ ſuppreſſæ, multas captæ ſunt.* Gebh. Ceterum Sex. Jul. Frontinus Stratag. 1v. 7. 43. alios ſecutus auctores, quod Perſæ naves petierant, non fugam, ſed conſilium interpretatur, additque contrarium Miltiadis ſtratagemata. *Rave.*

1 *Qua pugna nihil adhuc*] *Vulgus doctorum dicit, hætenus.* *Ernſt.* Vide *Ind. Boſius.* *Voff.* B. 9. p. n. a. e. *his nobilius* *Voff.* C. *volubilius.*

1 *Nihil adhuc eſt nobilius*] *Cauſam gloriæ hoc prælio comparatæ ſubdit continuo ſic Pausania.* *Hujus illuſtriſſimum eſt prælium apud Plataas.* Quare ridiculum eſt Schortum approbare. *Quoniam pugna nihil adhuc eſt volubilius & referre ad ancipitem Martis aieam.* *Gebhardus.* Tum ex ipſa, tum ex ſcriptorib. priorem cauſam allegat Auctor, alteram addo ex *Plutarchi Ariſtide,* qui eam a trecentis Auctoribus deſcriptam adfirmat. *Rave.* Per eos, qui ei interfuerant, jurare mos fuit. *Athenæus* lib. 9. *Savaro.* *Tempus*

hujus pugnae veteribus quoque controverſum fuit. *cl. Jo. Meurſius* in *Archont.* lib. 11. 4. ex Severo Sulpicio & Agellio accuratiſſime demonſtravit adverſus Sigonium. *Loem* Herodotus & Strabo ex veteribus deſcribunt, quem *multarion* & *magnarum virtutum teſtem* prædicat *Pomp. Mela* lib. 11. Ex noſtro ævo poſtremus delineavit *Cl. Joann. Laurembergius* *Gromaticæ* lib. 11. c. 2. *Rave.* Membranae *Schotti:* quoniam pugna nihil adhuc eſt volubilius, quod recte *Gebhard.* rejecit. Cauſam n. gloriæ hoc prælio comparatæ continuo ſubdit *Noſter.* De tempore pugnae hujus videri & *Petavius* poteſt de doct. temp. 10, 22. & *Rationar.* Temp. part. 2. lib. 3. 11. *Scaliger.* 5. de *Emend. Temp. Boſius.*

2 *Tantas opes proſtravit*] *Δίνα μὴ ποικυλῶ.* *Thraſybulo.* *Thraſybuli auctæ ſunt opes.* *Uritur & Conone & Dione.* *Infra Annibale* *Quem cum videret domeſticis opibus minus eſſe robustum.* *Flaccus* 3. *Argon.* 494.

— repetit quo crimine *Perſes* *Barbaricas jam movit opes, Hircænaque ſigna.*

Livius Andronicus equo Trojano. *Da mihi hæſce opes, quas peto, quas precor, porrige opitula.* *Salluſt.* lib. 2. *Hiſt* *Daedalus, ex Sicilia profectum, cum Minoi fugeret iram atque opes.* De Magnitudine cladis *Medicæ* inter alios *Val. Max.* lib. 5. cap. 3. *Bene egiſſent Athenienſes cum Miltiade, ſi eum poſt trecenta millia Perſarion, Marathone devicta, in exilium protinus miſiſſent.* *Proſtravit*] *Cimone*

Ernſt.

CAP. VI.

Cujus victoriae non alienum videtur, quale praemium Miltiadi sit tributum, docere. quo facilius intelligi possit, eandem omnium civitatum esse naturam. ² Ut populi nostri honores quondam fue-

runt

Barbarorum utro concursu maximam vim prostravit. Pelopida, delecta manus prima phalangem prostravit. Curt. l. 4. cap. 119. Ingenti caede prostratos hostes. l. 9. pr. Quidquid Indis irision fuisset, illa dimicatione prostrationem. Caesar. lib. 7. c. 78. Nec stultitia ac temeritate vestra aut imbecillitate animi omnem Galliam prostrernere. Cicero pro Marcello. Quae jacere sentis, belli ipsius impetu peritusa atque prostrata. Val. lib. 8. cap. 3. Universum conatus prostrernere. Gebhardus. Ms. legit, tantas copiasque. Credam fuisse: tantas opes copiasque. Haec enim vocabula ap. Cicer. aliosque scriptores saepe conjunguntur. Ernst. Recte, prostravit. De acie enim & praelio loquitur. Majorem exercitum quidem Themistocles vicit, sed consilio magis, quam armis; fugatos potius, quam occisos. Rava. Tantas copias haud dubie ab aliena manu est. Bofius. Opes in plur. num. passim notat auxilia & quidem militaria, deinde ipsos milites sive vim ac numerum militum. v. cl. Burm. ad Valer. Flacc. l. 3. Argon. vf. 713. & Cortium ad Salust. Catil. c. 17. n. 1.

¹ *Intelligi possit] Ms. Boecl. addit. Inde. Mox idem & codd. P. Danielis ac Gifanii: Ut enim pop. nostri. Bofius. In Codice P. Dan. legitur ut enim populi R. honores. At in nostro Leid. ut enim populi nostri. Sic Voss. B. ubi pro ista. possit eandem,*

intelligi possit inde eandem. & paullo ante in Cod. Voss. C. Miltiade sit tr.

² *Ut populi nostri honores quondam fuer. rari & tenues.] Toto hoc capite Auctor noster perstringit temporum suorum mores, praecipue adulationem magistratum & plebis, qua optimi etiam animi ultracurruntur. Et profecto nullum virtuti honorem aut eum nimium tribuere, eodem pertinent. Modo optus est. Hunc nunquam facilius tenuere populi, quam sub iniitiis suis, cum excitare cives coeepit, & in studia divisus est, nihil difficilius exstitit, quam frenis uti; quia & laxare eos proclive erat, tenere autem vix permittebant rerum gloria. Non mirum ergo, quod Romani tum honoribus modum dederint, cum eum & Respub. sua renebat; quamprimum haec excessit, quid potuit sani temperaque in illis superesse? Recte enim Tacitus H. 2, 38, 1. *Vetus & jam pridem instita mortalibus potentiae cupido cum imperii magnitudine adolevit.* Inde igitur quia expleri accessione gentium Roma non poterat, novaque victoriarum materia subinde quaerebatur, accensa simul honorum libido, omnia veterum obruit, tanquam obsoleta decora. Sicut enim Armenios & Britannos, ut non in usum, ita ad imperii speciem magna nomina, acquisisse praeterita atque disco-*

runt rari & tenues, ¹ ob eamque causam gloriosi; nunc autem ² effusi, atque obsoleti: sic olim apud Athe-

rum fuit, Flor. 3, 12, 4; ita fieri quoque debuit, ut, eadem ambitione privatorum corrupti animi, non tantum praemia virtutum, quam idola quaedam, adeoque pro vera solidaque gloria, tantum vana atque inania praesentent. Ergo Romanis honores primo fuerunt rari & tenues. Rari quidem 1, quia non ambitioni & gratiae dabantur, sed virtuti, quae quo major, hoc infrequentior. 2. Quia singuli; non multi, non simul dabantur, h. e. non effusi erant, ut exemplo Caesaris postea ostendemus. Tenues; Anna enim amplissima Imperatorum & fortium civium, tum erant, ut Plinius scribit, quantum quis uno die circumaravisset, & quartarii farris aut heminae, conferente populo. lib. VIII. [3. Sic lib. xxxvi. 15. Subit vero cogitatio, quanta portio harum fuerint aerea illae, quas invidtis Imperatoribus decernebant publice ad exaedificandas domos: summusque illarum honos erat, adjici decreto, ut domus eorum fores extra aperirentur, & janua in publicum rejiceretur. Hoc erat clariss. insigne inter triumphales quoque domos. Rave.

[¹ Ob eamque causam gloriosi] Ideo & Augustus ad hunc antiquum morem revocavit & militum ducumque praemia, ut Suetonius 11. 24. narrat. Dona, inquit, militaria &c. Ad quae optime Casaubonus: Quae omisit civicas; Haec si materiae aestimationem species, omnium rarissimae; fuerunt enim initio ilignae, postea ex esculo, tandem quernae: si honorem, iis habitum, omnium gloriosissimae & superbissimae, praeter obso-

letam. Quae ipsa quoque tantum graminea erant. Liv. vii. 37. Sic & ap. Graecos Olympionicarum praemium corona erat oleagina, Diod. Sic. lib. iv. tanto tamen honore habita, ut omnia ipsi decora cesserint. Cicero gloriosis Romanorum triumphis, imo ipsi antiquo consulatui (qui omnia cum Regibus habebat communia) comparat, Tusc. 11. Ex quo intelligas, quantum a primis temporibus ad Ciceronem usque, gloriae quoque amiserit ipse consulatus. Rave.

[² Effusi atque obsoleti] Promiscue vulgati ac viles Curt. lib. 9. cap. 1. Fama vilia & obsoleta esse spolia de Persis. Cicero pro Quinctio. Antiquam officii rationem dilexit, cuius splendor omnis in his moribus observavit. Et pro Fontejo dixit studia militaria apud juventutem obsoleta. in defuerunt quae jam abiissent. Tacit. lib. 4. Ann. cap. 26. D. p. a. t. T. s. t. ne Blaesi avunculi ejus laus obsolesceret. Quare secundum P. Syrum. Rarum esse oportet, quod diu carum velis. Gebhardus. Effusi opponuntur raris & tenuibus; obsoleti, gloriosis. Quia enim & parenter ambitioni, & tanto numero, tantaque pompa darentur, dici rectius non poterant, quam effusi. Per Honores autem intelliguntur h. l. non tantum potestates, sive magistratus, aut tituli, praenomina, memoriae, pompae, sed & harum omnium rerum apparatus, qui ipsa quoque honoris causa, atque ut consueta ex eo insolescerent, privato publicoque consilio adiciebatur. Etiam si ergo triumpho Impe-

rato-

Athenienses fuisse reperimus. Namque huic Militiadi,

ratoribus & olim acti, ejusmodi tamen instrumento apparatuque Pompejus, eoque magnificentius Caesar agebant, ut simul cum honorificis Patrum decretis nulli veterum conferri potuerint. Tulerant enim & Tribuni pl. legem, ut *Cn. Pompejus ludis Circensib. corona aurea & omni cultu triumphantium uteretur; scenicis autem praetexta coronaque laurea.* Vell. Paterc. 11, 40. De Caesare quidem M. Cicero de Provinc. Consul *Cajo Caesari, inquit, supplicationem decrevistis, nimmero, ut nemini ullo ex bello; honore ut omnino nemini.* Ubi videtis, quaedam in ipso honore fuisse, quae honoris essent, eumque vulgare decus transire facerent. Exemplum porro capite, sed unum duntaxat. A supplicationibus nimirum, quae Imperatoribus ob rem feliciter gestam, tribui honoris causa solebant. Earum prima, diei tantum *tenius*, postea, dierum *quatuor* decreta. Idque insolens & nullo ante bello, primumque in Furio Camillo, quanto imperatore! factum *Livius* scribit. Post Quintio, dierum *quinque*, Cn. Pompejo, *duodecim* tributa fuit. Quas tamen Caesaris exceperunt. Prima enim xv, altera utraque dierum xx. erat. Sed nondum temperatum. Siquidem Augusto dierum data *quinquaginta*, ut Cicero Philipp. xiv. auctor est. Eousque decrevit honor iste, ut multitudinem laboraverit sua. Hi tamen omnes armorum & militiae istud praemium habuerunt. Cicero in Urbe & togatus idem meruit, idque gloriatur, 111. Catilinaria, sibi post Urbem conditam *primo*

contigisse. Ex quo satis, credo, apparet, quomodo priorum temporum honor sensim evilerit, dum novi aliquid semper quaesitum. Quid mirum ergo, si & omne hoc genus supplicationum, imo ipsorum quoque triumphorum, in ludicra magis, obsoletaque defecit? Et, si tanto cumulo deinde optis fuit in honorando Caesare? Ecce. *Continuum consulatum, perpetuam Dictaturam, Praefecturamque morum, Praenomen Imperatoris, cognomen Patris Patriae, jus perpetuo gestandae laurae, statuam inter Reges, suggestum in Orchestra, quin & ampliora humano fastigio; sedem auream in Curia & pro Tribunali, Thensam & Ferculam Circensi pompa, Templa, Aras, simulacra juxta Deos, Pulvinar, Flaminem, Lupercos, appellationem mensis a suo nomine &c.* Vide Sueton. Pro quantum non modo nimiorum, sed Diis convenientium honorum. Tamen adhuc cum illorum decretis, vel ipsos universos Patres conscriptos, publice sedentem pro aede Veneris Genitricis adire Caesarem oportebat, ut ne in delatis honoribus quidquam summi honoris praetermitteretur. Atque hinc Auctorem nostrum probe intelligas. Quia enim non dabatur amplius honores, sed *effundebantur*, admirationem sui quisque honor primo amittebat; numero enim censi inceptit: post, quia cultus addiceretur divinus, quodnam potuit humanum tantum esse fastigium, quod prae illo non forderet? quodnam divinum, quod eand. fortunam non subiret? cum parum ingens decus aut praemium haberetur, quod alius similiter usur-

D

passet.

tiadi, ¹ qui Athenas, totamque Graeciam liberavit; ² talis honos tributus est in porticu, quae ³ Poecile vocatur, ⁴ cum pugna depingeretur Marathonia, ut in decem praetorum numero ⁵ prima ejus imago poneretur, ⁶ isque hortaretur milites, praeliumque committeret. Idem ille populus, posteaquam majus im-

passet. Rave. Obsoleti etiam Cod. P. Dan. *Absoleti* Voss. A. & tenuis pro *tenuis*.

1 *Qui Athenas*] Mf. Boecl. *quia Ath.* Et sic fortassis & in Cod. P. Danielis fuit: pro quo Excerpta habent: *quid*. Mox uterque Codex: *liberarat* Bofius. Leid. *Nam h. M; ea Athenas totamque Graecia liberarat*. Voss. B. etiam *liberarat*.

2 *Tal. honos tribut. est*] Alterum Miltiadis praemium tropaea sunt ex hostium manubiis, quibus se a fomno quotidie excitari, Themistocles jactabat: Auctor Tullius 1 v. Tuscul. & Plut. *Schottus*.

3 *Poecile*] Antea Πειραιάειος dicta. Videantur Jani Rutgersii *Variae Lectiones* lib. 5. c. 1. ubi plura de Polygnoto Thasio Aglaophonis & filio & discipulo jucunda eongessit Diogenes Laert. lib. 8. In Zenone *Ἀναξίμανδρον ὃ ἐν τῷ ποικίλῃ ποτῷ, τῆς δὲ Πειραιάκειας καλλιμύρου, ὅπου ὃ τ' ἔραφες τῷ πολοζῶντι ποικίλῃ*, Vide Cl. Viri & de Antiquitate unice meriti Athenarum Atticarum lib. 1. cap. 5. *Gebhardus*. Vide infra quae dixi in vita Attici ad vocem *Phidiae*. De Miltiadis fortitudine vide Philonis Judaei testimonium libro *περὶ τῶ πάντων σπουδαίων ἔργων ἐπιπέδειον*. pag. 684. *Ernst* Adde Ind. v. *Poecile*. *Bofius*. Cod. P. Dan. *ποικίλῃ*.

4 *Cum pugna depingeretur Mara-*

thonia] Vide Clem. Alexandrin. lib. 1. *Stromat.* pag. 348. *Ernst*. A Pannaeo fratre Phidiae pictum id praelium, ait Plinius *Hist. Nat.* 35, 8. ubi & quos duces in eo pinxerit, narrat. Aelianus a Micone aut Polygnoto Thasio pictum vult. 7. *Hist. Animal.* 28. vid. *Meurs.* *Athen. Attic.* 1, 5. *Bofius*.

5 *Prima ejus imago poneretur*.] *Ponere* proprie dicuntur artifices sive pictores: *Propertius*. l. 2. *El.* 2. *vf.* 52.

Si quis vult fama tabulas anteire vetustas,

Hic dominam exemplo ponat in arte meam

Adi clarissimum Burmannum ad *Ovid.* 10. *Metam.* *vf.* 516. nec non imago proprie de picturis usurpatur. *Ovid.* 6. *Metam.* *vf.* 103.

Maeonis elusam designat imagine tauri

Europen: verum taurum, freta verara putares.

Florus lib. 1. *procem. faciam quod solent, qui terrarum situs pingunt, in brevi quasi tabella totam ejus imaginem amplectar*, hinc *Noster* in *Ep.* cap. 1. *Quum autem exprimere imaginem consuetudinis atque vitae velimus Epaminondae*. De voce imago consulendus est *P. Manutius* ad *Ciceron.* l. 5. ad *Fam.* *Ep.* 12. p. 236. vitiose in *Voss. C.* Pro *praeliumque praeliumque* ut & in cap. 7.

perium est nactus, & largitione magistratuum corruptus est, ¹ trecentas statuas Demetrio Phalereo decrevit.

C A P. VII.

² Post hoc praelium classem septuaginta navium Athenienses eidem Miltiadi dederunt, ut insulas, quae barbaros adjuverant, bello persequeretur. quo imperio ³ plerasque ad officium redire coegit, non-

6 *Isque hortaretur milites, &c.*] Aristides Platon. 2. Μόνος ἔξ ἀνδρῶν τῶν ἑκατόν τῶν χεῖρα ἰκτιράνας γενεῖται, ὡς τότε ἔδραξ τοῖς ἑκατόταις κινεῖσθαι. Vide & Plutarch. in Cimone, ac Aeschinem Orat. adv. Ctesiphontem: e qua totum hunc locum ab auctore nostro translatum, Lambinus ac Longolius adnotant. Miltiadis picturam imitatus postea Chabrias est, de quo infra 12, 1, 3. Bosius.

1 *Trecentas statuas Demetrio Phal.]* Numerus noster rotando utitur. Strabo enim lib. 1x. plures quam trecentas refert. Vide & Plut in *Ἐπιτομῇ τοῦ βίου*. Diog. Laertius v. 5. trecentas sexaginta. Vide & Plin. 34, 6. Utrique totidem, quot dies annus tum habere credebatur, M. Varro.

Et Demetrius aeneas tot aptu, est, Quot lucas habet annus absolutus. Vide Ger. Jo. Voss. de Hist. Gr. 1, 12. Qui de Demetrio hoc plura voluerit, adeat Diog. Laert. l. d. Plut. in Demetrio, Nolstrum in Phocione, Diod. Siculum circa ejus tempora, &c. Rave. Phalereo Leid. & Cod Voss. A. B. Phalerio. De Demetrii statuis vide cl. Menag. ad d. L. Diog. Laertii Sect. 75. decrevit Voss. B. discernit.

2 *Post hoc praelium, &c.]* Herodotus lib. vi. paullo aliter. narrat enim Miltiadem ab Atheniensibus navis septuaginta & exercitum, & pecunias petiisse, tacentem adversus quos bellum gesturus esset: hoc tantum eis pollicitum, se eos locupletaturum, si se sequerentur, ei enim regioni se bellum illaturum, unde magnam vim auri facile essent laturi. &c. Lambin. In Voss. B. pro bello persequeretur. Prosequeretur. Solenni mutatione, sic in Lucano l. 1. vs. 201. Infra in Catone cap. 3. vide Celeb. Burm. ad Phaedr. l. 3. fab. 20. vs. 3. & ad Ovid. l. 4. Metam. vs. 151. & per in aliis quoque compositis cum pro saepius confundi docebimus ad Hannib. cap. 5. persequi vero bello notior phrasis est, quam ut multis illustretur; idem esse ac *premeré* bello & quidem ob illatam injuriam docuere summus Gronovius ad Livium lib. 2. cap. 16. & Broukhuis. ad Tibull. l. 1. El. 9. vs. 28.

3 *Plerasque ad offic. red. coegit.]* Schotti liber plures. Officium vero hic notat obedientiam, qua populus magistratui tenetur. Intra Cimone: *Insulas alienatas ad officium redire coegit.* Conone. Etiam cum in officio non manebat. Darame. Ut sine armis propinquum ad officium redire-

2 nullas vi expugnavit. Ex his ¹ Parum insularum ² opibus elatam, cum ³ oratione reconciliare non posset; ⁴ copias e navibus eduxit, urbem ⁵ operibus clausit, ⁶ omnique comœatu privavit: deinde vineis ac testudinibus constitutis, ⁷ propius muros accessit. ³ Cum jam in eo esset, ut oppido potiretur, procul in

ret. Eumene, se omnibus praefectis, qui in officio manebant, misisse litteras. Tacit. l. 1. Annal. c. 48. Postquam majorem legionum partem in officio vident. Caesar. l. 1. de Bel. Gal. Cur hunc tam temere quisquam ab officio discessurum judicaret. Gebhard. Voss. C. plures.

1 Parum insularum] Etiam hanc rem multo aliter narrat Herod. eod. lib. quod longum sit referre. Quare petat lector a fonte. Ephorus vero, cujus verba apud Stephanum reperi, hanc historiam narrans, propius ad Probum accedit, ita ut Probus ex eo summis, quae hac de re scripsit, videatur. Lambin.

2 Opibus elatam] Apposite Zenobius IV. 49. ἡσυχία καὶ ἐπιτοχὴ καὶ ἀσκήσιος φρονίᾳ Ἀριστοτέλους γινώσκου. Valer. Max. VII. 1, 2. Gyges regno Lydiae armis & divitiis abundantissimo inflatus. Gebhard. Adde Tacit. 15, 20, 1. & infra 4, 1, 3. ac 7, 7, 3. Bostius.

3 Oratione] Vir longe doctiss. J. Fr. Gronovius malebat ratione, h. e. via aliqua commoda, conditionibus. Adi ipsum 2. Observ. 10. & in Addendis p. 216. Bostius.

4 Copias e navibus eduxit] Cod. Schefferi Copias eduxit, quare Schefferus vir ille praestantissimus illud e navibus glossema esse putat in Ep. 7. ad N. Heinsium: ejus sententiam confirmat Voss. B. in quo

etiam haec verba omittuntur.

5 Operibus clausit] Ut non tam armata vi, quam inopia domaret. Vegetius lib. III. cap. XXVI. Aut inopia, aut supervenientibus aut terrore melius est hostem domare, quam praelio. Per opera autem munitiones intelligit, quae fossa, vallo & aggere constant. Buchn. Operibus oppugnantur munitiona, quam quae impetu seu corona capi subigique possunt. Tacit. 5. H. 13, 6. Hanc adversus urbem gentemque Titus Caesar, quando impetum & subita bella locus abnueret, aggere vineisque certare statuit. Liv. lib. 37. Cum ad moenia castra posuisset, non corona, sed operibus oppugnare urbem est aggressus. Vide Caesar. 2. de B. Gall. 12. Tac. 6. A. 41. Graeci vocant τάρχοις ἢ σαυράμασι περιβαλεῖν, vel etiam περιλαμβάνειν. Gebhard. v. Ind. v. opus. Bostius. Adde Tennul. ad Frontin. l. 3. Strat. cap. 2. E. 1. & cl. Dukerum ad Florum l. 2. cap. 15. n. 11.

6 Omnique comœatu] Nempe mari prohibito, atque intercluso: ut dicit Ephorus, τὸ θαλάσσιον εἰργασίαν. Lamb.

7 Propius muros] Proprius muros Leid.

8 Quum jam in eo esset] Ita in Pausan. c. 5. Quum jam in eo esset, ut comprehenderetur. Livius l. 2. c. 17. jam in eo esset, ut muros evaderet miles. Sic Graeci ἐν τοῖς τοῖς & ἐν ταῖς θύραις dixerunt. Aelian. l. 4. V. H. cap.

in continenti lucus, qui ex insula conspiciebatur, nescio quo ¹ casu, nocturno tempore incensus est: cujus ² flamma ut ab oppidanis & oppugnatoribus est visa, utrisque ³ venit in opinionem, signum a ⁴ classariis regiis datum. quo factum est, ut & Parii a deditio-⁴ ne ⁵ deterrentur, & ⁶ Miltiades timens, ne classis regia adventaret, ⁷ incensis operibus, quae statuerat, cum

cap. 8. de Amynta Macedone *ἐπιείκει* ἐς τοὺς Λῶν, quum vero in eo esset. sc. ut regionem relinqueret. pro quo Sophocli. in Electr. vl. 21. dixit ἐστὶν ἐν τῷ ἰσθμῷ, ἢ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ἰσθμῷ, nam in eo sumus, ut non amplius segnitiei detur locus.

1 Casu] De hujusmodi casibus vide egregiam observationem Illustris Forstneri ad Annal. 1. Taciti, pag. m. 93. & seqq. Bostius.

2 Flamma ut ab opp.] Leid. flamma ab opp.

3 Venit in opin. signum a class. regiis datum] Ex eorum genere, quae muta vocantur, ignis quoque signum quoddam est, nihilque expeditius ad significandum eminus. Veget. 3, 5. per noctem flammis, per diem fumo significari tradit sociis, quod aliter nunciari non potest. Inter alia ergo fieri igne consuevit, ut obsessis spes accendatur depellendae obsidionis. Eoque indicio cum Cicerone in castris teneretur, & speraret subsidio futurum Caesarem, quamprimum sumi incendiis procul videbantur, ista res omnem dubitationem adventus legionum expellebat. Caes. Bell. Gall. v. 48. & VIII. 3. Caesar cum Bituriges nec opinantes opprimere vellet, etiam illud vulgare incursum signum, quod incendiis accidit, intelligi consuevit, interdicit sustulerat. Rave. Ms. Oxon. Signum adversariis datum. Antiquum

morem Graecis militibus olim usitatum illustrarunt Schol. Homeri Iliad. 2. vl. 207. Tzetzes ad Lycophron. vl. 250. Meursius ad Eund. vl. 345. Servius & Cerda ad Virg. 2. Aen. vl. 256. & ad. 6. Aen. vl. 519.

4 Classariis regiis] Excerpta e libro P. Danielis cum classariis regis ut infra Themistocle cum classariis regis conficit: sunt autem Classariis milites navales. Themistocle. cujus fama perterriti classarii cum manere non auderent. Hannibale; Die ipso, quo facturus erat navale praelium, classarios convocat. Hos Hirtius de Bell. Alexand. cap. xi. vocat Epibatas Gebhardus. Ms. Pet. Danielis, class. Regis. Sic infra 2, 3. 2. locutus noster. Reges Persarum absolute reges dicebantur. v. Ind. Bostius. Classariis regis exhibet etiam Voss. B.

5 Deterrentur] Quia fortasse metuebant sibi a Persis, si se Atheniensibus dederent, Lambin. Pro ut & Parii. Leid. & Parum. Voss. A. ut Parii. C. & ut Parii.

6 Milt. timens, ne classis reg. advent.] Ceterum aliam causam, cur Miltiades recesserit, tradit Herod. Eratone extrema. Vide Edw. Simsonii Chronic. Catholic. parte IV. p. 24. Bostius.

7 Incensis operibus] Vallum enim ex sudibus & turribus constabat. Ne quis cum Magio vincas, testu-

cum totidem navibus atque erat profectus, Athenas
 5 magna cum offensione civium suorum rediret. ¹ Ac-
 culatus ergo ² prodicionis, quod cum Parum expu-
 gnare posset, a rege corruptus infectis rebus ³ a pu-
 gua discessisset. Eo tempore aeger erat ⁴ vulneribus,
 quae

dines & machinas bellicas intelligi : soneso usurpatae reum fuisse actum.
 putet. *Bosius.* Vid. infr. cap. VIII. §. 3. *Ernst.*

¹ *Accusatus ergo*] Cod. P. Dan. *Accusatus est ergo.* Leid. *Accusatus ergo.*

² *Prodicionis*] Trogus Pompejus aliter memoriae prodidit, quod ex *Justino* intelligas, qui Miltiadem ob *crimen peculatus* in carcerem con-
 2, 15, 19. Equidem & *Seneca* Controv. lib. IX ¹ ejus-
 modi problema proponit. *Miltiades peculatus damnatus, in carcere alliga-
 tus decessit.* Et sane non aberrant. Miltiades enim pecuniam publicam
 in usus suos cum perfidia vertebat. Id directe factum sit, an per obli-
 quum, nihil refert, nisi quod crimi-
 nen augeat. Damnatus utique hu-
 jus praecipue criminis est, dum,
 quantus in classem factus est sum-
 tus, litem redimere debuit. Unde
 Herodotus VI. 136. scribit, mul-
 ctam ei irrogatam fuisse *ἡ τῶν ἀ-
 δμίων*, quod interpretor, *juxta da-
 mnatum perfide datum.* *Rave.* Hujus sen-
 tentia & eo videtur confirmari,
 quod prodicionis accusati statim ab
 accusatione in vincula conjicieban-
 tur; convicti autem morte luebant,
 nec intra fines Atticae sepeliri po-
 terant, ut docet *Petitus* ad *Leg.*
Att. l. 7. tit. 4. p. 562. Quorum
 nihil Miltiade factum est. Nam
 neque capitis damnatus, & postea
 demum, quam pecunia multatus
 erat, in vincula coniectus est. *Sui-
 das* scribit, cum tyrannidis in Cher-

³ *A pugna*] *τὸ ἀπὸ pugna* libro suo
 veteri abesse testatur P. Daniel. sed
 quibus blanditur ista lectio, de-
 monstrare incumbere pugna signifi-
 ficari quoque oppugnationem. *Geb-
 hard.* Sic *Longolius* & *Lamb.* edide-
 runt. Aberat tamen a *Miss. P. Da-
 nielis, Schotti, & Boecleri*: idque
 recte, *Gebhardo* iudice; quod pugna
 vix significet oppugnationem. *Bos.*
 Pro rebus Cod. Leid. omnibus sed a
 pugna non legitur. Abest & a *Voss. B.*

⁴ *Vulneribus quae in oppugn. opp.
 acc.*] Aliam morbi causam refert
 Herod. l. 6 cap. 136 *Bosius.* *Acce-
 perat* ex Cod. P. Dan. Sed Leid. &
Voss. C. ceperat.

⁵ *Quoniam ipse pro se dicere*] Id
 quod Auctor *Dia. ogi de Corrupt.*
Elog. dixit, *sua voce respondere.* cap.
 36. 9. Juxta legem scilicet cuius me-
 minit *Plato* in *Apologia* Socratis,
τὸ ἑ ἑμῶν ἀπολογητέον. Et hoc qui-
 dem noster pro se dicere interpreta-
 tur. *Scribere enim litigatoribus, sed quae
 illi Pro se ipse dicerent, erat mo-
 ris, juris autem, ut non liceret pro al-
 tero agere,* diserte *Fabius* testatur
 2, 16. Eratque non tantum legis,
 sed & verbi ista sententia. Ideoque
 cum Miltiades pro se verba facere
 non posset, facerent autem amici
 ejus (ut *Herodotus* refert) mutat
 verbum *Μιλτιάδης ἢ αὐτὸς παραδὼν μὲν
 ἐν ἀπολογίᾳ, ἢ ἄλλοι ἀπολογητοῦ ἢ οἱ φί-
 λοι.* Hinc *Lucianus* in *Anacharsi-*
 de,

quae in oppugnando oppido acceperat. Itaque ⁵ quoniam ipse pro se dicere non posset, verba pro eo fecit frater ejus ¹ Tisagoras. Causa cognita, ² capitis absolutus ³ pecunia multatus est. ⁴ Eaque lis quinquaginta talentis aestimata est, quantus ⁵ in classem sum-
tus

de, τὸς ἀμύθητος *Advocatus* describens, τὸς ἄλλων ἰσότηας vocat; & hoc non tam *causam dicere* (id enim facere dicuntur, qui pro se ipsi dicunt,) quam *patrocinari* est. Licebat autem utrique partium, pro *litis* aut *personae* conditione *Advocatos* petere a iudicibus, ut apud *Lucianum* est in bis *Accusato*. *Hermogenes* disertis verbis ἀδύνατον, *infirmitatem* allegat, *Method. Eloq.* cap. 21. ubi de tempore & causis agit, ex quibus dare orator debeat *Advocatos*. *Rave*.

¹ *Tisagoras*] *Stesagoras* est figmentum *Longolii*: cum contra exisset in omnibus libris *Dixagoras*. *P. Danielis* *Excerpta Sagoras*. *Vulgati Diagoras* nulla ratione. Verum *Cl. Rutgerfius* et *Libanio* reducit *Tisagoras*. Idem accusat ex *Herodoto* erroris, quod multo antequam *Miltiadi* hoc accideret, jam obiisset ille. *Gebhard*. *Mire* variant libri. *Vulgati Diagoras*; *Mss. Danielis* & *Schotti Sagoras*; *Longolii Codex Dixagoras*; *Mf. Boecleri Isagoras*; *Herodotus* lib. VI. & *Thomas Magister* in voce τῆς, *Stesagoram* vocant; quod *Lambinus* quoque reposuit. Rectum est *Tisagoras*, quod et *Libanio* in *Oratione Cimonis* pro *Miltiade Ampliff. Rutgerfius* reduxit, 1. *Var. lect.* 9. Et sic quoque *Scholias* *Aristidis Cimonis* *Coalemi* patrem, *Miltiadis* avum appellat, quem *Herodorus* pariter *Stesagoram* vocat, lib. eod. p. 392.

Porro idem *Rutgerfius* erroris accusat *Nostrum*, quod ex *Herodoto* constet, *Tisagoram* multo ante, quam *Miltiadi* hoc accideret, obiisse. sed vide *Notas* ad 1, 1, 1. *Cimonis filius*. *Bosius*. *Leid. Isagoras* *Voss. A. C. Sagoras* & pro eo in *Leid.* non legitur. *Voss. B.* quoniam pro se & *Sagoras*.

² *Capitis absolutus*] *Amicis* causam ejus agentibus, & beneficia, quibus patriam obstrinxerat sibi, commemorantibus. *Herodot.* 6. nam alias ordinaria proditionis poena, ut paulo ante diximus, mors erat. *Bosius*.

³ *Pecunia Multatus*] *Cod. P. Dan. multatus est*. *Vossian. A. multatus est* & pro *absolutus* *Voss. C. absoluta*.

⁴ *Eaque lis aestimata est*] *Litem* aestimare, teste *Africanio Pediano*, est pecuniam, de qua lis fuit, & propter quam reus condemnatus est, in summam redigere, *Nepos Cimone*, *Cum pater ejus litem aestimatum populo solvere non posset*. *Timotheo*. *Hoc iudicio damnatur Timotheus, lisque ejus aestimatur centum talentis*. *Vellej. Paterc. Lib.* 2. c. 8. *C. Cato consularis M. Catonis nepos, Africanii sororis filius, repetundarum in Macedonia damnatus est, cum lis quatuor milibus aestimaretur*. *Caesar* *Lib.* 5. *Comm. cap.* 2. *Arbitros inter civitates dat, qui litem aestimant poenamque constituunt*. Ita creberri-
me loquitur *Cicero*. *Valer. Max.* *Lib.* 5. *cap.* 111. 2. *est poenam fi-*
D 4.

tus factus erat. Hanc pecuniam ¹ quod solvere non poterat, ² in vincula publica ³ coniectus est, ibique diem obiit supremum.

CAP.

nire. De Furio Camillo. *At*, inquit, *aerario abesse tribunus pl. querebatur quindecim milia aeris, tanti namque poena finita est.* Gebhardus. V. Ind. v. *Lis.* Mox *Mf. Pet. Danielis* habet: *in classes.* Bofius.

5 *In Classes*] etiam Leid. sed *in classem* est ad classem istam septuaginta navium apparandam. *Lucanus* Lib. 1. vs. 306. *In Classem cadit omne nemus.* Ubi vide *Scholia*, & *Cl. Oudendorpii* notas, qui & ad *Frontinum* Lib. 2. *strateg.* cap. 2. num. 5. pro *locum castris editum*, non male coniecit legendum *locum in castra*, id est, ad castra facienda, *editum*. Eodem modo apud *Florum* lib. 2. cap. 6. § 23. *in sacramentum militiae liberata servitium* i. e. (Explicante ita *Cl. Dukero*.) sacramenti causa, ut sacramento adigi possent.

1 *Quod solvere non poterat*] *Mf. Pet. Danielis* & *Boecleri* duabus vocibus auctius, *quod solv. in praesentia non poterat*, Quam omnino veram & genuinam lectionem esse, censebat *I. Rave*. Nam si omittas illud *in praesentia*, verba *Nepotis* neque morem populi Atheniensium exprimere, & sensu falsa esse. Non enim, inquit, putes carcerem cum multa commutasse, ut quia solvere *Miltiades* non posset, poenam civibus suis corpore & in vinculis dederit. Si quidem & post parentis ejuscunq; qui *Aerarius* factus erat, & hujus ipsius *Miltiadis* obitum, liberi adhuc eadem multa tenebantur, utur carceres parenti fuissent perpetui. Non enim,

quod sciendum, *in poenam* dabantur, sed *in custodiam*, ut aperte in *Cimone* 1, 1. dicitur, atque ad solutionis maturandae necessitatem. *Plutarchus* quoque scribit *in Cimone*, *Miltiadem* *αεσι τῶν ἰσθίων εἰσχεῖν*, ut solveret, abreptum. Haec ille, Quae vera esse, amplius docebit nota proxime sequens. *Bofius* *In Praesentia* *Libri Mff. Schotti & Leid.* nec non *Oxon.* item *Vossiani A. B. C.*

2 *In vincula publ. conj. est*] *Primo de jure vincendi*, deinde *de Vinculis*. Quibus multa irrogata, ab eo die, quo deberi inceperant, fiebant *Aerarii*, h. e. *aerario obnoxii*, ut est ap. *Demosth. in Leptin.* Ideoque tum in vinculis eum lex esse jubebat, quo usque solvisset. Sic convictis *malae paventum* *trahationis* irrogare multa lex jubet, & pergit: *se multa irrogata fuerit, quousque eam solverit, in vinculis esto.* Ead. formula habetur in lege *Solonis*, super iis, qui militiam detrectant, aut desertores sunt, uti est ap. *Aeschinem* *Orat. contra Ctesiph.* & ap. *Demosth.* *orat. advers. Timocr.* Similis formula est in lege super iis, qui damnati sunt *εὐαγγελίας*, & totidem verbis repetitur alia quoque lege, super *Naucleis* & *Mercatoribus*, *Athenis* alio, aut aliunde *Athenas* *navigantibus*, si injuste & non secundum tabulas contractus fecisse convicti essent. Idem *Demosthenes* *adv. Timocr. & Zenoth.* Et haec causa erat, quae eos, qui solvere non possent, in perpetuis carceribus detinebat, *Miltiadem-*
que

C A P. VIII.

Hic etsi crimine Pario est accusatus, tamen alia fuit causa damnationis. Nam Athenienses propter

que nostrum in vinculis obire coegit. Ne sic tamen expuncta erat multa, quippe & in liberos durabat; ut in Cimone apparuit, de quo vide nostrum. Quale exemplum & de Scydimo refert Suidas in *Ἀεσθητικῶν*. Aristogiton. inquit, Scydimi filius; calumniator. Hujus pater, quod aerario pecuniam deberet, in carcere obiit. Postea vero & ipse Aristogiton, ut illius debiti haeres, eodem conjectus est. Veniamus ad Vincula. Ea diserte noster nominat, & faciunt alii perinde. Val. Max. de Cimone: Hanc hereditatem paternam, maximi Ducis filius, & futurus ipse aetatis suae Dux, solam se sortitum, Catenas sc. & carcerem, gloriari potest. Utque praeter carcerem, meminit simul catenarum. Nam & de Socrate in Phaedone refert Plato, *crus ipse ex vinculo doluisse*. Erant ergo vincula, quibus pedes artabantur. Vocabant ea suo sibi proprio nomine, *ποδακάλια*. Interpres Aristophanis in Equit. Vinculorum, inquit, genus est lignum, quod *ποδακάλια* vocant; eodemque modo ap. Lyfiam Orat. 1. adv. Theomest. explicatur, citaturque lex, quae jubebat, decem dies Aerarium habere *πόδα ἐν τῷ ποδακάλια*. Cum autem vinculum hac lege adhiberetur iis, qui & solvendo, & jam in eo toti erant, ut expedirent pecunias; quanto justius induebantur nostro Miltiadi, qui in praesentia solvere non poterat? Respondent ergo haec vincula Romanorum

Nervo, ex quo qui propter aes non erant, in nervo esse dicuntur. Nervum enim appellamus, inquit Festus, etiam ferreum vinculum, quo pedes vincuntur. Haec ferme omnia adversus Longolii & Lambini lectiones, imprimis pro intelligendo auctore, moribusque Atheniensium, in pauca contuli, ex Cl. Viri Sam. Petiti Commentario ad leges Atticas lib. IV. *Ræve*.

3 Conjectus est] Non tantum Miltiades, sed etiam filius; ut uterque disceret, eand. omnium civitatum esse naturam. Vide inf. vitam Cimon. Dionis Chrysostomi Orat. LXXXIII. pag. 634. & Val. Max. lib. V. cap. III. Notandum autem heic est, obsidionem sine causa solvere, proditorem ab Atheniensibus fuisse darum. Quo nomine ac titulo Miltiadis hic error a Pet. Gregorio Tholosano inter proditorem crimina refertur lib. xxxv. Syntagm. jur. universi. cap. v. §. penult. Ernst. Est abest a Leid.

1 Hic etsi crimine Pario] Quod est species proditorem. Obsidionem nimirum, ut dixi, sine causa relinquere. Ernst. Leid. crimine Pario.

2 Propter Pissirati tyrannid.] Quomodo eam & occupavit, & gesserit, videre ex Solonis epistola ad Epimenidem, quae est apud Diog. Laert. lib. 1. in Solon. ut & ex Herodot. 1. 59. Aristot. v. Polit. 7. Plutarch. in Solon. Diodor. Sicul. XIII. 95. Valer. Max. 1. 3. & VIII. 9. Aelian. VIII. 16. Justin. II. 8. 6. Quomodo autem liberati Athenienses,

D 2

fes,

pter Pisistrati tyrannidem, ¹ quae paucis annis ante fuerat, ² omnium suorum civium potentiam extime-
² scebant. Miltiades multum in ³ imperiis magistrati-
 bus-

ses, apparet ex eod. *Herodoto* v, 63. *Pausania* in Laconicis. Ex recentioribus nemo quidem accuratior *Joh. Meursio*; qui integro libro complexus omnia est. Vocatur autem *Pisistrati tyrannis*, ejus quidem velut Auctoris, sed non minus filiorum, *Hipparchi* & *Hippiæ*, quae univ-
 verim *tyrannis à τῶν ἡριστῶν*, *Pisistratarum tyrannis*, auctorib. appellatur. *Rave*.

¹ *Quae paucis annis ante fuerat.* Desit enim, ut colligitur e *Thucydide*, anno vicefimo ante pugnam *Marathoniam*, cum *Hippias* *Pisistratarum* ultimus, urbe pellere-
 tur, decretumque in eum, omnes-
 que *Pisistratidas* acerrimum fieret. Vide *Meurs.* *Fortun.* *Att.* c. 10. & in *Pisistrato* c. 20. *Petav.* in *Paralipom.* ad lib. 10. de *Doctr.* temp. p. 856. & part. 2. *Rationar.* temp. L. 3. C. 9. qui & prolixè disquirunt, quamdiu haec tyrannis duraverit. *Marmor* tamen *Arundelianum*, cujus supra ad, 1, 5, 5. mentio facta, ejectionem *Pisistratarum* XXI. annis pugna *Marathonia* antiquiorem facit. v. *Selden.* *Canon.* *Chronic.* p. 103. *Bosius*.

² *Omnium s. civium pot. extimesc.* Videtur expressisse *Thucydidem*, qui de *Alcibiade* eadem refert, lib. v. *Populus* (*Atheniensis*) qui fama acceperat tyrannidem *Pisistrati* & filiorum extremis temporibus gravem existisse, semper in metu versabatur, & suspecta habebat omnia. *Rave*. Pro suorum civium extat in *Cod. P. Dan.* civium suorum.

³ *Imperiis magistratibusque* *Gisa-*

nii codex, teste *Schotto*, *magnisque*, monetque exaudiendum *rebus*. Sed mihi videtur interpolatum esse ab eo, qui *magistratibus* offensus putarat sufficere *imperiis* vel loco τῶν *magistratibus* aliud requiri dictumve a scriptore. *Gebbard.* *Gifanii*, *P. Danielis* & *Boecleri* codices: *imperiis magnisque*. Id si non compendio, sed integre scriptum, *rebus* exaudiendum: ait *Schottus*. Sed de compendio securus esse poterat: quis enim unquam hanc vocem sic abbreviavit? Neque tamen ideo *rebus* subaudiendum est. Nec enim ita solet *Nepos*, nec fortasse *priscorum* alii. Et tamen vulgatam lectionem a mala manu esse vix dubito. Neque enim crediderim *librarios* in tot. *Codd.* pro notissima ac plani apertiue sensus voce aliam supposuisse. Praeterea *Nepos*, nisi me omnia fallunt, potius dixisset *imperiis ac magistratibus*. Cogitabam igitur in *imperiis magnisque versatus*, sed unde copula irrepsisset, quae omnes *Libros* manu typisque descriptos, occupat? Tentabam etiam *multis in imperiis magnisque versatus*, quomodo 9, 3, 1. *multa magnaue merita*. & 18, 2, 4. *multas ac magnas sollicitationes* conjunxit. Sed neque hoc placuit, cum recorderer illius quod 2, 1, 3. legitur *multum in iudiciis privatis versabatur*. Nil igitur aliud in praesentia occurrit, quam ut vel excidisse aliquid censent, vel copulam h. l. *επιπλητικῆς* sive explanativam esse; idemque esse in *imperiis magnisque*, ac si dixisset: in *imperiis usque magnis*. Et si hoc

busque versatus, ¹ non videbatur posse esse privatus, praefertim ² cum consuetudine ad Imperii cupiditatem trahi videretur. Nam ³ Chersonesi omnes illos, ³ quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat dominationem, ⁴ tyrannusque fuerat appellatus, sed justus.

⁵ non

hoc duriusculum esse non diffiteor. *Bosius*. Leid. & Oxon. Mss. & Voff. *B* multum imperiis magnisque. cl. Oudend. conjicit excidisse forte τὸ *judicii*.

¹ *Non videbatur*] statim, *videtur*. Ex his nota vulgi ingenium, quod suspicax est. Itaque pro eo in Democraticis contra omnia, quae in suspicionem, aliqua non contemnenda specie, venire possunt, legib. acutissime provideri coeptum. Id quod diligenter notari velim ad popularem statum penitus introspiciendum. Itaque Atheniensibus tamquam malo suo edoctis, ex quibus causis olim nata Tyrannis esset, ipsum illud *VIDERI POSSE* pro tentato, aut non admittendo crimine Tyrannidis habebatur. Atque haec causa sufficiebat ad exilium, Ostracismo irrogatum, justamque esse censet ipse princeps Politicorum III, 3, ὡς, inquit, τὸς δεκάκτας ὑπερέχει δυνάμει. &c. Sic & Diodorus Sic. de Ostracismo loquens, ἔγραφε νόμον τὸ δικάζειν μάλιστα δυνάδων &c. *Rave*

² *Cum consuetud. ad imperii cupid.]* Casaubonus laudat ad Suetonii Jul. Caes. cap. 30 *cum imperii consuetudine ad imperii cup.* quod probare non possum. Gebhard. Casaubon. in Animadv. Sueton. (ad *Ful. c. 30.*) geminat vocem; *cum imperii consuetudine ad imperii cupiditatem trahi vider.* Fortasse autem consensus librorum facile tueretur vulgatam lecti.

Quoniam enim & antecedentia, & quae sequuntur satis definiunt istam consuetudinem, nihil aut incommodi in stilo aut obscuri in sensu habet omisso vocis, quae obviam subintellectionem five potius repetitionem ex proximo habet. *Boecler*. Cui quis adfuetus maxime est, id aegre deponit. Praeclare in hanc rem Paullus Diaconus Histor. Miscell I, 14. *Placuit, ne imperium longius, quam annum (Consules) haberent, ne per diuturnitatem potestatis insolentiores redderentur, sed civiles semper essent, qui se post annum scirent esse privatos.* Adde Livium II, 2. & IV. 24. Justin. 31, I, 8. e junioribus Casaub. ad Suetonium l. c. Bodin. de Rep. IV, 4. Forstner. ad Annal. 2. Taciti p. 140. & seqq. *Bosius*.

³ *Chersonesi.] Chersonesso.* Leid. & Voff. A. C.

⁴ *Tyrannusque su appell. sed justus]* Nempe, ut Aristoteles loquitur, (3. pol. 3.) τυραννὸς καὶ νόμος, *tyrannus legitimus*. Ernstium. Quod Corn. Nepos de Miltiadis in Chersonesum imperio tyrannico, sed justo, habet, idem Strabo lib. 7. de Chersonesi rectoribus universe tradit: Ἐγκαίντο δὲ τυράννοι, καίτοις αἱ πλείους ἀπεικὲς γαρονότοι; *Appellabantur tyranni, quamquam plerique juste imperabant.* Loccen. Vocem *justus* eleganter illustravit Doctissimus Vir H. Snakenburg ad Curtium Lib. 4. cap. 10. in fine.

⁵ *Non enim vi]* Quas inter praecipu.

5 non erat enim vi consecutus, sed suorum voluntate, eamque potestatem bonitate ¹ retinuerat. ² Omnes autem & habentur & dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea civitate, quae libertate usa est. ⁴ Sed in Miltiade erat cum summa humanitas, tum mira ³ comitas, ut nemo tam humilis esset, cui non ad

cipuas famosae tyrannidis notas ab Aristoteli 3. & 4. politic. Xenophonte in Hierone, ceterisque ponitur. Vide & Diog. Laert. lib. 3. in Platone. Si sc. injuria & vi aut occupetur imperium aut administretur. Sed de Miltiade quod ait Noster, id aliter Herodotus narrat. Vide sup. ad 1, 2, 3. *Bosius.*

¹ *Retinuerat*] *retinebat.* Leid. ut & Boecleri, item Voss. A. C.

² *Omnes autem & hab. &c.*] Apparet, credo, quam sollicitus auctor fuerit, cum Miltiadem Tyrannum fuisse appellatum scripturus erat. Ut ita *Magius* frustra tantopere metuat huic definitioni, quam non Graecis modo, sed & Romanis non incognitam, ipso Ciceronis aevo a maximo viro erutam, accipere potius quam vellicare debuisset. Notus est versus Euripidis, vel Sophoclis, ut est ap. Agell. XIII, 17. *Ἐσοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνέσις.* Aristophanes in Nubib. Jovem vocat *Θεῶν τύραννον.* Sic Aeneam, quo neminem tamen alias aut pietate aut justitia priorem fuisse docet, *Virgilius* Tyrannum vocat VI. Aen. 266.

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni

Horatio 3. od. 7. *Lamus est late Tyrannus.* Voss. Inst. Orat. 1, 4, 8. *Bessario* quoque *Cardinalis* idem adversus calumniatorem Platonis demonstravit, & notat nonnulla quo-

que *Gab. Naudaens* in Bibliographia polit. ed. *Buchneri* p. 83. Sane & *τυραννίδος* vocem perinde in melius acceptam olim, docet Euripidis ille versus, quem Porphyrius in *Isagoge* cap. 2. 18. & Athenaeus 12, 7. citant *πρωτον μὲν εἶδος ἀξίων τυραννίδος* ipse monet scholiastes Thucydidis, cum ait Philosophos quidem distinguere inter *τυραννίδα καὶ βασιλείαν*; οἱ δὲ πρότερος ἀδιστάτως λέγουσι, & hoc est quod de voce tyranni animadverti debebat, praecipue in hoc nostro, qui in historia Graeca libenter sese ad Graecorum etiam verborum convertit imitationem, qua quidem neglecta observatione, a magnis quoque viris ipsi magna facta injuria. *Rave.* Pertinet huc inprimis locus *Ifocratis* in *Eua-gora Lambino* allegatus, quo *τυραννίδα ἐ τῶν θεῶν ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἀνθρώπων μίσητον ἐ ἐμυδιῶτον* vocat, idque omnes fateri ait. Adde *Ind. Bosius.* Cod. P. Dan. *Et dicuntur tyranni & habentur*: locum hunc egregie illustravit *Vir Celeb. J. Perizonius* ad *Aelian.* L. 2. V. H. cap. 20. Voss. C. *civitate libertate usa est* absque quae.

³ *Comitas*] *Suaves ludos faciunt, qui ex erratis amanuensium aliam moliantur lectionem communitas.* Vidit id *Savaro*, & me suffragante, vulgatam recte tuetur. Est enim *comitas* humanitas morositati ac severitudini contraria. *Attico.* *Ejus comi-*

ad eum aditus pateret: magna auctoritas apud omnes

comitas non sine severitate erat. Tac. 2 Ann. c. 62. *Indolere exævae nationes regesque, tanta illi comitas in socios, mansuetudo in hostes: visusque & auditu juxta venerabilis, cum magnitudinem & gravitatem summæ fortunæ retineret, iravidiam & arrogantiam effugerat* lib. 6. Ann. c. 50. *Idem animi rigor quaesita interdum comitate.* Gebhard. Ita præter vulgatos omnes Mss. plerique. Gifanius tamen in Observ. l. 1. p. 40. Schottus & P. Daniel in not. ad h. l. e suis Cod. malunt *communitas*, quomodo legendum & Cl. Puteanus conjecerat. Confirmant autem hanc lectionem, cum auctoritate Terentii, Suetonii, Servii, ac Caecilii, quibus *communis* idem est ac humanus, & qui aequaliter se omnibus impertit; tum quorundam Graecorum, a quibus *κοινός* eodem sensu usurpatur. Ac Terentii Heaut. 5, 1, 39. hoc est in quibusdam libris. *Quemquam animo tam Communi esse aut leni putas?* Suetonii vero Claud. c. 21. in omnibus tam editis, quam manu exaratis. *Nec ullo, peccaculi genere communior aut remissior erat.* Servii autem ad Aeneid. 8, 275. *Alii, communem, humanum, beneficium, φιλόθερον; unde & communes homines dicimus.* Caecilii denique Cratino Prisciano extremo lib. 6. laudatum, modo, obsequens, hilaris, comis, communis, concordis, dum id, quod petit, potitur. E Graecis præter Phocylidem, Demosthenem *μετὶ εὐφροῦ*, Isocratem in Euagora. & Xenophontem 1. Hist. Graec. laudant Etymologicon Magnum, cui *κοινός* est, ὁ ἐυκολῶς γινώσκων πᾶσι. Sayaro tamen ambigebat, num

receptum sit hoc nomen in ea significatione apud Latinos Auctores Gebhardus erratum amanuensium putabat. Cl. Ravius, etsi fateatur, recte Gifanium & P. Danielem suas lectiones interpretari, tamen omnino retinendum censet. Ex ipso equidem inquit, quem adducunt, Servio patet, jam ante ab auctore nostro dictum esse, quod *communitate* significari isti volunt: Est enim Servio *communis*, idem quod humanus & beneficus ad. 8. Aeneid. Atqui de *humanitate* & *bonitate* jam dictum erat. Porro *communitas* ista non facile aliud, quam *civilitatem*, principis scil. virtutem in libera Rep. & quam Cicero Fin. 3, 102. *communitatem* vocat *civilem*, scil. τῆς ἐλευθερίας significaret, quo pacto differt adhuc a *comitate*. Hanc enim Glossæ exponunt *φιλοπροσόντων, ἰσοπροσόντων*, tanquam ornamentum *communitatis civilis*. *Communitas* enim rebus magis & jure, tanquam verissimis aequalitatis characteribus & præcipua sui ipsius nota; *comitas* autem verbis ac morum facilitate, in vulgus cum primis, quod externa tantum aestimat; spectatur. Sane *communitas* potest tristior paullo ac severa esse, ut & de *bonitate* judicabat D. Hieronymus in c. 5. Epist. ad Galat. *comitas* vero jucunda semper & delectabilis: illa jus suum; hæc decus præstat. Tandem apud Principem virum potissimum in molli aditu fandique copia spectatur, æque tum bonis auctoribus prorsus soleunis *comitatis* esse consuevit. Haec pro vulg. lectione Vir. Doctissimus. Ut ingenuè dicam quod sentio, non

mnes civitates, nobile nomen, & laus rei militaris
ma-

dum adduci possunt, ut *τὸ* *communitas* erratum amanuensium credam. Verisimilius enim est, eos aut pro rarioris significatus vocabulo, quale *communitas* est, more suo usitatus reposuisse; aut, cum abbreviate scriptum esset *comitas* e compendio hoc (quod etiam Schotto videbatur) *τὸ* *comitas* natum. Praeterea quod subjicitur, ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret, non tam comitatus est quam *communitalis*. Nam *comem* cum dicimus, facile quidem & humanum & φιλόδοξον, & affabilem dicimus: non item eum, qui talem se omnibus & promiscue praebet. Potest enim *comis* esse etiam, qui tantum erga pares aut paucos humanus est. *Communis* autem sive *κοινὴ* eum, saltem interdum, designat, qui nemini praeccludit aditum, sed aequalem se omnibus exhibet, & infimis etiam ac humilissimis quodammodo parem facit. Quo sensu hac voce praeter Suetonium loco paullo ante laudato & alii scriptores melioris aevi usi sunt: etsi plerumque a librariis aut editoribus in alteram vulgatiorem corrupta est. sic Cic. Cat. maj. cap. 17. ait *Cyrum & ceteris in rebus communem erga Lyfandrum & familiarem fuisse*. Ita Mf. veterrimus Nic. Heinssii. Vulgo est *comem erga Lys. & homanum*. Idem. 4. ad Fam. Ep. 9. de Pompejo, amicorum consilia spernente. *An eum magis communem censemus in victoria futurum fuisse, quam incertis reip. fuisset?* Ubi pariter Guilielmus, & e nescio quo vet. Codice, Urfinus, *comem* malebant. Sed recte negabat in

not. ad eum loc. sive Gruterus, sive Gebhardus *margaritum* se glarea mutaturum. Ovidius quoque *Tristium*, 4, 4, 13. *Caesaris communitati* tribuit, quod vilium hominum laudes non spernat, sed Jovis exemplo, se quolibet ore celebrari sinat.

Ipsae pater patriae (quid enim communis illo?)

Sustinet in nostro carmine saepe legi.

Ita hunc locum e Cod. Pirckhaimerii restituit olim Gronovius observat. 2, 12. itaque legi in tribus Mf. ait eruditissimus Ovidii sospitator Nic. Heinssius, cui tamen non placebat, quoniam de *communi bono* mox sequitur, quare praeferebat *civilius*, quod Gronovio glossera videbatur. Sed quid prohibet Poetam iussisse in voce *communis*, quae & publicum, & qui erga cunctos aequae *comis* est, designat, adeoque quarto versu ad primum alluisse? sed & apud Livium 4, 10. Quinctius Consul. *concordiae pacisque domesticam curam, iura infimis summisque moderando ita tenuit, ut eum & Patres severum consulem & Plebs satis Communem* (ita Mf. teste Gronovio l. c. vulgo est *comem*) *crediderint*. Suetonius Vespasiano. 22. *Super caenam & super aleas communissimus multa joca transigebat*, sic enim e Cod. Viterb. legendum docuit magnus Casaubonus; cum vulgo legatur *semper alias commissimus*. Et quid aliorum auctoritates conquirimus? Ipse Nepos infra 25, 3, 1. de Attico: sic, inquit, se gerebat, ut *communis infimis, par principibus videretur*. Imitatus hoc Petrus Chryfologus recentior ille quidem, sed

maxima. Haec populus respiciens, maluit cum in-

fed tamen priscae elegantiae adfe-
 ctator sermone 136. *Habet hoc A-*
delphi plena pietate dignatio, ut dives
pauperis intret hospitium, pauperis se
ponat ad mensam, ut humilibus se fa-
ciat communem, quem divitiae, po-
testas, honor fecit & reddidit singula-
rem. Sidonius item Apollinaris e-
 jusd. seculi scriptor & pariter vete-
 ris elegantiae studiosus, cum lib.
 7. Ep. 9. *Simplicium in sermone com-*
munem (sic enim e Mss. edidit Sa-
varo) in contubernio aequalem & lib.
 8. Epist. 13. *Norvetium, seu ut Sir-*
mondus, Nonnechium sine populari-
tate communem dixit. Satis ut opi-
nor, hinc apparet, Latinis scripto-
ribus (de quo ambigebat Savaro,
Faernus plane negabat) communem
dici, qui tanquam aliquis e vulgo
se gerit, & se inferiores, imo infi-
imum quemque & humillimum com-
mitter habet, compellat humaniter,
in consilium adhibet, jocos recreat,
ab iis celebrari laudarique se finit,
aeque illis ac dignioribus jura mo-
deratur, hospicia eorum intrat,
mensis adsidet, denique nemini
eorum aditum ad se praecludit:
adeoque & communitatem, aequae
ac comitatus, verbis ac morum
facilitate in vulgus spectari, aequae
jucundum ac delectabilem esse, aequae
molli aditu fandique copia cen-
feri; aequae a bonis auctoribus,
principibus viris tribui solere; de-
nique non minus, quam comitatem
ab humanitate, cujus illa veluti spe-
cies est, distingui, eoque haud in-
epte a Nepote subjungi. Quare,
nil causae video, cur ea vox hoc
loco rejici debeat: praesertim cum
in optimis aliquot codicibus repe-

riatur. *Bosius. Communitas legit &*
cl. Schefferus Epist. 7. ad N. Hein-
sium: saepius haec vox confundi-
tur cum comitas ut & comis cum
communis. v. Manut. ad Ciceron. l.
9. ad Fam. Ep. 24. & cl. Graevium
ad l. 4. Ep. 9. a cl. Burmanno ad
l. l. Ovidii citatum. Cod. P. Dan.
& Leid. & Voss. B. tum summa hu-
manitas. Voss. A. C. communitas, sed
in margine eadem manu scriptum
erat, al. comitas. & pro apud omnes,
apud omnis. erat etiam non legitur
in Voss. B.

[*Laus rei milit. maxima*] De
 voce *Laus v.* cl. Burm. ad Valer.
 Flacc. l. 6. vs. 546.

[*Haec populus respiciens, maluit*
&c.] In Mss. Sluyskenii, teste Keu-
 chenio, fuit *adspiciens.* Bosius.

MILTIADIS res habentur apud
Plutarch. in vita Cimonis, Herodot.
praesertim lib. 6. Pausan. in Attic. Ae-
lian. 12, 35. Platon. in Gorgia, Cice-
ron. passim, Val. Maxim. 5, 3. ext. 3.
& 8, 14. ext. 1. Justin. 2, 9. & 15.
Gell. 17, 21. & alios. Boecler. Adde
Suidam in verbo Μιλτιάδης. Ernst.
Effigiem ejus habes ex Herma ve-
terii inter Imagines Illustrium. F.
Ursini num. 92. Ejusdem Hermes
alius repertus olim Romae in mon-
te Coelio, his versibus Graecis &
Latinis inscriptus:

QUI PERSAS BELLO VICIT.
 MARATHONIS. IN. ARVIS.
 CIVIBUS. INGRATIS. ET. PA-
 TRIA. INTERIIT.

ΠΑΝΤΕC. ΜΙΑΤΙΑΔΗ. ΤΑΛΑΡΡΙΑ.
 ΕΡΓΑ. ΙCΑCΙΝ.

ΠΕΡCΑΙ. ΚΑΙ. ΜΑΡΑΘΩΝ. CΗC.
 ΑΡΕΤΗC. ΤΕΜΕΝΟC.

Ex-

Exhibent *Gruterus* Inscription. pag. ccccxxxviii. 6. & *Fo. Faber* in Commentar. ad Imagines Urfini p. 58. Spectatur & in numismate pereleganti (nescio quam vetusto) quod penes me est, effigies Militia-

dis cum titulo; ΜΙΛΙΤΙΑΔΟΥ ΑΓΓΘΗΝΑΙΟΥ. In aversa parte imago libertatis sinistra manu pileum tenentis super puero lauream attollente, cum hac inscriptione: ΕΑΛΗΝΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΕΙΑ, *Boiss.*

MILITIADES.



2 referatur huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio est 1 ordiendum. Pater ejus 2 Neocles 3 generosus fuit. 4 Is uxorem 5 Halicarnassiam civem duxit,

Εἰς ὅσα τὰ, ἢ ἀνὰ γὰρ ἁδία: *Ac mihi tum venit in mentem illud, quod de Themistocle olim dictatum fuit, qui cum in adolescentia perquam dissolutus esset, omnes tamen deinceps Athenienses prudentia & fortitudine superavit. Atque hunc colorem in Caecilia suo proposito accommodat Cicero cap. 12. Boecler. Similia exempla habes apud Valer. Max. 6, 9. Macrob. Saturnal. 2, 9. &c. Vid. & Cic. pro Caelio cap. 12. Bos. Voss. A. emundata, supra notatum erat emendata.*

1 *Ordiendum*] Leid. *Ordiendus.* Ita & Vossian. A. C.

2 *Neocles*] Mss. Gif. Dan. Sch. *Neocles*, quod etsi omnino rejicere non ausim, potuit tamen e praec. *Neocli*, errore librariorum nasci. *Bosius*. Leid. *Neocles*, quomodo & Graece dicitur ab Aeliano L. 2. V. H. c. 12. Voss. C. *Neoclus*. Vide ad Epaminond. cap. 1. Interpretes.

3 *Generosus fuit*] I. e. genere illustri & nobili: de quo tamen contrarium Plutarchus narrat in vita Themistoclis. *Buckner*.

4 *Is uxorem, &c.*] Ergo materno genere ἰσθῶς five spurius non legitimus five γήνητος civis Atheniensis fuit, quod idem Plutarchus notat. γήνητος enim cives habebantur, qui utrumque Parentem habuissent indigenam, e. g. Atheniensem: ἰσθῶς, quorum aut pater aut mater peregrina, ut Aristoteles docet lib. vi. Polit. cap. iv. Utrum autem Thressa, quod alii volunt, an Carina fuerit mater Themistoclis, quod noster tradit

(est enim Halicarnassius Cariae caput) cum nemine pugnabimus. Tanti non est. *Buchn*.

5 *Halicarnassiam*] In Ms. est *Acharnaniam*. Quam scripturam Schoppius lib. 1. *Verisimil.* cap. xx. ex Bavaro Cod. confirmat, & ex alio Dn. Boeclerus. *Ernst.* Longolius primus *Carinam* reposuit, post quem Magius *Halicarnassiam* amplexus est. Quia vero inter ipsos scriptores de matre non convenit, cur admittis conjectationibus profligemus librorum Mss. scripturam? *Gebhard.* *Acharnaniam* Mss. Boecl. *Ernst.* & teste Schoppio *Verisim.* 1, 2 duo Bavarici. Longolius, Magius, Savaro, Schottus, e suis laudant *Acharnaniam* sine adspiratione. Id primus, ut opinor, Aldus in *Halicarnassiam* mutavit; haud dubie, quod apud Plutarchum legerat *Neantibem* patriam matri Themistoclis Halicarnassum Cariae attribuere. Ea-que Lectio & Magio probatur, qui putat, ἢ *Halicarnassiam* ex soni similitudine facile potuisse ab imperitis librariis in *Acharnaniam* verti. Secutus hos Laminus, & plerique editores reliqui. Longolius Phaniae apud Eund. Plutarchum fidem secutus, *Carinam* legit; suffragante Schotto. Nobis in tanto librorum consensu religio est a praefata lectione discedere: praesertim, cum inter ipsos scriptores de ea re non conveniat. Nam fuere etiam, qui matrem Themistoclis *Thressam* dicerent. Neque minus in nomine discrepant. Nam qui *Thressam* faciunt *Abrotanum*; qui *Carinam*, *Es-*
terpeta

xit, ex qua natus est Themistocles. qui quum minus esset probatus¹ parentibus, quod & ² liberius vivebat, ³ & rem familiarem negligebat, a patre

terpen vocant. Vid. Plutarch. Themistoc. pr. & Athenaeus 13, 5. Ceterum *Acharnanam* malo, quam *Acarnanam*. Nam ab Acarnania, vicina Epiro provincia, gentile nomen faemininum non est *Acarnana* sed *Acarnanis*. Stephanus *περὶ πόλεων* in Ἀχαρνανία, τὸ ἰθὺκίη, ἀκαρνανία ἢ τὸ διὰ τὸν ἀκαρνανίαν &c. Praeterea quomodo *civem* dixisset, quae ex Acarnania orta? *Acharnanam* v. dictam puto ab *Acharna*; ut *Spartana* a *Sparta*. &c. Erat autem *Acharna* sive *Acharnae*, Ἰμῶ. Atticae frequentissimum tribus Oenēidos circiter 60 stadiis Athenis distans. vid. Thucyd. 1. 2. Pausan. Atticis, Stephanus *περὶ πόλεων*; & e junioribus Meursius lib. de populis Atticae pag. 18. Hujus incolae, pariter ac reliquorum demorum, civēs Athenienses, immo, ut Thuc. loquitur, *magna pars civitatis* erant. Itaque noster mulierem inde ortam *civem* dixit, Atticam puta: credo ut Themistoclem γήσιοι Athenarum civem fuisse indicaret, non γέσιοι, ut Plutarchus voluit; γήσιοι enim civēs ii solummodo habebantur Athenis, qui utrumque parentem civem habuissent: qui vero matre peregrina nati erant, γέσιοι habebantur, nec ullo cognationis jure gaudebant. Aristot. 6. Politic. 4. & prolixè Samuel Petitus Comment. ad Leg. Atticas lib. 2. cap. 4. & lib. 6 cap. 1. *Bosius*. Leid. *Ariananam*. Mf. Cantabr. & Voss. A. *Acarnanam*. Mf. Bernardian. sive Oxon. & Voss. B. *Archanam*. Voss. C. *Acarnaniam*. De Themistoclis matre v.

cel. Perizon. ad Aelian. lib. 12. V. H. cap. 43. n. 11.

¹ *Parentibus*] Schottus mallet *Parenti*, & mox deleri a *patre*, nam patrem, inquit, potissimum offendit, ut exhaeredaverit abdicaveritque filium, quae res matrem ad laqueum adegit. Et verum est, Plutarchum, Aelianum, Valerium Max. aliosque folius patri mentionem facere. Neque tamen idcirco apud Nostrum quidquam mutandum. *Bosius*.

² *Liberius vivebat*] Sequendus consensus librorum Mss. doctorumque virorum judicium standum ejicientium τὸ *justo*. Gebhard Dissoluto nimis & licenter vixisse significat: neque finem aut modum potuisse illis rebus, quae esse affines alias adolescentiae solent. Modeste nempe & comiter de maximi viri luxuria loquitur; ne, si fecisset aliter, malignus atque acerbus videretur. Luxuriosum autem perquam h. e. voluptatibus, deliciis, scortationibus, ac comortationibus deditum fuisse Themistoclem adolescentiae initio, Athenaeus, Aelianus, Val. Max. & alii testantur. *Buchn.* *Justo* recte omitti putat etiam Scioppius l. 1. Verisim. cap. 20 abest & ab Ultraj. Ed. & Gifanii Scidis teste Schotto, ut & a P. Daq. Boecl. Leid. & Bavar. antiquiore, ut *Bosius* in secunda sua Editione notavit; reperitur tamen in Voss. A. C. sed. in B. *justo* nec *liberius* exstant.

³ *Rem familiar. neglig.*] Immo erat prodigus & luxuriosus. Suid. l.

3¹ exheredatus est. 2 Quae contumelia 3 non fregit eum, 4 sed crexit. Nam quum judicasset, sine summa industria non posse eam extinguere, 5 totum se dedit reipublicae, diligentius amicis, famaeque serviens.

cit. *Ernst. Rem suam familiarem* Voss. C.

1 *Exheredatus est*] Magius putat, Auctorem h. l. Latini sermonis elegantiam non servasse: cum Valla doceat, pro *exheredatus* hoc sensu melius dici *abdicatus*. Sed haec risum movent Jctorum filiis. Nepos enim ceu hoc vocabulo judicare voluit, Themistoclem non a familia patris fuisse alienatum: sed propter effusionem ab hereditate submotum. Neque tamen certum est, veteres inter abdicationem & exheredationem distinxisse. *Ernstius*. *Abdicationis* verbo hac in re usi sunt Seneca *controv.* 1. 7. & Valer. Max. 6. 9. ext. 2. qui & *matrem suspendio finire vitam propter filii turpitudinem constantem* ait. Apud Aelianum lib. 2. V. H. cap. 12. est *ἀπαρνησθεὶς τὸν πατέρα*. Eademque voce & Suidas in *αἰσίνω* & *ἀπαρνησθῆναι* usus. Plutarchus quoque *ἀπαρνησθῆναι* vocat. *ἀπαρνησθῆναι* autem idem est quod *abdicationis*, ut patet e L. 6. C. de patr. potest. Inter causas abdicationis fuisse vitam liberiolem & prodigalitem cognoscimus e Seneca *controvers.* 1. 3, & 9. Quintiliano *Declamat.* 279, & 290. ac Luciano in *Abdicato*. De abdicatione Atheniensium plura Petitus 2, 4. p. 157. & seqq. ubi inter alia ex Hermogene docet abdicatos non fuisse bonorum paternorum participes. Atque hinc fortasse est, quod Nepos Themistoclem exheredatum ait. Adde notas Ernstii. Ceterum istam

Themistoclis abdicationem, matrisque ejus suspendium Plutarchus figmentum existimat. *Bosius*. Non exheredatum fuisse Themistoclem patet ex Aeliano l. 10. V. H. cap. 17. dicente eum habuisse tria talenta; v. ibi cl. Perizon.

2 *Quae contumelia*] Lambinus existimat, non esse dicendam contumeliam, cum Themistocles recte fuerit exheredatus. Quod verum esset, si contumelia haec fuisset dicta pro injuria. l. 1. *D. de injur.* Nepoti autem contumelia a contemptu dicitur. Quomodo Seneca loquitur in libello *de constantia sapientis*. Recte etiam exheredatio haec, e persona Themistoclis contumelia appellari potest. Vide *tis. Institut.* *De inefficis. testam.* & ad eum Jctos. *Ernstius*. Magna enim contumelia erat, quod abdicatus paterna familia excidebar, publiceque per praeconem pronunciabatur, patrem negare hunc filium suum esse amplius. vid. *Petit. l. c. p. 158.* unde & apud Senecam *controv.* 1. 8. Themistocles dicitur abdicationem virtute delevisse tanquam insignem maculam. Add. not. Ernstii. *Bosius*. Vide de voce *contumelia* clariss. Virum Ant. Schultingium in *Exere.* ad Valer. Max. l. 7. c. 7. de *Testam. Resciss.* p. 899.

3 *Non fregit eum*] De verbo *frangere* consule Tennulium ad Froncinum l. 2. cap. 9. E. 3. & cl. Withofium in *Specimine Guntheriano* cap. 4. pag. 109.

ens. Multum in judiciis privatis ¹ versabatur, saepe in concionem populi prodibat, nulla res major ² sine eo gerebatur, ³ celeriterque, quae opus erant, ⁴ reperiebat. ⁵ Neque minus in rebus gerendis promptus, ⁴ quam

⁴ Sed exivit] Vide Ind. v. exivit. Bofius.

⁵ Totum se dedit Reip] Vid. Aelian. 2, 12. & Plutarchus in vita p. 112. In Mss. Gifanii, P. Danielis & Schotti erat *dedidit*. Quod Schotto venustius videbatur. Bofius. In Ed. Londinensi etiam legitur *dedidit*; sed Codices Vossiani *dedit* exhibent. Leid. *dedidit*. Ita *dederunt* & *dediderunt* in Mss. confunduntur in Lysandro cap. 1. & cap. 10 hujus vitae. *Ille omne illud tempus literis, sermonique Persarum dedit*. Leid. & Voss. A. C. *se dedit*. Nec non in Datame cap. 4. n. 5. *Atque a conatu resistendi deteritus sese dedit*. Ubi Mf. Leid. Voss. B. Mss. Gif. Sch. Dan. Boecl. *sese dedit* exhibent. In Alcibiade cap. 11. vulgo editur sic *duritiae se dedidisse*. Sed Leid. & Voss. A. B. constanter *duritiae se dedidisse*.

¹ Versabatur] Voss. A. *versabatur* sed a. m. sec. *versabatur*.

² Sine eo gerebatur] Sic meliores libri, quomodo Curtius, 7, 2, 33. de Parmenione; Reliqui *regebatur*. Bofius. *Sine illo gerebatur*. Cod. P. Dan. sed Leid. *Sine eo*. Gerebatur legendum monet Scioppius l. 1. Versim. cap. 10. vide Freinshemii notas ad l. 1. Curtii.

³ Celeriterque quae op. er. reper.] Prudentiam in Themistocle commendat: quae quasi propria & praecipua ejus virtus fuit. Quare & Lucianus cum in Demosthenis encomio (p. 909.) principem oratorum Pericli & Themistocli exae-

quaret, dicit Themistocli prudentia, Pericli vero magnitudine animi similem fuisse. Buchn. Leid. & Voss. B. *celeriter quae opus erant*. Voss. C. *celeriterque, quae opus erat*.

⁴ Reperiebat] Excerpta. P. Danielis, Editio Ultrajectina & Mf. codex Leidensis, (cujus excerpta var. lect. primae editioni suae Cl. Boeclerus subjunxit) addunt: *facile eadem oratione explicabat*: judicio Schotto & Gebhardi recte. tale enim aliquid desiderari, cum & prudentiae juxta ac eloquentiae laude vigerit Themistocles. Vide infra 3, 1, 2. & Cicero in Bruto cap. 7. *Bofius*.

⁵ Neque minus, &c.] Puto haec trajecta esse, & ita constituenda: *celeriterque quae opus erant reperiebat: quod & de instantibus (ut ait Thucydides) verissime judicabat, & de futuris, callide conjiciebat. Neque minus in rebus gerendis promptus quam excogitandis erat*. Primo commendat prudentiam, quae est facultas animi celeriter reperiendi, quae ad rem sunt. Quod fit, cum & verissime judicamus de praesentibus, & de futuris callide conjicimus. Nam si in his errare contingat, verum consilium afferre non possumus. Etsi vero magnum omnino & praeclarum habendum, prudentem esse & recte posse consulere rebus; tamen ad perfectionem civilis sive politici viri necesse etiam est, ut solertia & promptitudo rerum agendarum accedat, quo etiam possis, quae consul-

quam excogitandis, erat: quod & de instantibus (¹ ut ait Thucydides) verissime judicabat, & de futuris calidissime conjiciebat. Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur.

C A P. II.

Primus autem ² gradus fuit capeffendae reipublicae
³ bello Corcyraeo: ad quod gerendum praetor a

fulaeris. Quod in consultoribus respiciendum Mucianus apud Tacitum monet lib. 11. Histor. cap. LXXVI. Quocirca subjungit: *Neque minus in rebus gerendis promptus* &c. Ut omnes numeros viri politici absolvisse Themistoclem ostenderet. Equidem ad res gerendas inepti sunt, qui pavidiore naturae; item qui morosiores paullo sunt, & facile offenduntur, aut taedium capiunt, si quid nodi intercitat. Quos tamen magno saepe ingenio esse, magna prudentia, & praestantissima consilia invenire posse, nemo negaverit. Haec autem nostra super istoc loco conjectura videtur ab ipso Thucydide confirmari quoque, unde haec desumpta sunt. Nam ejusdem ordinem videtur servare. *Buehn.*

¹ *Ut ait Thucydides*] Scriptum hoc Thucydides reliquit lib. 1. Herodotus (quod & Longolius annotat) lib. VII. Graecorum omnium prudentissimum fuisse Themistoclem literis prodidit. Aristides quoque Rhetor hunc, quod in praevidendis futuris prudens & industrius esset, laudavit. Prudentem itidem vocat Cicero in Bruto. *Magius.* Thucydidis locum profert Cicero quoque 10. ad Attic. ep. 8; prolixè vero exponit CL. Boeclerus in

Commentario p. 16. & seqq. *Bosius.* locus Thucydides est Lib. 1. cap. 138. L. 79. Eodem modo Justinus L. 1. C. 9. *Ostentem* vocat *virumobilem* & in *conjecturis sagacissimum.*

² *Gradus fuit capeff.]* Voss. B. *Gradus capeff.*

³ *Bello Corcyraeo]* Lambinus reposuit *Aegineticum.* Contra quod Andr. Schottus suggestit locum ex Plutarcho in Them. ubi belli inter Corcyraeos & Corinthios scil. mentio extat diserta, quamquam *περίγειας.* Memorat enim Plutarchus; Themistoclem invidia populari exsulem, Corcyram demigrasse (Nep. 2, 8, 3.) fiducia veteris beneficii. *ἡβύλη τοῦ θεοῦ αὐτῶν κερτὸς πρὸς Κορινθίους ἔχοντων διαφοράν ἔλυσε τὴν ἐχθρὰν* &c. Sed nondum tollitur difficultas. Nepos ait, *Praetorem factum* bello Corcyraeo: Plutarchus *arbitrum controversiae* inter Corcyr. & Corinthios sponte captum; *illo*, Corcyraeos fregisse; *hic* secundum eos contra Corinthios pronuntiasse refert. *Boecler.* adde not. ad. 2, 2, 3. *Bosius.*

¹ *Ferociorem]* Voss. B. *feraciorerem.*

² *Quum pecunia publica.* Leid. *quum ex pecunia publica.*

³ *Quae ex metallis redibat]* Hoc est, ex argenti fodinis, quae erant

populo factus, non solum praesenti bello, sed etiam reliquo tempore ¹ ferociorem reddidit civitatem. nam ² quum pecunia publica, ³ quae ex metallis redibat, largitione magistratum quotannis ⁴ interiret, ⁵ ille persuasit populo, ⁶ ut ea pecunia classis ⁷ centum navium aedificaretur. ⁸ Qua celeriter effecta, ⁹ pri-
mum

in Laurio monte, ac initio privatae aliquot civium familiarumque, deinde publicae totius Urbis fuere. Meminere earum Thucydides 2. & 6. Herodotus 7. Pausanias in Atticis, Strabo 3. & 9. Vitruvius 7. 7. Videndus eruditiss. Meursius Fortunae Atticae cap. 7. pag. 55. 56. Centum talentorum fuisse hunc reditum, ait Polyaeus lib. 1. in Themistocle comm. 5. *Bosius.*

⁴ *Interiret*] Sic §. 2. *Instit.* De usufructu, de pecunia dicitur, quod ipso usu extinguatur. Theophilo *Somphimolus, Ernst.* Dividebatur autem haec pecunia, si Herodotum audimus, viritum denis in singulos puberes drachmis. *Bosius.* Elegantiā locutionis illustrat. cl. Burmann. ad Perron. Satyric. cap. 15. p. 54. haud dissimili metaphora *opes sensere* dixit Noster in Alcib. cap. 5. ubi Gebhardum consule.

⁵ *Ille persuasit populo &c.*] Quo artificio, refert Polyaeus l. c. cujus verba antehac mutila & corrupta, e conjectura restituit Casaub. in Notis. *Bosius.*

⁶ *Ut ea pecunia classis centum nav. aedific.*] Idem Dio Prusaeus Orat. 25. de illo, nempe Themistocle, *audivisti, quod Athenienses navali praelio certare coegerit, cum antea fuissent pedes.* Ernstius. Nupero Corneliani Indicis sive locupletatori sive censori videtur legendum *ex*

ea pecunia. Nec enim inquit, *vocula ex abesse potest, ut nos dicimus, von dem gelde ist ein Schiff geuuet / ita Latini ex ea pecunia navis aedificata est.* Nimirum utrobique praepositionem oportet esse additam. Firmat deinde, quod dixerat, Nepotis locis aliis, ut 5. 2, 5. 4. 1, 3. & 13, 4, 1. In quibus non *manubius*, sed *ex manubius arcornata, ex praeda tripas auri positus, ex re familiari muri refecti* dicuntur. Quid igitur faciet Plauro? apud quem pater Charini Mercat. 1, 1, 7. ait

*Aurum se vendidisse, atque ea pecunia
Navem, metretas quas trecentas
toleret,
Parasse.*

Praeterea qui factum, ut *res ex e libris omnibus exciderit?* quod enim in una Boecl. editione id sine provocabulo legitur, haud dubie typhothetae error est. *Bosius.* *Ut ea pecunia* exhibent Leid. & tres Vossiani.

⁷ *Centum navium*] Sic & Plutarchus, Polyaeus, alii. Herodotus lib. 7. ducentas numerat. *Bosius.*

⁸ *Quae Cel. eff.*] Sic etiam Mf. Boecler. Q. edd. *qua*, ut sequentia ad Themistoclem referantur. *Bosius.* Leid. *quae celer. eff.* Voss. A. B. C. *quo.*

E. 4

8 Pri-

4 mum Corcyraeos fregit, deinde ¹ maritimos praedones confectando mare tutum reddidit. In quo cum divitiis ornavit, tum etiam peritissimos belli navalis fecit Athenienses. Id ² quantae salutis fuerit universae Graeciae, bello cognitum est ³ Persico. Nam

9 *Primum Corcyraeos fregit*] Plutarchus in *vita Themist.* Aristides in *ejusd. encomio*, & Herod. *lib. 7.* non Corcyreum bellum, sed Aeginense, huic consilio causam praestitisse memorant. Thucyd. quoque in *prooemio* ait, Atheniensibus cum Aeginetis bellum gerentibus eodemque tempore barbarorum adventum expectantibus, Themistoclem Atheniensibus suasisse, ut naves quibus postea cum illis confixerunt, aedificarent. Aeginetae olim navali potentia (ut Plutarch. testatur) mare tenebant, erantque Athenis infestis, nimisque propter propinquitatem Pyraeco imminabant, unde Aeginam Pyraeci lippitudinem dixit Pericles. *Plut. in apophth. & in ejus vita.* Quamobrem Athenienses sciverunt, ut iis pollices praeciderentur, auctor Cicero *3. de offic. Magis.* Adversus Aeginetas trirēibus illis usos Athenienses etiam Polyaeus ait l. c. Noster itaque alios auctores secutus videtur. *Bohus. Leid. Primos Corcyraeos freg. Voss.* C. Corcyraeos.

1 *Maris praed. confectando &c.]* Purioris aevi scriptores Praedonem tam in mari, quam in terra latrocinantem vocant. Cicero in *Verrem.* *Fecistis uti praedones solent, qui quam communes sint hostes omnium; tamen aliquot sibi insunt amicos, quibus non modo parcant, verum etiam praeda quos auceant.* Conjungit

idem Praedonem & Piratam: *Ibidem; Haec civitati isti praedoni ac piratae Siciliensi Phaselis fuit.* Et auctor ad Herennium; *Urbes piratis praedonibusque patefactae.* Sed noster distinguit epitheto *maritimi*; ut Val. Max. *6. 9. 15. de C. Julio Caesare. Gebb. v. Magn. Broukh. ad Tibull. L. 2. EL. 6. vs. 21.* qui & vocem *tutum* illustravit ad *Propert. L. 3. EL. 9. vs. 72.* cui adde cl. Dukerum ad *Florum L. 4. cap. 2. n. 23.*

2 *Cum div. orn. tum per.]* *Leid. tum divitiis orn. tum etiam perit.*

3 *Quantae Salutis* *Leid. Quanti Salutis.*

4 *Persico. Nam quum]* *Leid. Persico. quum, Vossian. C. nam cum & Xerxes.*

5 *Bellum infervet Europae.* Praecipue suavis Mardonii (et si dissuaderet Artabanus patruus) & precibus Pisistratarum ac Alevadarum, Thessaliae regum adductus. *Vid. Herodot. Lib. 7. Diodor. Sic. 11. pr. Consumpsit autem apparatus belli hujus juxta Herodotum 7, 21. & Diodor. Sic. l. 1. triennium integrum. Juxta Justin. 2, 10, 12. & Orosum 2, 9. quinquennium. Julianus Orat. 1. p. 77. non minus quam decem annorum spatium infumissis scribit. Judicio Usserii Tom. 1. Annal. Sacr. pag. 173. imprudentissime. add. H. Vossium ad Justinum 2, 10. 12. sed videtur etiam*

quum Xerxes & mari & terra + bellum univerſae in-
ferret Europae, ¹ cum tantis eam copiis invaſit,
quantas neque antea, neque poſtea habuit quiſquam,
hujus enim claſſis ² mille & ducentarum navium

etiam Petavio in notis ad eum lo-
cum obſervatum una computaſſe
annos, quos Darius, Xerxis pater,
apparatu belli hujus inſumerat,
id quod Libanius quoque fecit in
ſtaſiſta. De tempore hujus in
Europam *διυſτάσας* non convenit
inter ſcriptores. Maxima pars ve-
terum anno 1. Olympiadis 75.
Archonte Athenis Calliade, con-
tigiffiſſe ſcribunt. Vid. Meurſius de
Archont. Athen. 2, 9. alii aliter; ſed
offendit Petavius de Doctr. temp.
10, 23. eam accidiffiſſe Olymp. 74.
anno quarto exeunte h. e. periodi
Julianae 4234. urbis Romae 274.
appetente vere. Quod etiam Sca-
liger 5. de Emend. Temp. pag. 408.
pro certiffimo habuerat: congruit-
que & marmor Arundelianum. E
recentioribus idem placet Langio
de annis Chriſti 1, 15. & Uſſerio
l. c. p. 174. qui accurate tempora
expeditionis hujus digeſſit. *Boſius*.
Conſule etiam ill. Spanhem. ad Ju-
lian. Imp. Orat. 1. p. 278. & 279.

¹ *Cum tantis copiis eam invaſit,*
quantas &c.] *Mſſ. Danielis & Schötti:*
cum tantis cop. quantas neque ante ne-
que p. At Cl. Boecleri codex: cum
tant. copiis venit. qu. &c. Quae di-
verſitas facit, ut utrumque ab ali-
ena manu eſſe ſuſpicer. Fortaſſe
totus locus, ejeſta unica vocula,
ſic conſtitui diſtinguique debet:
bello cogn. eſt Perſico, cum Xerx. &
m. & t. b. inf. m. Europae, cum
tantis copiis, quantas neque antea ne-
que p. & qu. quod ſi particulam re-

tinere malis ſic leges ac diſtingues
Nam cum X. & m. & t. bell. Univ.
Inf. Europae cum tantis copiis, qu.
neque ante neque poſtea habuit quiſ-
quam (hujus enim cl. m. & d. n. l. f.
q. d. m. o. ſequentibus t. a. e. f. m.
p. e. q. m. fuerunt) hujus (vel ejus)
de adventu. Certe, unde iſta diver-
ſitas provenire potuerit, non video,
nifi utrumque aliunde inferrum di-
camus. De re ipſa, ſimili phraſi
Alexander ap. Curt. 4, 1, 11. Rur-
ſus rex Xerxes gentis ejuſd. ad oppu-
gnandos nos cum immanibus barbarorum
copiis venit. Et 5, 6, 1. Xerxem Eu-
ropae impium intuliſſe bellum. Boſius,
nec eam nec invaſit exſtant in Leid.
& Voſſ. C. Mſſ. Oxon. cum tantis co-
piis venit. pro Neque poſtea Voſſ. C.
nec poſtea.

² *Mille & duc. nav. long.]* Sic
quoque Aeſchylus illis temporibus
proximus, Perſis, niſi quod ſep-
tem addit: itemque Iſocrates in
Panathen. & Paneg. Julianus orat.
1. pag. 77. Lyſias in Epitaphio, O-
roſius 2, 9. & ex emendatione Doct.
Virorum Modii, Bongarſii ac Ber-
neggeri, Juſtinus 2, 10, 20. nec
longe abeunt Diodorus Sic. lib. 11.
qui plus quam M.CC. & Herodorus
lib. 7. qui M.CCVII. numerant. Sed
addunt onerarias M.M. & hippago-
gas 100000. Cicero in Ver. nu-
mero rotundo uſus mille. Plato
de Leg. & Creſias Perſicis plus
quam mille fuiſſe ſcribunt. Quae-
nam gentes, & quot earum ſingu-
lae inſtruxerint, narrat Herodorus

longarum fuit, quam duo millia ¹ onerariarum sequebantur: ² terrestres autem exercitus septingentorum ³ millium peditum, equitum quadringentorum millium fuerunt. Cujus de adventu quum fama in Graeciam esset perlata, & maxime Athenienses ⁴ peti dice-

ren-

& Diodorus Siculus ll. c. cit. Classis uniuersa ex Asia adducta iuxta eund. Herodotum 7, 184. confutit hominibus circiter 517610. quibus in Thracia & objacentibus insulis, cum cxx. navibus, xxiv. millia accessisse dicuntur v. Usser l. c. p. 1376. *Longas naves* dixit noster quascunque militares, quas Graeci *παρανέες* vocabant: & Livius quoque 25, 27. Caesar B. Gall. 5, 25. ac Scavrus in libello de Orthographia, simpliciter opponunt *onerariis*. Videndus Cl. Schefferus lib. 2. de Militia Navali veter. cap. 2. & lib. 4. cap. 1. *Bosius*.

1 *Onerariarum*] *Leid. onerarium. Voss. C. orariarum.*

2 *Terrestres vero exercitus*] In numero terrestrium copiarum mire variant auctores Herodotus lib. 7. capp. 184. 185. 186. Cresias in Persicis cap. 23. Diod. Siculus 11, 5. Isocrates Panathenaeico, Plinius 33, 10. Plut. parall. Aelianus 13, 3. Justinus 2, 10, 18. Orofius 2, 10. Theodoretus Orat. 10. adv. Graecos &c. Vide Petav. Rat. Temp. part. 1. lib. 3, 5. & Simfonium Chronic. ad A. M. 3525. Qui conjiciebat apud nostrum legendum esse *equitum quadraginta millium*, non male. Ceterum vox *millium* utrobique aberat a Codice P. Danielis. Mf. Boecleri peditum numerum decem millibus auget, hoc modo: *terrestres a. c. septingentorum decem millia*. Mox idem codex habet: *quadrin-*

genta millia. Tantum autem copiarum numerum fuisse, ait Mela 2, 2. ut *Xerxes quia numero non poterat, spatio eas metiretur*. Id quomodo factum docent Herodotus 7, 60. & Plinius 4, 11. Gentes varias, quibus constitit hic exercitus, variaeque ipsorum arma & vestitum ducesque praecipuos prolixè describit Herodotus. *Bosius*.

3 *Millium*] Utrobique abest a Leid. ut & a vet. c. teste P. Daniele. Voss. A. *decem peditum equitum cccc fuerunt*. Voss. C. *Exercitus D. peditum, equitum Quadringentorum fuerunt*.

4 *Peti*] Venusta translatio a gladiatoribus, qui in quam partem ferri mucronem dirigunt, eam petere Latinis dicuntur. Cicero de Orat. *Gladiatores & vitando caute, & petendo veherementer omnia faciunt utiliter ad pugnam, & ad adspiciendum jutunde*. pro Muraena: *Etenim sciebam Catilinam non latius aut ventrem, sed caput & collum solere petere*. appositus est locus apud Curt. Lib. 10. cap. 25. *cur Persas vicerimus? ut sirpi eorum serviamus? Quod justè illi reges Darius & Xerxes tot millium agrumibus tantisque classibus nequiquam petiverunt*. Claudian. de Bello Getico vl. 99.

Nec tanti nomen sirpemque abolerè Getarum.

Ut propius petere, fuit.

Gehard. Adde Ind. Hoc praetextabatur. Revera enim cuncta Graecia

cia

rēntur, propter pugnam Marathoniam, ¹ miserunt Delphos coniultum, ² quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus ³ Pythia respondit, ⁴ ut moenibus ligneis se munirent. Id responsum quo valeret, ⁵ quum

cia tanquam, Persis infestissima petebatur. Herodotus ἡ στρατηλασίη ἢ βασιλεὺς ἀνορα μὲν εἶχε ὡς ἰπ' Ἀθίνας ἔλαύνει, κατίστο δὲ ἰπ' πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα, adde Diodor. pr. 11. Caussae belli juxta Cresiam, quod Chalcedonenſes pontem a Dario struētum solvere conati essent, & aram a Dario in honorem Jovis Diabaterii erectam diruissent, quodque Datinj Athenienses interfecissent, neque cadaver ejus dare voluissent. *Bosius.*

1 *Miserunt Delphos consultum*] Etiam hic locus monstrat *consultare* idem esse, quod *deliberare*: atque sic supra *Miltiadae*, 1, 2. recte omitti: *qui consulenter Apollinem*. Ne autem Cornelius opus haberet verbum *consultare* heic repetere, dicit, *Deliberantibus. Pythia respondit*. Ernst. Modum consulendi Oraculi in gratiam adolescentum eScholiis in Aristophanis Plutum enotabo: Οἱ μαντινόμεροι, inquit auctor ille, ἐγχεῖσθαι ἀνακαταπέσει πρὸς τὸ Δεῖν τὰς πένυς ἐπιπέμποντο, γράφοντες ἐν πνυτῆι τὸ καὶ προσέειπεν ἀντοῖς κείνοις σφάροντι ἀμφιστάντες ἀβροῦ τῆ μαντιπύλου ἐχειροτόνουν. Οἱ δ' ἐπιτυχῶν σύμφωνοι τῶν ἀποκρίσεων τῶν προστεινοῦσιν ἐπέπαινον. *Gebb.* Pro *quidnam facerent* Voss. C. *quaedam fac.* Verbum *mittere* absolute positum proprie de legatis ac oratoribus sumi docent Cl. V. V. Scheff. & P. Burm. ad Phaedr. L. 1. f. 2. v. 21. Sic Graecis *πέμπω* absolute pro legatos mittere Herodot. L. 1. c. 167. *οἱ δὲ Ἀργυλαῖοι ἐς Δελφούς ἐπέμπεσαν.* L. 3.

c. 68. *πέμπω δὲ ὧν ὁ Ὀρέως περ' αὐτῶν.* Thucyd. L. 1. c. 57. L. 75. *ἐς τε τῶν Λακεδαιμόνων πέμπω.* Aelian. L. 3. V. H. c. 43. *Συβαρίται ἢ ἐπέμπεσαν ἐς Δελφούς.* V. Cl. Lamb. Bos. de Ellipf. L. Gr. pag. 7.

2 *Quidnam facerent de rebus*] Sic constanter libri. Male autem Lambinus & Schottus praepositionem deleri volunt, nam utrumque recte dicitur, *quid hoc faciam?* & *quid de hoc faciam?* illud quidem ἰλλεπλεχῶς, hoc plene. Vid. Voss. de constructione cap. 48. & Schopp. suspect. Lectio. 2, 13. *Bosius.* Schottus pro *facerent de rebus* legit *facerent rebus*. Et sic in Agestilo cap. 4. *Quaereturque ab eo, quid his fieri vellet.* V. Clariff. Burmann. ad Phaedrum. L. 3. fab. 20. v. 8. & tam de rebus quam de personis plerumque ita loquuntur, ut ex alatis locis patet.

3 *Pythia*] Vid. Ind. & sup. ad 1, 1, 2. *Bosius.*

4 *Ut moenib. lign. se munirent*] Max. Tyrius Dissert. III. *Deus oraculum dat illis, urbem ligneo ut muro cingerent. Videri sibi Themistocles ait ligneo muro triremes designari.* Ernst. Oraculum integrum una cum explicatione habes ap. Herodot. 7. p. 271. & Suidam in *ἀνάλυσ.* Cujus hi duo versus huc maxime pertinent:

Τεῖχος Ἐπὶ τριημιῶν ἔχοντο δίδοι βουλοῦ
πα ζυγῶ,
Μόνον δὸς ὀφείλτων τελέθειν τὸ οὐ
τίμα τ' ἐπέειπεν.

Frip

intelligeret nemo, ¹ Themistocles persuasit; confilium esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent, eum enim ² a Deo significari murum ligneum. Tali

con-

Juppiter albitrans dat moenia sola
Minervae

Ligneae, recta ut flare queat, natosque tueri.

Bofius. Confer Justin. Lib. 2. c. 12. Tzetzen ad Lycophron. vf. 1419. & Scholiast. Aristophan. Equit. vf. 882. & 1037. hinc Aelianus L. 12. V. H. cap. 43. dicit solum Themistoclem deorum voces in Oraculorum responsis intellexisse: ubi vide quos laudat Cel. Periz. ad n. 10. & Interpretes ad Suidae locum. Bofius in secunda editione ita hos oraculi versus vertit.

Juppiter e ligno moris Tritonida donat,

Qui soli invidi tibi sint, natisque saluti.

Ut Moen. ita 3. Voff.

5 Cum intelligeret nemo] Aliter Herodorus; qui ait, quosdam Athenensium dixisse Deum significare naves easque, caeteris omiſſis, aedificari jussisse, eorumque interpretationem postea a Themistocle fuisse confirmatam. Bofius. contra sententiam Aeliani modo a me citati.

1 Themistocles persuasit] Vide praeter auctores modo adlegatos, Aristot. 1. Rhet. 15. Pausan. Atticis. Plutarchus in vita. Polyae. 1. Strategem. Frontin. 1, 3. 6. Justin. 2, 12. & Max. Tyrium l. c. Ceterum non solum eventu felix hoc confilium fuit, sed etiam prudens & ratione nixum. Nam, ut ait Frontinus, Themistocles neque praelio pedesit, neque finium tutelae, neque obsidioni credebatur sufficere Athenienses.

Bofius. Voff. C. conferret.

2 a Deo] Recte haec e Mss. Bavaricis inseruit Schoppius Verisim. 1, 20. habuitque & Schotti codex. Sic enim & reliqui scriptores; Herodotus τὰς νῆας συναγαγὼν τὸ θεῖον. Et mox ἐκ τοῦ ποταμοῦ τὸ θεῖον ἵκανον τὸ χερσόνησον. Justinus: Hujus sententiae etiam Deum auctorem esse. Max. Tyrius, ὁ θεὸς αὐτῶν χερσὶν. Polyae. l. 1. c. 30. Ἀδμαῖος ὁ θεὸς ἔχρατο. Et mox: τὸ θεῖον ἢ χερσὶν. Bofius. Saepe veteres reverentiae causa deorum dearumque propria nomina silentio involvere fuere soliti: sic in Pausania cap. ult. Deī Delphicis responsis erutus, imitatus Thucydidem. L. 1. cap. 134. ὁ θεὸς ὁ ἐν Ἀδρακῆσι Schol. v. explicat per ὁ Ἀπόλλων. pro quo cap. 135. legitur simpliciter de eodem Apolline τὸ θεῖον ἀγνοῦν. Antonin. Liberal. cap. 1. Metam. γὰρ ὁ θεὸς ὁ θεὸς ἀνέστη. Vid. Schol. Thucyd. L. 2. cap. 15. L. 94. αἰετὸς (Diocletus) ὁ αὐτῶν φαῖναι ἐν Ἀθῶναισι ἢ Ἀπόλλωνος ὁμοῖος, v. & ad cap. 13. L. 41. ubi ἢ θεὸς pro Pallade ponitur: hinc jurantes per Cererem & Proserpinam dicebant ἢ τὰ θεῖα. v. ill. Spanhem. ad Callim. H. Cerer. p. 655. & Doctiss. D' Arnaud. cap. 22. de Diis Paredris. Aelianus hoc oraculi responsum respiciens dicit de Themistocle L. 12. V. H. c. 43. μὴ δὲ συνίστα τὰς θῆβαις ἐκ τοῦ χερσὶν ποταμοῦ, ubi τὸ θεῖον de solo Apolline Delphico, quomodo a Poetis dii pro sola Venere. v. Passerat. ad Propert. L. 1. El. 1. vf. 8. nec credo Aelianum per θεῖον Jovem & Apollinem simul

consilio probato addunt ad superiores ¹ totidem na-
ves triremes: suaque ² omnia, quae moveri poterant,
³ partim Salaminem, partim Troezenem alportant:

intellexisse, quia Apollo oracula ex Jove scilicet dicitur cognoscere, ut docent praeter Schol. Soph. in Oed. Col. vs. 786. etiam cl. Potterus ad Lycophron. vs. 6. & cel. Broukh. ad Tibull. L. 3. El. 4. vs. 47. verum tum etiam Pallas addi posset, quae inter Delphici oraculi praefides fuit habita. v. ill. Spanhem. ad Callim. H. Pall. vs. 121. p. 620. item alii dii; sed priorem sententiam amplector. Pro significari Leid. signifi-
fruci.

¹ Totidem naves triremes.] centum sc. Tot enim jam habebant. sup. 2, 2, 2. Bofius. Voss. A. Triremes sed in Marg. triremes.

² Omnia quae moveri pot.] Infra 10, 4, 2. Graeci exponunt *δυνατά τῶν χερμάτων*. Rectius τὰ ἑμπλα. Tacit. Ann. 16, 11, 3. Si qua asportari possent, sibi quemque deducere. 5. Hist. 19, 2. Raptis quae ferri poterant, caeteris injecto igni in insulam concessit. Ammian. 38, 1. vocat mobilem censum. Justinus 38, 3, 5. Homines vero & quaecumque auferri possent, Tigran cedere. τοῖς ἑμπλας opponuntur τὰ ἑμπλα. Et Pausanias dicit ἑμπλα esse κτήματα τὰ μὴ ἔχουσα ἀλλὰ τῶν κατ' αἶνον κτήτων τῶν δυνατῶν πλείονα. Quae Eustathius proferat, ita ut & aliam suam opinionem addat, ἢ μὲν ἀλλὰς ἑμπλα καὶ ἑπίγεια, ἐὰν δὲ ὀππότε τὰ αἶνον τὰ ἑμπλαζόντα ἐν τῷ αἰσθητικῷ. Gebhard.

³ Partim Salaminem, partim Troezenem] Ed. Ultrajectina: ἢ Salamina, partim Troezena. Quod nescio cur Schottus auferendi casu dictum

putet: cum sit accusandi Graeco more inflexo. Sic infra 2, 9, 3. praelio apud Salamina facto. Ovid. Epist. Her. 4. 107.

Hic tecum Troezena colam — Et Frontinus hac ipsa in re: auctor fuit eis liberos & conjuges Troezena & in alias urbes emitendi: Herodotas & Aeginam addit. Mox MS. Dan. habebat deportant; Schotti codex absportant. Bofius. Partim ante Troez. non legitur in Leid. de Accusativo isto Graeco v. cl. Perizon. ad Val. Max. l. 8. c. 14. Ext. 11. adde cl. Oudendorp. ad Frontin. l. 1. Strateg. cap. 3. §. 6. In Voss. Et tamen Salaminam partim Troezenam absportant. Voss. B. Salamina. in Voss. A. Salaminam, Troezenam, sed supra notatum erat Salaminem, Troezenem.

⁴ Arcem sacerdotibus paucisque] Sacerdotibus quidem. quod sacra non viderentur praetermittenda; senioribus vero, sive quod nolent mutare sententiam de arce lignae vallisque munienda; quod etiam Pausanias in Atticis, & Herodotus 8, 41. videntur innuere: seu quoniam in patria occumbere maluerunt, ut Romani ap. Livium 5, 41. Herodotus & pauperes relictos fuisse scribit. Recte autem Nepos ait, paucos majores natu remanuisse, nam reliqui senes in insulam deportati. Testis Aristides in Oracione τῶν τριτάτων. Bof. Quidam ex amicis meis olim legebat pro ac sacra procuranda. haud absurde. Quae libet urbs statuta sacra habebat, quae si non observarentur, ingens populo periculum imminere statuebant,

4 arcem sacerdotibus paucisque majoribus natu, ac sacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt.

CAP. III.

1 Hujus consilium plerisque civitatibus displicebat, & 1 in terra dimicari magis placebat. 2 Itaque missi sunt delecti cum Leonida Lacedaemoniorum rege, qui Thermopylas occuparent, longiusque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hostium non fu-

bant, ut de bello Gallico patet ex Floro L. 1. c. 13. Voss. C. paucisque.

1 In terra dimic.] Mf. Boecl. terra dimic. quomodo locutus alibi 2, 2, 4. 3. 3. 21, 1, 3. Bofius. Dimicari. Voss. A. B. C. sed B. & terra dimicari.

2 Itaque missi sunt delecti &c.] Vide Justin. 2, 11. & ibi notas Cl. Berneggeri; Ussér. Tom. 1. Annal. p. 177. & seq. itemque Simf. Chronic. Cathol. part. 4. 27. 28. Encomium caesorum a Simonide scriptum exstat apud Diodor. Sic. 11. Distichon columnae, quo loco sepulti sunt, inscriptum apud Strab. lib. 9. Pugnam prolixè describunt Herodorus 7. sub finem, & Diodorus. 11. Bofius. Voss. B. cum Leonida duce Lac.

3 Ducentae erant Athenienses.] Herodorus princ. lib. 8. solum Atticas & Plataensium cxxvii. memorat; in universum vero cclxxi. Diodorus Siculus Atheniensem cxl. universim cclxxx. Ifoocrates in Areopagitico Atheniensem tantummodo lx. scribit. Bofius. Pro trecentarum Leid. trecentum.

4 Primum ap. Artemisium.] Desunt haec in quibusdam libris. Ernsf.

Pugnam eam describit Herod. 8, 8. Diodor. 11. Plutarch. Themist. p. 115. Sexto Thargelionis (secundi Atheniensium mensis vernalis) die pugnam hanc commissam ait Aelianus 2, 25. sed ex Herodoto apparet, media aestate, sub initium Olympiadis Lxxv. contigisse. Bofius. Cod. P. Dan. Artemisium Leid. Artemisium.

5 Cum clarissariis regis] Quorum classis dissipata tum, & paullo ante tridui tempestate minimum eccc. ut Herodorus 7. seu, ut Diodorus 11. ccc. triremes amiserat. Bofius.

6 Circumiretur.] Leid. & Cod. P. Dan. item Voss. B. Circuiretur. v. cl. Oudendorp. ad Frontin. l. 2. Strat. cap. 3. n. 13. & Miscell. Obl. pro Nov. & Decemb. 3732. p. 340.

7 Pari praelio] Aeque Marte & aequis manibus Tacit. 1. Annal. c. 63. Inde hostibus terror, militi fiducia, & manibus aequis abscissum. Sallust. Catil. cap. 39. n. 4. Quod si primo praelio Catilina superior, aut aequa manu discessisset. Curt. l. 6. c. 2. Duarum nobilissimarum bello gentium exercitus pari Marte pugnabant. Graeci vocant *ισοπαλιος αγωνισμας*. Gebh. Hujus praelii non meminit Justinus. Ex iis quae scri-

sustinuerunt, eoque loco omnes interierunt. At clas-
 sis communis Graeciae trecentarum navium, in qua
 ducentae erant Atheniensium, primum apud Ar-
 temisium, inter Euboeam continentemque terram
 cum classariis regis confligit. angustias enim The-
 mistocles quaerebat, ne multitudine circumiretur.
 Hic etsi pari praelio discesserant, tamen eodem lo-
 co non sunt ausi manere: quod erat periculum, ne,
 si pars navium adversariorum Euboeam superasset,
 ancipiti premerentur periculo. Quo factum est, ut

ab

scripsit retulitque Plut. in Themist.
 & animos hoc conflictu cepisse
 Graeci, & superiores fuisse viden-
 tur. Isocrates quoque superiores
 existisse demonstrat, Herodotus
 lib. 8. Probo ad stipulatur. Magius.
 Sic & Herodotus, ac Diodorus. At
 Isocrates Panegyrico, Aelianus 2,
 25. & Vetus Epigramma Plutar-
 cho laudatum, Victoriā Graecis
 tribuunt. Bossius. De phrasi pari prae-
 lio discedere consule cl. Burmann.
 ad Petron. Satyric. cap. 34. abest
 pari a Voss. C.

1 Ancipiti premerentur periculo]
 Hoste & a fronte & a tergo instan-
 te atque urgente. Eodem plane
 modo Q. Curt. vii. cap. 46. Ba-
 elviriani defecerant, Scythae etiam la-
 cessabant. Ancipiti periculo implicitus,
 deos quoque incusans querebatur se ja-
 cere segnem. Graeci vocant μάχης
 ἀμφοτέρωθεν. Curt. iii. c. 26. Ubi
 circumi, ubi ancipiti acie opprimi pos-
 sent. Caesar. l. vii. Comm. c. 76.
 Nec erat omnium quisquam, qui ad-
 spectum modo tantae multitudinis su-
 sumeri posse arbitraretur, praesertim an-
 cipiti praelio; cum ex oppido eruptione
 pugnaretur, & foris tantae copiae e-
 quitatus pedatatusque cernebantur. lib.
 111. Civil. c. 72. Non illi ancipitem

terrorem intra extraque munitiones co-
 gitabant. Curt. v. cap. 24. Undique er-
 go Macedonum armis fulgentibus an-
 cipiti malo oppressi. Varro; Caesar re-
 versionem fecit, ne post occipitum in
 Hispania exercitus qui erat, relinque-
 ret: quo se conjiceret Pompejus, ut
 ancipitiurgeretur bello. Gebhard.

2 Artemisio] Leid. Artemesio.
 Voss. B. Arthemisio C. Artemesio.

3 Adversum Athen.] Assenior
 Savaroni aliisque rescribentibus au-
 thoritate veterum Codd. & ex ad-
 versum Thrasibulo. Cum quidam ex
 adversum Thrasibulum fortissime dimi-
 caret. Utitur quoque Cicero de Di-
 vinatione. Gebhardus. Ex adversum
 diserte meliores libri, para Gif. Dan.
 Put. Sav. Boecl. probante Gifanio,
 Obs. l. l. p. 86. & in Append. pag.
 285. Placuit & Savaroni ac Geb-
 hardo; quare non dubitavi in tex-
 tum recipere. Uti, praeter nostrum,
 optimi scriptores eodem signifi-
 catu. Plautus Bacchid. 4, 7, 37. Vi-
 deo ex adversum Piffoclerum & Bac-
 chidem. Terent. Adelph. 4, 2, 45. Est
 piffrilla, & ex adversum fabrica. Ubi
 tamen omnes Boeclero inspecti; ex
 adverso. Phormione 1, 2, 38. Ex
 adversum ei loco Tonstrina erat. mox
 v. 47. Ea sita erat ex adversum.
 Adde

ab² Artemisio discederent, &³ exadversum Athenas
¹ apud Salamina classem suam constituerent.

C A P. I V.

* **A**t Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus
 accessit² astu, idque nullis defendentibus, in-
 terfectis sacerdotibus, quos³ in arce invenerat, ⁴ in-
 cendio

Adde Gellium 7, 7. ubi de accentu
 vocis disputat. Praesenti loco ma-
 xime congruit illud Appuleji in Flori-
 didis. *Samos Icario in mari insula est,*
exadversum Miletos. Cicero dixit
exadversus. De Divinatione 1, 45.
Ara exadversus eum locum consecra-
ta est. Quomodo Noster 8, 2, 7. ex-
adversus Thorsybulum fortissime pu-
gnasset. sic enim ibi libri Meliores.
 Alterutrum restituendum videtur
 Plinio, infra in fragmentis 7, 8. ubi
 vulgo *exadverso Padi fauces*; sole-
 bant Veteres praepositiones hoc mo-
 do geminare. De quo plura Voss. 4.
 de anal. 23. *Bosius.* Voss. A. *exad-*
versum B. exadversum. supra nota-
 tum erat & *adversum.*

1 *Apud Salamina class. s. conf.]*
 Idque non sine consilio & magno
 labore Themistoelis, cum Graeci
 in suas quoque sedes reverti vel-
 lent. multique adeo se domum re-
 cepissent. Herod. Uran. & Diodor.
 Sic. lib. 11. *Lamb.* Adde Plutarch.
 Themist. p. 117. & seqq. *Bosius.*

1 *Salamina]* Gifanins Append.
 Obs. L. L. I. c. e. vet. libr. legit.
Salaminam, quod aequè probum. *Sa-*
lamin enim & *Salamina* dicebatur.
 Immo Salmasi iudicio hoc magis
 Latinum est. *Bosius.* Vide ad c. 9.
 hujus vitae. Voss. A. *Salaminam,* su-
 pra *Salaminem* notatum erat. Voss.
 B. *Salaminam,* item C.

2 *Astu]* Ut Romani *Urbem κατ'*

ἔγχετο suam Romam: ita Graeci in-
 que iis praecipue Attici. Athe-
 nas vocabant *Astu.* Cicero de
 Legibus. *In Astu quod appellatur,*
omnes se conferre iussit. Alcib. *Pest-*
quam astu venit. Etiam *Urbem κατ'*
ἔγχετο. Phocione cum *Demade de*
urbe tradenda Antipatro consenserat.
 Vitiose exscriptores exhibuerunt
arcem. Longolii Editio *astum,* &
 ita Attius Oenomaos. *Ut omnes qui*
arcem astumque accolunt. v. *Stepha-*
nus de Alexandria. *Gebhard.* Athe-
 nas, quas κατ' ἔγχετο ita vocabant
 Graeci; itant *urbem, oppidum.* v.
 Ind. male Codex Longolii, *arcem.*
Bosius. *Astu.* Leid. & Oxon. Voss.
 A. *astum.* Voss. C. *astiam.* Pro id-
 que nullis, id nullis & pro invenerat,
 invenerant. Leid.

3 *In arce]* Eam quomodo occu-
 parit, refert Herodotus. 8, 53. *iosf.*

4 *Incendio delevit]* Iphicrate Non
 prius Thebani Sparta abscississent, quam
 captam incendio delessent. *Curr.* 3, c.
 38. *Dis dedita templa virinis & igni-*
bus esse deleta. Flor. 2. cap. 6. *Quae*
quantaque utriusque castra facibus illa-
tis una nocte delevit! Cicero. *Tu*
cruore & flamma omnia delere viti-
Gebhardus. An & *arcem?* Negant
 Gellius N. A. 6, 17. & Ctesias in
 Persicis apud Phorium, quem quod
 Usherius Tom. 1. Annap. pag. 178.
 id affirmare ait, haud dubie ἀμεί-
 τιμα μνημόριον est. Sed Herodotus
 L. c.

condio delevit. 1 Cujus fama perterriti classarii quum 2 manere non auderent, & plurimi hortarentur, 2 ut domos suas discederent, moenibusque se defenderent; Themistocles unus restitit, & 3 universos esse 4 pares aje-

L. c. πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν exustam ait. *Bosius.*

1 Cujus fama] Solus lectioni *cujus flamma p. c.* adversatur P. Daniel, caeteris omnibus eam vindicantibus. Quid autem in ea sit absurditatis, doceri velim. Salamis enim tam longe non distat Athenis, ut flamma incensae urbis cerni non potuerit. Lectionem, quam dico, manifeste stabilit e Miltiade per Savaronem adductus locus: addo ergo Claudiani lib. 2. in Eutropium. v. 471. *Gebhard.* Membranae meae habent: *Cujus flamma.* Classarios nim. incendii flamma fuisse perterritos. Ita etiam fuisse in Savaronis Cod. ipse testatur. *Eustasius.* Fuit eadem lectio; & in uno Bavariorum, ac Mf. P. Danielis, ac praeter Savaronem Schoppio quoque Verisim. 1, 20. ac Gebhardo probatur. Cujus judicio, nil in ea absurditatis est. Salamis enim, inquit, tam longe non distat Athenis, ut flamma incensae urbis cerni non potuerit. Addit, manifeste hanc lectionem stabilire cum locum Nostri 1, 7, 4. tum illud Claudiani 2. in Eutrop. 471:

— longe spectari puppibus urbes
Accensas, lucere fretum.

Pro vulgata tamen praeter Codices plurimos, in quibus *fama* legitur, etiam illud facit, quod Hérodorus scribit, Graecos apud Salaminem, *ὡς οἱ ἐξήλθον ὡς ἐξ ἑτα πρὸς τὴν Ἀσμάων ἀκρόπολιν* (incensam fuisse se, ut paullo ante narraverat) in na-

ves irruisse, velaque sustulisse tanquam profecturos, *ἔς τὸς ἄστων θόρυβον ἀπικοντο, ὡς ἦναι τῆ στρατηγῶν ἰδὲ κύρωθηναι ἕβρον τὸ ἀπορρέμενον πρῆγμα; ἀλλ' ἔς τε τὰς νῆας ἰσικπιλον, καὶ ἰστὰ ἀείθερον ὡς δροβισσέμενοι.* *Diodorus* 11. οἱ παρὲ τῆς Σαλαμίνας διατρέχοντες Ἀθηναίους, τὴν ἀκρόπολιν τῆ Ἀθηνᾶς (quod in arce situm, & a Persis pariter combustum erat vid. *Meurs.* *Cecropia* cap. 14. & seqq) ἀκρόπολιν κατακαύσαντες, δεινὸς ἰδόμεν. *Thw* Ἀπτικῶν tamen *πυρποκωβήλου* vidisse eos; ait quod facile fieri potuit. Eam enim insula exadverso Eleusiniis attingebat, angustoque ab ea freto dirimebatur. v. *Strabo* 9. & *Plur.* *Them.* p. 118. Athenis a. longius distabat, quam ut flamma incendii ejus conspici possit. *Bosius.* *Voss.* B. C. *fama.*

2 Ut domos suas discederent] Ita Mf. Dan. & Boecleri: alii interponunt *quisque*. *Bosius.* *Leid* ut *d. suasque disc.* *Voss.* A. B. ut *domos suas discederent*, & ita C.

3 Universos esse pares ajeb.] *Schoppi* 111. *Verisimil* cap. ult. ex veteri libro legit: *Universos pares esse ajebat.* *Ernst.* Quam lectionem juvat Cod. P. Danielis, *Gif. Pat. Sav.* & quod ita loquuti cum alii, ut *Caesar* B. G. I. 40 *Cicero* in ep. ad *Att.* & *Or.* pro *L. Manil.* *Justinus* 7, 6, 4. tum ipse *Nepos* 7, 6, 2. Sed is altera quoque ratione usus est 18, 8, 4. & 23, 10, 4. *univ.* esse *pares.* Locum *Nepos* in mente habuit *Ciceronis* ad *Atticum.* *Nos* *dis*

ajebat, dispersos testabatur perituros, idque ¹ Eurybiadi Regi Lacedaemoniorum, ² qui tum summae imperii praeerat, fore affirmabat. ³ Quem quum minus, quam vellet, moveret, ⁴ noctu de servis suis, quem habuit fidelissimum, ⁵ ad regem misit, ut ei nunciaret suis verbis: adversarios ejus in fuga esse: qui

disjecta manu pares adversariis esse non possumus. Bofius. Leid. & Voss. A. B. pares esse.

⁴ *Pares esse] Possit resistere atque bellum summovere barbari: Infra Alcibiade, Neque terra neque mari hostes pares esse potuerunt. Eumene, Hoc Antigonus cum comperisset, intelligeretque se parum non esse paratis adversariis. Annib. Dola erat pugnandum, cum par non esset armis. Caesar. 1. de B. Gall. c. 40. Helvetii tamen pares esse nostro exercitui non potuerunt. Cicero Attico. Distracti pares adversariis esse non possumus. pro Lege Manilia. Hi nullo in loco pares jam praedonibus, esse poterant. Justin. lib. 7. cap. 6. Quoniam omnibus par esse non poterat, dispensanda ratus alia bella. Par ergo iocundis. Gebhard.*

¹ *Eurybiadi] Ad quem Oratio Themistoclis exiit apud Herodot. 8. Adde Plur. p. 117. Regio genere fuisse negat Herodotus. alib. eod. libro. Bofius. Voss. A. C. Eurbiadi.*

² *Qui tum summae imperii praeerat] Atheniensium & Themistoclis concessu, ut narrat Herodotus lib. 8. pr. Laodis. Plutarchus l. 1. id dignitati Spartaee tribuit. Bofius.*

³ *Quem cum minus quam vellet, moveret] Causam adfert Herod. l. 8. pr. Plutarchus ait, Eurybiadem timidum ignavumque in adendis periculis fuisse, eamque ob rem intra Isthmum cum copiis se reci-*

pere decrevisse. Magins. Adde Aelian. 13, 40. & Polyæn. 1. in Them. comm. 2. Diodorus ait, Eurybiadem, adsumo Themistocle, hortatum quidem multitudinem, & ad ingruens periculum animasse: sed impetum eorum cohibere non potuisse. Bofius.

⁴ *Noctu servum] Qui erat Eunuchus, & τῶν παιδῶν παιδαγωγός, nomine Sycinnus. Polyæn. lib. 1. in Themistocl. Comm. 2. Gebhard. Sic & Justinus 2, 12, 19. Herodotus ἐνὲς Themistoclis, & liberorum ejus Paedagogus (quod etiam Plutarchus & Polyænus l. c. faciunt) vocat. Nomen ei Sycinnus. Plur. addit, genere Persam & Captivum fuisse. Meminit ejus & Clemens Alex. Paedag. lib. 1. & ait, eum genus saltationis invenisse, quod *Crumiger* dicebatur. Strategema hoc, praeter jam dictos, referunt etiam Frontinus 2, 2, 14. & Diodor. Sic. 11. Bofius. Pro fidelissimum, fidissimum, Voss. A. C.*

⁵ *Ad Regem misit] I. e. Xerxem, de quo Themistoclis strategemate Herod. l. 8. Frontin. 2, 2, 13. Polyæn. l. 1. & Justin. 2, 12, 19. & 20. Sarvaro.*

⁶ *Majore cum labore &c.] Haec pene eadem Frontin. 2, 2, 13. difficilioremque rem Xerxi futuram, se singulas civitates obsidione aggredetur. Eadem de causa laetatur Alexander Darium universas regni vires*

qui si discessissent, ⁶ majore cum labore, & ¹ longinquo tempore, bellum ² confecturum, quum singulos ³ confectari cogeretur: quos si statim aggredere-
deretur, brevi universos oppressurum. Hoc eo valebat, ⁴ ut ingratis ad depugnandum omnes cogere-

vires discrimini offerre. Magno se aestu liberatum ait, quod liceat cum omnibus Darii copiis conficere; veritam se longam belli moram, si Persae exercitum discessissent. apud Justin. 11, 13, 3. Addit praeterea aliam circumstantiam Front. quae ad victoriam non minimum contulit momentum, omissam Nepoti: Quae ratione, inquit, efficit, ut exercitus barbarorum primum inquietaretur, dum tota nocte in statione custodia est: deinde ut sui mane integris cum caelis barbaris vigilia marcentibus configaret. Gebhardus.

1 Longinquo tempore] Longinquis idem hic valet quod longus, diturnus v. Passerat. & Broukhuis. ad Propert. l. 1. El. 5. v. 27.

2 Confecturum] est ad finem perducturum. Committit bellum est incipere, profigare bellum, prope ad exitum adducere, conficere vero ad exitum perducere. vide Stewechium ad Vegetium de Re militari lib. 2. cap. 7. p. 136. cl. Duker. ad Florum l. 2. cap. 15. n. 2. & Curt. ad Sallust. Jugurth. cap. 37. n. 3. Cicero L. 10. ad Fam. Ep. 19. Qui enim Antonium oppresserit, is hoc bellum terribissimum periculosissimumque consecerit. & in genere conficere pro transigere, negotium absolvere usurpari docet P. Manutius ad Cicero lib. 7. ad Fam. Ep. 2. p. 304. & ita Latinae confectae pro peractis v. cl. Oudendorp. ad Lucan. l. 1. v. 550.

3 Confectari] Similiter Justinus

majore labore ei singulas confectandas. Mf. Boecleri tamen insectari. Bosius.

4 Ut ingratis] Membranae ingratis quod perinde mihi est. Polyaeus l. 1. Οὐδ' ἴσ' ἄν τις ἀκροῦς ἐπινοῶν. Frontin. Idque persuadere civibus non posset, solertia efficit, ut a barbaris ad utilitates suas compellerentur. Hac voce non abhorret Cicero in Verrem. Reticebunt, quae poterunt, libenter, dicent quae necesse erit ingratis. Gebhardus. Ita expressis literis legitur in Mf. nostro. Et uti Nepos cum Plauto & Terentio ingratis, ita Cicero lib. 1. de Legib. dixit invidiis. Qui etiam ingratis dixit. Ernst. Sic quoque Ernstianus. At Gif. Dan. Put. Sav. Bavarici ingratis. quod Gebhardo perinde erat; Scioppio Verisim. 1, 20. rectius altero videbatur, etsi illud Latinum esse non negat. Placebat & Gentili parerg. 1, 25. Pareo in Lex. Crit. ac Gifanio Ind. Lucret. qui sic & apud Terent. ad Plautum & vert. libb. legi vult. Sed in melioribus libris constanter ingratis legitur. Idque & metri ratio postulat. Uti autem hac voce Terentius quidem Eun. 2, 1, 14. Heaut. 5, 1, 37. Phorm. 5, 6, 48. Plautum autem Amphitr. 1, 1, 215. Cureul. 1, 1, 6. Casin. 2, 5, 7. Cistellar. 2, 3, 82. Mil. Glor. 2, 5, 39. Menaechm. 5, 8, 5. Merc. 2, 4, 11. qui & gratis dixit eadem ratione Afin. 1, 3, 38. & 42. & Epid. 3, 4, 38. Ac, ne quis Comicos tantum, metri caus-

5 rentur. Hac re audita barbarus nihil doli subesse credens, postridie ¹ alienissimo sibi loco, contra opportunissimo hostibus, adeo ² angusto mari confligit, ut ejus multitudo navium explicari non potuerit. Victus ergo est magis ³ consilio Themistoclis, quam armis Graeciae.

fa, sic locutos putet, Cicero quoque pro Quinctio c. 14. ac Gellius N. A. 17, 1. usi. Pricaeus & apud Appulejum Metam. 1. extr. reponit. Est autem nomen, non adverbium, ut Vossius de arte Gram. 3, 1. & 47. duobus Plauti locis evincit, quibus addi potest Gellianus, ubi est *ingratiis nostris*. Bos. Pro *ingratiis*. Leid. *Ingratis*, & sic Voss. A. B. C. fuit etiam in codice cl. Schefferi. v. E. jus Epist. 7. ad N. Heinsium. Apud Terent. Eun. 2, 1, 14. in Mss. pro *ingratiis*, etiam *ingratus* legitur: unde liquet descriptores hanc vocem non percepisse. Vide Donati notas. Ad depugnandum cogentur probam esse locutionem ostendit cl. Oudendorp ad Frontinum. L. 4. Strateg. c. 7. n. 147.

1 *Alieniss[im]i sibi loco, &c.*] Iniquissimo. supra Miltiade. Caesar. 1. de B. Gall. c. 15. *Qui cupidius novissimum agmen insecuti alieno loco cum equitatu Helveticorum praelium committunt.* Gebb. Supra ad 1, 5, 4. *Bosius* Pro *opportunissimo* Voss. A. *oportunitissimo*.

2 *Angusto mari*] In freto nempe inter Salaminem insulam, & Heraclium sive Fanum Herculis, in Attica situm, supra quod Xerxes, classem & aciem speculans, in edito confederat. Diodor. Sic. 11. & Plutarchus Them. p. 118. Quod tamen

de initio tantum pugnae capi debet; nam maxima pars pugnae in aperto aequore, ut idem Diodorus narrat, commissa. Plutarchus p. 119. addit, Themistoclem non solum loci, sed etiam temporis commoditatem captasse, quo ventus e mari increbescens fluctus per fretum impelleret, magno barbaricarum navium, tanquam altiorum & graviorum, incommodo. *Bosius*.

3 *Consilio Themistoclis*] Front. *Solertia*: Polyaeus. τῆ σοφία τῆ στρατηγία. Plerique tantam victoriam prudentiae Themistoclis adjudicant: sed non vetus Scriptor apud interpretem Aristophanis, qui Victoriae primas tribuit Deabus: φησὶ (praecessit Herodotus) ὅδ' ἐν τῇ σφῆρα Σαλαμίνα ναυμαχία, πολὺν λοιποῦν τῶ Ἑλληνικῷ πλοῦτος ἦν τῶν περιούτων, συμμαχίῃσι Ἀθηναίων τὰς Σίδας, μίχρισον τὴν συμμαχίας Ὀπιδείκταίρας & ἱναρχέστατον τιμήλεον. μάλιστα τῶν τῶ Ἑλλήνων & τῶν Βαβυλίων εἰς χίλιας ἤσαν, πρῶτον μὲν πλείους ἴσον κοπιῶν, αἰετοῦμοι δὲ τὸ Ἐλευσίῃ. ὅτι τῶν συμμαχίῃσι, πάντε τῶν στρατῶ ἄλλων ἤμείσται. Εἶτα τῶν εἰς ἕσπερον ἀνέντα & νότον γινόμενον, διὰ μίση τῶ στρατοῦ χαρῶντα, & Ἰαχρον βοῶν, &c. Gebhard. In Ms. Boecl. erat: *magis etiam consilio Them.* Et mox: *tantas habuit reliquias.* *Bosius*.

CAP. V.

Hic etsi male rem gesserat, tamen tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam cum his opprimere posset hostes. ² Interim ab eodem gradu depulsus est. Nam Themistocles verens, ne bellare perseveraret, ³ certiorum eum fecit, ⁴ id agi, ut pons, quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur, ac reditu in Asiam excluderetur. idque ei persuasit. ⁵ Ita-
que

¹ *Hic]* Q. Edd. addunt *barbarus*. Sed aberat ea vox ab opt. Mss. Gif. Dan. Sch. aliisque, reperita, ut opinor, ex initio versiculi praecedentis. mox Boecl. *tantas habuit rel.* Et paulo post, Exc. Dan. *ut etiam tum his tum oppr. p. h.* videtur fuisse, *ut etiam cum his tum* (i.e. eo tempore) op. p. h. Statim Ed. Ultraj. *Iterum ab eodem* Longolii. *Interim tamen ab eod.* Sed Gebhardo placebat vulgatum. Idque & Cod. Dan. aliique confirmant. Bofius. Leid. Oxon. & Voss. A. B. *etsi etsi*. Paulo ante pro *est ergo magis* in Dan. legitur *ergo est magis etiam*. Ut & Voss. C. & pro *male rem gesserat*, *male gesserat*. Pro *ut etiam cum his*.

² *Interim ab eodem gradu depulsus est]* alii, *iterum*: alii *interim tamen*. Placer vulgatum. Eleganter autem nimium quantum dictum est *de gradu depelli*, pro occasione rei gerendae dejici. Germani: *Auß dem Vorthell getrieben werden*. Gebh. Adde Ind. v. *gradus*. Bofius. Pro *interim* Leid. *iterum*. Sic & Ultraj. Edit. *tamen* abest a Leid. Cod. P. Dan. & Voss. A. B. de phrasi ad Broukh. ad Propert. L. 1. El. 13. v. 8. & Interpretes ad Petron. c. 80.

³ *Certiorum eum fecit]* Per eundem servum, quo antea usus: ita He-

rodot. 8, 110. & Justinus 2, 13, 7. Diodorus quoque Siculus l. 11. filiorum suorum paedagogum ablegasse ait; sed Plutarchus scribit, missum Arnacem quendam, e regniis eunuchis inter captivos inventum. Polyænus unum ex eunuchis suis Arsaecm. Rem ipsam narrat etiam Frontinus 2, 6, 8. inter strategemata de emitendo hoste, ne clausus praelium ex desperatione rediret. Bofius.

⁴ *Id agi ut pons &c.]* Et revera agebatur, suadente etiam in speciem Themistocle, & renitente sive Eurybiade, sive Aristide: si vera sunt, quae referunt Herodotus, Plutarchus, Polyænus, & Justinus. Sed Themistocles explorato Graecorum animo, valide dissuasit profectioem: *animus*, si Herodoto credimus, *sibi apud Persam subsidium comparandi*, ut si quid apud Athenienses accideret adversi sibi, haberet quo se converteret. Cui congruunt, quae c. 9, 3. ipse scribit. Bof. Leid. habet *dissolveret*.

⁵ *Itaque qua sex mensib. iter fec.* &c.] Cobares ap. Curt. 7, 4, 15. *Licet strenuum motum putes esse, volocitor tamen spes est*. Servit, cum ista dicit, causis. Gebhard.

¹ *Minus diebus triginta]* Herodot.

que qua sex mensibus iter fecerat, eadem ¹ minus diebus triginta in Asiam reversus est, seque a Themistocle non superatum, sed ² conservatum judicavit. Sic ³ unius viri prudentia Graecia liberata est, Europaeque succubuit Asia. Haec altera victoria, quae cum Marathonio possit comparari tropaeo: nam pari modo apud ⁴ Salamina ⁵ parvo numero navium ⁶ maxima ⁷ post hominum memoriam classis est devicta.

tus 8, 1, 15. ampliato dierum numero ait, cum intra 45 dies ad trajectum pervenisse, nullam partem copiarum ducentem. *Bosius.*

² *Conservatum*] Sic Mss. Omnes. in aliis edit. typothetarum vitio, credo, male *conversatum*.

³ *Unius viri prudentia*] Vide infra ad 15, 10, 4. *Bosius.*

⁴ *Salaminem*] Leid. *Salaminam* Voss. A. supra notatum erat *Salaminem*. B. C. *Salaminam* Leid. *Quae Marathonio*, pro *quae cum Marathonio*. Pro *tropaeo* quod praecessit Voss. A. B. C. *Tropheo*. semper vero *tropaeo* scribendum ignorat nemo ex Schol. Aristophan. in Pluto. vs. 453. Adde Epist. ad Palmerium in Apolog. pro Luciano. pag. 956. & ut hic *tropaeum Marathonium* de insigni ista victoria, sic Aristoph. in Equit vs. 1331. dixit *τὸ ἐν μαραθῶνι, νεγρῶν*, ubi vide Scholia. adde Sil. Italic. L. 14. vs. 282.

Et Salaminiacis quantum Loisique tropaeis.

⁵ *Parvo numero navium*] Triremium scilicet cccclxxx. inter quas Atheniensium clxxx. juxta Herod. 8, 42. & seqq. Aeschylus tamen ecc. tantum numerat. Ctesias 10cc. Vid. Usser. Annal. Tom. 1. p. 178. & seqq. *Bosius.*

⁶ *Maxima classis*] Quippe quae plusquam mille naves habuit, qua-

rum Diodorus supra cc. periisse ait, praeter una cum viris captas. Ctesias 10 amissas scribit. Vid. Usser. l. c. Contigit a. pugna hac, ut inter omnes constat, Olympiadis Lxxv. anno 1. archonte Calliade. Sed de anni tempore non eadem omnium sententia est, sunt enim, qui fine anni pugnatum volunt. Alii Pyanepsione, five Octobri sed ineunte hoc anno, circa diem xx. Boedromionis h. e. sub autumnum, five fine aestatis anni Period Jul. 4234. id contigisse solide demonstrant Petavius de doct. temp. 10, 24. Rationar. Temp. 2, 3, 11. & in not ad Themistii Orat. 11. p. 639. ac Usser. l. c. p. 174. Quorum rationibus exacte congruit Marmor Arundelianum. *Bosius.* cl. Wesseling. ad Simsonii Chronic. pag. 721. vicesimo Octobris Juliani ex Herodoto & Plutarcho docer Athenienses a Persis hanc victoriam reportasse. Historiam late describit Scholiastes Aristophanis Equit vs. 782.

⁷ *Post. hanc memoriam*] Quantum unquam in hominum memoria pervenit. Sic loquitur & Aristide, nec non Cicero in Verrem. *Quod nemo unquam post hominum memoriam fecit.* Gebhard. V. Ind. *post. Bosius.* In Regibus cap. 1. *maximis post hominum memoriam exercitiis.* ad cl. Cortium ad Sall. H. fragm. p. 938.

CAP. VI.

Magnus hoc bello Themistocles fuit, ¹ nec minor in pace. Cum enim ² Phalereo portu neque magno, neque bono Athenienses uterentur, hujus consilio ³ triplex

¹ Nec minor] Voss. A. B. neque minor.

² Phalereo portu.] Exc. Dan. Phalerico. An legendum Phalerico? Nam Graecis φαληρεῖος dictus, Diodorus Sic II. Ἐπιπένη χρημύθειον τῶ Ἀθηνῶν τῶ ἀποστρατηγιστοῦ φαληρεῖος. Epitome Stephani de Urbibus in φαληρεῖα τὰ τοπικὰ, φαληρεῖον, φαληρεῖον, φαληρεῖον, ἢ φαληρεῖον. Librariis Phalaris tyrannus notior Phalero demo Atticae. Inde occasio corruptelae. Neque tamen plane rejiciendum τὸ Phalereo. Nam ipse δῆμος, ubi hic portus fuit, (de quo vid. Meurf. de pop. Att. pag. 136.) non tantum φαληρεῖον & φαληρεῖον, sed etiam Phalereus dictus. Stephanus loco paullo ante laudato ἀγροῦ τῶ ἢ ὁ δῆμος ἢ ὁ δῆμος φαληρεῖος. Bossius. Mendoczi & Oxon. Phalericus portu. Voss. A. B. phalarico. C. Phalerico.

³ Triplex Piraei portus &c.] Hec tres portus vocat Thucyd. ἀποφύεις. Constituti tamen hic a Themistocle dicuntur, quod naturam admoventem prompta arte securus, eos emunivit. Quod autem Neos dignitate civitatem aequiparasse, utilitate superasse, ait, ejus rei sumenda est ex magnificentia operis ratio. Tanta enim latitudo muri erat, ut duo plaustra lapides comportantia e regione praeterirent: neque caemento intus latoque expletus, sed constructis coagmentatisque saxis firmatus, ferro plumboque foris con-

continebatur. Nam altitudo absoluta non est, fato quodam operosioris structurae: quam plerumque destituunt sumtus, operae, tempus &c. Utilitas porro ex ipsa urbis conditione aestimari debet. Quippe mari potissimum hostica vis timebatur, ita ut portu occupato parum aut nihil esset in oppido praesidii. Huc consilium spectabat Themistoclis, quo jubebat Athenienses, si terra premerentur, relictis domibus huc confugere, facilius omnia propulsaturos &c. vid. Thucyd. I. 2. Booclerus. Omnes ferme arbitrantur, Piraeum ideo triplicem dictum, quod tres portus comprehenderet, nimirum ipsum Piraeum, Phalerum & Munychiam. Verum qua ratione Phalerus & Munychia Piraei portus dici mereantur equidem non video, & prorsus omnino id ratione caret. Nam quamvis unum murorum claustro septi essent, diversi tamen erant portus, maximoque a se invicem distabant spatio. Sed diserte docet Pausanias, jam antequam Themistocles Phalerum & Munychiam Piraeo junxisset, tres habuisse portus, verba ejus sunt: Θημιστοκλῆς δ' αἰετὴν ἤθελε (πολιτῶν γὰρ πλείονσι βίτην ἀναστήσειν ὁ πειραεὶος ἐφαθάρη εἰ ἀποφύεις, ἢ διὰ τὴν τῆς ἀπὸ ἰσθμοῦ ἔχον τὰ φαληρεῖα τῶ ἀποφύειν ὁμίον τὸ κατασκευάσαντο. Nullus itaque dubito, quin ideo triplex dictus sit Piraeus, quod tres diversae stationes in eo essent. Et sane ex his tribus

triplex Piraei portus constitutus est: ¹ isque moenibus circumdatus, ut ipsam urbem ² dignitate ³ aequipararet, utilitate superaret. ⁴ Idemque muros Atheniensium restituit praecipuo periculo suo. Namque ⁵ Lacedaemonii causam idoneam ⁶ nacti propter barbarorum excursiones, ⁷ qua negarent oportere extra Peloponnesum ullam ⁸ urbem haberi, ⁹ ne essent loca mu-

bus stationibus unam Piraei nomine fuisse insignitam, facile mihi persuado. Alteram dictam fuisse *καθαράων*, videtur innuere Hefychius: *Καθαράων λιμὴν ἕτα καλεῖται ἐν Πειραιῶνι*. Tertia appellata est *Ζεῦ*. Hefychius: *Ζεὺς ἢ Ἐκείνη περὶ Ἀθηνῶν καὶ ἐπὶ τῶν ἐν Πειραιῶν λιμῶν δεῖσθαι κατὰ τὴν Ζεῦς, ἔχει δὲ Πειραιῶν λιμῶν τρεῖς κλειστές*. Haec Dodiff. Vir. If. Vossius in not. ad Scylacis Peripl pag. 8. Ac secundae quidem stationis etiam Aristophanes Pace meminit: sed *καθαράων λιμῶν* vocat vs. 44.

Ἐν Πειραιῶν δὴ πρὸς εἰ, Καθαράων λιμῶν. Ubi Scholiastes: *ὁ Πειραιῶν λιμῶν ἔχει τρεῖς, πάντας κλειστές* (anex Hefychio legendum κλειστές i. e. carenis clausos, ut exponit Meursius de populis Att. p. 95. seu, ut Vossius l. c. septo Munychiae contentos?) *εἰς μὲν ὁ Καθαράων λιμῶν, ἕτα καλεῖται δεῖσθαι τινος ἡρώδου Καθαράων*. Primam Meursius l. c. *Ἀφροδισίων* dictam vult, sequitur enim apud Scholiasten *ἕτα πρὸ Ἀφροδισίων*. Sed haec fortasse non stationem alteram sed alium Canthari locum signant: nam & mox additur *εἰτα πόλις τῶν λιμῶν εἰς εἰ*. Ceterum portum hunc praeter Thucydidem & Pausaniam pulchre describit Strabo lib. 9. E. Junioribus vid. Meurs. l. c. *Bosius*. Voss. A. *Pirei*.

¹ *Isque moen.*] Cl. Schefferus

Epist. 7. ad N. Heinsium legit *is*que ad maenibus referendum dicens.

² *Dignitate*] Specie, pulchritudine, splendore. Vid. Ind. *Bosius*.

³ *Aequipararet*] Exaequaret. Alcibiade, ut nemo cum labore corporisque viribus possit aequiparare. Pacuvius.

Nam si qui, quae essentura sunt Praevideant, aequiparent Fori.

Sueton. Aug. c. 94. & in Nerone cap. 53. *Gebhardus*.

⁴ *Idemque muros Atheniensium restitit praecip. peric. suo*] Dignum hoc factum calliditate Themistoclea, quod ubique praedicant Graeci, & nullus ferme exstat scriptor, qui non minimum alludat. *Gebhard*. E multis vide Thucyd. 1. Dodon. Sic. 11. Demosth. Or. ad Lept. Plutarchus in vita. Polyæn. 1. Pausan. initio lib. 1. Justin. 2, 15. Frontin. 1, 1, 10. *Bosius*.

⁴ *Idemq. mur.*] *Leid. idem mur.* ut & Mf. Boccl. teste *Bosio* & Voss. A. B. C.

⁵ *Lacedaemonii causam idoneam nacti*] De hoc praetextu nihil alibi memini legere. Alii omnes invidiam Lacedaemoniorum obtendant. Polyæn. 1, 1. *Ἀθωνίωι τὰ τεύχεα τῶ ἀσπίος ἤγειραν, λαθόντες ἐφθόνην*. Justin. 2, 15, 2. Cum moenia majora complexi fuissent, suspensi esse Lacedaemoniis coepere, recte reputantibus, quibus ruina urbis tantum incrementi dedisset, quantum sit data munita civitas. *Gebhard*.

munita, ¹ quae hostes possiderent, ² Athenienses edificantes prohibere sunt conati. ³ Hoc longe alio spectabat, atque videri volebant. Athenienses enim duabus victoriis, ⁴ Marathonia & Salaminia, tantam gloriam apud omnes gentes erant consecuti, ut intelligerent ⁵ Lacedaemonii, ⁶ de Principatu sibi cum his certamen fore. Quare eos ⁷ quam infirmissimos esse volebant. Postquam autem audierunt ⁸ muros in-

6 *Nasti*] V. Ind. v. *nastici*. Boetius.

7 *Qua negarent*] Ita msc. Gif. Leid. Boecl. Alii addunt *re: qua re negarent*, quod tamen abesse a membranis, editisque omnibus annotat Schottus. Mox pro *haberi* msc. habere. Bofius.

8 *Urb. haberi*] Leid. *Urbem muros habere*. Voss. A. *urbem habere*. item B. C. *qua negarent* probant Gebhardus & Sciopp. L. 1. Verisim. c. 20. Voss. A. B. *Poloponnesum* ut *Chersonesum*.

9 *Ne essent loca munita*] Justin. 2. 15. 3. *Mittunt legatos, qui monerent, ne munimenta hostib. & receptacula futuri belli exstruant*. Gebhardus.

1 *Quae hostes*] Leid. *quam hostes*.

2 *Athenienses prohibere sunt conati*] Ut mox sequitur, per legatos. Didor. l. xi. *Οι ἀθηναῖοι ἀπειροῦντο τοῖς ἐκδομοῦσι ἀπειροῦντες ἀπὸ τῶν τῶν ἐγγὺν τῶν ταξιῶν*. Hanc narrationem quoque habet Auctor Scholiorum in Aristophanis Equites v. 811. Gebhard. Habet & Justinus l. c. Bofius.

3 *Hoc longe alio spectabat*] Annotat Schottus e libro sibi consulto. *Hoc longe animo spectabant*. Refringi posset, *Aliud longe animo spectabant*. Et si verbis, inquit, aliud ferebant, animo tamen ad longe aliam rem

collimabant. Gebh. De sensu non abnuo, sed mutatione opus non esse, facile judicabit dictioni Nepotis adfuerus. Bofius. Leid. *aliter spectabant*. Oxon. *hoc longe aliter animo expectabant* Voss. A. C. *longe animo spectabant*. Sed B. *hoc longe spectabant*.

4 *Marathonia & Salaminia*] Mentionem utriusque Victoriae facit A. Gellius Lib. 17. Noct. Att. cap. 2 r. pag. 473. Illa orta est ante Christum natum 490. Ermsius.

5 *Lacedaemonii*] Aberat a Mf. Boecleri, & potest abesse. Bofius.

6 *De Principatu sibi*] V. Ind. *principatus*. Bofius. Leid. pro *sibi, sui*.

7 *Quam infirmissimos*] Sic e membr. Bavaris Schoppius verisim. 1. 20. A vulgatis particula *quam* abest, sicut & a Mf. Boecleri. Bofius.

8 *Muros instrui*] Omnes editi praefereunt *instrui* & ita loquitur Curtius Lib. 5. cap. 5. Gebhard. Ita praeter editos Mf. Boecl. & membranae Bavarae, Schoppio teste l. c. Firmatque Gebhardus illo Curtii 5, 1. 25. *murus instructus Laterculo castris*. Ibid. comm. 33. ubi de hortis pensilibus Babylone. *Saxae pilae, quae totum onus sustinent, instructae sunt: super pilas lapide-quadrato solum stratum est*. Sic recte editiones Belgicae, & plerique Mf. *Instructae*, i. e. exaedifica-

instrui, legatos Athenas miserunt, qui id fieri vellent. ¹ His praesentibus desierunt, ac se de ea re legatos ad eos missuros dixerunt. Hanc legationem suscepit Themistocles, & solus primo profectus est, ² re-

tae, constructae. Non videntur cepisse vim hujus verbi, qui *saxo* reposuerunt; quod etiam in codd. Palatinorum uno fuit. Tacitus 2. H. 22, 3. *Legionarius subruit muros, instruit aggerem, molitur portas.* Alii dixit *aggerem struere*, 3. H. 20, 6, 2. A. 18, 2. &c. Caesar, *exstruere aggerem*, 2. B. G. 29. Solinus cap. 1. *Posuisse sedes instruxisse moenia & oppidum ab ea Rhomen vocasse.* sic enim e Ms. legendum. *Bosius.* Engelstad. *strui.* v. Sciopp. 1. Veris. c. 20. haec Cl. Oud. ad Marg. sic & Ultraj. in Cod. Voss. C. *instrui.*

¹ *His praesent. desierunt*] Consilio Themistoclis; nam nisi intermisissent munitionem, a Lacedaemoniis ope reliquorum Peloponnesiorum poterat impedi vi armata. Diodor. lib. xi. *Gebhard.* Thucydides L. 1. paullo aliter: non enim *praesentibus* Lacedaemoniorum legatis Athenienses opus intermisisse; sed Themistoclis jussu (qui ad eos certum hominem occulte miserat) dissimulant & obscure legatos detinuisse; neque dimisisse, priusquam legati, quos ipsi misissent, Athenas reversi essent. Apud Plutarchum in Themistocle neque de legatis retentis, neque de opere intermisso ullam verbum. *Lambinus.* Thucydidis narrationi congruunt, Justinus & Frontinus: loca paullo ante laudavimus. *Bosius.* Adde cl. Oudendorp. ad Frontin. l. 1. Strar. cap. 1. n. 57.

² *Reliqui legati*] Cl. Oudendorp.

legendum conjicit *reliquis legatis* & pro *exstructa, exstructi.* Atque ut absunt a Leid.

³ *Praecipit*] Monuit, suavit, suggestit. Diodorus *παρηγγελλον.* Caesar Lib. 3. de B. Civil. cap. 62. Curt. Lib. 9. cap. 11. *Gebhardus.* V. Int. *Bosius.* Ut post *praecipit* abest a Vcc. P. Dan. Voss. A. B. vide ad. Mil. cap. 1. n. 4.

⁴ *Omnes servi atque liberi opus facerent*] Diodorus Sic. dixit *πανδουμοι τεργεσθαι τω πδν.* *Bosius.* Opus & *Opera* passim dicuntur de muris, maenibus, templis, aliisque aedificiis, quae exstruuntur sive exstructa sunt. Virg. l. 2. Georg. v. 155.

Adde tot egregias urbes, operumque laborem.

Ubi Servium vide. & 3. Aen. v. 20.

— *Divisive ferebam*

Auspicious captorum operum.

Justinus. L. 2, c. 15. *Nuntiatur Spartanis opus Athenis maturari* & l. 36. c. 4. *Matri deinde sepulcrum facere instituit, cui operi intentus.* Livius L. 1. cap. 53. *Nam quam velut posita bello fundamentis templi jaciendis, aliisque urbanis operibus intentam se esse simularet.* Sic alii passim, ut Graeci *εργον.* Thucyd. quem hic Noster imitatur L. 1. cap. 90. L. 28. *Θω τις ἀρχιτετα ἑσται ἐς τὸ ἔργον* quod Schol. ibi explicat per *ἡς τὸ κλειον.* Inde Pallas Minerva, quae habebatur dea sive praefes artium opificumque, ac imprimis architecturae, dicta fuit a Graecis ἄρχιτετα *EPFANH.* v. Heraclid. Pontic.

reliqui legati ut tum exirent, quum satis altitudo muri exstructa videretur, præcepit: interim omnes servi atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, sive sacer esset, (sive profanus) sive pri-

vatus,

in Allegor. Homer. p. 444. Schesfer. ad Aelian. L. 1. V. H. c. 2. Cl. Grævius in Lect. Hesiod. cap. 11. p. m. 54. & Davies ad J. Caesar. de B. Gall. L. 6. c. 17. quo tamen titulo etiam per excellentiam insignitur, quia censetur Lanificii inventrix, ut ostendit cl. Schesf. l. d. cui adde Ill. Spanhem. ad Calim. H. Pall. v. 5.

1 Sive sacer esset, sive profanus sive privatus] *τὸ σὺν ἱερῶν ἐκίχθη* ejicendum, a nimis liberali manu Longolii inventum; Monuit Schoppius 1. Verif. c. 20. Savaro, Schottus, & necdum obtemperatum. Auctor Scholiorum in Aristophan. Equites, (vs. 811. ubi totam habes historiam) *μὴ φειδωλῶς μὲν ἰδία, μὲν δὲ δημοσίᾳ τῶν ἀνοδομήματων*. In eo discrepans, quod tantum profanos, qua privatos, qua publicos, non vero sacros locos complecti iussi fuerint Athenienses muris suis: Nepos autem affirmet non parvum fuisse sacris quoque, quum tamen fuerit præceptum vetus *μὴ ἀμὲν, μὲν δὲ βωμῶν, μὲν δὲ τάφῶν, μὲν δὲ ἱερῶν*, non esse movenda seu violanda neque altaria, neque sepulera aut heroum facella. Vide Zenob. 1. 54. Gebhard. A. Mf. Cod. abest *sive profanus*, & , puto, recte: quamvis locus profanus sacro opponi soleat; sicut *privatus* in sequentibus publico. Alias, locus profanus & privatus non differunt. Privatus enim profanus est, & contra profanus dicitur privatus. Hinc Trebatius apud Macrobiū profa-

num, proprie id esse ait, quod ex religioso, vel sacro in usum hominum, proprietatemve conversum est. Lib. III. Cap. III. Saturn. Nec Veteres aliam rerum divisionem agnoscebant, nisi ut facerent res *sacras, privatas, & publicas*. Quo pertinere videntur Ausonii versus Eidyll. xv.

Fus triplex, tabulae quod ter satiare quaternas.

Sacrum, Privatum, & populi commune quod usquam est.

JCrorum alia est distinctio in tit. De rer. divis. Ernestius. Adde Schopp. Verifim. 1, 20. & not. Ernestii, quorum Sententiam firmant Mss. Gif. Put. Sch. Bavarici, Leid. & Ernestianus. a quibus omnibus *τὸ σὺν ἱερῶν* abfuisse dicitur. Boecleri tamen habet hoc modo: *sive sacer, sive profanus, sive privatus esset, sive pub.* Videtur & Cod. Danielis habuisse: Nam excerpta ejus nullam heic varietatem adnotant. cum tamen haec verba in Longol. editione reperiantur. Praeterea quomodo ex eo, quod justantummodo triplex apud Romanos fuit, sequitur apud Graecos nulla fuisse loca privata? sic enim rationem colligant necesse est, qui Ausonianum versiculum urgent. Jam, cur res quaedam profanae erunt; (quid enim aliud sunt, quas iureconsulti *humani juris* vocant) loca non erunt? Neque verum est locum *profanum* & *privatum* non differre, nam si maxime admittam privatum omnia profana esse, non tamen omnia pro-

vatus, sive publicus: & undique, quod idoneum ¹ ad muniendum putarent, ² congererent. Quo factum est, ut Atheniensium muri ³ ex sacellis sepulcrisque constarent.

CAP.

profanus privatus est. Differunt enim ut genus & species. Haec cum ita sint, nolui verba haec plane ejicere, sed satis habui, si uncis includerem; ut suspecta & in quibusd. Mss. & edd. haud reperta. Non repugnabo interim si quis ejicienda putet. *Bosius*, Voss. A. C. sive sacer, sive privatus esset. B. sive sacer, sive profanus, sive privatus esset.

¹ Ad muniendum] ad murum struendum, *νεβς & τειχεμα*. Sic Plautus forma Proverbii dixit, suo cibo moenia munire. Curt. Lib. 4. cap. 25. Munientibus coria velaque jussit obtendi. *Munire* ergo *μειναι* Gebhard. V. Ind. *Bosius*, pro sed undique Leid. & Voss. A. B. & undique. Non male tamen sed undique *Bosius* dicit.

² Congererent] Aptum rei verbum; nam, quod vulgatum est olim cogerent in Editione Ultrajectina, spurium est. Virgil.

— *Aeriae quem congestere Colymbae.*

ad struendum nidum. Hinc *congeries* est strues & saxorum congestus. Curt. 8, 2, 24. Caedi tamen arbores & saxa congeri jussit. Flaccus l. 3. Argonaut. vers. 97.

Fert sonitus innota phalanx irasque retentat

Congeries dum prima fluat. Gebh. *Cogegerent* Leid. quod est nihili. *cogegerent* q. Edd. sed *congererent* legendum, hinc enim verbum hoc pro aedificare, construere, usurpatur. Virg. 3. Georg. vs. 156.

Tot congesta manu praeruptis oppi-

da saxis.

Servius congesta manu, aedificata, constructa.

³ Ex sacellis sepulcrisque constarent] Id est e rebus sacris & religiosis Vide §. 8. & 9. Instit. De rer. div. & ibidem Interpretes. *Ernstius*.

⁴ Adire ad magistr.] Sic Mss. Dan. & Schotti: probante Gebh. Et est ad istum modum & alibi loquutus Noster, itemque Terentius, Caesar, alii. Thucydides, quem expressisse videtur: *εσ τω Λακεδαιμονια ενδωκ ε μεσσησ τας αρχας.* Aberat tamen particula etiam a Mss. Leideni & Boecleri. *Bosius*. Sic in Hannibale cap. 2. in Mss. Codd. A. & B. *adit ad regem*. Cicero 3. ad Fam. Epist. 10. *Ad me adire quosdam memini.* Praepositionum duplicatione gaudet in primis noster Nepos, ut a Cl. Cortio ad Sallust. Catil. cap. 41. n. 5. & ab interpretibus ad h. l. & ad Hannib. c. l. satis superque probatum est; qua ratione procul omni dubio Vir. cl. P. Burmannus per motus legit ad Pelopid. cap. 3. *pro in pulvinum subiciens, sub pulvinum subiciens*, ut ibi ostendemus. Sic Ovid. 3. Metam. vs. 597.

— *Diae telluris ad oras*

Applicor.

Pompon. Mela L. 1. c. 7. *hinc ad Syrtim adjacent.* Cicero oratione 5. in Verrem apud A. Gellium L. 1. c. 6. *advent ad ea loca, quae nunc quam antea adierant.* Consule Magu. Broukhuis. ad Tibull. L. 1. El. 5. vs. 40.

4 ea re 1 conari fallere, interim 2 reliqui legati sunt consecuti: a quibus quum audisset, non multum 3 superesse munitionis, ad Ephoros Lacedaemoniorum accessit, penes quos 4 summum imperium erat: atque apud eos contendit, falsa his esse delata: quare aequum esse, 5 illos, viros bonos nobilesque mittere, qui

no fefellisset. & pro Lacedaemonii Voss. C. Lacedaemonii.

1 Conari fallere] Quin profus fallebat: quod alii scriptores, Thucydides lib. 1. p. m. 60. Plutarchus in Themistocle, Cic. 1. Offic. Aelianus Var. Hist. 3, 47. satis confirmant. Quid? quod ipse Themistocles in suis ad Habronychum literis stratagemata vocat? Et res ipsa satis loquitur: dum legationem hanc temporis trahendi causa obierat, ut interim moenia domi perficerentur. Velut hodieque solent quaedam legationes temporis terendi causa suscipi, dum eorum auctores subdole quid moliantur. vid. Paschal. Legati c. 37. Sed & mendacio hic ad Lacedaemonios utebatur: quod sibi licere putabat ad utilitatem patriae suae: Id nec Plato penitus improbasse videtur, qui sic lib. v. de Rep. Crebro mendacio & fraude imperantes uti oportet ad commodum subditorum. De Legati mendacio plura Paschalius Legati cap. 57. & Alb. Gentilis de Legatione 2, 2, & 3, 1. Lacceni.

2 Reliq. leg. sunt] Leid. reliq. sunt. Voss. A. consecuti non consecuti.

3 Superesse] Schotti liber superare h. l. reliquum esse, restare. Auctor Graecus ἴδω ἢ τὰ πάλιν ἰσχυρὸς ἰσχυρὸς ἀποκατάστασις. Diodor. οἱ μὲν Ἀθηναῖοι τὸ πάλιν ἰσχυρὸν, ἐπ' ἰσχυρὸν κατεσκευασμένοι. Cicero quoque ita loquitur Paradoxis; nter igitur est distor. cui

deest, an cui superat? De Oratore in divisione generum & deesse aliquam partem & superare mendosum est. & alibi, quae tamen loca non suppetunt memoriae. Gebhardus. Liber Schotto inspectus: superare. Quod etiam Gebhardo probatur. Sed quae ab utroque adducta sunt Virgilii ac Ciceronis loca, non quadrant. Nam ibi superare, vel abundare est, vel superstitem esse. At sic plane Livius: Multa die superante accessit. Et Ovidius:

Pars superat coepti, pars est exhausta laboris.

Idem alibi:

— nec tempora vitae

Longa meae superant.

Adis eruditiss. Bangii observation. philologic. lib. 2. pag. 789. Bostius. Voss. A. Superare. Superare poni ab ipso Cicerone pro restare & perficiendae rei deesse docet Gronov. ad A. Gell. L. 1. N. A. cap. 22. cui adde Cortium ad Sallust. B. Jugurth. cap. 70. n. 2.

4 Summum imperium] Cod. P. Dan. imperium summum. Voss. B. imperium summum est. In marg. erat. Voss. C. summum erat imperium.

5 Illos viros bonos nobilesque mittere, quibus &c.] Auctor apud Aristophan. Explanatorem, ἄλλ' ἔπιπέμπω αὐτῶν ἀρετῆς τὸς ἐπιπέμπω διαφύλακας, ἰσχυρὰς ἐπιπέμπω. Polyæn. vocat κατὰ φύσιν. Front. & rogavit, ut mitterent aliquos, qui

quibus fides haberetur, qui rem explorarent: 2 interea se obsidem retinerent. Gestus est ei mos, 3 tresque legati, functi summis honoribus, Athenas missi

his crederent de munitione Athenarum.
Gebhardus.

1 *Quibus fides haberetur*] Sic Lambinus edidit, & in Ms. suo P. Daniel reperit. Ceteri editi juxta & manu exarati codd. g. f. *adhiberetur*. quam phrasin ut parum Latinam rejicit G. Scioppius in paradoxis litterariis Epist. 5. pag. 43. Nic. tamen Heinsius apud Ovidium 15. Metam. 361. hanc trium Codd. Mss. lectionem probat.

Si qua fides rebus tamen est adhibenda probatis.

Ubi vulgo legitur *addenda*, eamque firmat illo Aufonii Ep. 12.

Si qua fides falsis nunquam est adhibenda poetis.

Idem hic Scioppius totum hoc ex glossa vel interpretatione ad oram libri posita in contextum orationis irrepisse, eoque expungendum censet. Et enim, inquit, *palam otiosum*. Si enim Lacedaemonii ex civibus suis viros bonos nobilesque Athenas mitterent, qui rem explorarent, fieri aliter non poterat, quin maximam eis rerum omnium fidem haberent. Sed pro recepta lectione praeter consensum librorum omnium, cum illud facit, quod Nepos, ficut & Julius Caesar ac ejus aetatis alii, ea addat aliquando, quae tautologias speciem habent, atque omitti potuisse videntur, ut 2, 1, 2. & 13, 3, 2. (quamquam & ibi Scioppius a glossa esse existimat, quae abundare videntur: Vid. not.) tum quod alii scriptores dicunt petiisse Themistoclem, ne Lacedaemonii falso tumori fidem haberent, sed mitte-

rent, quibus referentibus credi possit. Diodor. lib. 11. *παρὰ τὴν τὴν ἀρχοῦν τὴν μὲν τὴν ἀρχοῦν τὴν ἀρχοῦν*. Auctor incertus apud scholiasten Aristoph. in Equit. p. 338. *ἴσθαι αὐτὸς μὲν τὴν ἀρχοῦν τὴν ἀρχοῦν τὴν ἀρχοῦν* etc. Frontinus, 1, 1, 10. *contendit, falsum ad eos rumorem perlatum; & rogavit, ut mitterent aliquos ex principibus, quibus crederent de munitione Athenarum*. Bofius. Pro haberetur. Leid. & Voss. A. B. C. *adhiberetur*. Quod non probat cl. Oud. & recte, nam *fidem adhibere* notat fideliter in re versari, sed *habere fidem* notat credere v. cl. Burm. ad l. l. Ovidii, & Vasslor. de Vi & Usu Quorumd. Verbor. p. 2. Pro *explorarent* Leid. *Expiorarent*.

2 *Interea se obsidem retinerent*] Membranae Schotto insectae longius abeunt, *interea sibi detrahete reticerent*, quod ille exponit, desinerent male de se loqui, remque sermonibus traducere ac factum damnare. Sed nunquam mihi persuaserit, ita coacte & implicite loqui Cornelium nostrum: dein vertitur historia in aliam circumstantiam, quae nunquam intervenit. Affligit ejus conjecturam Graecus ille scriptor crebrius modo laudatus: *μὴτε ἴσθαι ἐνὸν τὴν ἀρχοῦν τὴν ἀρχοῦν τὴν ἀρχοῦν*, Diodor. l. xi. & *τὴν ἀρχοῦν τὴν ἀρχοῦν τὴν ἀρχοῦν*. Gebhardus. Voss. C. *interea sibi detrahete retinerent*.

3 *Tresque legati functi summis honoribus*] Numerus non exprimitur alibi.

missi sunt. ¹ Cum his collegas suos Themistocles
 iussit proficisci: ² eisque praedixit, ut ne prius La-
 cedaemoniorum legatos ³ dimitterent, quam ipse esset
 4 remissus. Hos postquam Athenas pervenisse ratus
 5 est, ad magistratum, senatumque Lacedaemonio-
 rum adiit, & apud eos liberrime ⁶ professus est: A-
 thenienses suo consilio, ⁶ quod communi jure gen-
 tium

alibi. Diodorus: *εἰς τὴν τῶν Ἀθηνῶν ἀπέστειλεν τὰς ὑπερενοστάτας κορακοῦ-
 φαμίλιος, καὶ περὶ ἐν τῷ χρεῖα πολυ-
 πλοκαυμοῖσιν.* Auctor Graecus ἀδ-
 ν. Πισιδίων ἐν Λακεδαιμονίῳ, &
 τὰς μέγιστα διαφερόντας ἰστοίᾳ καὶ πρὸς
 τὸ πολιτῶν. Quae omnia vulgatam
 tutantur lectionem. Nihilominus
 nescio quo libro fretus CL. Schot-
 tus *facti*, hoc est, illo interprete,
 creati: dein: *summis honoribus*, id
 est summa auctoritate. Ignoscat
 mihi cultissimi & minissimi viri ge-
 nius; nunquam sum tam credulus
 futurus petulantiae imperitissimo-
 rum exscriptorum, ut planissime
 dicta obscurissimis, vixque coelo
 latino perferendis postponam. Gebh.
 Voss. B. *gestus ei mor.*

1 *Cum his colleg. suos Them. iussit
 profic.*] Variat haec Diodorus, qui
 vult cum Themistocle & caeteros
 legatos ipsum consecutos Lacedae-
 mone a Spartanis retentos, lib. xi.
 A partibus vero Nepotis stat Fron-
 tinus. Gebhardus. Voss. A. *Themist.*
si iussit.

2 *Eisque praedixit*] Frontinus:
suus clam scripsit: Justinus 2. 15. 8.
per servum magistratibus scribit. Gebh.
 Ergo *praedicere*, monere, interdi-
 cere, vetare, & ut cap. 6. 5. lo-
 quebatur, *praecipere* est. Sic Tacitus
 13. A. 36. 1. *ne pignam piores
 auderent praedixit.* Idem 16. A. 33.
 2. *praedictio ne in Rep. haberetur.* Vel-

lejus 2. 82. 2. *praedixitque ne desti-
 natum iter pererent* Livius 23. 19.
*praedictum erat Dictatoris, ne quid ab-
 sene eo rei gereret.* Bostius. Pro *eisque*
 Boerleri Codex & Voss. A. B. *hisque*.
 Pro *ne prius* Voss. C. *quam prius*.

3 *Dimitterent*] Sic Leid. ac ita
 legendum recte censet cl. Oud.
 ad Frontin. l. 1. Strateg. cap. 1. n.
 62. Voss. B. *remitterent* sed, supra
 notatum erat *dimitterent*.

4 *Est, & ad mag.*] Leid. *Est, ad
 mag.* cl. Oud. delet etiam *&*, ac pro
magistratum legit *magistratus*, ut su-
 pra h. c. & Ter. Phorm. 2. 3. 56.

5 *Professus*] Restituit e Mf. suo
 hanc vocem Savaro, habuitque &
 P. Dan. Codex. Usus ea & infra
 est 23. 11. 1. Thucydides dixit
φανέρως εἶπεν: quod noster expressit.
 Est enim *professus* idem ac palam
 factus. v. Ind. 1. Mf. Puteani, Gi-
 fanii, Boecleri, ac plerisque edi-
 tis, legebatur *prosecutus*. In Cod.
 Longolii: *prolocutus*. Sed utrumque
 glossema puro. Bostius. Pro *apud eos*
lib. Leid. *& quos apud lib.* *Professus*
 etiam legit cl. Oudend. ad Front.
 l. 1. Strateg. c. 1. n. 61. Voss. B.
prosecutus.

6 *Quod communi jure gent. fac-
 poss.*] Juris naturae esse constat, ut
 vim & injuriam legitimis modis
 propulsemus. Ex ejusdem juris fun-
 damento commune inter gentes fa-
 ctum est, ut civitates liberae, quae
 jus

tium facere possent, ¹ Deos publicos, suosque patrios ac penates, quò facilius ab hoste possent defendere, muris sepfisse. ² neque eo, quod inutile esset Graeciae, fecisse, nam ³ illorum urbem, ut propugnaculum, oppositam esse barbaris, apud quam jam bis ⁴ classiem regiam ⁵ fecisse naufragium. Lacedaemonios autem ⁶ male & injuste facere, qui id potius intuerentur, quod ipsorum dominationi, quam quod universae Graeciae utile esset. Quare ⁷ si suos legatos recipere vellent, quos Athenas miserant, se remitt-

jus imperii haberent, aut aliae a magistratu supremo, cui subessent, veniam impetrassent, moenibus urbes adversus vim hostilem cingerent. Vid. lib. 9. §. 4 De de rer. divis. Cunaeus lib. 1. de Rep. Hebr. c. 7. Bodin. de Repub. 5, 5. Loccen. Adde Ind. v. *Fus. Bofius*.

¹ Deos publ. suosque patrios penates] Vid. Ind in *Deus. Bofius*. Leid. & Voff. B. C. Deosque publ. Pro sepfisse. Voff. B. sepfisse.

² Neque eo quod inutile esset Gr. fec.] Sic diserte Mss. nec video cur necesse sit cum Lambino neque eos reponere. De re ipsa vide Thuc. lib. 1. p. 61. *Bofius*. Cod. P. Dan. & Ultraj. Ed. neque in eo quod. Sciopp. 1. Verisim. c. 20. legit neque eo, quod, sic & Schotti Codex & Voff. C.

³ Illor. urbem ut propugnaculum] Πελοποννησιακην. Ita vocat Diodor. lib. 14. *Rhegium*. Cicero pro Fontejo. *Est in Provincia Gallia Narbo Martius specula populi Romani ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & objectum*. Gebhard. V. Ind. in *Athenae & propugnaculum*. *Bofius*. Pro oppositam Leid. & Voff. C. oppositum. Sic & c. P. Dan. Sed oppositam legendum docet cl. Munck. ad Hygin. fab. 4. ut Voff. B.

⁴ Classiem regiam] Mss. Leid. & Boecl. *classes regias*. q. Edd. *classis regia fecisset naufrag*. *Bof.* *Fecisse* etiam Leid. meus. sic & legit cl. Munck. ad Hygin. fab. 4. Voff. A. B. *classis regias fecisse*. *Fecisse* abest a Voff. C.

⁵ Fecisse naufragium] Fuisse depressam aut disiectam. Ita Graeci quoque loquuntur. Plutarchus: *Αἰθιοπῶν τὴν αἰ, καὶ ἄλλοι οἱ σφοδρῶς ἔτι ἀνέμων μετὰ ταῖς πῆσαι ναυηγία*. Gebhardus. De hoc loquendi modo cl. Duk. ad Flor. 1, 13, 19.

⁶ Male & injuste facere] Sallust. Jug. 22. *Populum Rom. neque recte, neque pro bono facturum, si ab jure gentium sese prohibuerit*. Gebh.

⁷ Si suos leg. recip. vellent] Sic Galli retinent legatos spe recuperandorum obsidum apud Caesar. 1, 3. Comm. cap. 8. Gebhard.

⁸ Aliter illor.] Sic Mf. Dan. Sed Cod. Boecl. & vulgatae Edd. *alias*. *Mox si essent* glossa videbatur cl. Gronovio not. ad Liv. 34, 29. *Bofius*. *Essent* addunt Leid. & Voff. A. B. C. & pro *aliter* Voff. B. *alias*.

¹ Non effugit civium suor. irvidiam] Vide ex epistolis, quae sub Themistoclis nomine circumferuntur, 1. ad Aechylum, 2. ad Alceam, 14. ad Pausaniam, & 9. ad

mitterent: ⁸ aliter illos nunquam in patriam essent recepturi.

C A P. VIII.

Tamen ¹ non effugit civium suorum invidiam. namque ² ob eundem timorem, quo damnatus erat Miltiades, ³ testarum suffragiis e civitate ejectus, ² Argos habitatum concessit. Hic quum ⁵ propter multas ejus virtutes magna cum dignitate viveret, ⁶ La-

Habronychum. *Bosius*. Leid. *civico-ritan*. q. Edd. *Hic tamen* &c.

² *Ob eund. timor*] Sup. ad 1, 8, 4. *Bosius*.

³ *Testarum suffragiis*] Ostracismum intelligit, qui quomodo fieret, ab aliis dudum adnotatum est. Recte autem Plutarchus in Themistocle (p. 123. B.) observat non poenam fuisse decemnale illud exilium, sed mitigationem allevationemque invidiae, ut dignitatem eorum & auctoritatem deprimerent, qui uni omnium excellenter maxime & antistarent. Neque enim aut excidebant bonis suis, aut incurrebant infamiam: in eo omnis coercitio constabat, ut abessent ab urbe ad definitum tempus, ne potentia & gratia, qua pollerent, ad invadendam tyrannidem, invitarentur, & populis libertate privarentur. Quod in Pisistrato evenisse noverant. Nam post exactum ejus filium Hippiam, qui in Marathonica pugna ceciderat, contra patriam militans, institutus Ostracismus est, & lata lex, ut nemo unus excellat, aut si extiterit aliquis, alio loco, & apud alios sit. Similia his Plutarchus scribit Aristide p. 322. C. D. E. ubi etiam docet, quomodo ipsa illa res institueretur. *Buchn.*

Adde Ind. v. *Ostracismus*, & not. ad 5, 1, 3. In Mss. quibusdam erat *testularum*: qua voce in eadem re usus est infra 3, 1, 2. *Bosius*. Schotti Codex & Voss. B. C. *testularum*. Ad hanc historiam alludit Aristophan. Equit. vs. 816. ubi V. Schol. & ad Thucyd. l. 1. cap. 135. l. 99.

⁴ *Argos*] Ubi commorabantur, qui testarum suffragiis e civitate ejecti erant. *Lambinus*.

⁵ *Propter multas*, Leid. *per multas*.

⁶ *Lacedaemonii legat. Athenas mis.* &c.] Diodorus Sic. tamen lib. xi. a crimine absolutum refert, & postea ob suspicionem excellentiae patria pulsam. Thucydides vero lib. 1. jam ante patria a civibus ejectum, ad Lacedaemoniorum accusationem, ulteriore prosecutione ab Atheniensibus exagitatum fuisse auctor est. Et hoc convenit ipsius Themistoclis narrationi Epist. ix. & xiii. *Loceen*. Causam, cur Lacedaemonii accusarent Themistoclem, Diodorus hanc fuisse ait, quod ipsi ob Pausaniae prodicionem male audirent, Atheniensium v. existimatio inclaresceret, propterea quod nullus dum ipsorum civis prodicionis convictus esset. Itaque eos parem nomini Atheniensi ignominiae

6 Lacedaemonii legatos Athenas miserunt, qui cum absentem accusarent, quod societatem cum rege 1 Persarum ad Graeciam opprimendam 2 fecisset. 3 Hoc crimine absens proditoris est damnatus. Id ut audivit, quod non satis tutum se Argis videbat, 4 Corcyram demigravit. 5 Ibi quum ejus principes civitatis animadvertisset timere, ne propter se bellum his Lacedaemonii & Athenienses indicerent, 6 ad Admetum

notam inurere properasse. Bofius.

1 Persarum] Alii libri *Perse*: quos Lambinus excussit; *Persarum* vel *Persidis*. Gebhard. *Perse* Leid. & Cod. P. Dan. item Voss. A. C.

2 Fecisset] Longol. *inisset*, repugnantibus libris. *Facere societatem* etiam infra noster dixit 9, 2, 2. sicut & Cic. pro Quinctio 8. *facere amicitiam* 7, 6, 4. & 14, 10, 2. *Foedus amicitiamque facere* Justin. 12, 2, 12. Bofius. Cod. P. Dan. *fecisset*. Bofius sua partim Gebhardo debet, quare non adscripsi hic Gebhardi notam.

3 Hoc crim. abs. prod. est damnatus] Meminit iniqui hujus judicii quoque Dio Chrysostomus Orat. LXXIII. *Θιμιστοκλῆς*, inquit, *διηγετῆρ ἄπο τοῦ προδιδόντα, ὃς ὠχλασθεὶς ἀντὶς Ἐρισίου*. Nempe proditoris cum Pausania initae accusabatur, quoniam familiariter conutabatur, ac cotidie literas & nuncios ad eum misistabat. Thucyd. 1. Diod. Sic. 11. Plut. in vita. Qui tamen omnes ab hoc crimine eum absolvunt. Adde Plut. lib. de utilit. ex anim. capienda. *ἵταμος* Themistocles Ep. 14. Bofius. Leid. *damnatus est*.

4 Corcyram] Devinxerat enim sibi Corcyraeos beneficio, ut Thuc. 1. 1. cap. (136.) & Plut. in vita restantur. Unde se ab his defensum

iri, spectare poterat. *Magis*. v. sup. not. ad 2, 2, 1. Totam narrationem de Corcyraeis habes Epist. 12. & 19. earum, quae Themistocli tribuantur. Bofius.

5 Ibi cum ejus principes civitatis animadv.] Urbem esse insulae cognominem Corcyram, novimus: ejus dubii eximendi gratia addit Cornelius a civitatibus principibus, metu belli Lacedaemonii, Themistoclem facessere inde jussum. Quare non temere cum Schotto *ἢ ἀντιστῆσαι* exturbarim. Gebhardus. *Principes civ. anim.* Leid. *principes anim.* Civitatis abest etiam a Schotti codice Mend. pro *indicerent* Voss. A. *indicerent*. in Marg. *ἢ indicerent*.

6 Ad Admet. Mol. R. conf.] Sic fere Thucyd. 1. Diodor. 11. Plut. in vita, & ipse Epist. 19. & 20. prolixè. Sed de hospitio, quod noster narrat, in eo neminem adficientem habet. Nam plerique historicorum, etiam Cicero in Bruto, inimicum ei fuisse Admetum ajunt. Causam habes apud Plut. 1. c. & Scholiastem Thucydidis p. m. 90. Ipse Epist. 20. ὁ ἄδμητος ἐμὸν ἔγνων; καὶ εὖ οἶδ' ὅτι ἐμισθον. Thucyd. ἀναγκάζειν αὐτὸν ἄδμητον ἵτα ἀλλ' ἢ φίλον καταλύσαι. Ubi Longolius negandi particulam non agnovisse Neporem censet. Sed ego

metum Molossorum regem, cum quo ei¹ hospitium
 4 fuerat, confugit. Huc quum venisset, & in praesentia²
 rex abesset, quo majore religione se receptum
 tueretur, ³ filiam ejus parvulam arripuit, & cum ea
 se ⁴ in sacrarium, quod summa colebatur cerimonia,
 con-

potius cum Megio dixerim, alios auctores sequutum esse. *Bosius. Ad Adm. Molossorum* Leid. & Voss. A. C. fed B. *Molossorum Admetum Molossium*. Admetum Molossorum regem Themistocli fuisse inimicum tum schol. Thucydidis lib. 1. cap. 136. hic a Bosio citatus, tum Aristides Tom. 3. pag. 385. a cl. Dukero ad Thucyd. l. c. adductus abunde docent

1 *Hospitium fuerat*] Mf. Dan. *erat*; si quid video, recte. Nam hospitium, h. e. jus sive societas hospitii per totam vitam colebatur, immo in liberis quoque transibat, ut e Plauti Poenulo 5, 1. apparet. Cicer. ad famil. 13, 19. *Cum Lyso-ne Patrensi est quidem mihi hospitium vetus, quam ego necessitudinem sancte colendam puto*. De jure hospitii in universon, vide auctores in Indice laudatos. *Bosius*.

2 *Rex abesset*] Sic quoque Thucydides 1. & ipse Themist. Epist. 20. Diodorus tamen vult adfuisse & comiter eum excepisse. Caeterum in Mf. Leid. fuit *rex esset*: cui, ut opinor, occasionem praebuit non intellectum *quod in praesentia*. Librarius enim de loco accepit, cum debuerit de tempore. *Bosius. Leid. verum abesset pro rex abesset*.

3 *Filiam ejus parvulam*] Imo filium, si Thucydidi (l. 1. c. 136.) & Plurarcho credimus. Quare Lambin. existimabat vel lapsum esse Nepotem, vel alios sequutum, vel er-

raturum esse librariorum. Et ante Lambin. Longolius non dubitabat a Nostro scriptum fuisse *filium parvulum*. Epistola 19. Themistoclis: *ἡμῶς δ' ἐπίστειμι ἐναξιζόμεθα, ἔτιω γὰρ ἐνὶλευς ἢ κερταίοπολις. Ἀεῖβδης δ' ὁ μικρὸς ἔπορχησε ἢ ἐμοὶ ἢ ξίφει ἐν Σαπίεα*. Quae si ab ipsius manu sunt, res confecta est. Sed notum est Graeculorum studium in Epistolis hoc genus fingendis. *Bosius*.

4 *In sacrarium, quod summa colebatur cerimonia*] Morem hunc omnium Graecorum fuisse apparet, ut e foco, veluti asylo, extrahere nefas ducerent; ut nec ab ara, nec a principis statua rapere licebat. Pleni jureconsultorum libri, vide proverb. *E Vesta, Hier. Magium in Probi Pausanian num. 17.* & e Thucydide *Turnebum Adversar. 21. 8.* & hac de re differenter *Jacob. Raetvardum Variar. 1, 7. Schottus. Voss. A. cerimonia pro ceremonia*.

1 *Inde non prius egressus est*] Mf. *Boccl. Inde prius egressus non est*. Elegantius, ut opinor. *Bos. Sic & Voss. B.*

2 *Data dextra*] Nullum de data dextra apud historicos, qui exstant, verbum. Probabiliter a hoc a Nepote, sive ab aliis sumtum, sive de suo additum, positum est. Nam qui sancte aliquid promittebant, & fidem dabant, dextram dabant, apud veteres. Sic apud *Xenoph. ἐλλαντικ. δ.* non longe a principio: *ἐν τῶν δόξιδος δόντες ἢ λαβόντες, ἐπὶ ταῖς ἀπάντησιν ἢ κόντιν*. Sic *M. Tullius*

conjecit. 1 inde non prius egressus est, quam rex eum 2 data dextra 3 in fidem reciperet: quam prae-stitit, nam quum 4 ab Atheniensibus & Lacedaemoniis exposceretur publice, 5 supplicem non prodidit; monuitque, ut consuleret sibi. difficile enim esse, in tam propinquo loco tuto eum versari. Itaque 6 Pydnam cum deduci iussit, & quod satis esset 7 praesidii dedit. Hac re audita hic in navem 8 omnibus igno-

tus

Tullius. Philipp. 11. *Dexteras, fidei testes, perfidia sunt & scelere violatae.* Idem 7. ad Att. 9. *contra Caesarem, ubi sunt densae illae dexterae? Hesy-chius: δεξιά, αἱ γινώσκουσαι καὶ συνδέουσαι ἡμετέρας τῆς δόξης καὶ τῆς ἐπιπέρας ἐπὶ τοῖς συμβουλοῦσι καὶ βέλται ἰσχυροῦ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ συντίθειναι.* &c. Lambinus. add. Martell. Donat. Dilucidat. ad Capitolini Maximinus pag. 644. & seq. Bosius.

3 *In fidem reciperet, quam praeslitit]* Ciceroniana locutio ut 13. ad Fam. Epist. 19. *Ut Lysonem in fidem necessitudinemque tuam recipias.* Et recipere etiam pro in societatem accipere poni docet Servius ad Virgilium lib. 3. Aen. vl. 666. Voss. C. *quam rex quem d. i. f. v.*

4 *Ab Athen & Laced. exposceretur]* Exposcere est ἰκετεύειν ἢ τιμωρία infra Hannib. *Hos Annibal sui exposcendū gratia missos ratus.* Caes. lib. 3. Civil. 110. *Hi regem amicos ad mortem deposere* Hirtius lib. 8. c. 38. *Principem se. i. & concitatore b. G. ad supplicium deposcit.* Gebh. Longa oratione, ut ait Thucydides: *cujus summam una cum responso Admeti habes epist. modo laudata, pag. 38. 39.* Edit. Graeco Latinae, add. Diosdorus 11. pag. Gr. 270. Bosius. *Ab abest a Voss. B.*

5 *Supplicem non prodidit]* τὴν δὲ ἰσότη-
τος ἡμετέρας τιμωρίας, ut loquitur Polyæn.

lib. 8. Gebhard. *Veteres a Deo mit-ti supplices, praesertim non sua culpa calamitosos, ideoque prodi, contra jus divinum & naturae fore credebant: qua de re digna legi est epistola Ihsidori Pelusiotae cxxiv. lib. 111. Loccen.* Est autem *prodere* heic idem quod tradere, periculo exponere. Thucyd. ἐν ἐπιπέρας. v. Ind. Bosius.

6 *Pydnam]* Leid. & cod. P. Dan. *Phydnam* Voss. A. C. *Phidnam.* *Hac re audita abunt a. Leid.*

7 *Praesidii]* Ἐπίδοσις ἢ Ὀπισθοπολίω Epaminonda. *Praesidium dedit, ut co-tuto perveniret.* Gebhard.

8 *Omnib. ignotus]* Ed. Ultraject. & Mss. Schotti, Leidensis, Boecleri, addunt *nautis.* Quod a praecedenti facile absorberi potuit. Thucyd. ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν ἐπὶ τῆς νῆος. Schottus tamen glossema censebat. Mox Ed. Ultraj. pro *ascendit* habebat *exscendit*: Mf. Dan. *escendit*, quod verbum & aliis scriptorib. e Mss. restituerunt Gruterus, Gronovius, alii, ideoque heic reponere non dubitavi. Bosius. Voss. C. *Ulcro audita*, & proferretur in Leid. *fertur*, & paullo post *pro neque quemq. eque quemq.* Mf. Cod. A. *nautis ascendit.* Voss. B. *ignotus nautis ascendit.* C. *ignotus exscendit. E-scendere & ascendere confusa saepius esse docet nos cl. Cort. ad Sallust.*

tus ascendit. quae quum tempestate maxima Naxum ferretur, ubi tum Atheniensium erat exercitus, sensit Themistocles, si eo pervenisset, sibi esse pereundum. hac necessitate coactus domino navis, ¹ qui fit, aperit, multa pollicens, si se conservasset. At ille clarissimi viri captus misericordia, diem noctemque procul ab insula in salvo navem tenuit in ancoris, neque quemquam ex ea exire passus est. ² Inde Ephesum pervenit, ibique Themistoclem ³ exponit: cui ille pro meritis ⁴ gratiam postea retulit.

CAP.

Cat. cap. 55. n. 3. qui & *ascendere navim* ex corrupto hoc nostri Auctoris loco defendit ad Jugurth. cap. 25. n. 5. Proprium tamen in hac re esse verbum *ascendere* recte docet nos Vir. Clarissimus P. Burmannus ad Phaedr. lib. 4. fab. 21. vs. 9. & sic in Alcibiad. cap. 4. & *in trivernem ascendit*, sive ut Cod. Leid. & *trivernem ascendit*, ubi nullus Codex profert *ascendit*. Ast in Epam cap. 4. pro *in navem adscenderet* Vetus Cod. Gebhardi habet *ascenderet*. Ceteris habentibus *adscenderet*. *Conscendit navim* dixit noster in Hannib. cap. 7. ubi in Cod. Ms. A. *navem ascendit* legitur. Cellarius & Bosius hic in textum receperunt *ascendit*, quos nondum sequar.

¹ *Quis fit*] Mss. Dan. & Boecl. *qui fit*. Recte. *qui* pro *quis* ut saepe apud Plaut. Terent. Cic. Rem fere eodem modo narrat Thucyd. & Polyæn. 1. adduntque Themistoclem minatur, nisi ab ipso servaretur, se dicturum Atheniensibus illam pecunia se corrumpi passum. Quod etiam ipse ep. 19. refert: sed cerebra paullo aliter narrat. Bosius. *Qui fit* etiam Voss. B. C.

² *Inde Ephesum*] Diodorus multo aliter lib. 2. Lambinus.

³ *Exponit*] *ἔκθετόν* Curtius, Caesar aliique, quam creberrime ille lib. 3. Civil. c. 31. f. *Neque affectionem voluntate filium exponere in terram patitur*. Ita Graeci quoque *ἐκθέτειν* usurpant Plutarch. Dione *ἐκθέτειν* *ἄνευ ἐκθέτειν* sic *ἔκθετον*. Curt. lib. 9. c. 47. *Qui expositi erant inique ad narves trepidi, & improvise malo attoniti recurruunt*. Hirtius de B. Africano c. 10. *Aquandi causa remiges in terram exposuisset*. Gebhard.

⁴ *Gratiam post retulit*] Nempe ingenti pecunia eum donavit, ut Thucyd. & Plut. referunt. Bosius. Postea Gr. r. Voss. B.

¹ *Plerosque*] Ephorum scilicet, Dinonem, Clitarchum, Heraclidem, aliosque complures Plutarcho laudatos. cum quibus & Diodor. Siculus 11. ac Epistola 19. Themistoclis faciunt. Bosius.

² *Themistoclem Xerxe regnante in Asiam transisse*] Membranaceum meum codicem melius legere arbitror: *Themistoclem ad Xerxem regnantem in Asiam transisse*: (quomodo & Schoppius Verisim. 1. 20. e libro vet. emendavit) Ita enim est apud

CAP. IX.

Scio¹ plerosque ita scripſiſſe, ² Themistoclem¹ Xerxe regnante in Aſiam tranſiſſe. ſed ego potiſſimum Thucydidi credo, ³ quod aetate proximus erat, qui illorum temporum hiftoriam reliquerunt, & ejuſdem civitatis fuit. ⁴ Is autem ait, ad Artaxerxes

apud Diodorum Siculum. Sic paulo poſt dicit Cornelius noſter: ad Artaxerxem eum veniſſe. Verum Xerxis & Artaxerxis nominum apud Perſas permutatio Chronologiam Perſarum non parum turbat. Diſſenſum veterum hiftoricorum ſuper hac re Plutarchus quoque indicat *Themistocele* pag. 265. quem Aعاتius ad Thucyd. conciliare ſtudet. Ait enim ad Artaxerxen veniſſe, qui cum patre tum, poſt cladem in Graecia acceptam, Rempub. geſſerit. *Ernſtius*. Videndus omnino Petav. part. 2. Ration. Temp. lib. 3, 10 *Boſtius*. Conſule etiam Dukeram ad Thucyd. L. 1. c. 137 L. 49. Mf. Oxon. *Themistocele*. ad Xerxem regnantem in Aſiam miſiſſe.

³ Quod aetate proximus erat] Ex Mf. Cod. lege, quod aetate proximus ab his erat. *Ernſt*. Alii libri, excerpte P. Daniele, aet prox. de his qui. *Schoppius* prox. ab his qui. *Schottus* vero addit de Mf. ſuo proximus erat iis. Verum vulgata eſt mihi veriſſima ſcriptura, cum infinitis locis provocabulum omittat *Nepos*, ut *Lambinus* diligenter monuit. *Gebhard*. Sic e Mf. Dan. proximus de his legendum puto. Vulgo eſt proximus, qui ill. t. h. r dura admodum elipſi. *Schoppius* veriſſim. 1. 20. e Bavarico: qui aetate proximus ab his qui &c. *Ernſtius*

e ſuo: qui aetate proximus ab his erat, qui &c. *Schottus* denique e *Mendozaiano*: proximus erat iis, qui &c. Quae lectiones omnes contextui repugnant. Neque enim ideo Thucydidi potiſſimum credere ſe ait *Nepos*, quod proximus aetate fuerit hiftoricorum illis, qui res illorum temporum compoſuerant; ſed quod ipſe vetuſtiſſimus inter eos, & temporibus illis proximus. Nam *Ephorus*, *Dionon*, *Clitarchus*, *Heraclides*, *Diodorus*, ceterique, qui Themistoclem Xerxe regnante in Aſiam tranſiſſe ſcripſere, omnes aetate multo poſteriores fuere. Thucydides a. Olymp. LXXVI. anno ſecundo, hoc eſt quadriennio ante exilium Themistocele natus fuit. vid. *Voff. de Hiſtor. Graec. l. 1. c. 4*. De his igitur eſt: inter hos, ex his, ut ſupra c. 4, 3: de ſervis ſuis, quem habuit ſideiſſimum. Cuius ſignificatus ignoracione factum puto, ut tam varie locus hic a librariis interpolaretur. *Boſtius*. Proximus erat iis *Voff. A.* proximus & is qui C. mox pro & ejusdem. *Leid. ut ejusdem*.

⁴ Is autem ait, ad Artaxerxem eum veniſſe] *Suidas* ait, *quibus &c. εἰς τὴν Περσίαν* & *τὸν βασιλέα* *Ευκλείας* *Ernſtius*. Id quod etiam ſcripſerat *Charon Lamproſacenus*, teſte *Plutarcho*: ſcriptor Thucydide, ipſoque etiam *Herodoto*, ut volunt.

xem cum venisse, atque¹ his verbis epistolam misit.
² se. Themistocles veni ad te, qui plurima mala o-
 ranium Grajorum in domum tuam intuli, ² quum mi-
 bi necesse fuit adversum ³ patrem tuum bellare, pa-
³ triamque meam defendere. Idem multo plura ⁴ bona
 feci, ⁵ postquam in tuto ipse & ille in pericylo esse
 coepit. Nam ⁶ quum in Asiam reverti vellet, prae-

coe-

antiquior. Ceterum cum utraque
 sententia magni nominis scriptori-
 bus nitatur; idcirco Petavius, ut
 componeret hunc dissensum, dup-
 lex regni Artaxerxis exordium
 constituit, vultque decem annos
 cum patre regnasse. vide eum lib.
 10. de doctr. temp. c. 25. & in Ra-
 tion. temp. part. 2. l. 3, 10. Wilh.
 Langius, fere iisdem rationibus in-
 ductus, cum anno paterni imperii
 tertridecimo regem designatum ex-
 istimat, lib. 2. de annis Christi cap.
 15. Sed multis utraque eorum sen-
 tentia difficultatibus premitur: ut
 alibi fortasse docebimus, Usserus p.
 187. mortem Xerxis in annum P. L.
 4240; Themistoclis transitum in
 proxime sequentem conjicit. Quod
 si recte se habet, ita conciliaveris
 hunc dissensum, ut transferit qui-
 dem ad Xerxem, (quem nondum
 cognorat obiisse:) sed a filio de-
 mum ejus Artaxerxe receptus fue-
 rit. Bosius.

1 His verbis epistolam misisse] Haec
 eorum respondisse Regi ipsum in-
 crepanti, ait epist. 19. p. 41. Vide
 ib. Bosius.

2 Cum mihi] Ms. Dan. quamdiu.
 quomodo Thucydides: ὅσον χρόνον
 ἔσεν πατέρα ἰμόντα ἔμοι ἀνάγκη ἡ-
 μιν ἔμμεν. Boeckl. quod An legendum
 quoad mihi nec. fuit? vel τὸ quod
 pro quoad accipiendum? Bosius.

3 Patrem tuum bellare] Leid. pa-
 trem bellare. pro adversus Cod. P.
 Dan. adversum. pro Omnium Grajo-
 rum Voss. A. C. hominum Grajorum.
 & pro cum semper in hoc Cod.
 quum reperitur. Nec absurda lectio
 est hominum Grajorum, quum veteres
 dixerent homines Germani, homines
 Latini &c. Vide J. Fr. Gronovium
 L. 2. Obs. cap. 13. & Tib. Wop-
 kens Lib. 2. Lect. Tullian. cap. 17.
 p. 227.

4 Bona feci] Ms. Bayarus vetu-
 stior: orsus fui, Schoppio referente
 Verisim. 1, 20. sed Graeca Thu-
 cydidis non congruunt. Bosius.

5 Postquam in tuto ipse] Vir Cl.
 legendum conjecit: post. in t. ipsa,
 de patria sentit. Sic & aptius co-
 haereret oratio. Nisi tamen Nepoti
 Thucydidaea illa exprimere consti-
 tutum, Ἐπειδὴ αὐτὸς ἀσφαλὲς ἔμει ἐμοί, ἐ-
 κείνο δ' ἐν ὀσμυνοδύνασι πάλιν ἢ δευρομυνοδύ-
 νῃ ἔμμενο. Ad prioris conjecturae men-
 tem oppido Plutarchus: ὅτι τὸ Ἐλλά-
 δ' ἐν ἀσφαλείᾳ ἡμετέροις, παρὰ τὸ τὰ δεινὰ
 σωζόμενα χάρισμα ἔχει καὶ ἡμῖν. Boeckl. Ego
 abicit etiam a Leid. & Cod. P. Dan.

6 Cum in Asiam reverti vellet] Ita msc. Schottus in scripto Codi-
 ce reperit, nollet, idque convenire
 autumat iis, quae dixit Noster 2, 5,
 1. Timuisse Themist. ne perseveraret
 Xerxes bellare. Plutarchus transtulit
 haec ad propositum fugae Persarum
 post.

no apud Salamina facto, litteris eum certiozem feci, id agi, ut pons, quem in Hellesponto fecerat, dissolveretur, atque ab hostibus circumiretur. quo nuntio ille periculo est liberatus. Nunc ad te autem 4 confugi 1 exagitatus a cuncta Graecia, tuam petens amicitiam: quam si ero adeptus, 2 non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus est. 3 Ea autem rogo, 4 ut de his rebus, 5 de quibus te-

post missum a Themistocle nuntium, non ad consilium perseverandi, quod antea habuerit Xerxes. hoc sensu: cum jam reditum Persa maturaret, Themistoclem effecisse, ut tutus ei receptus esset ab insectatione Graecorum. πολλά μιν ὀφείλασιν ἐμοὶ κατὰ Πέρσας, πλείω δ' ἀγαθὰ καλοῦσάντι τῷ δέσποτι. Quae verba Themistoclis vulgaram lectionem tuerentur, si nuntium Xerxi missum ante voluntatem revertendi, esset hic memorarum Boecl. Xerxem ante acceptum a Themistocle nuntium cogitasse reverti, clare docet Herodotus. Nam postquam narrasset consilium Artemisiae reditum suadentis subjicit ἡσθη τε δὴ τῆ συμ-βουλῆ Χέρξης λέγεσθαι ὅτι ἀπετόλμασεν τὰ πρὸς αὐτὸς εὐδὲ, ἢ δὴ ὅτι ἢ πρὸς αὐτὸς ἢ πρὸς αὐτὸς ἢ πρὸς αὐτὸς. Quae satis meo quidem iudicio receptam lectionem tuentur. Bosius. Vellet etiam Leid. & Voss. A. B. & pro Salamina Leid. & Voss. A. B. C. Salaminam. paullo post circumiretur & in Cod. P. Dan. & Voss. A. C. confugi ad te. 1 Exagitatus a cuncta Graecia] Translatio a Venatoribus, qui exactam cubilibus suis feram nullibi patiuntur consistere, donec in potestatem veniat. Ovidius (L. 3. Art. Am. 662.) Et lepus hic alius

exagitatus erit. Gebhard. Ad L. d. Ovidii consule Cl. Burmanni notas.

2 Non minus bonum amicum &c.] Non video, quid sibi velit dubitatio Lambini quaerentis, quid intersit inter fortem & bonum? aut cur acrem inimicum (quod substituendum putabar) commodius legi possit. Sensus satis planus: pater tuus virtutem meam & industriam in hostem expertus est: tu experiere fidem & operam amici. Bonus amicus, non latissimo illo significato boni, qui ad omnes virtutes pertinet, sed respectu fidei & utilitatis, ad quam praesertim Themist. apud Thucyd. & Plutarch. provocat, accipiendus est: sicut fortis inimicus efficaciam in nocendo & strenuitatem notat. Denique: Βαρεὶς πολέμου, ἢ χερσὶ φίλου. Boecl. Adde Gebhardi laudatos Tacit. 1. H. 71, 2, 3. Senec. de Ira 2, 34. Bosius. Itaque Gebhardi notam hic omisi.

3 Ea autem] Leid. id autem.

4 Ut de his r.] Leid. ut his r

5 De quibus tecum loqui volo.] Schotti liber, Mss. Bavari Schoppio 1. Verif. c. 20. laudati: quam tecum colloqui volo. Bosius. Vossian. A. quas tecum colloqui item B. C. Loqui sive colloqui res pro de rebus satis defendi potest. Adi cl. Cort. ad Sallust. Cat. cap. 5, n. 9, & Graecorum.

tecum colloqui volo, 3 annum mihi temporis des, eoque transactō, me ad te venire patiaris.

CAP. X.

Hujus rex animi magnitudinem ⁴ admirans, ⁵ cupiensque talem virum sibi ⁶ conciliari, ⁷ veniam dedit. Ille ⁸ omne illud tempus literis, sermonique Persarum dedit: quibus adeo eruditus est, ut multo commodius dicatur apud regem verba fecisse, quam ² hi poterant, qui in Perside erant nati. Hic cum multa regi esset pollicitus, gratissimumque illud, si

fuis

corum est imitatio sic *ἰοδύεν πύχλω* pro *μοεὶ πύχλω* Eur. Alcest. v. 1070. in Suppl. v. 612. *Δυνατὸς δαίμωνος σὺ γ' ἐνέμενος.* adi Schol. Aristoph. Acharn. v. 203. & Doctiff. Elsner. ad Eu. Lucae cap. 20. Comm. 37.

³ *Annum mihi temporis des*] Probat prae caeteris hanc lectionem Savaro. At Schoppius e Schedis Gifanii *annum mihi tempus des.* At P. Daniel *annum mihi temporis spatium.* A Savarone non ausim dissentire. Gebh. Leid. *annuum mihi temporis spatium.* recte Bosio *annum mihi temporis spatium.* mox *ad te venire patiaris* omisso *me* Boecl. & Voss. B. C.

⁴ *Admirans*] Beecler. *admiratus.* Bosius. Voss. B. *admiratus,* sed supra notatum erat *admirans.*

⁵ *Cupiensque t.]* Leid. *cupiens t.* & sequens *sibi* abest a Leid. De re vide cl. Wasse ad Thucyd. L. 1. c. 138. L. 65.

⁶ *Conciliari*] Inter suos adjici Gebhardus.

⁷ *Veniam dedit*] Sic loquitur Pausania, Dione, atque Eumene. Caes. L. 7. Comm. c. 15. f. *Datur potentibus venia.* Justin. L. 11. c. 15. *Ero se iustam magis quam gravem se*

pulturae veniam orare. Cicero Attico. *Impetravi a Salaminiis ut silerent, veniam illi quidem mihi dederunt h. e. permiserunt vel concesserunt.* Orofius Lib. 5. c. 15. *Tandem Marius Consul forti desperatione spei veniam fecit.* Gebhard. Concessit. V. Ind. Bosius. Adde cl. Munckerum ad Hygin. fab. 45.

⁸ *Omne illud tempus lit. sermonique Pers. dedit*] Valerius Maximus L. 8. c. 7. Ext. 15. Graecus scriptor *ἄντιον*. *Μηδῶν φωνῶν μαθὼν ἰδιδάξῃ ἀντιῶν* (Artaxerxem) *πᾶς ἱστορίας ἡ παρὰ τὸν ἑσέξω.* Gebhard. De eo nihil Themistocles in suis epistolis, sed in itinere ex congressionibus & consuetudine se linguam Persicam didicisse refert ep. 19. Nisi forte annum spatium non solum linguae, sed & morib. gentis perdiscendis, ut notat Thucydides, sumserit. Mores enim populi non in transitu, sed longiori consuetudine addiscuntur. Loecken. Pro id tempus Leid. *id tempus.* & pro *dedit* Leid. *se dedit,* sic & Voss. A. C.

¹ *Se Graeciam bello oppressurum*] Id regi eum promisisse, ceteri quoque scriptores tradunt, fateturque

ip

suus uti consiliis vellet, illum¹ Graeciam bello oppressurum, magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Asiam rediit, domiciliumque Magnesia sibi constituit. ² Namque hanc urbem ei rex donarat, ³ his³ usus verbis, ⁴ quae ei panem praeberet: ⁵ ex qua regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant: ⁶ Lampiacum unde vinum fumeret: Myntem, ex qua

ipse epist. 11. & 20. quamquam extr. ep. 19. neget se hoc unquam admissurum. Στρατηγισμῶν, inquit, ἐστὶν Ἀθῆναις ἐξ ἧς, καὶ τῶν ἀθῆναιῶν πανμαχῆσιν μαχόμενα, πολλὰ ἄλλα ἔσται, ἅπλοιο δὲ ἔδραστοι. Tantum ergo Athenienses Ostracismo suo profecerunt, ut eminentes proscripti, praefertim ambitiosi & injuriae impatientiores, instrumenta se praeberent opprimendae patriae, quum tutius fuisset subruere fundamenta, quibus eorum eminentia nitebatur, & velut subtrahentis alimentis ambitionis ignem extinguere. Ad Forstner. in 2. Ann. Taciti p. 136. seqq. Boecleri Comment. p. 64 seqq. Haec fere Loccenius. Quibus adde judicium scriptoris Itali e libro nuper edito, cui titulus *la Secretaria di Apollo*, pag. 947. seqq. & notam Cl. Buchneri ad 2, 8, 1. Bofius. *Illium Graeciam* Cod. P. Dan. & omnes mei Codices. Pro *Magnesia* Leid. *Magmen*. Quae abest a Voss. C.

² *Namque hanc urbem &c.*] Quidam Mss. & editi: *Namque h. u. ei R. don. cum duabus aliis his usus verb.* Sed inserta merito suspecta Lambinus habuit. Et absunt ab optimis libris. Mox Mf. Dan. *his quidem verbis*. Quod Longolius plane omisit. Bofius. Leid. *donarat*.

³ *His usus verbis*] Leid. & Cod. P. Dan. *hisque verbis*.

⁴ *Quae ei panem praeberet*] Sic Thucyd. Diod. Sicul. Plutarchus; Qui ex Neanthe & Phania addit Percoram & Palaescepsin in stragula & vestitum; quos sequitur Athenaeus lib. 1. Hunc morem Persarum in donando commemorat & M. Tullius 3. in Verr. cap. 33. *Soleve ajunt barbaros reges Persarum ac Syrorum plures uxores habere: his autem uxoribus civitates attribuere hoc modo: Haec civitas mulieri vedimiculum praebeat, haec in colulum, haec in crines. Lambin.* Similia habes ap. Platon. Alcibiade primo p. 33. Bofius.

⁵ *Ex qua regione quingque ei talenta*] *Ei abest* Msc. De caetero vox *regio* etiam in Msc. comparet. ex qua Lambinus fecerat *regi: ex qua* (scil. Magnesia) *regi q. t. q. r.* Boeclerus. Pro *redibant* Leid. *redibat. ei abest* a Voss. A. B. C.

⁶ *Lampiacum*] Mf. Boecl. *Lampf. autem*. Mf. Dan. & vulgg. edd. *Lampf. item*. Et certe tale quid requiri videtur, ut cohaereat oratio. Mox pro *Myntem* Mf. Boecl. habebat *Smyrnam*. Sed reliqui scriptores, ipseque Themistocles ep. 19. *Myntem* nominant. Bof. Item Leid. & Voss. B. agnoscunt autem. & pro *Myntem* Voss. A. C. *Myntam*, Leid. & Voss. B. *Smyrnam*. *Myntam* recte editum esse patet ex Scholiaste

qua opsonium haberet. Hujus ad nostram memoriam monumenta manserunt duo, ² sepulcrum prope oppidum, in quo est sepultus: statuæ in foro ³ Magnesiæ. ⁴ De cujus morte ⁵ multis modis apud plerosque scriptum est: sed nos ⁶ eundem potissimum Thucydidem auctorem probamus: qui illum ait Magnesiæ morbo mortuum: neque negat fuisse famam,

[Aristophan. Equit. vf. 84. De re & more hoc consule Interpretes ad Thucyd. L. 1. cap. 138. L. 93. & 94. & Hotom. ad Ciceron. L. 3. in Verrem. cap. 33.]

² Sepulcrum prope oppidum] Athenas scil. ubi adhuc Paulaniæ ævo (vixit autem sub Marco Imp.) ad maximum portum exstitisse, ex Atticis ejus discimus. *Oppidi* voce supra quoque 1, 4, 2. ita usus est. V. Ind. *Bosius*.

³ Magnesiæ] Leid. *Magnesiæ*. in foro modo adscriptum erat alia manu in Voss. A. Voss. C. *Statuat vero pro statuæ in foro*.

⁴ De cujus morte] Hieronymus ep. 11. ad Nepot. *Sapiens vir Graeciæ Themistocles cum expletis centum & septem annis se mori cerneret, dixisse fertur, se dolere, quod tum egredereetur e vita, quando sapere coepisset.* Sed vel corruptus is locus, legendumque *Theophrastus*, vel sanctus pater memoria lapsus est. Vide *Casaub.* ad *Theophrasti* character. p. 97. & *Phil. Carolum Var. lect.* 2, 7. *Bosius*.

⁴ De cujus morte] Pro de hujus autem morte, quem loquendi modum illustrat *Tib. Wopkens* lib. 2. *Lect. Tullian.* cap. 13. pag. 200.

⁵ Multis modis] Consensus librorum præstat *Multimodis*, quod post *Savaronem* & ipse admisit *Apulejus*.

Quarum substantia multimoda potestatem coitione conficitur. Vetus Poeta apud *Ciceronem* de *Oratore*, *Multimodis sum circumventus morbo exsilio atque inopia*. *Gebhardus*. *Mff.* *Dan.* *Gif.* *Savar.* *multimodis*; quod probant ac tuentur *Savaro*, *Gifanius* in *Ind.* *Lucret.* & *Gebhardus*, a quibus dissentire nolim. *Uti Plautus*, *Terentius*, & sapissime *Lucretius*. Vetus Poeta ap. *Cic.* de *Orat.* 3, 58.

Multimocks sum circumventus, morbo, exsilio atque inopia.

Bosius. *Leid.* *multis modis*. *Voss. A.* *multimodis*. est abest a *Voss. C.*

⁶ Eundem potiss.] *Mf.* *Boecl.* *eum potissimum*, ut & *Voss. B.*

¹ *Venen. sua sponte sumf.*] Pro certo id affirmat *Suidas* dicto loco. *Ernstius*. *Tauri sanguinem*. Videtur autem istud sacrificium peragere voluisse brevi iturus in Expeditionem *Dianæ* *ἱερῶν*. *Val. Max.* 5, 6. ext. 3. *Themistocles, quem virtus sua victorem, injuria patriæ imperatorem Persarum fecerat, ut se ab ea oppugnanda abstineret, instituto sacrificio exceptum patra tauri sanguinem hausit: & ante ipsam aram quasi quaedam pietatis clara víctima concidit.* *Scholiorum auctor* in *Aristophan.* *Equites.* vf. 83. *Ἐν Μαρμαρίῳ, ὅθεν τὴν αἰσθητικὴν ἐκείνου τὴν ἀρετὴν ἔμαρτυροῦντες ἐκείνου τὴν ἀρετὴν ἔμαρτυροῦντες.*

man, ¹ venenum sua sponte sumfisse, ² quum se, quae regi de Graecia opprimenda pollicitus esset, praestare posse desperaret. Idem ³ ossa ejus clam in Attica

Et paulo post: Σύμμαχον δὲ φησὶ
 φεύδου περὶ Θημιστοκλέους. ἔτι γὰρ Ἡρό-
 dotος τὴν ἑστὴν Θεμιστοκλέους ἴσχυρει. Ἐστὶ
 γούνη δὴ ποσοκλέους Ἑλίνας.

Ἐμοὶ ὅ τ' ἄσπονδον αἶμα ταύρου γ' ἐπιπέην
 καὶ μὴ γὰρ πλείον ἢ δ' ἔχην δυσφημίας.
 Τῆς δὲ φασὶν εἶναι ποσοκλέους περὶ Θημι-
 στοκλέους τὸ πρῶτον φησὶ. φεύδου δ' ὅ, ἢ γὰρ ἐστὶ
 πρῶτον. Opinionis originem, qua hausto immolati tauri sanguine Themistoclem sibi mortem conscivisse credebatur, aperit: nempe ex vitiosa Sophoclei dicti interpretatio-
 ne orram putat, ad cujusmodi factum alluisse Tragicus vulgo existimabatur. Et si Thucydides, Herodotus aliique nihil de sanguine taurino prodiderint; tamen plures reperire licet, quibus haec opinio sit firmiter accepta; quam illos qui Thucydidi assensum commodent. Videatur Cicero Bruto (cap. 12.) Diod. Sic. l. xi. pag. 272. pr. Valerii locum adduxi: B. Hieronymi testimonium ad manum non est; quamvis resideat in memoria Graecus quidam scriptor apud Aristoph. Explanatorem. Themistocles ὁ ἄρχηγός ἄμα τῷ στρατηγῷ (Attaxerxis) εἰς Μαγνησίαν, ἢ καταγνῆς ἑαυτοῦ, εἰ οἱ δι' αὐτὸν σωθίντες Ἕλληες, εἴτα δολοῦσι βαρβάρους, ἀποφάσκει χρυσάμινον ὡς θυσιῶν ὑπερβαλῆσαι βύλιον, ἢ ἡραρχῆσαι τῇ λυκίῳ ἡραρχίᾳ καλῶ-
 μιν, ταύρου ὑπερβαλῆσαι πύλον, ἢ ὑπερβαλῆσαι τὸ αἶμα, ἢ χανδὸν πᾶν ἰτα-
 λωτικῶν ἰσθμίων. Sic teste Strabone lib. 1. Geograph. irrumpentibus in Phrygiam Cimmericis Midas epoto Tauri sanguine obiit. Ἦναια, inquit, Μίδαν αἰμαδι Ταύρου πίνοντα φα-

σιν ἀπελθῆναι εἰς τὸ χρεῶν. Traditque Plutarch. Flaminio; ex quorundam opinione Hannibalem Midas & Themistoclis exemplo taurino sanguine epoto se evitasse. Gebhard. Themistoclem vitae pertaesum mortem sibi conscivisse narrat Plutarchus in Cimone p. m. 490. qui tamen nihil de taurino sanguine addit. de quo commento, ut multi putant, consule cl. Dukerum ad Thucyd. lib. 1. cap. 138. l. 87. Sumere vero proprie hic sumitur, ut & in Dione cap. 2. Hoc aeger sumpto, somno sopitus, diem obiit supremum. Nam hoc verbum de medicamentis, quae potamus, dici solere docet cl. Burmannus ad Serenum Samonicum de Medicina cap. 9. five v. 127.

3 Cum se, quae regi de Graecia opprimenda pollicitus esset, praestare posse desperaret] Alludit Cic. 10. ad Att. 7. Ἄδωνος scriptor apud Aristophanis Explanatorem: Οἱ δὲ φάσιν, εἰς Λυκίᾳς ὁ Θημιστοκλέους εἰς ἀρχὴν ἑστὴν τῆς διαπορῆσθαι τῷ βασιλεῖ, ἀπερὶ ἐπιπέην, ἔτι οὐκ ἔτι τῷ θανάτῳ αἰσῶν παρεγγύατο. Gebhardus. Ergo priusquam promittendum aliquid, dispicere oportet; & explorare vires nostras, utrumne praestare, quae pollicemur; nostrae opis sit. Ne leves aut temerarii videamur; ac dedecus non modo auferamus, sed in periculum quoque nos coniciamus. Plutarchus tamen & alias hujus rei causas affert; qui videri in Themistocle potest. Buchn. Voss. B. optinenda.

1 Ossa ejus clam in Attica ab amicis esse sepulta] Alii publico decreto

tica ab amicis esse sepulta, ¹ quoniam legibus non concederetur, quod proditionis esset damnatus, memoriae prodidit.

factum fuisse prodiderunt jussu Oraculi, quod non citius fore pestilentiae finem responderat, quam si Themistoclis ossa Magnesia rediissent. Ἀδύνη quidam ap. Arist. interpretem; λαμβάνεται ὁ Ἀθηναῖος ὁ θεὸς εἶπε μινάγει τὰ ὄστια θεμιστοκλέους Μαγνήτων ἢ μὴ Συγχωρήσαντες, ἢ ἄνευ πάντων πειθόντων ἡμέτερος ἐπαγίαντες τὰ τὰ αὐτῶν ἢ περιανέσσαντες τὸ χωρεῖν, καθεὺν κομίζουσι ἀνορθῶντες τὰ ὄστια. *Gebh. Pro Am. esse sepulta. Leid. & Boecl. item Voss. B. C. am. sepulta v. cl. Duk. ad Thucyd. l. 1. c. 138. l. 94.*

¹ Quoniam leg. non conced. quod proditionis &c.] V. Ind. *Lex*, & Kirchmann. de funer. Rom. app. pag. 720. seq. item Gutherium de Jure Manium 1, 7. *Bosius*. Adde Viros ingenio ac eruditione conspicuos Hudson. ac Dukerum ad Thucyd. l. 1. c. 134. l. 84. & c. 138. l. 97. J. Perizon. & Abr. Torrenium ad Valer. Maxim. l. 5. cap. 3. Ext. 3. n. 88.

DE THEMISTOCLIS rebus vide *Plutarchium in vita, Herodot. 8. Diodor. Sic. 11. Bibliothecae, Thucyd. 3. Suid. v. Themistocles, Aelianum passim, Justin. 2. Val. Max. & Frontinum, Cicero. Pausaniam, passim, Polyacr. 1. &c. Boecl. Multa quoque de eo suppeditabunt Epistolae 21. quae sub ejus nomine circumferuntur, primo a Jo. Math. Caryophilo Graece, post cum translatione Lat. ab Elia Ehingero publicatae de quibus tamen viri docti dubitant, genuinae sint, an a Graeculo quodam confictae. Effigiem e gemma annulari habes inter Imagines Ursini Num. 141. Paulo diversam exhibet nummus meus, his circum literis: ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ. In postica parte Victoria prorae navis insitens, dextra palmam, sinistra lauream tenens, cum literis: ΚΑΤΑ ΠΕΡΕΣΗΝ. Encomium ejus reliquit nobis Aristides Rhetor. *Bosius*. In primis de eo Cicero. de Offic. l. 1. c. 22.*



Apud Fulvium Ursinum
in Gemma.

III. ARISTIDES.

CAP. I.

ARISTIDES LYSIMACHI F. ATEHENI-
 AENSIS, ² aequalis fere fuit Themistocli. ita-
 que cum eo ³ de principatu contendit. namque ⁴ ob-
 tre-

¹ DE ARISTIDE videndi *Plutarchus* in *vita*, *Herodotus* in *Urania*, *Diodorus Sicul.* II. *Polyaenus* I. *Frontinus* 4, 3, 5. *Valerius Max.* 5, 3. ext. 3. *Justinus* 2, 15, 16. *Cicero* passim, *Seneca* 4. de *benef.* 27. & *Consol. ad Helv.* 13. (ubi tamen errasse videtur *Seneca*) *Aeschines* contra *Ctesiphontem*, &c. *Suidas*. *Boeclerus*. Faciem ejus exhibet nummus, in cujus uno latere caput illius, & : ΑΡΙΣΤΙΔΗΣ Ο ΔΙΚΑΙΟΣ: in altero mulier sedens, dextra baculum tenens; infra: ΒΟΤΑΗΣ ΙΝΑΜΗ; circum: ΟΥ ΔΟΚΕΙΝ ΑΛΛ ΕΙΝΑΙ. Quae postrema fortasse respiciunt id quod *Plutarchus* *Aristide* p. 320. narrat: cum facti in *Amphiarum* ab *Aeschylus* jambi in theatro recitarentur;

Οὐδ' ὁνομασθεὶς δίκαιος, ἀλλ' εἶνα βίαιος, &c. omnes respexisse *Aristidem*, tanquam ad eum praecipue haec virtus pertineret. *Bosius*.

¹ *Aristidis Lysimachi F.*] Vide praeter illos scriptores, quos clariss. *Boeclerus* adduxit, de *Aristide* *Suidam* in voce *Αριστίδης*. ubi inter alia dicit. *Huic quamvis pauper esset, tamen propter vitae sanctimoniam, injurata fides habebatur, vide infra cap. 3. §. 2.* *Ernst.* *Lysimachi* non *Nicomachi* filium fuisse docet *Cel. Perizonius* ad *Aelian.* I. 2. V. H. cap. 43.

² *Aequalis*] Σύγχερος five ἐὺαῖ-
 λος. *Attico*. *Qua ex re pueritia nobilis inter aequales ferebatur.* *Curtius Rufus* lib. VIII. cap. 67. m. *Attalus* etiam aequalem sibi & haud disparem habitu oris & corporis, utique cum procul viseretur, veste regia exornat. *Laetant.* lib. 1. *Inst.* cap. 5. Vocatur *Orpheus ipsorum doctum aequalis*: siquidem inter *Argonautas* cum *Tyndaridis* & *Hercule* navigavit. *Gebhardus*, *Adde ex Aeliano* 13, 44. quod iisdem tutoribus usi sunt, & simul educati, ac ab eod. praecipitore instituti.

³ *De principatu contendit*] De loco principe in civitate, uter alteri in administranda cederet, aut praeferreretur ἰσὺς τῷ πρῶτος. *Dione Heraclides* principatum *Dioni* non concedens factionem comparavit. *Carone* Cum quidem *Scipio* in civitate principatum obtineret, quod cum non potentia, sed jure Resp. administratur. *Paterculus* lib. 2. cap. 44. *Crassus* ut, quem principatum solus assequi non poterat, auctoritate *Pompeji*, viribus teneret. *Gebhardus*. *Voss.* C. cum eo principatu contendit.

⁴ *Obtreclarunt inter se*] Δισσωνία *Civro*: contrarias in Rep. partes foverunt. *Infra* 15, 5, 2. *Habuit obtreclatorem, &c.* *Paterculus* 2, 43. 3. istiusmodi obtreclationes vocat *civiles contentiones*. *Valerius* 3, 8. ext.

2 tractarunt inter se. In his autem cognitum est,
 1 quanto antistaret eloquentia innocentiae. 2 quam-
 quam enim adeo excelebat Aristides 3 abstinentia,
 ut unus post hominum memoriam, 4 quod quidem
 nos audierimus, cognomine 5 Justus sit appellatus,
 1 ta-

1. *acerrimi studii in administratione Reip. dissidia.* Buchn. Leid. *obtractarunt.*

1 *Quanto antistaret eloquentia innocentiae]* Quanto intervallo praecederet ac superaret innocentiam eloquentiam Ennius Iphigenia.

Plebs in hoc regi antistat, licet

Lacrymare plebi, regi honeste non licet.

Tacitus 2. *Annal.* cap. 33. *Ut locis, ordinibus, dignationibus antistans.* Apul.

1. 4. *Metam.* Tunc inter eos unus, qui robore caeteris antistabat. Idem 1.

8. *Quamquam caeteris omnibus is genere viris antistaret.* Cum accusandi casu Q. Metellus Numidicus apud

Gellium. *Qua in re quanto universi me unum antistatis, tanto vobis quam mihi, majorum injuriam atque contumeliam facit.* Gebhardus. Leid. *constaret.* Voss. A. B. C. *antestaret.*

Quadrigarius apud A. Gellium lib.

9. N. A. cap. 13. *Qui & viribus & magnitudine & adolescentia simulque virtute caeteris antistabat.* Vide Bosii

indicem.

2 *Quamquam]* Ms. Dan. *cumcum;* & in glossa *pro quamquam.* Bosius.

3 *Abstinentia]* Integritate & innocentia, quae summa justitia est, cum nemini injuriam facimus, & suam cuique tribuimus & confer-
 vamus. Buchnerus.

4 *Quod quidem nos]* C. P. Dan. *quae quidem nos.* Leid. *quam quidem audiemus* & paulo ante *pro ut unus.* Leid. & unus. Voss. A. *quod quidem nos audierimus.* B. *quidem nos audie-*

rimus. Sed in Marg. *al. m. quod.*

5 *Justus sit appellatus]* Valer. 5. cap. 3. *Aristides, quo totius Graeciae justitia censetur.* Vide reliqua. Phocione, *Ex quo cognomine Bonus est appellatus.* Valer. lib. 3. c. 8. *Placidi & misericordes & liberales omnique suavitatem temperati mores Phocionis, quos optime profecto consensus omnium Bonitatis cognomine decorandos censuit.* Apulejus *Apologia.* Eadem enim est

paupertas apud Graecos in *Aristide justa, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero diserta.* Gebhardus. Valde mihi suspecti sunt apud profanas gentes. *Magni, Maximi, Clarissimi, Fusti, sapientes, a rebus gestis ita dicti, recte quidem & laudabiliter, si cognomina illa virtute & prudentia sint acquisita.* Quae bona ego in moralibus meis scriptis profanis hominibus denego. Verius enim *Physcones & Auletæ* nominantur. Quos ego tamen & prudentes mecum omnes deridemus. Quid Heroicum aut Regium in abdomine? Quid in tibiis? *Hieracas, Polionetas & Geraunos* abominor. Non sint reges accipitres, nec everfores urbium nec fulminatores: verum sint, utinam essent patres omnium, & universorum *Euergetæ*, non tam nomine, quam re ipsa. *Ernst.* Praeter *Plutarchum in Aristide*, (qui multa insignis justitiae ejus exempla affert) *Herodotus B. Aeschines or. adv. Ctesiph.* & *mei πατριάρχου C. Diodorus Sic.*

tamen a Themistocle² collabefactus testula illa, exilio decem annorum multatus est. Qui quidem, quum³ intelligeret reprimi concitatam multitudinem non posse,³ cedensque animadverteret⁴ quendam scribentem, ut patria pelleretur, quaesisse ab eo dicitur, quare id faceret, aut quid Aristides commisisset, cur tan-

Sic. II. Cicero Or. pro P. Sextio, cap. 67. & Tuscul. 5, 36. & c. *Bosius*.

1 *Tamen a Themistocle*] Qui in vulgus sparserat, Aristidem sublatiis judiciis, quod omnia iudicaret & disceptaret, dominatum in cives voluntariam clam sibi parasse. *Plutarchus in vita p. 322. Bosius.*

2 *Collabefactus*] Convulsus, ac ruinae objectus. Phocione *Concidit autem maxime imo crimine*. Tacit. 4. Annal. cap. 60. *Qui fratrem quoque traxit in partes, spe abjecta principis loci, si priorem aetate & iam labefactum, amovisset.* Gebhardus.

3 *Cedensque*] Proba lectio, quam omnino requirunt proximè antecedentia. Nihilominus Barthius. Lib. xxiv. Adv. c. 18. *Cedensque*. Idem statim *quod tam ante cupide expellit*. Gebhardus. Sic Mss. & infra similiter loquutus 5, 3, 2. & 13, 3, 4. Alii *sedensque*. Mox Dan. & Leid. *animadvertisset*. Bos. Voss. C. etiam *animadvertisset*. Propelleretur. Leid. *expelleretur*. Utrumque recte, sed nihil mutandum. Cicero. l. 9. ad Fam. Ep. 9. *Si forte Pompejus pulsus his quoque locis rursus alias regiones petere cogatur*. Sallustius Jugurtha c. 41. *Interea parentes aut parvi pueri militum sedibus pellebantur*. Et sic passim regno ac domo pelli Veteres dixisse docet cl. Burmannus ad Ovid. Ep. 12. Heroid. vs. 135.

4 *Quendam scribentem*] *Plutarchus in vita p. 322. ac in Apophthegm. p.*

186. & *Suidas* rusticum fuisse ajunt, ac testulam Aristidi; ut unum de plebe tradidisse, & rogasse, ut Aristidis nomen inscriberet: idque hunc fecisse. *Bosius.*

5 *Se ignorare*] Id est, non nosse; vide praeter Loca hic a Savarone & in Indice ad h. l. notata Magnum Broukhuis. ad Propert. l. 2. El. 2. vs. 56.

6 *Quod tam cupide elaborasset*] Sic e membranis Bavaricis legit *Schappius Verisim.* 4, 2. cujus emendationem confirmant Mss. Dan. Gif. Sch. & Leid. In Boecleriano quoque fuit; *quod ita cupide*. Barthius tamen *Adversar.* 24, 18. contendebat, quod tam omittendum esse. *Non enim, inquit, tam superfluum affectionem quam ipsam honestam quaerendi nominis istius causam indicabat rusticus ille.* Nobis tot bonorum librorum consensus potior visus. Ceterum etiam laudari justitiae studium in Aristide omnino debet; imprudenter tamen egit, cum *tam cupide elaboravit, ut praeter ceteros justus diceretur*. Norat enim ingenium plebis, quod nihil eminens ferre posset. Quare colere quidem justitiam, non autem ostentare debuit. *Bosius*. Locum Schoppii & Barthii hic a Bosio laudatum jam citavit Ernstius ad h. l. Broukhuisius ad Propertiam l. 2. Bosianam forsan secutus editionem citat etiam *tam cupide*. Et sic exhibent Voss. A. G. sed Voss. B. *ita cupide*.

H

1 Nam

4 tanta poena dignus duceretur? Cui ille respon-
dit: 5 se ignorare Aristidem; sed sibi non place-
re, 6 quod tam cupide elaborasset, ut praeter cete-
ros justus appellaretur. Hic decem annorum legiti-
mam poenam non pertulit. 1 nam postquam Xerxes
2 in Graeciam descendit, 3 sexto fere anno, 4 quam
erat

1 Nam postquam Xerxes] Hunc ad Aristidem exulem misisse legatos, & tria millia Daricorum obtulisse, idem scribit Suidas, apud quem vide, quae responderit. *Ernstius.*

2 In Graeciam descendit] Movit in Graeciam, sic *αραβαίτες* est expeditionem suscipere. Eodem modo, quo Latini descendere Graeci *αραβαίτες* jungunt. Memini ap. Diod. scriptum. *Ἰθαξιμότατος αραβαίτες ἐστὶν ἡ πόλις.* Xenophon Agefilao: *Ἐπιστὰς ὁ Πέρσης ἀπέδωκε τὴν Ἐλλάδα δὴν, ἀριστὰς ἰπὸς ἀνδρῶν.* Gebhardus. Adi Tennul. ad Frontin. l. 2. Strateg. c. 1. n. 35.

3 Sexto fere anno] Imo tertio, juxta *Plutarchum in vita p. 323.* Cum quo facit *Scaliger ad Euseb. num. 1133.* qui revocatum ait anno 1. Olymp. LXXV. ejectum Ol. LXXIV. anno 11. Schottus *quarto anno* revocatum scribit; sed includit eum, quo expulsus est. Et sic fortasse Nepos scripsit; mutavit autem librarius, trajecta virgula, IVto in VIto. *Bosius.*

4 Quam erat expulsus] Reposui lectionem, quam *Mss. Schotti & Boecl. ac Ed. Ultrajectina* exhibent; omissa vocula *post*; quam in aliis *Codd. librarii*, quibus haec *ellipsis* insueta erat, de suo addiderant. Nam sic saepe veteres. *Suetonius Claud. 17. Sexto quam profectus erat mense, Romam rediit. Cur-*

tius. 4, 4, 19. Tyrus septimo mense, quam oppugnari coepit erat, capta est. *Plinius. H. N. 8, 42. de equo: Terram attingere ore, triduo proximo, quam sit genitus, negant posse.* *Bosius. Leid. etiam abjicit post, ut & Voss. A. B. C. Pro quo dixit Noster in Dione c. 5. Post diem tertium, quam Siciliam attingerat. Est & Liviana locutio, ut l. 3. c. 33. Anno trecentesimo altero, quam condita Roma erat. Et l. 4. c. 7. Anno trecentesimo decimo, quam urbs Roma condita erat. & Eod. cap. Tertio mense, quam inierunt, & ita saepius. Adde *Abbr. Gronovium ad Justinum lib. 26. cap. 1. n. 10.**

5 Populi scito] *Vulgati omnes: plebiscito.* Sed neutiquam spernendum judico *quod populi scito*, quod & heic in *Mss. Dan. ac Leidensi*: & in iisdem aut aliis *Codd.* infra legitur 7, 5, 4. 15, 7, 4. 19, 2, 2. Id sive quod abbreviate scriptum esset *ppliscito* vel *pliscito*, seu quod ignotum illis esset, imperiti librarii in notius mutarunt. Dicebatur autem apud Romanos *populi scitum* lex sive jussum a populo factum. *Festus in schedis Farnesianis, ut a viris doctis suppletæ sunt, col. 136. Scitum populi dicebatur, quod sine plebe civitatis patricius ordo, rogante patricio, suis suffragiis jussit: quod autem aliquo interrogante ex patribus, & plebe suffragante scitum esset, id jam leges scriptae dicebantur. Sed illud plebiscitum est, quod Tribunus pl. sine patri-*
cis

¹ Idem praetor fuit Atheniensium apud Plataeas in praelio, quo ² Mardonius fusus, barbarorumque exercitus interfectus est. ³ Neque aliud est ullum hujus in re militari illustre factum, quam hujus imperii memoria. ⁴ justitiae vero & aequitatis, & innocentiae multa. In primis, quod ejus aequitate factum est, ⁵ quum in communi classe esset Graeciae simul cum Pausania, quo duce Mardonius erat fugatus, ut summa imperii maritimi ⁶ ab Lacedaemoniis transferretur ad Athenienses. namque ante id tempus & mari & terra duces erant Lacedaemonii. tum autem & in-

reponeret, non refragarer. Argumentum, quo hic utitur Gebhardus, infirmo nititur ralo, licet enim haec insula a Graecis *Salamis* appelletur, non tamen inde sequitur *Salaminam* nuncupari non licere, cum Latini ex ejusmodi Graecorum Accusativis saepe Nominativos facere soliti fuerint, ut recte observat cl. Oudendorp. ad J. Obsequentem de Prodig. c. 74. Praeterea *Salamis* & *Salamina* Veteres dixisse potuissent eum docere Justinus & Servius. Vide praeter Bosium ad Themistoc. cap. 4. Perizon. ad Sanctii Minerv. L. 1. c. 9. n. 4. & Duker. ad Florum. L. 4. c. 11. n. 4.

³ Prius antequam] Absert a Voss.

¹ Idem praetor fuit] Et quidem *αὐτοκρατορ*. Plutarchus p. 325. *ἡγεμονίας ἑστρατοῦ ἀποκρίσας ὅτι τὸ πάλαι*. Posita a. erat haec *αὐτοκρατορία* (si credimus Petito ad LL. Att. 3, 5. p. 251.) tum in bello apparatu adornando, tum in bello pro arbitrio administrando, plane ut apud Romanos solebat Dictator. Bosius.

² Mardonius] Quem *Ξέρξης* post cladem Salaminiam in Graecia re-

liquit. V. inf. 4, 1, 2. & Plut. *Aristide* p. 324. Bosius.

³ Neque aliud est ullam] Fuit tamen Praetor, cum caeteris, bello Marathonio, atque in eo strenue se gessit, ut *Thucyd.* & *Plutarchus* testantur. Sed quia consilio & auspiciis Miltiadis, in quem totum exercitus imperium translatum est, in campis Marathonis pugnatum est, non huic, sed Miltiadi victoriae laus tributa fuit. *Mogius*.

⁴ Justit. & aequitatis] Exempla commemorat *Tullius* 3. *Offic.* 11, & 23. Pro *innocentiae* Schottus putabat *continentiae* rescribendum: sed frustra. *Innocentia* enim quandoque idem quod abstinentia est, & avaritiae opponitur. Vide *Cic. pro L. Manil. cap. 13.* Bosius.

⁵ Cum in communi classe esset Graeciae simul cum Pausania] Ab Atheniensibus dux ad bellum, collega Cimone, missus. v. *Plutarchus*. pag. 332. Bosius.

⁶ A Lacedaemon] Cod. P. *Dani. ab Lacedaemon*. Pro namque ante id. *Leid. namque id ante id*. Et pro tum, *tunc*. Voss. A. B. C. legunt *interfectus est pro est interfectus*.

¹ intemperantia Pausaniae, & iustitia factum est Aristidis, ² ut omnes fere civitates Graeciae ad Atheniensium societatem se applicarent, & adversus barbaros hos duces deligerent sibi, ³ quo facilius repellerent, si forte ⁴ bellum renovare conarentur.

C A P. III.

Ad classes aedificandas, exercitusque comparandos ⁵ quantum pecuniae quaeque civitas daret, ⁶ Aristides delectus est, qui constitueret. Ejus arbitrio ⁷ quadringena & sexagena talenta quotannis Delum ⁸ sunt collata. id enim ⁹ commune aerarium esse

vo-

¹ Intemperantia] Impotentia, aegritudo, superbia, *Βασιλευς*. v. *Plutarchus* l. c. *Bosius*. Voss. C. *triam autem intemperantia*.

² Ut omnes fere civit. &c.] Narrant *Diodor.* 11. *Plutarchus* *Arist.* p. 332. *segg.* Tangit & *Thucyd.* lib. 1, quanquam Aristidem non commemorat. *Lamb.* Pro deligerent Voss. C. deligerent.

³ Quo facilius repellerent &c.] C. Longolii: quos quo facilius repellerent, si. f. b. v. conarentur; ad classes aedif. &c.] Sed alteram lectionem distinctionemque praeferebat Magius, tanquam manuscriptorum fide nixam, ut quos tamen & in Leid. fuit. *Bosius*. Voss. A. B. C. item meus Leid. quos quo fac. rep.

⁴ Bellum renovare] De novo & integro inferre. *Hamilecare* Sed ita, ut statim mente agitare, si paululum modo res essent reseratae, bellum renovare. *Hurtius*. L. 8 c. 1. *Complures* eodem tempore civitates renovare belli consilia nitentur. *Tacit.* L. 3. *Annal.* c. 20 p. Eodem anno *Tacfarinas* bellum in *Africa* renovat. *Gebli.* In genere

renovare est iterare. Vide *Servium* ad *Virgil.* 2. *Aen.* 3. phrasin vero hanc illustrat *Corrius* ad *Sallust.* *Jugurth.* cap. 36. n. 1. & ad cap. 51. n. 5.

⁵ Quantum pecun. quaeque civit.] Vide collecta *Mensio* *Fortun.* *Attic.* cap. 7. pag. 52. & *segg.* *Bosius*.

⁶ Aristides delectus est] Ab universa Graecia. Vid. *Plutarch.* *vita* p. 333. *Bosius*.

⁷ Quadringena & sexagena tal.] Vide *Scholiam* *Acacii* ad *Thucyd.* pag. 41. *Ernstius*. Sic *Mss.* *Gif. Dan. Sch.* & *Boecleri*. *Infra* 7, 9, 3. ex quo quinquagena talenta vestigialis capiebat. vulgo editur: quadringenta & sexaginta. *Bosius*. Voss. B. *Quadringenta & sexagena* Sed in marg. alia manu *sexaginta*.

⁸ Sunt Collata] *Epaminonda*. Priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quaerebat, ad eos, qui conferebant. *Flaccus* L. 1. *Arg.* vl. 358.

— Hinc *Talaus* fratrisque *Lacedaicus* urget,

Ramo terga sui, quos nobile contulit Argos.

H 3

CON-

filiae ejus publice alerentur, & de communi aerario dotibus datis, ¹ collocarentur. ² Decessit autem fere post

bum omittitur: in Themist. c. 17. ex Voss. B. *Gestus ei mos* in Iphicrate cap. 2. n. 4. ex Voss. B. *Quo facto magnam adeptus gloriam.* in Lyfandro cap. 1. in Voss. C. *Sed immodestia factum adversariorum.* Livius L. 11. c. 33. *Agri d'inde de concordia caeptum, concessumque in conditiones.* cap. 39. *Imperatores ad id bellum de omnium populorum sententia lecti Attilius Tullius, & C. Marcius exul Romanus, in quo aliquanto plus spei repositum.* cap. 43. *Q. Fabius inde, & G. Fulvius consules facti.* Lib. 4. cap. 21. *exercitus in Agrum Vespertem ac Faliscum ducti: praedae abactae hominum pecorumque, hostis in agris usquam inventus, neque pugnandi copia facta, urbes tamen non oppugnatae. qui ira centies. Propertius ex Broukhufii emendatione L. 1. El. 2. vs. 7.*

Crede mihi, non ulla tuae medicina figurae.

Consule Broukhuf. ad L. 2. El. 21. vs. 44. & propius ad rem Lucanus ex vera Cl. Ovidendorpii emendatione L. 1. vs. 120.

Morte tua discussis fides, bellumque movere

Permissam duicibus.

Et de hac Elegantia imprimis consulendi sunt. Jac. Perizonius Epist. 28. ad Nic. Heinsum p. 771. 772. & Cortius ad Sallustium Cat. c. 20. n. 13. Graecos & Poetas & Historicos hoc verbum substantivum facpius omisisse, non necesse est, ut multis probemus. Vide tamen de Poetis Schol. Pind. O. Pyth. 12. vs. 50. & Schol. Aristophanis in

Ranis vs. 1547. Ex Historicis mille loca concisae hujus Orationis adducere possemus. Itaque verbum est hic facile abesse potest.

¹ *Collocarentur*] Nuptum darentur. Epaminonda, aut virgo amici nubilis & propter paupertatem collocari non posset. M. Cicero Lib. 11. de Offic. *Cum consuleretur, utrum bono viro pauperi an minus probato dote filiam collocaret.* Idem de inventione. P. Scipio Corneliam filiam Ti. Graccho collocavit. De illis, quorum filiae publice ex aerario dotatae fuerint collocatae nuptum, vide Valer. Maxim. Lib. 4. cap. 4. de Paupertate laudata. Gebhard. De dote harum filiarum vide Ccl. J. Perizon. ad Aelian. L. 10. V. H. cap. 15.

² *Decessit*] De mortis genere, quod sciam, apud auctores nihil exstat, nisi quod restitutus in pristinum statum, quaestura functus honeste decesserit. Quamobrem non satis possum mirari, quod de ejus morte a Seneca cons. ad Albin. c. 13. scriptum est: *Ducebatur Athenis ad supplicium Aristides &c.* Sed quia id plerique omnes Phocioni adscribunt, *per necem ducendum* in Seneca esse arbitror. Longolius. De loco mortis & sepulchro publice ei constructo vid. Plat. 334. & seqq. *Bisius.* Naturali lege Aristidem mortuum esse patet ex ipso verbo *decedere*, quod de naturae debitum reddentibus solet adhiberi. v. cl. Scheffer. ad Phaedr. L. 4. fab. 4. idque ex infinitis auctorum locis confirmari posset, inspicere modo lector Livii. 1. cap. 34. Suetonii. Augusti. cap. 101. & Justinii L. 2.

post annum quartum, ³ quam Themistocles Athenis erat expulsus.

c. 1. L. 4. c. 2. L. 6. c. 8. L. 20. [*expulsus*] Id quod *Diod. Siculus* factum ait Olymp. LXXVII. anno 11.
 cap. 4. & ita centies.
 3 *Quam Themistocles Athenis erat* *Bosius.*

IV. PAUSANIAS.

C A P. I.

¹ PAUSANIAS LACEDAEMONIUS, ² magnus homo, sed ³ varius in omni genere vitae fuit.

PAUSANIAE res amplius memorabunt tibi *Plutarchus in Aristide* & alibi, *Thucydides* 1. *Herodotus* lib. 9. *Diodorus* 11. *Aelianus* v. l. 4, 7. *Polyaenus* 8. *Xenophon hist. Graec.* 2. *Fufim.* 2. 15, 16. 5, 10, 6, 6, 4, 7. *Valerius Maxim.* 2, 6, 1. *Suidas* &c. *Boeclerus.*

¹ *Pausanias Lacedaemonius*] *Cleombroti* filius; ut *Herodotus* 9. *Thucydides* 1. & 2. *Epigramma* vetus apud *Athenaeum* 12, 9. *Plutarchus in Apophth. Lacon.* *Suidas* & alii vocant. Non igitur *Agelilai*, aut *Hegesilai*. vid. inf. ad c. 5, 2. *Bosius.* *Suidas* ex *Thucydide* & *Plutarcho* haec refert. Παυσανίας κλειομβρότην υἱὸν ἀρχεβίου, βασιλέως λακεδαιμονίων. sic infra quoque cap. 3, 5. rex vocatur. *Ernstius.*

² *Magnus homo*] Et sic loquuntur Latini, ne quis sequioris aevi flosculum putet, *Aemilioque Probo Cornelii Labores* adjudicet. *Livius* L. 35. c. 10. *Quaeres minus verendos magnos homines ipsa satietate facit.* *Sallust.* *Orat.* 2. ad *Caesarem.* *H. stem adversum deprimere frenno homini effusile est.* *Gebhard.* *Cicero* in *Lu-*

culo cap. 1. *Omnis liberalis & digna* homine nobili ab eo percepta doctrina. & 2. ad *Fam. Ep.* 7. *Etiamine tu has ineptias homo (mea sententia) summa prudentia &c.* *Terent. Phorm.* 5, 6, 14. *Homo hominum ornatissime.* neque vox homo *Pausaniae* persona est indigna, cum a *Val. Maximo* de rege *Antiocho* adhibetur, teste *cl. Burm.* ad *Phaedr.* L. 2. fab. 5, v. 19. Et saepius a *Cicerone* in bonam partem conjungitur cum viro, de eo qui virtutibus elucet, addito epitheto *magnus* vel simili, ita tamen, ut aliquid discriminis inter utramque esse videatur, quod exprimere verbis vix possis, ut cenfer *Vavaffor* de vi & usu quorumd. verb. pag. 49. *Magnus* etiam heic magnum quid norat, positum quippe pro illustri, nobili, virtute sua & factis insignibus conspicuo ac potenti. *Ovid.* L. 2, *Art. Amat.* v. 709.

Fecit & in capta Lyrneside magnus Achilles.

Tibullus L. 4. *El.* 1. v. 175, de *Messala.*

Ergo ubi per claros ierint tua facta viris amplex,

fuit. nam ¹ ut virtutibus eluxit: ² sic vitiis est obrutus. ³ Hujus illustrissimum est praelium apud Plataeas: namque illo duce Mardonius satrapes regius,

na-

*Solus utroque idem ducis magnus
in orbe.*

Servius ad Virgil. 1. Aen. vl. 292.

*Julius a Magno demissum nomen
Iulo.*

notat, a Magno, sicut Alexander, sicut Pompejus. Graeci enim omne magnificentium magnum. de Pompejo v. Cl. Burmann. ad Petron. cap. 124. p. 592. de Alexandro res nota. Sic Caesar Augustus, qui alibi *invictus* & *altus* vocatur, peculiari hoc honoris nomine insignitur. v. Magnus Broukhuis. ad Propert. L. 2. l. El. 1. vl. 26. unde posteriores Imperatores *magni* non solum sed & *maximi* fueri dicti. V. Ill. Spanhem. dissert. 5. de usu & praest. Numism. p. m. 424. ad exemplum regum Parthorum & Persarum. (Idem vir incomparabilis ad Callim. H. in Jovem. vl. 2.) qui, ut pares essent diis suis hoc Epitheto insignibus (vide Doctiss. Elsner. ad Acta Apostol. cap. 19. com. 27. & Alberti ad com. 34.) isto titulo se adorari volebant.

³ *Varius in omni gen. vitae*] Eruditiss. Schotto non assentior *to vitae* hinc ableganti; cum verba inde ambigua sint evasura: neque illis, qui malunt *varius*, interpretanturque *χάρον*. Florus 4, 3, 4. *Antonius varius ingenio*. Cicero Laelio: *Affertatoris animus varius, commutabilis & multiplex* Valer. Maxim. L. 6. c. 9. de Fortuna. *Nec aut haec aut illa simul mixta, sed varie perplexa fredo atque aestivi similia*. Gebhardus.

¹ *Ut virtutibus eluxit, sic vitiis*] Ob virtutes erat conspicuus. Attico;

*Qua ex re pueritia nobilis inter aequales
ferebatur clariorque explende sebat.*
Cicero loqui amat *virtus*, *eloquentiae magnitudo* elucet. ut pro Fontejo. *Quid est igitur, ubi elucere possit prudentia?* Gebhardus. De hujusmodi ambiguis mixtisque hominibus vide Piccart. observat. 1, 8. Forstner. ad annal. 3. Taciti, pag. 268. Boetler. in comment. pag. 54. & Erasmi. Brochmand. in specim. Ethices historicae cap. 1. & 4. Bofius.

² *Sic vitiis est obrutus*] Obtectus, obscuratus. *Obrui* enim opposuit *τῷ elucere*. Ergo *obruere* est obscurare. Statius Lib. 1. Thebaid.

— *Quantum virides Venus
addita nymphas*

Obruit.

Tacit. Vita Agricolae cap. 17. *Cum Cerealis quidem alterius successoris curam famamque obruisset*. Ita Graeci *καταχῆν* usurpant. Ἀδελφ. apud Suidam. *φιλολογία τε καὶ ἀπύτοις πόνοις ἡγυμῆσιν ἐυφροσύνην καὶ προσευχῶν κατέχων δόξας τῶ ἑαυτῷ ὀνόματι*. obruit & obscuravit. Memini ita quoque loqui Ciceronem & Justinum L. 18. c. 5. Gebhard. Livius L. 3. cap. 19. *At enim divinis humanisque obruti sceleribus legem vos hoc anno perlaturus dicitatis?* De verbo *obruere* consulendi sunt Eximii Interpretes ad Valer. Flaccum L. 1. Argon. vl. 319.

³ *Hujus illustriss. est prael.*] Haec vox praelio conjuncta non satis se mihi probat, inquit Schottus, ut clarissimum malleum, si libri faverent. Ego cum de celebritate & fama potius, quam de magnitudine ipsa

H 5

84

natione Medus, ¹ regis gener, ² in primis omnium
 Perfarum & manu fortis & consilii plenus, ³ cum
 ducentis millibus peditum, ⁴ quos viritim legerat,
 &

& momentis praelii accipitur, non
 video quid habeat incommodi;
 cum *illustrandi* vox & *illustrum* isto
 sensu placeat Nostro. Supra 2, 1, 4.
quo factum est, ut brevi tempore illu-
straretur. i. e. fama & auctoritate
 inclaresceret: 13, 1, 2. Multa hujus
 sint praeclare facta. Sed haec maxime
 illustrata, i. e. ad gloriam insignia.
 21, 1, 3. Xerxi maxime est illustre,
 quod maximis post hom. mem. exer-
 citib. terra marique bellum intulit Grae-
 ciae. Boeclerus. Adde Ind. Praelium
 hoc prolixè describunt Herodot. 9,
 27. usque ad 70. Plutarchus Aristide
 p. 330 Diodor. Sic. 11. 31. breviter
 narrant Ctesias, Strabo 9, Pausanias
 Laconicis & Boeoticis, Justinus 2, 14.
 Ege. Contigit autem anno 11. O-
 lymp. LXXV. archonte Xanthippo
 sive Xanthippide, die 3. Boedro-
 mionis, h. e. 25. Septembr. Bofius.
 Voff. A. Hujus industrissimum. & Voff.
 B. C. exhibent etiam hujus. sed pro
 Mardonius Voff. C. Mardonius.

¹ Regis gener] Darii, cujus fi-
 liam Artozostren in matrimonio
 habebat, quod si de Xerxe capias,
 gener heic erit sororis maritus. Gebb.
 Atqui sororis maritum fuisse constat.
 Sed rectè locutus est noster, rur-
 sum immerito suis interpretibus
 suspectus. Sic enim apud Justin.
 18, 4, 8. Sichaeus sive Acerba Py-
 gmalionis, cujus sororem in mat-
 rimonio habebat, gener vocatur, quod
 auctoritate Cujacii & exemplis ad-
 struunt Bongarsius & Cl. Bernegge-
 rus, cujus edit. vide. Boeclerus. Possis
 tamen & alia ratione tueri nostrum,
 si cum Squarone, Gebhayo, & aliis

regem Darium intelligas, cujus fi-
 liam Artozostren Mardonius (ut ex
 Herodoti 6, 43. cognoscimus) in ma-
 trimonio habuit. Certe hac ratione
 regis generum Pharnabazum dixit 9,
 2, 1. Artaxerxis scil. cujus filiam
 duxerat, ut Plut. in Artaxerxe refert.
 Quare non erat, cur post alios
 Nostrium erroris argueret Ufferius
 pag. 183. quod innuat, Mardonium
 Xerxis generum fuisse. Bofius.

² In primis omnium Pers. manu for-
 tis,] Epaminonda. Peritus belli, for-
 tis manu, animo maximo. quem lo-
 cum Lambinus praeterierat. Gebb.
 H. e. inter omnes Persas praecipue
 fortis. Simili phrasi 2, 9, 2. *Primum*
malu omnium Graecorum in domum
tuam intuli. Bofius.

³ Cum ducent. millib. ped.] Herodo-
 tus 9, 31. & Plutarchus Aristide ccc.
 millia Persarum numerant, quibus
 Herodorus addit L. millia auxilia-
 riorum Graecorum. Diodorus Sic.
 11. ait exercitum Mardonii uni-
 versum, locis adnumeratis, con-
 stitisse quasi 10 millibus. Ctesias xix
 tantummodo myriadas cum Mar-
 donio adversus Plataeenses missas
 scribit. Bofius. Leid. cum vii. mil-
 libus. Voff. C. e. c. milibus.

⁴ Quos viritim legerat] Erat, ut
 hinc apparet, ista delectus ratio,
 qua vir virum suae salutis causa le-
 gerat, cum quo in praeliis versa-
 retur, & apud Orientis populos
 non incognita. Romanis exactis-
 que Italiae populis non fuisse inso-
 lentem docet Livius 9, 39. *Ad Pa-*
rdimonis lacum Eruisii lege sacrata con-
tracto quarerent, cum vir virum legisset
quare

& viginti millibus equitum, ² haud ita magna manu Graecia fugatus est, eoque ³ ipse dux cecidit praelio. Quae ⁴ victoria elatus ⁵ plurima miscere coepit, ³

&c

quantis nunquam aliis ante copiis, simul animis dimicantibus. De Germanis Caesar l. 1. Comment. de Bello Gall. c. 48. Justinus 2, 13, 3. Sibi eorum millia armatorum lecta ex omnibus copiis relinquat. Ita Gebhardus. De more Romanorum, quo vir virum legebat, plura Victorius variar. lectio. 16, 19. Turneb. Advers. 25, 7. Savi-
lius ad Taciti histor. 1, 18, 2. &c. Sed apud nostrum nil amplius ista formula videtur indicari, quam delectos cum cura, non promiscue adsumptos pedites. Bosius.

1 Viginti millib.] Mss. Dan. & Boecler. aberat vox millibus, quasi ex priore versu subaudienda. Bosius. Absert etiam a Voss. B. & Leid. pro Graecia legitur Graecias, (sed a. m. fec. in Voss. B. Graecia) quam lectionem probat cl. Oudendorpius, quia cap. 3. Classis Graeciae, & cap. 4. arma Graeciae dixit noster.

2 Haud ita magna manu] Centum millibus hominum, ut Diodorus l. c. & Justinus 2, 14, 4. five ut Herodotus, cx. millibus. Multo pauciores Ctesias habet. Ait enim; Mardonio occurrisset Pausaniam, ccc. Spartanos, & cis accolat, ex aliisque urbibus sex millia secum ducentem, p. 665. Atque hunc, aut similem scriptorem alium, Noster sequutus videtur. Bosius Voss. A.

3 Ipse dux cecidit praelio] Διδυμὸν Plutarchus, ut monui ad Tibullum. L. 3. El. 5. vf. 18.

Cum cecidit fato consul uterque pari. Thrasyl. in secundo praelio cecidit Crizias. Datame. Cadit in praelio adolescens. Justin. lib. 20, c. 3. Non ta-

men immemores pristinae gloriae cecidere. sic apud Latinos frequentissime invenitur. Reperi tamen cadere pro eo quoque adhiberi, ubi quis ictu vel vulnere humi funditur, unde mors non semper sequatur. Auctor de viris illustribus c. 39. Flamma cum trecentis pugnans cecidit. Gebhardus. Lapide ictus ab Arimnesto quodam Spartano, ut ait Plutarchus Aristide p. 331. Et sic fere reliqui, ut Diodorus, Herodotus, Pausaniar, Etiam Marmor Arundellianum: ΚΑΙ ΜΑΡΔΟΝΙΟΣ ΕΤΕΛΕΤΗΘΗΝ ΕΝ ΤΗΙ ΜΑΧΗΙ. Ctesias tamen vulneratum aufugisse, & postea demum, cum ad Apollinis aedem diripiendam missus esset, grandine oppressum periisse, scribit: quem & Justinus sequutus videtur 2, 14, 5. Bosius.

4 Victoria elatus] Μνημοεδεις. ἀβελς. Inf. 6, 1, 3. Hac victoria Lyfander elatus. Tacitus 12. A. 29, 4. Ne fortuna elati nostram quoque pacem turbarent. Caesar. 7, 47. Sed elati spe celeris victoriae & hostium fuga, superiorumque temporum secundis praeliis. Frontinus 1, 3, 3. Annibal successibus praeliorum insolens. & 1, 11, 2. Samnitum numerosus exercitus & successibus timidus. Hanc causam quoque prodidit Aristoteles: nam ut solus Spartae ceterisque Graecis imperaret Pausanias, nova consilia cum Xerxe iniisse ab eodem perhibetur, 5. Politie. 7. Gebhardus.

5 Plurima miscere] Συμμιχνας, ταπεινως. Cicero pro Milone. Quanto ille plura miscerat, tanto hic magis convalescebat. Gebhardus. Vide Cl. Scheffer.

& majora concupiscere. Sed primum in eo est reprehensus, ¹ quod ex praeda tripodem aureum Delphis posuisset, ² epigrammate scripto, in quo erat haec sententia; ³ **Suo ductu Barbaros apud Plataeas esse deletos, ejusque Victoriae ergo Apollini donum dedisse.** Hos versus La-

Scheffer. ad Phaedr. L. 1. Fab. 2. & Cort. Sallust. Catil. cap. 10. n. 3. In Voss. C. in eo cum repr. quod cum ex pr. 1. a. D. potuisset.

1 Quod ex praeda trip. aureum D. pos.] Ita Msc. omissa particula cum, quam in codicib. a quodam imperito infarctam velut vinciendae sententiae, absque Msc. ope conjecerat Ampl. Freinshemius. Boeclerus. Et Apollini dedicasset. Suidas in voce Πλωστίας, Ernestius. Ponere saepissime sumitur pro res consecratas sive usibus humanis exemptas cuidam Deo dedicare Ovid. Epist. 12. Heroid. vf. 128.

Ponitur ad patrios barbara praeda deos.

Et L. 4. Trist. El. 8. vf. 22.

Miles, ut emeritis non est satis utilis armis,

Ponit ad antiquos, quae tulit, arma lares.

Adi, Lector, V. V. D. D. Th. Munck. ad Hygin. fab. 3. & Broukhuis. ad Propert. L. 2. El. 11. vf. 27. Eadem hac significatione occurrit, quod jam monere instituit Muncker. l. l. apud Graecos, verbum τίσις, ut Apollon. Rhod. l. 4. Argon. vf. 1549. & Callim. Epigr. 39, 40, 50, & 51. ubi per deos illos Samothracae Castorem & Pollucem intelligendos esse docebunt, quae profert Tob. Gutberleth. de Dis Cabiris cap. 3.

2 Epigrammate scripto] Hoc vide-

licet quod apud Suidam exstat, & e lib. 1. Thucyd. desumptum est, Ἑλλήνων ἀρχηγεῖς, ἐπὶ τρεῖς τῶν ἀλλοτρῶν Μήδων,

Πλωστίας, Φολέω μὲν μὲ ἀνέθμα τῆς. Ernestius.

3 **Suo ductu Barb. &c.]**

Nisi properaremus, operae pretium esset heic observare, quam apta, eademque occulta gravitate expresserit hic Nepos χαλαρῶς ἐπισημαίνων. Habent enim istae inscriptiones veterum & dedicationes quidam a vulgari sermone ac sententiis diversum, non ut quaesitum videatur, sed nativae ἐμφορίας quadam indole foccundum & grande. Nonnullae ad dignitatem sensus poëici accedunt, cum retineant soluta verba. Aliae metrum miscent liberis sententiis: multae ligant sermone non versu minus, quam severitate, majestate, rotunditate, etiam quae simpliciter, aut vage videntur dicta, novitate & efficacia animum solent retentare. Quorum omnium exempla videre est in magno Inscriptionum Gruterianarum ope. Huic nostrae inscriptioni plane gemina est concinnitate brevitateque illa Taciti, 2. A. 22, 1. in tro-paeo Germanici: *Debellatis inter Rhenum Albinque nationibus, exercitum Tiberii Caesaris ea monumenta Marti & Fori & Augusto sacravisse.* Expressit autem Nepos suam (id enim negotium instituentiae causa adici-

cedaemonii ¹ exsculperunt, ² neque aliud ³ scripserunt, quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Perſiae erant victi.

CAP. II.

⁴ Post id praelium, eundem Pausaniam ⁵ cum classe communi Cyprum, atque Hellespontum mi-

mus) ex Graeco versu itidem egregio (Thucydidis L. I. cap. 132.)

Ἑλλήνων ἀρχηγὸς ἐπὶ στρατὸν ἦλθε Μίδαυ

Παυσανίας, Φοῖβον μὲν ἀνὴθνος ἴδεν.

Boeclerus. Voff. B. in quo haec sententia erat.

1 Exsculperunt] Sic omnes Mss. & editi. Magis tamen opinabatur legendum exscalperunt, quod exscalperere scalpendo delere vel amovere significet, & proclivis depravatio esse potuerit librariis; neque abulio Latinorum verbum exsculpo pro eo, quod est sculpturas erado, vel deleo, prolatum sit. Verum nulla correctione opus. Expresit enim & heic Nepos Graeca haec Thucydidis: τὸ μὲν ἐλεγείον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξουλόσαν ἐνθὺς τότε ἐπὶ τῷ στρατοῦ, τὸ δὲ ἐπέγραψαν ὀνομασί τὰς πόλεως, &c. Ἐκκολλᾶν, qua voce & Plutarchus lib. de malignit. Herodoti hac ipsa in re usus, est delere, excidere, quod insculptum aut incisum fuerat: ut apud Demosthenem ἐκκολλᾶν τὸ φέρομα. Quod recte vertas exsculperere decretum sive populiscitum; quod scilicet antea tabulis, ut fieri mos erat, fuerat incisum. Exscalperere autem est aliquid ex aliquo scalpere tanquam e materia; ut exscalperere signum e ligno, &c. Bosius. Oxoniensis editor mayult exscalperunt.

Attamen exsculperunt exhibent Leid. Voff. A. B. Voff. C. expulserunt.

2 Neque aliud scripser. &c.] Idque ex veteri instituto Graecorum; quod posteri duces ex ambitione mutarunt, & hujus rei gloriam ad se derivarunt, ut auctor est Demosthenes Or. de rep. ord. Non est equidem defugienda auctoritas illorum, quorum auspicii & nomine res gestae sunt, & laus potius in medium conferenda est, quam ex communi ad se trahenda. Si secus fiat, non nisi cum infigni proprii nominis invidia, & famae vitaeque discrimine fit. de quo fufius ad Curtii lib. 8. Laccenius. Adde Doctissimi viros Boecl. de Auspicio regio 2, 5. & seqq. & Bernegg. quaest. miscell. 176. Bosius.

3 Scripserunt] Forte rescripserunt; aliud rescribendo in locum exscalpti Epigrammatis substituerunt, & hoc postulat verbum ἐπέγραψαν. Gebhardus. Thucyd. ἐπέγραψαν. Plutarchus ἐπέγραψαν. Bosius. Haec verba non reperiuntur in Voff. C.

4 Post id praelium] anno IV. Olympiadis LXXV. si sequimur Diodorum 11. Meminere praeterea expeditionis hujus Thucydides 1. Plutarchus Aristide, Justinus 2, 15, 4. Bosius.

5 Cum classe communi] Quae constabat L. triremibus e Peloponneso ductis,

ferunt, ¹ ut ex his regionibus barbarorum praesidia
 2 depelleret. Pari felicitate in ea re usus, elatius se
 gerere coepit, majoresque appetere res. Nam quum,
 Byzantio expugnato, cepisset complures Perfarum
 nobiles, atque in his nonnullos regis propinquos, hos
 clam Xerxi remisit, simulans ex vinculis publicis ef-
 fugisse; & cum his ² Gongylum Eretriensem, qui
 litteras Regi redderet, in quibus haec fuisse scripta
 3 Thucydides memoriae prodidit. *Pausanias dux Spar-*
tae;

ductis, & xxx. Atticis, quibus
 Aristides praerat. vid. Diodor. &
 Thucyd. ll. cit. *Bosius.*

¹ *Ut ex his reg. barb. praesidia de-*
pelleret] Necessarium non magis est
 hosti aperto praelio occurrere, quam
 disposita idoneis locis praesidia de-
 pellere. v. Caesar. 2. Civil. 20. Idem
 3. Civil. 33. *Calvisius praesidiis ad-*
versariorum Calydone & Naupacto ese-
ctis, omni Aetulia potitus est. Diodo-
 rus l. 11. Lacedaemonii Pausaniam
 ἀποστράξαν ἐκωσθησαν τὰς ἐναντίας πό-
 λεις, ὅσαι βαρβαρικῶν φυλακῶν δι-
 ἄμφοι ἐτι φοροῦντο. Curtius 3, 1, 19.
Copius praefecit Heselochum; Lesbom
& Chium & Con praesidiis hostium
liberaturum. Gebhardus. Pro *Elatius*
se gerere, elatus gerere. Voss. A. Pro
Byzantio Leid. *Curantio.* Pro *complu-*
res Leid. *quem plures* Voss. C. *quam plu-*
res. pro *regis propinquos, regi propin-*
quos. sic Mss. Excepto uno Struv.
 & recentioribus Edd. apud Sallust.
 Jugurth. cap. 48. n. 4. *Praeter flu-*
mini propinqua loca, ubi vide cl. Cort.
 pro *Ex publ. vinculis effug.* Leid. *publ.*
vinculis effug. Verbum *depellere* illu-
 stravit. cl. Oudendorp. ad *Lucanum*
 L. 2. vs. 654.

² *Gongylum Eretriensem.*] Sic le-
 gendum, non, ut in plerisque Mss
 est, *Cretensem.* Ita enim vocant

Thucydides 1. c. 128. & Diodorus
 Sic. 11. meminit & Xenophon *idem.*
 haud longe a principio Gongyli cui-
 jusdam, quem solum ex Eretrien-
 sibus, Medorum rebus favisse, eo-
 que exsulasse scribit. Sunt autem
 haec, & quae ad finem usque vi-
 tae hujus sequuntur, pleraque ex
 Thucyd. libro 1. desumpta. sed quan-
 doque liberius conversa. *Bosius.* C.
 P. Dan. & Leid. *Erethiensem.* Voss.
 B. C. *cretensem.* Voss. A. *Gongulium.*
 C. *Gongulum.* Pro *Byzantii* Leid. &
 Cod. P. Dan. *Byzanti.* & pro *seque*
tecum. Leid. *se tecum.*

³ *Des ei filiam tuam nuptum.*] In
 Dione: *Arctem Dionis uocorem alii*
nuptum dedit. Paciscuntur ista. vin-
 cula necessitudinum proditores ac
 transfugae, vel ad perfidiam solici-
 tatis offeruntur ad securitatem ob-
 signandam. Curtius 3, 6, 4. *Ne salu-*
tem suam Philippo committeret: mille
talentis a Dario & spe nuptiarum so-
roris esse corruptum. Caeterum non
 recorder ita loqui Ciceronem: *Plau-*
tinum succurri exemplum, quod
plerisque non ignotum esse reor.
 Gebhard Adde *Freinshem.* ad *Curt.*
 l. c. *Bosius.* De hac phrasi etiam
 disputarunt Viri docti ad *Val. Max.*
 L. 4. c. 4. Ex. 9. *Taceo enim, quod*
princeps civitatis filiam ei nuptum de-
dicit.

tae, quos Byzantii ceperat, postquam propinquos tuos cognovit, tibi muneri misit; seque tecum affinitate conjungi cupit: quare, si tibi videtur, ¹ des ei filiam tuam nuptium. Id si feceris, & Spartam, & ceteram Graeciam sub tuam potestatem ² se, adjuvante te, redacturum pollicetur. ³ His de rebus si quid geri volueris, ⁴ certum hominem ad eum mittas face, cum quo colloquatur. Rex ⁵ tot hominum salute, tam sibi necessariorum, magnopere gavifus, confestim cum epistola Artabazum ad Pausaniam mittit. In qua cum col-

dit. Paulo ante pro tibi muneri misit, ut muneri misit. Voss. C.

¹ Se adjuvante te redacturum] Longolius edidit: te adjuv. redacturum se pollic. Sensu plano, & proxime ad veram lectionem accedente; sed in vitis libris, qui consensu rō se exhibent in prioribus, in postremis non agnoscunt. Nam in omnibus, tam Mss quam vet. edd. legitur: se adjuvante redacturum. Eruditiss. Gronovius in litteris ad Ampliss. Boeclerum: Videtur, inquit, aut superfluum rō adjuvante, aut scribendum, redactum iri. quanquam possit intelligi vulgatum, si aliud se subaudias, sed durissimum illud, & Nepote indignum. Mihi paene indubium est, Nepotem scripsisse, ut primi ante sexennium legendum esse conjecimus; nunc autem fidenter in textu Auctoris rescripsimus. Excidit autem vocula te, quoniam eadem literae in fine praecedentis vocis legebantur. Nempe ut in tota hac narratione, ita & haec Thucydidem expressit. Sic autem ille: τὸ μὲν ποιεῖς οὐ Σπάρτης ἐν τῷ ἄλλῳ Ἐλλάδα ἰσχυροῦς ποιεῖς. Διὸς δὲ δόξαι ἡμῶν ταῦτα περὶ τῶν, μὴ τὰ δὲ βασιλεύσῃ. Bossius. Leid. sub sua potestate. Cod. P. Dan. se adjuvante re-

ducturum. de omiſſa vocula te vide cl. Cort. ad Sallust. Cat. cap. 23. n. 1. Voss. A. B. C. sub tuam potestatem se adjuvante redacturum.

² His de rebus] Sic Mss. & Ed. Ultrajectina, probatque & Schott. Inf. 20, 1, 2. Sed in his rebus &c. At Longol. & Lamb. Horum igitur, quomodo Thucydides: ἐν τῷ τῶν ἀγῶν. Bossius. Pro volueris Voss. A. nolueris. Voss. B. hisque de rebus f. q. g. v.

³ Certum hominem] Fidum, cui tuto fidere possis. Sic saepe Noster, itemque Cicero, alii. v. Ind. Thucyd. ἄσχετα μὲν. Bossius. De voce certus Passerat. ad Propert. l. 1. El. 13. vs. 6. & cl. Burmann. ad Petron. Satyric. c. 44. pro cum quo colloquatur. Leid. cum quo loquatur.

⁴ Tot hominum] Membranae priorum vocem delent, neque admodum necessariam: inquit Schott. Mihi elegantius videtur, si retineatur. Quod vero Lambinus, cum Putreano, existimat copula adjecta, legendum, & tam sibi necessarium; in eo frustra est. Nam copula elegantius omittitur. Bossius. Leid. necessarium. tot abest [a] Voss. C.

⁵ Artabazum] Pharnacis filium, ut Thucydides addit. Diodorus 11. 58.

collaudat, ¹ ac petit, ne cui rei parcat ² ad ea perficienda, quae pollicetur. ³ Si fecerit, ⁴ nullius rei a se repulsam laturum. Hujus Pausanias voluntate cognita, alacrior ad rem gerendam factus, ⁵ in suspicionem cecidit Lacedaemoniorum. In quo facto domum revocatus, accusatus capitis, absolvitur; ⁶ multatur

τρυφῆ vocat. *Bosius*. Voss. C. *Artabaxum*. Voss. A. *Artabaxum*. B. *Artabatem*. & in Margine Codicis Vossiani A. notatum erat *al. Artabatem*.

1 *Ac petit*] MS. Boecler. copula aberat. *Bosius*. Item Leid. & Voss. B. C.

2 *Ad ea perficienda*] MC. Dan. *ad ea efficienda*. *Bos.* Sic & Voss. B.

3 *Si fecerit*] Dan. Leid. & Boecl. *si perfecerit*, quod e proximo *perficienda* natum videtur. heic certe locum vix habet, nam quod Xerxes pollicetur, Pausaniam nullius rei a se repulsam laturum; id non accipiendum est de praemiis ob *perfecta*, quae pollicitus erat, largiendis; sed de auxilio, quod rex praestiturus erat, *si faceret*, quae Rex fieri volebat, h. e. si nulli rei parceret, ac neque nocte neque die quiesceret, *ad ea perficienda*, quae pollicebatur. Sic enim apud Thucydidem (unde haec narratio desumpta est) Xerxes: *καὶ ὅτε μὲν τὸ μὲν ἡμέτερον ὄπισθεν ἄρα ἀνεῖναι προέταρεν ἡ, ὡν ἐμοὶ ἰσχυρῆ. μὲν δὲ χροῦς ἡ ἀργύρος δαπάνη κινηθῆναι, μὲν δὲ σελήϊας πλῆθει, ἐποὶ δὲ τὴν ἑξήγησεν.* Unde clare apparet, non nuptias filiae, aut honores & praemia, quae rex Pausaniae, *si perfecisset*, quae pollicebatur, concessurus esset; sed pecuniam & militem, ut ea posset perficere, promitti. *Bosius*. *Perfecerit* etiam Voss. A. B.

4 *Nullius rei a se repulsam laturum*] Plutarchi illud in *Lysandro* & *Agefilao* firmat etiam exemplum Pausaniae: *non faciliori negotio Persarum Reges Graecos ab Asia, quam corruptis ducibus, repulisse*. Loccenius.

5 *In suspic. cecidit*] Accusatum esse a Peloponnesis, scribit Diodorus 11. Sed de multa, nec ipse, nec Thucydidis quidquam tradunt. Thucydidis tantum ait, eum privatis quibusdam criminibus condemnatum, a maximis absolutum. *Bos.* Leid. *Lacedaemonio*, pro *Lacedaemoniorum*.

6 *Multatur tamen pecunia: quam ob causam ad classem remissus non est*] Animadvertis multatos Lacedaemone infamia haud carere, eoque ipso mandata provincia sive imperio excidere, nec non patria; nisi eam insigni facto, meritoque recuperassent. Polyaeus l. 2. in *Clearcho* Com. 7. *Κλέαρχος* δὸς ἀπὸν Βιζαντίαν ζημιωθείς ἐπὶ τῶν ἑσθέρων εἰς Λαμψάκων κερτίπλους. Ibidem: *Σπύριππος* Λακωνί ζημιωθείς χορηγίαν ἐπὶ τῶν ἑσθέρων ἀποποιούσας ἀποσταλίσκει ἀπὸ τῆς Τριτάτης ἀποκεννάδου. Nepos infra 16, 1, 3. de *Pelopida*: *Idque suo privato, non publico fecit consilio, quo facto eum Lacedaemonii ab exercitu removerunt, pecuniaque multarunt*. Gebhardus. Possis tamen & ideo militiae praefecturam Pausaniae abrogatam dicere, ne vindictae cupidine

tatur tamen pecunia : quam ob causam ad classem remissus non est.

CAP. III.

At ille post non multo sua sponte ad exercitum ¹ arediit, & ibi non callida, sed dementi ratione, ² cogitata patefecit. ³ Non enim mores patrios solum,

pidine moliretur aliquid, traductis in suas partes copiis imperio ejus adfectis. Plerumque enim, qui sive jure, sive injuria damnati; ultionem hoc casu meditari solent. Exemplo Livius Salinator est apud Livium 27, 36, & 42. *Bosius.*

¹ *Cogitata*] Emendatio Lambini. Quia tamen Vett. Libb. *cognata*, nihil certius vel ipso Lambino judice, quam rescribendum esse *conata*. Caesar. L. 1. Bell. Gall. cap. 3. *Perfacile factu esse illis probat conata perficere.* Vellej. Patercul. Lib. 11. cap. 29. *Privatis ut opibus, ita consiliis magna ausus magnificeque conata exsecutus.* Sueton. in Galba cap. 17. *Faciliorem occasionem M. Salvio Othoni praebeuit perficiendi conata.* Juvenal. Satyr. 13.

Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,

Facti crimen habet, cedo, si conata peregit? Gebh. Sic e Thucydide Lambinus & diu ante Editio Ultrajectina. Alii malunt *conata*; quos adjuvare videtur Cod. Dan. in quo fuit *cognata*. Noster utraque voce alibi usus: quemadmodum & alii veterum. Vid. Index. Sed & Thucydides utrique faver. Priori quidem in illis: *καὶ ἕτερον τῶν δίδωσαν ἐν ἰδίωτο.* Alteri vero istis: *ἀλλ' ἄλλος βασιλεὺς πρὸς ἄλλο ἀ τῆ γνάμν μισθίου ἐστρετα, ἰμπερα βασιλεὺς.* Li-

bri tamen & edd. veteres omnes, uno Danielis excepto, habent *cognata*. quod etsi corruptum; propius tamen ad *τὸ cogitata*, quam ad *τὸ conata* accedit. *Bosius.* Si cui *cogitata* placet, inspiciat, quae de verbo *cogitare* norant cl. V. V. Burmann. ad Vellej. Paterc. L. 2. c. 13; in fine; & Torrenius ad Valer. Maxim. L. 5. cap. 2. E. 1. Mihi minus arridet *conata*. Leid. Oxon. Voss. A. B. C. *cognata*. Mattaire etiam praetulit *cogitata*. pro *callida* Voss. A. *callida*.

² *Non enim mores patr. solum, &c.*] Dictu mirabile, sed tamen verum: mutatum cultum, vestitumque, morum quoque in pejus mutatio sequitur, nemoque non cum superbo habitu superbos mores induit. Livius 24, 5. de Hieronymo Siciliae rege: *Hunc tam superbum, inquit, apparatus habitumque convenientes sequebantur mores, contemptis omnium hominum, superbae aures; contumeliosa dicta.* Curtius 6, 6, 4. & 5. *Itaque purpureum diadema distinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdedit, vestemque Persicam sumsit; ne omni quidem veritus, quod a victoris insignibus in devicti transfret habitum. & ille se quidem Persarum spolia gestare dicebat: sed cum illis quoque mores induerat; superbiamque habitus animi insolentia sequebatur.* Vide Valer. Max. 2, 6, 1. ubi Pausanias

2 lum, sed etiam cultum, vestitumque mutavit. Apparatu regio utebatur, 1 veste Medica: satellites Medici & Aegyptii sequebantur: 2 epulabatur more Perfarum

fortitudinem suam effoeminato cultu molliſſe ait. Gebhardus. Eadem plenius refert Suidas l. c. Ernsius. Adde Themistocl. ep. 2. & 14. quibus Pausania hoc ipsum exprobratur. Bosius.

1 Veste Med] I. e. Persica. Athen. 12, 9. Παντανίας καὶ ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς καὶ ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς καὶ ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς. apud Latinos saepe Medici pro Persis ponuntur, quia unius imperio parebant. Lambinus. Solent illi ejus gentis, cujus gratiam ac studia occupantur, vestitum quoque atque habitum assumere. deinde, ad quos animo desciverunt, cultu quoque degenerare. De Germanico Tacitus 2. A. 59, 2. Valerius 3, 6, 1. de P. Scipione, Crediderim etiam favorem eum faciorum uberiorem se adepturum existimasse, si victum eorum & solennes exercitationes comprobasset. Sic Pausanias, ut captaret Perfarum favorem, cultuque mentem ostenderet, Medica veste uti voluit, abjecto amictu patrio, obsoletiore quam videretur tanto fastigio, ad quod mentis elatione aspirabar, convenire. Florus 4, 11, 3. de M. Antonio: Toga, fascium oblitus totus in monstrum istud, ut mente, ita animo (Freinshemius leg. amictu) quoque & cultu desciverat. Aureum in manu baculum; ad latus acinaces; purpurea vestis ingentibus obstricta gemmis, diadema aderat, ut regina rex ipse frueretur. Non solum autem transjugae, patriique moris desertores devinciendis iis, quorum opes adulantur, peregrinis vestibus se onerant; sed legati etiam eorum, ad quos a

superioribus missi adeunt, habitum aemulantur. Hippolytus Mediceus, Clementis VII P. M. in Bello Pannonico legatus, Hungarorum favorem elicuerat, cum ipse quoque Hungarice vestitus obsequaret. Exagitat hoc in Ruffino Claudianus. 2, 75.

Egregii quoties exisset foederis auctor
Stipatus sociis, circumque armata
clientum

Agmina, privatis ibant famulancia
signis:

Ipse inter medios, ne qua de parte
velinquit

Barbariem, revocat fulvas in pe-
ctore pelles,

Frenaque, & immanes pharetras, ar-
cusque sonoros

Affumulat, mentemque palam testa-
tur amictus.

Nec pudet Ausonius currus, & jura
regentem

Sumere deformes ritus vestemque
Getarum,

Insignemque habitum Latii mutare
togaeque.

Ceterum ut hic Pausanias Persicum habitum assumulerat, quod ad eos transire meditarus erat; Ita qui Lacedaemoniis studebant, affectum suum cultu eorum assumpto denuciabant. Aristophanes Crabromibus.

Καὶ ζυγῶν Βραχίδια καὶ φορέων.

Καὶ κοσμητὰ σιμμάτων, τῆνδ' ἰ-
πὴν ἀνεγὼν τρέφων.

Scholia addunt: ἀντὶ τῆς Λακωνικῆς. ὅτι ἡ Λακωνικὸς τοιαῦτα ἐπιπέθειστος. &c. Gebhardus C. P. Dan. & Leid. veste Medico.

2 Epulabatur more Pers.] De Perfarum

farum luxuriosius, quam, qui, aderant perpeti possent:
 1 aditum petentibus conveniendi non dabat: 2 super-
 be respondebat, & crudeliter imperabat: Spar-
 tam redire volebat: 3 Colonas, qui locus in agro
 Troa-

farum epulis victuque legatur Xenoph. lib. 8. Cyropaed. & Athenaeus 4, 6. Ad praesentem Probi locum quod attinet, legere ne pigeat Herodotum lib. 9. Athaenaeum l. cit. & Plutarch. in Apopth. Lacon. Magius Contra Lacedaemoniorum victus rigidus & parcus erat, ut docet Meursius Miscellan. Laconic. 1, 8. Bosius. Quanto opere Persae indulserint gulae, inde pater, quod Peregrini in eorum luxum prolapsi, vitam cum morte mutabant, ut de Tacho Aegyptiorum Rege narrat Aelianus lib. 5. V. H. cap. 1. quare mirari non debemus, si quidam Pausaniae comites hanc luxuriam perpeti non potuerunt. Epulabatur omisium est typhothetarum vitio in Loccenii editione.

1 Aditum petentibus conveniendi non dabat] Si moribus cultu vestituque; si apparatu Barbaros imitabatur, ἐπιπροδία mite Graeciae ingenium exhibere quomodo conveniebat? Quippe ut Tacitus 2. A. 2, 6. perhibet, prompti aditus, obvia comitas, ignotae Parthis virtutes, nova vitia. Est vero admissionum difficultas familiare celsae potestati ac divitiis vitium. Livius 24, 5. de Hieronymo; aditus non alienis modo, sed tutoribus quoque difficiles. Tacitus 4. A. 74, 3. Eo venire patres, eques, magna pars plebis, anxii erga Sejanum, cujus astrictior congressus, atque eo per ambitum & societate consiliorum parabatur. Per ambitum dicit, cum nempe modo precio per acceptissi-

mos servos ac libertos; modo prece atque summa demissione ab ipso Sejano congressus esset impetrandus. Hoc modo est intelligendus locus Justini 1, 3, 2. Cum admitti magna ambitione aegre obtinisset Arbaces. Vitium istud odii plenissimum objicit fratri Agamemnoni Menelaus apud Euripidem Iphigenia Aulidensi:

Κἄτ' ἐπεὶ κατέχης ἀρχάς, μεταβά-
 λων ἄλλος τέρπεις
 τοῖς φίλοις ἐκεί' ἤσθαι τοῖς πρὶν αἰὲ
 πρῶτον φίλῳ.
 Δυσπρόσβιτον, ἔστω τε κλειθέων σπῆ-
 νον.

De fastu ac difficultate divitum; quam in admittendo tenuiores adhibent, capiendus P. Syri mimus;

Non semper aurem facilem habet
 felicitas.

Contra de Ptolemaeo Curtius 9, 8; 27. Liberalis imprimis, adituque facilis, nihil ex fastu regio assumerat. Gebhardus. Adde not. ad 1, 8, 4. Bosius. Leid. conveniendi. non addit etiam cod. P. Dan.

2 Superbe respond. &c.] De arrogantia ista & inhumanitate Pausaniae vide Plut. Aristide, ac Cimona, Diod. Sic. 11. & Aristid. rhetorem Orat. de laudib. M. Aurelii, Tomo 2, p. 113. Bosius. Leid. respondi das crudeliter omisso &c. ita & Voss. C.

3 Colonas] Non recorder mihi hujus loci nomen alibi occurrisse Gebhardus. Leid. ut & Voss. A. B. C. Colonas v. Cellar. ad h. l.

Troade est, se contulerat: ibi consilia cum patriae,
 4 tum sibi inimica capiebat. Id postquam Lacedae-
 monii resciverunt ¹, legatos ad eum ² cum scytala mi-
 serunt: in qua more illorum erat scriptum, *nisi do-*
num

¹ Legatos] Thucyd. κήρυκα, i. e. nuncium. Lambinus.

² Cum Scytala] Assentiar P. Danieli lectionem cum clava asserenti? At Nepos non abhorret Graecis vocabulis, quae commode Latinis mutari non possunt. Sic Iphicrate non refugit *moeram*, & alibi *Ephori*, *ostracismum*, *astu*, *αἴα*. Latini antiquiores non fastidiosi in retinendis Graecis erant, sic Livius dixit *Petition ocrim* de quibus vide Nonium. Scytalae formam depingunt Plut. in Lyfandro. Marcellinus in Thucydidem. Gellius lib. 17. cap. 9. Aristophanis Scholiafles in aves (v. 1283.) Usus autem literarum secretiorum praebuisse & hic de scytala adnotat. Video autem semper in revocando Imperatores suos scytala usos Lacedaemonios. Xenophon Agefilao ἐπιδὴ ἤλθεν αὐτῷ σκυτάλη δὸς ἦν ἕκαστος τελευτῶν βοηθεῖν τῇ πατρίδι ἐπιθήσει Polyæn. Lib. 8. Φαρνάξος καὶ Λυκάνδρος Λακεδαιμονίους ἔρχεσθαι. οἱ δὲ δὸς τῆς Ἀσίας αὐτὸν ἀνιχνεύσαντο σκυτάλει πέμψαντες. At revocationi isti cur tantum secretum inesse oportuerit, non perspicio. Colligere ergo licet, scytalen praestitisse omnem usum literarum, tesserarum, atque aliarum id genus notarum. Nam & in pecuniae summa signanda, & saccis obsignandis scytalen habuisse locum docet Diodor. Lib. 13. de Pecunia ex praeda Atheniensium Lacedaemonem a Lyfandro missa. Alium usum memorat Polyæn. Lib. 1. in

Tyrtæo. Vide Justin. L. 3. c. 5. ubi σκυταλίδας interpretatur *tesseras*. Apud Ciceronem in quadam epistola ad Atticum scytales Laconiae h. e. Epistolae brevis & obscurae exstat mentio, ut interpretatur Beoraldus Adnotationibus. Gebhardus. Vide de hac voce Marcelli Donati dilucidation. ad Liv. L. 38. & Clemens Alexandr. 11. Strom. p. 367. a. Eusebius. Scytalen Laconicam, de qua plura in indice, heic a Nepote significari, dubitare non licet. Nam diserte Thucydides, quem expressit: πέμψαντες, inquit, κήρυκα οἱ Ἑφροσι, καὶ σκυτάλην. Et solitos a Lacedaemoniis scytala revocari imperatores, etiam Lyfander exemplo est, apud Plutarch. in vita p. 444 & Polyæn. L. 8. in Pharnabazo. Immo alia quoque Imperatoribus & praefectis per scytalen mandari solita, ex ejusdem Plutarchi Alcibiade extr. & Xenophontis hist. Gr. 3. apparet. Sed an ipsa voce scytala Noster usus sit, non aequè certum est. Primus enim Aldus eam reposuisse dicitur, nullis vet. libris suffragantibus. Nam in Dan. Gif. & Schotti fuit: cum clava. unde P. Daniel & Schottus tentabant: cum clava, i. e. furculo, cujus formam scytale referebat. Savaro e suis & antiquiss. editione Veneta laudat: cum lana, quod recte rejicit Magius: cum neque in lana scriptae sint literae, neque lorum illud, quo furculus involvebatur, lana dici queat. Mf. Becl. cum lancea, quomodo & Longolius

num reverteretur, ¹ se capitis eum damnaturos. Hoc ⁵
 nuntio ² commotus, ³ sperans, se etiam pecunia &
 potentia instans periculum posse depellere, domum
 rediit. huc ut venit, ab ⁴ ephoris ⁵ in vincula publica
 con-

golius edidit: et si negat se videre, cur scytale vocetur lancea. Sed omnibus hisce lectionibus repugnat mos Lacedaemoniorum. Nec enim furculus ipse sive lignum, sed lorum tantummodo, sive membrana, in qua ligno circumplicata litterae scriptae fuerant, ad imperatores mittebatur, retento ligno. Sic enim extere scribunt. *Plutarchus*, *Gellius*, *Suidas*, *Tzetzes*, & *Scholias* cum *Aristophanis*. An igitur cum *Magio* putabimus, auctorem ipsum errore ductum credidisse *νεγκυες* furculum sive lignum illud teres, quod charta instar lori proluxa convestiebatur, secum portare solitos, atque ideo lanceam nuncupasse, quod parvam lanceam forma referret? An potius cum aequae membrana sive lorum, ac lignum, circum quod plicabatur, scytale vocata sit; (nam ut *Plutar.* *Lysandro* l. c. scribit, *νεγκυτες ὁμωνύμους τῆς ἐλάφας* *λευτάλην τὸ βέλδιον*.) Graecorum imitatione litteras ipsas lanceam vel clavam vocasse; Utcunque sit, vox scytala nimium a librorum omnium scriptura abit; eoque vix ea usum Neptem crediderim, nisi in vetusto aliquo codice reperiat. *Bosius*. De scytala praeter *Schol.* *Thucyd* L. I. c. 133. L. 97. & *Schol.* *Aristophan.* in *Lysistr.* vs. 99. etiam *Suidas* & *Schol.* *Pindari* *Olymp.* 6 vs. 154. *Leid.* *lana.* *Mf.* *Oxon.* lancea. *Voss.* A. B. C. *lana.* *Voss.* B. paullo ante *tum patriae*, tum sibi inimica.

¹ Se capitis eius damnaturos.] Id.

enim legibus eorum licebat facere regibus. De quo vide *Grotium* de *J. B.* & *P.* I, 4, 8. & in *notis ad eum locum*. Ratio, quia (ut infra noster loquitur 21, 1, 2.) *Spartani* reges nomine, non potestate, seu, ut est 17, 1, 2. nomine magis quam imperio reges faere. quod cum alii passim docent, tum prolixè ostendit *Armsæus* de *Repub.* 2, 6, 2. §. 12. & seqq. Tales autem capite puniri posse, inter alios *Grotius* docet loco modo laudato. *Bosius*.

² Commotus.] Sic *Mss.* *Savaroni* inspecti ut XIV, 4, 1. & 6, 6, x, 2, 5, xx, 1, 6, VII, 10, 2. vulgo editur: motus. *Bosius*. & sic *Voss.* B.

³ Sperans se pecunia & potentia.] *Pecunia*, qua corrumpet iudices aut accusatores; *potentia*, qua eosdem deterreret. *Bucconerus*. Sed neutro valet. Prudentior hac parte *Alcibiades* fuit, qui absens reus violatae religionis factus fuga sibi consuluit, infra 7, 4, 3, & 4. In quibusd. edd. legitur: se etiam cum pecunia & pot. *Bosius*. *Leid.* & *Voss.* A. B. cum pecunia. & domum rediit pro domum redit.

⁴ Ephoris.] *Ephori* centum & triginta annis post *laras* *Lycurgirethras* constituti. de his *Aristoteles*. L. 2. *Polit.* c. 7 *Gebh.* *Voss.* B. *Huc ut venit.* *Voss.* C. *Huc ut venit ad Ephoros.*

⁵ In vincula p. coniectus.] Loquitur eo pacto in *Miltriade*, & *Pelopida*. *Curtius* *Lib.* 10. *Orsines* in vincula traditus est. *Cicero* *Attico*. *Ut Veitius* (&c.) in vincula coniectetur. *Gebhardus*.

conjectus est. ¹ licet enim legibus eorum cuius ephoro hoc facere ² regi. ³ hinc tamen se expedit. neque eo magis carebat suspicione. nam opinio manebat, cum cum rege habere societatem. ⁴ Est genus quoddam hominum, quod ⁵ *Helotes* vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit, fervorumque munere fungitur. ⁶ hos quoque sollicita-
 7 re ⁷ spe libertatis existimabatur. sed quod harum rerum

¹ *Licet enim*] Praeter veteres Thucydidem lib. 1. Xenoph. de polit. Laced. Aristot. Polit. 2, 7. vide auctores in Ind. v. Ephori adlegatos. Bofius. Leid. hoc facere, quod regi.

² *Regi*] Qua dignitate pollebat Pausanias; non ipse quidem rex: sed Plitarchi, Leonidae, qui ad Thermopylas occubuerat, filii, ac patruelis sui, tutor. v. Thucyd. l. c. Bofius.

³ *Hinc tamen se expedit*] Ex vinculis liberavit. Horat. de se amore victo Epod. XI.

Unde expedire non amicorumqueant Libera consilia.

Eumene. Hinc tamen multis suis amissis se expedit. Attico. In proscriptorum numerum a P. Volturnio praefecto fabrum absentem relatum expedit. Cic. pro Milone. si vita nostra in aliquas insidias incideret, omnis honesta ratio esset expediendae salutis. & in Verrem. expedire se vinculis. Gebhard.

⁴ *Est genus quoddam hom.*] Illustis eruditione & meritis in rem litterariam clarissimus Joh. Frid. Gronovius in litteris ad Boeclerum: Mallem, inquit, Est genus quoddam hominum (*Helotes* vocantur) quorum Graec. Simile observavi in Floro lib. 3. cap. 3. Sub ipsis Alpium radicibus affluens (locum *Aguas Semias* vo-

cant) quo, fidem minimum! praelio oppressit. Sic enim scripserat ille, ubi vulgo ineptissime, in locum quem. Bofius.

⁵ *Helotes*] Dixi ad Aelian. V. H. Lib. 3. cap. 20. Gebhardus. Leid. *Ullote*. Voss. A. *Elote*. B. & C. *illote*. Cod. P. Dan. *illotae* v. Perizon. ad Aeliani locum.

⁶ *Hos quoque sollicitare spe libert.*] Caesar L. 3. Civ. c. 21. *Caelius Milonem in Turinum ad sollicitandos pastores praemisit*. ibid. cap. 22. *Milo, quos ex acre alieno laborare arbitrabatur, sollicitabat* Liv. L. 34. *Nihil actum esse exsilio Annibal, se absens quoque novas moliri res, sollicitandoque animos hominum turbare statum civitatis posset* Curt. L. 3. c. 18. *Cum ad perniciem ejus etiam a latere ipsius pecunia sollicitaret hostes*. Auctor de viris illustribus *Fabricius prius inter legatos sollicitari non poterat, quarta parte regni promissa*. De crebris horum insidiis in dominos Aristotel. L. 3. c. 7. pr. Gebhard. Non vanum fuisse hunc metum Lacedaemoniorum, docent exempla Romanorum ap. Florum 3, 19. Bofius. De re & verbo Cortius ad Sallust. Catil. cap. 24. n. 4. Voss. A. B. *Sollicitare* Leid. & C. *sollitare*.

⁷ *Spe libertatis*] Et civitatis, quam illis promittebat, si una exurgerent.

rum nullum erat apertum crimen, quo argui posset, non putabant de tali tamque claro viro ¹ suspitionibus oportere judicari: sed expectandum, ² dum se ipsa res aperiret.

CAP. IV.

Interim ³ Argilius quidam adolescentulus, quem ¹ puerum Paulanias amore Venereo dilexerat, quum epistolam ab eo ad Artabazum accepisset, eique in suspensionem venisset, aliquid in ea de se esse scriptum, quod nemo eorum rediisset, qui super tali causa eodem missi erant: ⁴ vincula epistolae laceravit, signo-

que
rent, & in universo negotio conficiendo se adjuvarent. *Thucydides l. c.* Bofius.

¹ Non suspitionibus oportere judicari] Utebantur enim Spartani hac inter se consuetudine, ne quid prope de homine Spartano sine evidentissimis indiciis acerbius starent. *Thucydides l. c.* Bofius. *Judicare.* Voff. C.

² Dum se ipsa res ap.] De particula *dum* pro donec subjunctivo addita vide cl. Dukerum ad *Florum l. 3. cap. 11. n. 7.* Voff. A. C. & *expectandum B. tamque viro claro.*

³ Argilius quidam adolescentulus, quem puer Paulanias am. Ven. dilex.] *Thucydides* paullo honestius haec: *αὐτὸς Ἀργίλιος παῖδι καὶ ποτ' αἰνὰ ἀντὶ.* Nam *παῖδι καὶ* saepe pro honesto amore capitur. Legatur *Suidas*. Longolius. *Xenophon. lib. de Laced. Rep.* & *Plut. in Lycurgo*, in *Cimone*, *Institutiis Laconicis*, & in *Pelopida*, atque alii, puerorum amores apud Lacedaemonios turpitudinis experies fuisse demonstrant. *Magius*. An ergo dicemus illud *amore venereo* glossema esse? Certo, *Barthii* judi-

cio, non sic scripserit *Nepos*. *Bofius*. Verba haec, quasi glossema aliquod, non sunt expungenda, quippe ex errore ipsius Auctoris orta, qui Graecum *παῖδι καὶ* obsceno sensu interpretatus est, quum antiquus de honesto amore capiebatur, ut hic recte notat Longolius. *Adi. Cel. J. Perizonium ad Aelianum l. 3. V. H. cap. 12. n. 5.* pluribus de hoc loco agentem. *Cod. P. Dan. amore venerio.* Voff. C. *Venero.*

⁴ Vincula Epistolae laceravit] *Mf.* meus legit pro *laxavit*, *laceravit*. Quam scripturam *Schoppii* membranae confirmant *lib. 4. Verisim.* cap. 2. Vinculis autem colligatas antiquorum Graecorum fuisse epistolas, *Curtii* hoc testimonio recte probat *Barthius*. *Parmenion*, ad *Curtium lib. 7. 2. Vinculum Epistolae solvens, quidnam rex ageret, requirebat.* *Ernst.* Sic membranae *Bavaricae*, referente *Schoppio Verisim. 4. 2.* itemque *Mf. Boecl.* & *Ernstii* rectius, ut opinor, quam *laxavit*, ut vulgo legitur. *Thucydides*: *ἄρα τὰς ἐπιτολάς.* *Diodorus*: *ἀντὶ τὰς ἐπιτολάς.* At *laxare vincula*, non est solvere.

que detracto, cognovit, ¹ si pertulisset, sibi esse per-
² eundum. ² Erant in eadem epistola, quae ad ea per-
 tinebant, quae inter regem Pausaniamque convene-
 rant. Has ille litteras ephoris tradidit. Non est
 praetereunda gravitas Lacedaemoniorum hoc loco.
³ ³ nam ne hujus quidem indicio impulsus sunt, ut Pau-
 saniam comprehenderent: neque prius vim adhiben-
 dam putaverunt, ⁴ quam se ipse indicasset. Itaque
 huic

aut aperire, sed remittere, aut laxi-
 ora facere. Et qui legi potuit
 epistola, si tantummodo laxata sunt
 vincula, non discissa? quid attine-
 bat sigillum simile effingere, (quod
 Thucydides Argilium hunc fecisse,
 ait) si vincula integra permansere?
 Bosius. Leid. & Voss. A. C. laxa-
 vit, B. laceravit, sed in marg. a. m.
 sec. laxavit.

¹ Si pertulisset] Aberant haec a
 membranis Schoppii: sed recte ob-
 servatum Barthio Advers. 24, 18. &
 Gebhardo, decedere aliquid senten-
 tiae, si eximantur. Non enim simpli-
 citer ei pereundum erat, sed si ad Ar-
 tabazum epistolam pertulisset. Su-
 pra 2, 8, 6. sensit Themistocles, si eo
 pervenisset, sibi esse pereundum. Ta-
 men Thucydides solum ait: αὐτὸν
 ἔργον ἐν τῷ ἐπιγράμῳ κλεινόν. Bosius

² Erant in eadem epistola, quae ad
 ea pert.] Non exstant in C. Leid.

³ Nam ne hujus quidem indicio]
 Aliam rationem affert Diodorus Si-
 culus; nempe quia literas apertas
 tradiderat. Lambinus.

⁴ Quam se ipse indicasset] Liber
 P. Danielis: judicasset; vitiose. nam
 ex proprio indicio convincere E-
 phori Pausaniam cogitabant. Ulpia-
 nus l. 1. ad edictum l. indicasse 197.
 D. de verborum significatione: In-
 dicasse est detulisse, arguisse, accusasse,

& convulisse. Gebh. Se ipse eleganter:
 sic Cicero 9. ad Fam. Ep. 14. Tecum
 ipse certes. Quam elegantiam in-
 venire etiam est in Hygino Fab. 46.
 Gaeterae, fide data, se ipsae interfe-
 cerunt & Fab. 57. Sthenobaea, re au-
 dita, ipsa se interfecit. qui ita sac-
 pius. de hoc loquendi more egerunt
 cl. v. v. Dukerus ad Florum L. 7.
 cap. 18. n. 7. & Cortius ad Sallust.
 Cat. c. 20. n. 6. & ad c. 23. n. 2.

⁵ Quid fieri vell.] Q. Edd. quae
 fieri vell.

⁶ Fanum Nep.] Scholia in Aristoph.
 Acharnenses: (v. 509.) Ταῖνα ἐργὸν γὰρ ὄντι
 τὸ Λακωνικῆς ἀκρωτήριον, ἐν ᾧ σέμιν λῶ
 κατὰ γόνει ἀδ. ἐταύδα ἦ λῶ κ. Ποσει-
 δῶν ἐστὶν ἄσραλει. Iste vero Ne-
 prtinus ideo, puto, ἄσραλει δι-
 cebatur, quod navigationem tutam
 ac secundam praestare posset. Eo-
 dem cognomine colebatur & ab
 Atheniensibus. Idem Scholiastes: Ἄσ-
 ραλει Ποσειδῶν παρὰ Ἀθῆναισι τι-
 μά, ἵνα ἀσραλῶς πλέωσι. In Acharnens.
 Act 11. sc. 6. Gebh. Meminerit tem-
 pli hujus & Strabo 9. Melas 3, 3. Plu-
 tarchus Pompeio, Stephanus & alii.
 vid. Meursius Miscell. Lacon. 4, 11.
 Ἄσραλει, autem etiam idcirco di-
 ci potuit, quod ibi τοῖς ἱεραῖς ἀσ-
 ραλαια, ut de ejusmodi locis sa-
 cris loquitur Pollux 1, 1, 10. Sic e-
 nim ibi legendum: non ut vulgo edi-

huic indici, ⁵ quid fieri vellent, praeceperunt. ⁶ Fa-
num Neptuni est Taenari, quod violari nefas putant
Graeci. Eo ille index confugit: ¹ in ara confedit.
² Hanc juxta locum fecerunt sub terra, ex quo pos-
set audiri, si quis quid loqueretur cum Argilio. Huc
ex ephoris quidam descenderunt. Pausanias, ut au-
divit,

editur, *οὐκ ἔρασε*. Neque enim folis
fervis, sed cunctis supplicibus, asy-
la erant. *Bosius*. A Taenaro Neptu-
ni Filio ipse locus dicitur habere
nomen v. Schol. Apoll. Rhod. 1.
Argon. vf. 179. Strabo l. 8. Geogr.
p. 574. & Eustath. ad Dionys. Pe-
rieg. vf. 498. tradunt, Neptunum ab
Apolline pro Pythone recepisse praec-
fidium Taenari: nam & hic Apollo
fuit olim templo cultus. v. Serv.
ad Virg. Eclog. 8. vf. 55. Quid-
quid sit, Taenari fuisse tutissimum
asylum Neptuni templum, inter o-
mnes constat. vide cæl. Perizon. ad
Aelian. l. 6. V. H. cap. 7. hinc *νεπ-
τῦν* vocatur a Pindaro O
Pyth. 4. v. 78. vide & Thucyd. id.
lib. 1. cap. 133. Voss. C. pro fa-
num, *Vantum*.

¹ *In ara confedit* Ad aras con-
fugiebant, qui sibi timebant, &
servi & liberi. Plautus *Mofcell.* 5,
1. 45. Ego interim hanc aram occupa-
bo. Terentius *Heaut.* 5, 2. 22. *Ne
te admisce; nemo accusat, Syre, te;
nec tu aram tibi, Nec precatorem pa-
paris.* Virgilius *Aen.* 2.

*Aedibus in mediis, nudoque sub ae-
theris axe,*

*Ingens ara fuit, juxtaque veterri-
ma laurus*

*Incumbens arae, atque umbra com-
plexa penates.*

*Hic Hecuba & natae nequicquam
altaria circum &c.*

Ibidem de Helena:

*Ille sibi infestus eversa ob Pergama
Teucros,*

*Et poenas Danaum, & deserti con-
jugis iras*

*Permetuens, Troja & patriae com-
munis Erinys.*

*Abdiderat sese; atque aris invisae
sedebat.*

Lambinus. Qui supplicantium mos e-
rat. Quare Graeci ritum istum
per verbum *ἱεῖν* exprimere sole-
bant, uti apud Euripidem aliosque
scriptores legimus. Id quod Latini
imitati sunt. Unde apud Plau-
tum *assidere in ara*, *Rud. Act.* 3. sc.
3. & *in aram abire sessum* *ibid.* scen.
4. quod Tacito est *aram insidere*.
Quo etiam Tibulli versus spectat:

*Illius ad tumulum fugiam supplex-
que sedebo.*

Vid. 2. Reg. 7, 18, ubi *ישב לפני*
vetus interpres transtulit: *sedie
coram domino*. pro quo in aliis est
confedit. *Ernstius*. *Add. Turneb. Ad-
vers.* 21, 18. *Raevard. variar.* 1, 7.
Taubmann. ad Plaut. pag. 678. *&c.*
Bosius. *Leid. in araque confedit. Con-
sidere, & sedere* verba esse suppli-
cum docent Passerat. ad *Propert.* l.
2. El. 21. vf. 45. & *Broukhuis*, ad
Tibull. 2, 7, 15. & ad l. 4. El. 13.
vf. 23. *Apoll. Rhod.* l. 4. *Argon.*
vf. 694. usus est verbo *ἱεῖν*. &
Sophocl. Oed. Col. vf. 1201. vel in
aliis Edd. 1218. dixit de supplice.

— *Προσκύπτει πρὸς*

Βασιλῆα ΚΑΘΗΣΘΑΙ τῶν Παιδῶν.

divit, Argilium confugisse in aram, ¹ perturbatus eo venit: quem quum supplicem Dei videret in ara sedentem, ² quaerit, causae quid sit tam repentino consilio. Huic ille, quid ex litteris comperisset, aperit. ³ Tanto magis Pausanias perturbatus orare coepit, ⁴ ne enuntiaret, nec se, meritum de illo optime, proderet. Quod ⁵ si eam veniam sibi dedisset, ⁶ tantisque implicitum rebus sublevasset, ⁷ magno esse ei praemio futurum.

CAP.

Et ita saepius, & *αεσπινθη* ibi vertitur per *supplicem*, non male, nam *αεσπινθη* proprium est supplicum ut Eurip. *Androm.* v. 536

Τί μὲν αεσπινθη, αλιαν πτερον
Η κέρτα ληταίς ως παρτίων.

Vide Doct. Elfner. ad Euang. Marci c. 3. v. 11. Haec *εσπινθη*. Hinc etiam *ιδεσται* appellantur *supplices*. v. Ill. Spanh. ad Call. H. Del. v. 325.

² Hanc juxta locum fecerunt sub terra] Haud dissimili calliditate ap. Tacit. 4. A. 69, 2. Testum inter & laquearia tres Senatores haud minus turpi latebra, quam detestanda fraude sese obrudunt, foraminibus & rimis autem admovent. Caeterum quia Thucydides vocat *καυκλήν*, Magius legendum censet heic esse *specum*; cui se propemodum (dissimulato nomine) assentiri addit Lambinus; nihil tamen veteribus libris inivitis murandum esse suadet. Gebhardus. Diodorus *δρακόν* *Camis* circumdatam Argilio, dicit, in eaque Ephoros occultatos. *Bosius*.

¹ Perturbatus eo venit] Schottus primum vocabulum deficere in veteri libro notat, videturque probare, quod paullo post occurrit. Sed illud ipsum *eo magis perturbatus* adstruit heic extrudi non debere prius *perturbatus*. Gebhardus. Voss. A. B. C. *venit eo*. Sed *perturbatus* in Voss.

C. non legitur.

² Quaerit, causae quid sit tam repentini consilii] Elegantius excerpta P. Daniel. *tam repentino consilio*. Gebhardus. Leid. etiam *repentino consilio*. Quam lectionem probat, & pluribus illustrat cl. Cortius ad Sallust. Car. cap. 40. n. 2. De similibus Darivis vide ad Lylandrum cap. 1. Noster in Alcib. c. 7. Itaque huic maxime imputamus malo causam fuisse. Sed variant ibi Codices, & cl. Oudendorpius legi vult *mali causam*. Milt. cap. 4. *Se esse hostem Atheniensibus*. Adde cl. Duker. ad Florum l. 2. c. 6. n. 48. & Cort. ad Sallust. Catil. cap. 32. n. 1.

³ Tanto magis] Schoppius scribit, se in duobus libris pro tanto invenisse modo, quod Barthio lib. 24. cap. 18. valde probatur: siquidem in vetustissima editione ita inveniret. Ernestius. Mss. Schotti & teste Schoppio *verisim.* 4, 2. duo Bavarici, ac Ed. Ultrajectina: *modo magis*. Boecl. abbreviate *imo magis*, id Barthius *Adv.* 24, 18. exponit supra modum. *Magis enim*, inquit, *orabat quam qui patribus occultatis excusari proditoris possent*. Sed dubito, an quisquam veterum ita loquutus sit. Quid si exponas: Jam, vel Tum, magis perturbatus? Lambinus mallet *multo magis*, atque testari quosdam.

CAP. V.

His rebus ephori cognitis, fatius putaverunt in urbe eum comprehendi. Quo quum essent profecti, & Pausanias placato Argilio, ut putabat, Lacedaemonem reverteretur; in itinere, quum jam in eo esset, ut comprehenderetur, ¹ e vultu cujusdam ephori, qui eum ² admonere cupiebat, infidias sibi fieri intellexit. Itaque paucis ante gradibus, ³ quam qui ²

seque-

dam, ita in antiquis codd. fuisse scriptum. Vellem nominasset! nam ego quidem in nullo sic scriptum fuisse reperio. *Bosius*. Leid. *Modo magis*. ut & Voss. A. B. *Pausanias* abest a Voss. C.

4 *Ne enunciaret*] Rectius Schoppius *ne enuntiatet*, arcana detegeret, & Ephoris proderet. Apulej. *Metam.* lib. 10. *Neque ad vos, quae ignorari possunt enuntiare*. Cicero contra Rullum, qui sociorum consilia adversarius enunciavit. *Gebb.* Sic legit idem Schoppius, (4. *Verisim.* c. 2.) quorum hoc auctoritate Livii comprobatur, cui addi potest Cicero, qui dicit *enuntiare consilia amicorum*. Orat pro Roscio Amer. *Enuntiare mysteria* lib. 1. de Orat. & *Enuntiare commissa*. lib. 2. *Tusc. Quaest.* Sed ego in omnibus libris meis, editis & Ms. reperio *enuntiatet*. *Ernstius*. Sic recte Dan. *Ernst.* Bavaricus unus, & meliores alii. vid. not. *Ernstii*. Alii *nunciaret*. *Bosius*. Propter praecedens e male ex *ne enuntiatet* factum esse *ne nuntiatet* recte putat cl. Corrius ad Sallust. *Caril.* c. 23. n. 1. *Enuntiare* omnino retinendum est, proprie enim notat tacenda detegere. vide Cl. *Burm.* ad *Quintilian.* *Declam.* 272.

5 *Si enim veniam sibi ded.*] Si hoc

sibi concessisset, ut sup. 2, 10, 1. V. *Ind.* Mox scripti libri habent *implicatum*, quomodo & 10, 1, 1. legitur. Denuo *Ind.* vide. *Bosius*.

6 *Tantisque implicitum rebus*] Libri Veteres *implicatum*. *Dione* *utraq.que implicatus* *tyramide Dionysiorum*. *Apulej.* 10. *Metam.* *Morbi inextricabilis veteris vehementer implicatus*. & ita videntur veteres esse locuti. idem lib. 3. *sed ut ex animo tibi volens, omne delictum, quo me tantis angoribus implicasti, remittam*. *Gebhardus*. *Leid.* quoque *implicatum*. nec non Voss. B. C.

7 *Magno ei praemio futurum*] *Alii magno esse ei praemio futurum*. Unde *Lambinus*: *magno id ei praemio futurum*, id est, magnis cum muneribus oneratum iri. *Gebb.* *Leid.* pro *mutaverunt, mutarunt*.

1 *Ex vultu cujusd. Ephori*] *Ex nutu clandestino aliis inobservato, nuptis deauris*, ut *Thucydides* lib. 1. pag. 87. habet. *Loecensis*, Voss. B. & *ex vultu. C. ex vultu*.

2 *Admonere*] *Non male Boeckl. & Leid. admoneri*. *Dan.* quoque *ammoneri*. *Bosius*. *Mf. Oxon. amoveri*. *Leid. meus. ammoneri*. Voss. B. C. *admoneri*.

3 *Quam qui sequebantur*] *Buchnerus o margaritis existimabat supplen-*

sequebantur, ¹ in aedem Minervae, ² quae Chal-
cioecus vocatur, confugit. ³ Hinc ne exire posset,
⁴ statim ephori ⁵ valvas ejus aedis obstruxerunt, te-
ctumque sunt demoliti, ⁶ quo facilius ⁷ sub divo in-
ter-

plendum comprehenderent, aut simi-
lem vocem aliam. Mallem: *ibant*,
pergebant &c. In Cod. Dan. erat:
qui eum sequebantur. Bofius.

1 In aedem Minervae, quae Chal-
cioecus vocatur, confugit] Vid. *Thucy-
did.* 1. *Diodor.* 11. *Lycurgus Orat.*
in Leocratem, *Aelian.* 9. 41. *Polyaen.*
3. *Plut. in parall.* p. 308. *Themistoc.*
Epist. 2. &c. Describit templum hoc
Pausanias Laconicis. Adde *Mewfii*
Miscell. Lacon. 1, 3. Bofius.

2 Quae Chalcioecus vocatur] Ae-
desne, an Minerva? Ad illam re-
ferre malim. nam ita & *Livius.* 35,
36. *Aetoli circa Chalcioecum* (Mi-
nervae est templum aeneum) congregati
caeduntur. *Aelianus* item *Var. histor.*
9, 41. de *Pausania* loquens: *ἵππει*
ἢ ἢν ποὺς τῆν χαλκιοῖα, ἢ διπύλαι
τῆς λιμῶ. Ceteri plerique Miner-
vam ipsam *χαλκιοῖον* vocant. Vide
Indicem. Quos si Noster imitari
voluisset; simpliciter, puto, di-
xisset: *in aedem Minervae Chalcioeci*.
Thucydides tamen vocat *τὸ ἕδον χαλ-
κιοῖα*. Bofius. *Leid. Chalciocos*. Voff.
A. Calchidicos. Voff. *C. Chalcidicus*.
sed Voff. B. *χαλκιοῖον*. Adde *Peri-
zon.* ad *Aeliani* locum.

3 Hinc ne exire posset] Quem e-
riam abstrahere religione veraban-
tur. *Polyaenus*: *ἔθεν ἄποστάσας ἐκείτην*
ἐν τῷ δέμῳ. Gebhardus.

4 Statim Ephori valvas] Plutar-
chus non ab Ephoris, sed a patre
ejus factum scribit. *Obstruxerunt*
Polyaen. reddit *ἠναπιοκοδόμησαν*. Ci-
cero dixit *obstruere aedem*. Gebhard.

Imo pater ejus Hegesilaus, si credi-
mus *Chrysermo Corinthio lib. 2. Histo-
riae Persicae*. Sic enim ille ap. *Sto-
baeum serm.* 157. *ἡγισία* ὁ πατήρ
*τῶ παυσανίῳ περὶ τῶ συμβεβηκότων ἀνα-
σας, ἢ οὖν μέγχε τῶ κατὰ τῶ χαλκιοῖα*
συνεβέβηξεν Ἀθῶναις, ἢ τὰς δύρας τῶ
τεμένους πλήθους ἐμπερῆξας, μετα τῶ
γυναικὸς τῶ ἐίσοδον ἐφράσασα, ἢ λιμῶ ἢ
πορθέτω ἀνείλαν, οὐ ἢ μήτηρ αἰείρα
ἔσπερ τὸς ὄρας ἐρεψεν. Quae in pa-
rallela sua retulit *Plutarchus* p. 308.
sed patrem Agesilaum vocat. Male
uterque: fuit enim is Cleombrotus,
ut sup. ad 4, 1, 1. diximus. Bof.

5 Valvas ejus aedis obstr. testumque
demol.] *τὴν ἔσφον ἀπέβηον* *Thucyd.*
l. 1. c. 134. l. 77. Nepos *Timole-
onte Caetera tyrannidis propugnacula*
demolitus est. *Curt.* 1. 8. c. 54. alii ex-
tra urbem tecta demoliebantur. occur-
rit apud *Ciceronem demoliri parie-
tem, partem muri*. *Gebhardus*. Immo
domunculae haud magnae templi,
quam, ne sub dio adfligeretur, in-
gressus erat. Ita namque *Thucydi-
des*. Templi tamen fores obstru-
ctas, etiam *Chrysermus*, *Plutarchus*
Voff. & *Diodorus* tradunt. Bofius. Vide
Servium ad *Virg.* 1. *Aen.* v. 428.
Voff. C. *moliti sunt*.

6 Quo facilius] Schopp. liber
pro *facilius* legit *celerius*. lib. 4. *Ve-
rissim.* 2. sic quoque *Schottus*. *Celer*
autem *mors* opponitur *lentae*, & a
Curtio vocatur *Strenua*. 1. 9. cap. 8.
§. 20. *Strenue mori* eidem quod *Ne-
poti facilius interire*. lib. 3, 5, 13.
Gebhardus. Sic praeter edd. vest-
ple.

teriret. ¹ Dicitur eo tempore matrem Pausaniae vi-
xisse, eamque jam ² magno natu, postquam de sce-
lere filii comperit, ³ in primis, ad filium clauden-
dum, lapidem ad introitum aedis attulisse. Sic Pau-
sanius ⁴ magnam belli gloriam turpi morte maculavit.

Hic

plerique manu exarati. Ac similiter infra 18, 6, 4. *Id quo facilius faceret.* At alter Bavaricorum (teste Schoppio verisim. 4, 2.) Leidenis, Ernftianus, & Ed. Ultrajectina: quo *celerius*, quod glossema puto. *Bofius.* Voff. A. B. C. *celerius*, sed in Marg. Voff. B. *facilius sub divo*.

⁷ *Sub divo*] Sic optimi libri Mss. idque recte. Vide Ind. *Bofius.*

¹ *Dicitur matrem Paus. vix.*] Pro mater dicitur vixisse, usitato inanimato. Tacitus 1. H. 50, 1. ut tantum superioris Germaniae exercitum descivisse crederetur. Hoc Plutarchus, ut praecepi dicere, factum patri ejus adscribit, quem Agefilaum nuncupat, cum sit Cleombrotus, testibus Herodoto, Thucydide, & auctore Scholiorum in Aristophanis Equites. A matre vero memorat inhumatum esse projectum, contra Thucydidis, Diodori, Polyaei aliorumque sententiam. Caeterum matri Pausaniae, nomen fuit, si Polyaeo. lib. 8. credimus, Theano; sin auctori Scholiorum in Aristoph. Equites Ἀκκαθία. Gebhardus. Nomen ei Theano fuit, si Polyaeo credimus. Sed Suidas *Anchitheam*; Scholiastes in Aristoph. Equit. *Alcatheam* vocat. *Bofius.* A Scholiafte Aristophanis l. 1. nemp. v. 84. non, ut male Gebhardus, & ex eo Bofius protulerunt *Alcatheam*, sed *Alcathea* Pausaniae mater dicitur. A Scholiafte Thucydidis. l. 1. cap. 134. l. 74. vocatur. *Alcitha*, addente, inde apparere ingenium

Lacaenarum mulierum, & quanto in odio Tyranni fuerint Lacedaemoniis. De historia hac vide etiam Wasse ad L. 79. ejusdem capitis.

² *Magno natu*] Recte & ex indole Neptis, optimorumque scriptorum, quod ex 13, 3, 1. recte adstruit Savaro, contra Lambin. & Schottum praeferebant *magnam natu*. Addo ego 14, 7, 1. Livius 10, 38. *Sacerdote Orvio Paccio quodam, homine magno natu*. Idem lib. 3. *Magno natu quidam cum omnium majorum suorum insignibus se in forum projecit*. Ibidem: *Cui magno natu, non sufferentibus jam viribus &c.* Gebhardus. Sic Mf. Leid. & Voff. A. B. in Datame. c. 7. *maximo natu filius*. probante cl. Oudendorpio ad Lucan. 2, v. 728. & Livianam locutionem esse quis ignorat? Inspice modo l. 2. c. 23. l. 3. c. 58. & 71. & ita saepius. *Magno* hic abest a Voff. A.

³ *In primis ad fil. claud.*] Praeter *Chrysermon* & *Plut.* paullo ante laudatos, *Polyaeus*, *Thucyd.* *Diod.* Sic. ll. citatis. *Bofius.*

⁴ *Magnam belli gloriam turpi morte mac.*] Parem in modum Tacitus 4. H. 60, 3. de Agrippinensibus, egregiam laudem turpi sine maculasse. quod securis hominibus, rerum vices non timentibus, haud injuria accidere solet. Sane Pausanias dignum moribus factisque suis vitae exitum habuit, in rerum qualiumcunque successu, & pravis molitionibus adversus patriam, humanae conditionis, & fortunae com-
muna-

Hic quum femianimis de templo elatus esset, ¹ confestim animam efflavit. Cujus mortui corpus quum ² eodem nonnulli dicerent inferri oportere, ³ quo hi, qui ad supplicium essent dati; displicuit pluribus: & ⁴ procul

mutationis parum memor: in qua tamen ratione hortatrice uti poterat, & cum, praeter Themistolem (*Epistola* 13.) etiam Simonides poeta in convivio illius monuerat. Jussus enim a Pausania aliquid e sapientiae praecipis promere, adridens dixit: *Μέμνησο ἀνθρώπων ὄν; memento te hominem esse.* Hoc quidem Pausanias tunc non admisit; non minus superbia & magna spe fortunae Medicae, quam vino, ebrius. Sed postea Spartae templo aeneo Minervae inclusus, cum fame luctatus, & mortem ob oculos videns, Simonidis dicti recordatus est, & ter magna voce exclamavit; *O Cee hospes, magnam quiddam sermoni tuo inerat; ego autem ex inani persuasione eum nihili feci: ut refert Aelimus Var. Hist. 9, 41* Loccenius.

¹ *Confestim animam efflavit*] Cum antea Simonis illud *μέμνησο ἀνθρώπων ὄν*, sprevisset, jam fame contabescens dixisse fertur *ὦ ζέην κείν* & cetera, quae sequuntur ap. Aelian. lib. 9. Alia ejus dicta refert praeter Herodotum Pausanias. lib. 3. pag. 199. *Ernstius*. Sic & *Thucydides*. *Lambinus* ait, *Xenophontem Hist. Gr. 3.* scribere, eum Tegeam profugisse, ibique morbo confectum mortuum esse. Sed *Xenophon* de alio Pausania, Plistonactis filio, loquitur. *Bosius*. Dirissimo itaque affectus est supplicio Pausanias (vide *Thucyd.* l. 1. cap. 134.) Quid enim gravius est, quam fame mori? Tale Supplicium erat Graecis i-

psis, eorumque diis; ut aiebant, invidiosissimum, unde etiam Noster recte turpem Pausaniae mortem vocavit. Vide Veteres Criticos ad Sophoc. Antig. v. 784. de Molynoecis referunt, ut horrendum quid, quod regem jura populo ingrata reddentem in carcerem conjicere, & fame suffocare solebant. Vide Schol. Apollon. Rhod. lib. 2. Argonaut. v. 1031. Eandem tamen poenam subiti Eumenes. vide ejus vitam cap. 12.

² *Eodem*] Quedd. addunt; *loci*. *Bos.*

³ *Quo hi, qui ad supplic. dati*] Subaudi, *inferri solebant.* *Thucydides*: *ὅπως τῆς κακότητος ἐμπεδύθη εἰς αὐτοὺς.* Dicebatur autem is locus *Κακώδης*. de quo adifis *Cragium de Rep. Lacedaem. 4, 10.* *Bosius*. Vide *Doctiff. Interpr. Waff. & Duker.* ad *Thucyd.* l. 1. cap. 134. n. 84.

⁴ *Procul ab eo loco*] *Thucydides*: *ἴδουσι πλοῖον πρὸς κατοριζῆα.* An igitur, addita negandi particula, legendum: *non procul ab eo loco?* mox *Mf. Boecl. quo erat mortuus*: ommissa praepositione. *Bosius*. De phrasi *procul ab eo loco* vide *obs. Miscell. Nov. & Dec. 1732. pag. 387.* Mox pro *id quo erat m.* *Voss. A. B. C. & Leid. meus quo erat mortuus.*

⁵ *Dei Delphici*] *Tà Dei aberat a Mff. Leid. Boecl. & quem laudat Schoppinus Veris. 4, 2.* Sed retineri jubent verba *Thucydides*: *ὁ δὲ Θεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς τὴν τάφον ὑπέσθην ἔχοντα τοῖς Λακιδαιμονίοις μετεστηκέν, ὡς πρὸς ἀπίθαν.* *Bos. Dei aberat a Leid. meo & Voss. B. C.*

cul ab eo loco infoderunt, in quo erat mortuus. Inde posterius ¹ Dei Delphici responso erutus, atque ² eodem loco sepultus, ³ ubi vitam posuerat.

C. De periplirasi Apollinis vide ad Themistocle. cap. 2. *Responso* hic proprie utitur Auctor de oraculo. Justinus lib. 2. cap. 12. *Consulentibus Delphis Oraculum responsum fuerat.* & Noster in Themistocle cap. 2. Just. lib. 6. cap. 2. *propter responsum oraculi Delphici.* P. Mela l. 1. c. 19. *Quod consulentibus in quasnam terras potissimum tenderent, responsum erat.* Item alii. consule Th. Muncker. ad Lactant Argum. fab. Ovid. lib. 3. fab. 5. & ad lib. 6. fab. 3. & Cort. ad Sallust. Catil. c. 47. n. 2.

¹ *Eodem loco sepultus*] Verba haec, & quae ad finem usque sequuntur, Schoppius e vetere libro ita legit: *Inde posterius Delphi responso erutus atque eodem loco sepultus, ubi vitam posuerat.* Barthius ex indole scriptoris esse ait, loco delere, vide Suidam ante citatum. *Ernstius.* Tò eodem a quibusdam libris abest. *Barthius Advers.* 24, 18. potius & ex indole Nepotis multo melius putat, si & tò loco deleatur. *Bosius.*

² *Ubi vitam posuerat*] Reposui lectionem Mss. Dan. Sch. Leid. Schoppiani & editionis Ultrajecti-

nae, quam & Leid. confirmat, cujus Excerpta habent: *ubi ut posuerat.* Vulgo: *ubi vitam finierat.* *Ponere vitam* dictum, ut *ponere calammum, vestem, dolorem,* & similia. Propertius 2, 16, 3.

Non potuit saxo vitam posuisse Cerauno?

Idem 2, 26. sub finem.

Quod mihi si ponenda tuo sit corpore vita,

Exitus hic nobis non inhonestus erit.

Quae loca & J. Gebh. adduxit. *Ponere spiritum* eodem sensu dixit *Valerius Max.* 7, 8. 8. *Bos.* Leid. meus, Oxon. & Voss. A. B. C. etiam *posuerat.* Cicero 9. ad Fam. Ep. 24. *Si in hac cura atque administratione vita mihi ponenda sit.* Ovid. 4. Trist. El. 8. vs. 14,

Hos ego sic annos ponere dignus eram.

Vide Passeratii notas ad Propert. L. 2, El. 10. vs. 43. Paulo ante monere oblitus fui, quod corpus mortui hic pro cadavere ponatur, quomodo apud Graecos *σῶμα.* Vide Cl. Eurm. ad Quinctilian. Instit. Orat. Prooem. Libri. 1. & ad Val. Flaccum L. 3. Arg. vs. 333.

V. CIMON.

CAP. I.

I CIMON MILTIADIS F. ATHENIENSIS,
² duro admodum ³ initio usus est adolescentiae.
⁴ Nam quum pater ejus litem aestimatam populo solve-
 re non potuisset, ob eamque causam in vinculis pu-
 blicis

CIMONIS res scripsere *Plutar-
 chus Cimone*, *Diodorus* 11. & 12.
Herodotus 6. & 7. *Thucydides* 1. *Pol-
 ytaemus* 1. *Plato in Theage* & *Gor-
 gia*, *Suidas*, *Athenaeus* 12. *Demo-
 sthenes orat.* contra *Aristocrat.* *Ando-
 cides Orat.* in *Alcib.* *Aristides* *tom* 3.
Platonica 2. *Justinus* 2, 15, 10. *Val-
 erius Maximus* 5, 3. *ext.* 3, 5, 4. *ext.*
 2, 6, 19. *ext.* 3. *Cicero* 2. *off.* 18. &c.
Boecl. *Facies* ejus in nummorum
 meorum uno conspicitur, cum inscr.
 ΚΥΜΟΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ. In postica
 parte victoria seminuda armis insi-
 dens, dextra palmam, sinistra cly-
 peum tenens, in quo: ΝΙΚΗ. In-
 fra: ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Circum Victo-
 riam: ΚΑΤΑ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ.
 Recentiorem, & superiore saeculo
 cusum esse vix dubito. *Hermam*
 ejus, sed capite truncatum, exhibet
Ursini Imagines num. 46. *Diver-*
sus ab hoc *Cimon* *Tisagorae F.*
 quanquam interdum cum nostro
 hoc confundatur. De quo vide
Rutgers. Var. lect. 1, 9. pag. 33. &
 17. *Bosius.* Vide & ad *Quintilian.*
 302. *declam.* *Voss. B. Cymon.*

I *Cimon Miltiadis filius,*] Ejus,
 cujus supra mentio facta est. *Tres*
Miltiades numerat *Aelianus* *Lib.*
 xii. *V. H.* cap. 35 *Ernstius.* *Ortum*
Cimonis latius extendit *Plut.* in

Cimone p. m. 480.

2 *Duro admod. initio*] Male in
 vulgat. *Colon. duro.* Recte *P. Dan.*
 & *Schott. duro;* *durum* enim hic
 notat laboriosum five multis malis
 calamitatibusque obnoxium. *Con-*
sule *Cl. Burmann.* ad *Valerium*
Flacc. *L.* 5. *Argon.* *vf.* 225. *Non*
invenuste hic *Noster* verbum *uti*
adhibuit pro *pati* more *Graecorum,*
 verbum *χράσθαι* tam de malis fato
 quodam destinatis nos prementibus,
 quam de bonis, quae nobis obve-
 niunt, usurpantium. *Herodot.* *L.*
 3. cap. 42. ἀπιύμωθ' ἵ ἐς τὰ ὀνία,
 σύμφορῇ ἐχρήτο. *Anton. Liberal.* cap.
 11. *Metam.* p. 86. ἡ ἐδ' ἠλώων, οἷα ἐχρή-
 σατο σύμφορῇ. iterum *Herodotus*
Lib. 1. cap. 117. ἡ ποιῆτο μῆρα
 ἐχρήσατο ὁ παῖς, & talem vitae exit-
 um habuit puer.

3 *Initio adolescentiae*] Quo apud
 populum male audivit, *ὡς ἀτακίῃ*
 ἢ *πολυπότῃ,* ἢ τὰ πάπτα *Κίμων.*
 (*Coalemo* ob mentis stuporem co-
 gnominato) *ἠποροῦναι* τὴν φύσιν: ut
 scribit *Plutarchus* pag. 480. *Valerius*
 quoque *Maximus* 6, 9. *ext.* 9. ait,
 ejus *incunabula* opinione stultitiae fuisse
 referta. *Bosius.*

4 *Nam cum pater ejus*] *Supra* ad
 1, 67. *Bosius.* *Voss. A.* *Ob eamque*
causam *vinculis publicis* *decessisset.*

blieis decessisset, Cimon ⁊ eadem custodia tenebatur;
 ⁊ neque legibus ⁊ Atheniensibus emitti poterat, nisi pecu-

1 Eadem custodia teneb.] Nihil de hac custodia Herodotus ac Plutarchus. Meminere tamen Diodorus Siculus in Excerpt. Peiresc. lib. 20 pag. 254. Valerius Max. 5, 3. ext. 3. ⁊ 5, 4. ext. 2. Justinus 2, 15, 19; Seneca controuers. 24. & Quintilianus Declam. 302. Exstatque & apud Libanium Tomo 1. declamatio ejus, pro patre in carcerem ire volentis. Bostius.

2 Neque legibus Athen. emitti poterat.] Lege apud Athenienses sanctum erat, ut si quis aerarius, antequam multam solveret, obierit, liberi eam soluerent: sin, & ipsi ἀτιμοὶ essent, donec soluerint. Demosthenes orat. aduersus Timocratem sub finem: Pater istius aerarius est, quem bonus iste vir negligit. Quod si is, ad quem illius ignominia hereditas reditura est, si quid patri acciderit, tamen solvendam esse multam non censet; sed illius temporis, quod pater vixerit, usuram esse lucrificandam, &c. Ad quem locum Ulpianus: Νόμος γὰρ ἡμῶν ἐστὶν οὐδέ τις ὀφείλων ἀπέσθαι τῆς ἐπιπέρας τῆς ἐλευθέρου, τὰς παῖδας δὲ τοῦ δούλου τὸ ὄφλημα, εἰ δὲ μὴ, καὶ αὐτὸς ἀτιμὸς εἶναι, ἡμῶν ἀνδραδωσῶν. Idem Demosthenes orat. adv. Androtionem, pag. mihi 423. meminit legis, qua Androtioni, quod pater ejus fuisset aerarius, & multam reipub. non solvit, isti nec habere conciones, nec facere decreta liceat Et mox Androtionem sic adloquitur: Aut igitur patrem tuum non fuisset aerarium, id ostendito: aut carcere non profugisse, sed soluisse pecuniam. Quae si ostendere non poteris, lege vetante fecisti decretum. haeredem enim te lex constituit paternae ignominiae. ἀνεπίμωτον γὰρ ἄ

καθίστηναι ὁ νόμος ἡ ἀτιμία τῆς τῷ πατρὸς. Hac ergo lege Cimon, patre in carcere, multa nondum soluta, mortuo, & ἀτιμὸς & debiti paterni heres, ac aerarius adeo, factus est. Tales autem, ut supra ad 1, 7, 6. dictum, lex tamdiu in vinculis esse jubebat; donec solvisset. Itaque nec Cimon emitti poterat, nisi pecuniam, qua pater multatus erat, solvisset. At quos paulo ante custodiae Cimónis meminisse diximus; ad unum omnes Cimonem sponte vincula subisse adiunt, pietate commotum, ut iis corpus patris ad sepulturam redimeret. Diodorus: ὁ Κίμων τῆς οὐκ ἐπιπέρας τῆς πατρὸς ἀπέσθαι ἐν τῇ δημοσίᾳ φυλακῇ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἀπέσθαι τὸ ὄφλημα, ἵνα λάβῃ τὸ σῶμα τοῦ πατρὸς εἰς ταφὴν, καὶ ἵνα εἰς τὴν φυλακὴν παραδόντων, καὶ δὲ δέξασθαι τὸ ὄφλημα. Valerius: Immo ne corpus quidem ejus (Miltiades) sepulturae prius mandari passus fuit, quam filius ejus Cimon eisdem vinculis se constringendum traderet. Et loco altero: Cimon qui patri tuo sepulturam voluntariis vinculis emere non dubitasti. Justinus: Patrem, translatis in se vinculis, ad sepulturam redemit. Apud Senecam Cimon ipse: nec quicquam Cimo habuit, quod dare pro patre, praeter seipsum, posset. Et mox Miltiades pretium se & vicarium vocat, eumque redemisse; & pro eo alligatum se, ait. Ac rursus: Redemi, inquit, corpus tuum, Miltiades, ne fumeri quidem interfuturus, in quod me ipsum impenderem. Et paulo post: Non erat mihi poena, in carcere esse: mea voluntate eo perveneram. Denique Quintilianus: Cimoni illi, qui patris

pecuniam, qua pater mulctatus esset, solvisset. ¹ Habebat

patris corpus vicario corpore redemit. Haec miror, non adnotasse viros doctos, nec sollicitos fuisse, an & qua ratione cum iis, quae Noster tradit, conciliari possint. An dicemus, hos omnes legem illam Atheniensium, moremque, qua paternorum vinculorum hereditas ad liberos transfret, ignorasse? An potius, qui hoc casu aerarii fierent, non, ut ceteros, qui sua culpa fiebant, vinculis constrictos, nisi corpus defuncti parentis ad sepulturam hoc pacto redimere vellent? Mihi, ut ingenue fatear, non liquet. *Bof.*

³ *Atheniensibus.*] *Lambinus* mallet *Atheniensium*, nulla necessitate, mox *Mf. Boecl. mulctatus erat. non male. Bofus. Atheniensibus Leid. meus, & Voff. A.B.C. Pro mulctatus esset, mulctatus fuerat. Leid. m. & pro solvisset, solveret.*

¹ *Habebat autem in matrim. soror germanam s.]* *Nodus inexplcabilis, inquit Lambinus.* Ceteri enim Scriptores certatim incufant hoc matrimonium, neque institutis Atheniensium dari posse confirmant: solus *Nepos* juris allegatione eum absolvit, qui jam olim ostracismo propterea punitus nonnullis (quantum, ut mox patebit, falso) credebatur. Itaque nemo hic se extricavit. *Atheniensibus licet, inquit Nepos, eodem patre natas uxores ducere.* Sed tales non vocantur *germanae*; quod praesertim *Muretus* urget l. 15. *V. L. c. 5.* fic autem supra quoque, *praef. 4.* appellavit, praeterea cur reprehenditur *Cimon* ab *Auctoribus*? cur punitus propterea dicitur? *Vapulaverat ergo rursus* *Scriptor* *judicii ac diligentiae pra-*

clarus inprimis, ni cordatoris plenus doctrinae, *Fanus Rutgersius*, vindex innocentiae exortus esset. Qui var. lect. l. 1. c. 9. cum primo, licuisse Athenis forem *ἐμνηστεύειν* uxorem ducere; testimoniis veterum probasset, idque fecisse *Cimonem* ex h. l. ostendisset: cetera ad hunc modum expedit: Unde igitur, inquires, *Germanam* vocat? Respondeo τὸ *Germanam* eo loco nihil aliud esse, quam *ἐμνηστεύειν*. Quod enim vir disertissimus tantopere clamat, id esse barbarum, non meminerat, *Grammaticos* inde *Germanos* derivare, quod eodem germine, h. e. patre, prognari essent. *Festus*; *Germen est, quod ex arborum furculis nascitur, unde & Germani, quasi eadem stirpe geniti.* *Servius* in *V. Aeneid. Germanus est, secundum Varonem in libris de Gradibus, de eadem genetrice manans, non ut MULTI dicunt, de eodem germine quos ille tantum fratres vocat.* Vides id *MULTOS* tradidisse, *Varronem* solum improbasse? & immerito, si veram nominis rationem videas. *Imp. Justinianus* *Instit. De leg. Agn. succ. §.* Hoc etiam *Germanam consanguineam* pro sorore *ἐμνηστεύειν* usurpavit. Hoc etiam addendum nostrae constitutioni existimavimus, ut transferatur unus tantummodo gradus a jure cognationis in legitimam successionem; ut non solum fratris filius & filia, secundum quod jam definitivus, ad successionem patris sui vocentur; sed etiam *Germanae consanguineae, vel sororis uterinae filius & filia soli &c.* Contra *Virgilius lib. 5. Erycem* *Butae & Veneris filium, Aeneae Germanum* vocat, qui erat tantum frater uterinus:

Haec

nomine ² Elpinicem: non magis amore, quam ³ amore,

mo, & jam ad praefationem tetigi Germanos non vocari iisdem & patre & matre natos; sed eodem patre, at diversa matre productos. vide Mureti Var. Lect. lib. VII. cap. I. lib. XV. cap. 5. qui signum primus sustulit errorem hunc Cornelio impingendi. Apud Athenienses proximi genere orbas puellas, & penuria dotis elocatu difficiles lege ducere jubebantur, aut tantum dotis largiri, qui sponsum invenire possent. Verba legis ex Budaeo adscribam. Τῶν ἑλληθραν ὄσα τὸ θνητοὶν τελευσιν, ἰὰν μὴ βόληται ἔχειν ὁ ἐγγύστατος υἱός, ἐκιδίδεται ἑπὶ τοῦ, ὁ μὲρ πέντακοσιομίδιμον, πέντακοσις δεκάμας, ὁ δὲ ἰππὸς τετρακοσίας, ὁ δὲ ζευγίτης ἰσατὸν πεντήκοντα. Diodor. l. 12. talem legem a Solone latam, sed a Charonda correctam narrat. Porro inter proximas & ἑλληθρας recensebantur sorores germanae h. e. ὁμοπατεῖαι. Locus elegans habetur apud Philonem Judaeum de legibus specialibus, quem attigit. M. Antonius Muretus lib. XV Var. Lect. cap. 5. Pleniorē vero adduxit vir magnae doctrinae, nec minoris industriae ac probitatis Andreas Schottus. Οἱ Ἀθηναῖοι Σόλων, inquit ille, ὁμοπατεῖαι ἰσὶαι ἀγέτωι, τὰς ὁμοπατεῖαι ἐκάλουσαν. Οἱ δὲ Λακεδαιμονίων νομοθέτης ἔμαρταν, ἢ ὅτι ταῖς ὁμοπατεῖαι γάμον ὀπιρῆσας, ἢ περὶ τὰς ὁμοπατεῖαι ἀπέπιπν, Αἰγυπτίων χλανάζων ἢ ἰκατέρων ἰυλάθειαν, ὡς ἡμέτεροι διαταξιόμαται ἐρόσων εἰς ἀσέλθειαν. Ergo nunc liquet Lycurgum ac Solonem quasi consulto contrarias hac in parte leges sanxisse. Hic apud Athenienses Germanarum fororum, sive consanguineis dicere malis,

matrimonium indulsit: ille apud Lacedaemonios, quasi data opera hujus institutus adversans consanguinearum conjunctionem interdixit & uterinarum fororum nuptialem consuetudinem permisit: quod apud Athenienses piaculo dignum ponebatur. vide Scholia Aristophanis Nebulis Act. 5. Scen. 2. Aegyptius autem legislator irrisit hinc Atheniensium, illinc Lacedaemoniorum superstitionem ac timiditatem tanquam imperfecta fancientium, iisdemque patre ac matre genitos incestuosius nuptiis collocavit. Gebhardus. Variæ ad locum hunc explicandum adducuntur sententiæ a Dn. Boeclero & aliis. Quibus ego pro ingenii mei tenuitate pauca haec addam: in Cod. videlicet meo ad oram satis vetusta scriptura e regione horum verborum, eodem patre natas, notatum esse, utroque parente natas. Quod si Nepos ita scripserit, proclamaret quisquam, rem esse salvam: & Autorem nostrum frustra objurgari post alios a Meursio viro eruditissimo cap. XVI. in Solone. Neque tamen sine errore ita scripsisset: cum nusquam reperitur apud Athenienses licuisse sororem germanam, nempe eodem patre eademque matre natam, uxorem ducere. Sed Solonis lex permittebat germanam consanguineam, id est, sororem ὁμοπατεῖαι matrimonio secum conjungere, non autem uterinam, ὁμομητρίαν, multo minus germanam. Quam legem citat Philo Judaeus Lib. περὶ τῆ ἀναστροφῆς τῆ εἰδυ νόμων εἰς δύο γένη. p. 602. ubi Latinus interpret male pro germanis consanguineis transulie

more, ductus. + nam Atheniensibus licet eodem pa-
tre

tulit uterinis germanis. E quo loco
aliisque a Mureto lib. xv. Var. Lect.
cap. v. & Sam. Petito citatis lib.
vi. Ti. i. De leg. Att. Cornelii no-
stri nodus hic, ut Lambinus loqui-
tur, inexplicabilis, explicandus est,
& quidem hoc modo: Atheniensibus
licuisse fororem germanam eodem
patre natam, id est, germanam
consanguineam uxorem ducere.
Ejusmodi autem fororem a Ne-
pote appellari germanam verisimile
est, quia infra Timoleonte cap. 1,
4. eam, quae alias germana dicitur,
vocat sororem ex eisdem parentibus
natam. Cyrillus tamen lib. vi.
contra Julianum Imperat. connubium
hoc cum sorore eodem patre eademque
matre nata esse habitum existimat:
Cimon, inquit, Elpini-
cen, eodem semine & sanguine ortam
pro uxore habuit: & Perlas ipsos;
inmo & ipsum summum Forvem imi-
tatus, eodem cum sorore toro usus est.
Nempe cum Junone, cum qua Ju-
piter eodem partu dicitur editus.
Sed negandum non est, Muretum,
quicquid contradicat Rurgenius
recte de vocam conjunctione, So-
rorem germanam suam, ambigere. Ab
Arabibus atque Persis hunc morem
fuisse observatum, ut non solum
sororibus, sed matribus etiam mi-
scerentur, e Strabone, Clem. Ale-
xandrino, & Bardesane discimus,
quibus addendum est eadem de re
egregium testimonium Theodoret-
i, qui libro ix. *De eximolis* scribit,
Perficas nationes, quae jam
pridem Zaradae legibus regebantur,
matrum, sororum, filiarum
connubiis susque deque commixtas
esse. Inde etiam, Platonem suam

hausisse impietatem, ut lib. v. *De
repub.* ejusmodi improbas ac feras
conjunctiones commendaret. De
Aegyptiorum moribus hac in re vide
Diodorum Siculum. De Chal-
daeis, eorumque impia lege Theo-
dorum Metochitam, vulgo Glycam
parte ix. *Annal.* p. 198. Sed unde,
quis quaerere possit, quod germa-
nas consanguineas non autem uter-
inas licuerit Atheniensibus accipere
uxores? Duae Graecorum legis
rationes reddi possunt. Prima est,
quia in vitandis nuptiis maternum
genus, ut certius, magis sit atten-
dendum. Altera ac potior esse vi-
detur, quod, cum *Deuteronom.* xiiii.
6. frater uterinus ponatur ut con-
junctior, eumque morem Hebraei
fuerint secuti, uti fecit, secundum
Rabbinos plerosque, Abrahamus,
qui Saram Tharae filiam ex al-
tera uxore in matrimonio habuisse
creditur, consuetudo illa per
Phoenices, quibus ab Achille Tatio
lib. i. tribuitur, venerit ad Athenienses.
Sunt tamen alii, quod
Grotius quoque notavit, qui con-
sent, Saram sororem dici more He-
braeo, cum non fuerit ἀδελφή sed
ἀδελφίδα, id est, fratris filia, & non
patruelis, ut Valla & Erasmus pu-
tarunt. Quos eo nomine Giphanius
Jctus recte reprehendit. Vide
Grotii lib. 11. *De jure belli & pacis*
cap. v. §. xiiii. Ubi de connubiis
ejusmodi incestuosis agit, eaque
damnat. Adde Bezam ad *Matth.*
xiv. 3. *Ernstius.* Denuo *Rurgenium*
adi l. c. pag. 42. *seq.* Adde *Sam. Peti-
tium Commentar. ad leges Atticas* lib.
6. pag. 44. & Ampiff. *Ernstii* proli-
xam ad *h. l. adnotationem.* De signi-

3 tre natas uxores ducere. Hujus conjugii cupidus Callias quidam, non tam generosus, quam ¹ pecuniosus, ² qui magnas pecunias ex metallis ³ fecerat, ⁴ egit cum Cim-

mo-

ficatu vocis *germanus* plura dicemus in Indice. *Bosius*. Vide nos ad praef. ibi enim, ut & hic statuimus, viros doctos, unde omnis difficultas orta est, male *germanam* de sorore iisdem producta parentibus interpretatos esse, quum de sorore ex eodem tantum patre nata locum capiendum esse praeter interpretes ipse docet auctor, & ut hic *germanus* de sorore *ἑμπατέρα*, sic alibi de uterino usurpatur. Vide praeter alios Cl. *Wesseling* lib. 1. Obf. cap. 13.

² *Elpinicen*] Ita Graeci vocant: Mss. Dan. & Leid. *Helpicenam*, alii, *Helpicem*. *Bosius*. *Ελμνία* vocatur a Schol. Aristoph. Equit. vl. 851. & a Plutarcho. p. m. 480. F. aliisque. Voss. A. B. *Helpinice*. C. *Helpicene*.

³ *More*] Vulgo addunt *patrio*: quod ab opt. libris Gif. Dan. Mend. Leid. Boecl. abest. *Gebhard*. tamen sine sententiae detrimento abesse non posse, censebat; cui adsentire non possum. Solent enim haec duo invicem opponi. vide Ind. in *amor*. Ceterum alii, apud *Plutarchum* pag. 481. ideo nupuisse *Elpinicen* fratri serunt, quod ob inopiam sponsum genere suo dignum non inveniret. *Bosius*. Mf. Oxon. omittit *patrio*, item Voss. A. B. C. ac Leid. mens.

⁴ *Nam Atheniensibus licet &c.*] De quo praeter *Philonem Ampliss.* *Ernstio* laudatum, restantur *Scholias* Aristophanis ad *Nebulas* 5, 2, p. 200. *Minutius Octavio*, & *Seneca* in *Apocolocyntosi*, quorum verba post

alios adduxerunt *Rutgers*. l. c. pag. 39. 40. & *Sam. Petrius Comm. ad leg. Att.* pag. 440. Sic *Mnesiptolemam*, filiam *Themistoclis* ex secundis nuptiis genitam, *Archeptolis* frater non ex eadem matre (*ἡ ἀδελφὴ ἐκ τῆς ἑμμομήτειας*) duxit, ut refert *Plutarchus* in *Themistocle* pag. 128. *Bosius*. C. P. Dan. *Namque Atheniens.*

¹ *Pecuniosus*] Vita Attici: cum esset pecuniosus, nemo illo nimis fuit *emax*. Tacit. 3. *Annal.* 55. *Quantum fortuna vel industria plerique pecuniosam ad senectam pervenirent*. l. 13. c. 52. *valuitque pecuniosa orbitate & senectia*. Cicero pro *Quinctio*. *Vir copiosus rei familiaris locuples & pecuniosus*. *Gebhardus*.

² *Qui magn. pec. ex metallis*] Scilicet argentifodinis Laurei Atticae regionis, de quibus supra ad 2, 2. Harum fortasse argenti fodinarum proventus redemptor erat *Callias*: vel potius privatim aliquas in Lauro argenti fodinas habebat, ut etiam *Nicias* habuit, quod *Plutarchus* in *Nicia* demonstrat, etsi in universum hujus regionis metalla reip. Atheniensium fuisse videntur. *Magius*. Aliam divitiarum causam narrant *Plutarchus* in *Aristide* p. 322. & *Scholias* Aristophanis in *Nubes*: a quibus parum discrepat *Michael Apostolius* *Paroem. cent.* 11. 74. *Helichius* & *Spidas* in *λακωνιστικῶν*: & rursus aliam ex *Heraclide Pontico* *Athenaeus* 20, 9. *Ortas* e spoliatis *Perfarum* cadaveribus, quae *Marathone* sepulta fuerant, innuere vide-

mone, ut eam sibi uxorem daret: id si impetrasset, se pro illo pecuniam soluturum. Is quum talem¹ conditionem aspernaretur, Elpinice negavit, se passuram Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire,⁴
¹ quo-

detur *Themistocles Epistola* 8. Ceterum quod Calliae filiam Cimonem in matrimonio habuisse, ac in adulterio deprehensam interfecisse, *Seneca controvers.* 24. scribit, id *Rutgerius Scholastico* more confictum putat, ut argumentum declamationis esset, *loc. cit.* pag. 43. Plura de Callia hoc ejusdemque nominis aliis illustribus *Gronovius observ.* 4, 7. Nuperrimus Nepotis interpres eundem esse putat, qui cinnabarin sive minium invenisse dicitur: ingenti metachronismo. Nam is, cujus *Nepos* haec meminit, Olympiadis LXXII. anno III. pugnae Marathonicae διαδραματίζουσα interfuit, occubuitque, ut *Gronovius* conjicit, Olymp. LXXXVII. anno I. victor ad Potidaeam. At cinnabareos conficiendi ratio a Callia, juxta *Theophrastum lib. de lapidibus*, *Plinium N. H.* 33, 7. & *Anonymum Scriptorem Olympiadum*, inventa est Olymp. xcIII. anno IV. octoginta amplius annis a pugna Marathonica. Alius ergo fuerit a διακροτάτης: ac fortasse is, qui anno praecedenti, juxta *Fastos*, archon fuit, ac in *Marmore Arundelliano* ἀρχων ἐκ τῆς ἀρχῆς dicitur. vid. *Meursius Archont.* 3, 12. & *Seldenus in Canone Chronico* pag. 112. & seqq. *Bosius*.

³ *Fecerat*] I. e. confecerat, collegerat, acquisiverat. Notissima phrasis est, *rem facere* pro opes parare. v. *Amplif. Cuperus lib. 1. obs. cap. 5.* sic *facere sibi magnas opes magnaque nomine* dixit *Livius l. 1.*

cap. 9. *Facere corpus* apud *Phaedrum lib. 3. fab. 7. vs. 5.* pro contrahere sibi pinguedinem. consule ibi *Incomparabilem Virum* de me studiisque meis optime meritum *P. Burmannus*. Adde *Gebhardum* ad vitam *Chabriae* cap. 2. Et haec est Graecorum imitatio, qui ἐργάζεσθαι, *facere* pro acquirere, parare lucrari posuerunt. v. *Cel. Periz.* ad *Aelian.* l. 4. V. H. cap. 3. & *Doctiss. Elfner.* ad *Evang. Joannis* cap. 6. vs. 27. unde ipsa vox ἐργασία pro quaestiu. v. *Raphel.* ad *Acta Apost.* cap. 19. vs. 24.

⁴ *Egit cum Cimone*] *Leid. M. Egit Cimone.*

¹ *Conditionem aspernaretur*] *Proprie & eleganter.* nam vocabulum nuptiale conditio. de quo multa docti viri, & imprimis *Jsti.* *Infra Attico.* *Cum propter suam gratiam & Caesaris potentiam nullius conditionis non haberet potestatem.* *Apulejus Apologia.* *Quam conditionem cum obstinate propositam videt mulier sapiens.* *Ibid. sin haec reputans formae & divitiarum gratia me ad aliam conditionem reservarem.* *Justin.* l. XI. c. 7. *Tam pulchra conditio prima regni felicitas videbatur.* *Gebhardus.* *Conditio de matrimonio.* *Livius lib. 3. cap. 45.* *Hoc tantum sciat, sibi, si hujus vindictis cesserit, conditionem filiae quaerendam esse.* *Consule praeter alios Cel. Burmann.* ad *Quinctilian.* *declam. 257.* *Pro aspernaretur.* *Leid. M. aspernatur.* *Voss. C. aspernatur.*

quoniam prohibere posset; seque Calliae nupturam, si ea, quae polliceretur, praestitisset.

CAP. II.

Tali modo custodia liberatus Cimon, celeriter ad principatum pervenit. Habebat enim satis eloquentiae, summam liberalitatem, magnam prudentiam cum juris civilis, tum rei militaris, quod cum

1 Quoniam prohib. posset seque Call. nupt.] Alii libri quoniamque prohiberet, nempe Cimon, ne nuberet Calliae. Alii quoniam prohibere posset, quam scripturam malam esse negant. Denique alii Codices, profereute Lambino, *Elpinice negavit se passuram Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, quoniam id prohibere posset: seque Calliae nupturam*. Ego vulgata in lectione nullam esse difficultatem video. *Gebhardus*. Sic *Mf. Boecl.* & quidam *Lambino* laudati. vulgo est, *quoniamque prob. posset, se Calliae nupt.* Alii: *quoniamque prohiberet, se C. n. Bosius*. *Leid. M. Voss. A. B. C.* *quoniam prohibere posset, seque Calliae nupturam*. Sed in *Voss. C.* pro *Calliae, Callias*.

2 Celeriter ad principatum pervenit] Provectus a populo, fastidio Themistoclis; & praesertim ab Aristide, ut haberet, quem Themistoclis ingenio & audaciae objiceret. Post etiam a Lacedaemoniis ejusdem Themistoclis odio. vid. *Plutarch.* 481. & 488. *Bosius*.

3 Habeb. en. satis eloquentiae] Etiam *Plato in Theage* Cimoni eloquentiam tribuit. nam facit eum virum politicum, & cum *Pericle* comparat: idque agnoscit *Aristides Sophista in Cimone*. Sed *Plutarchus* in

Cimone, (pag. 180.) auctorem secutus *Stephanobrotum*, scribit eum omnis liberalis doctrinae expertem fuisse, & solertia dicendi atque urbanitate Aetica caruisse. *Lambinus*. Longolius ex eo quoque eloquentiam Cimonis colligebat, quod a *Suida* dicitur *ἰστορικῶν συβρίων διαμασίων* scriptis. Sed recte animadvertit *Magius*, non debuisse hinc colligi, docte, eleganter, & ornate scriptum fuisse; potuisse enim admirabilem videri propter praesidia contra equorum morbos praesentanea tutissimaque, a veterinariis etiam vulgo petita, &c. *Bosius*. *Leid. M.* *eloquentiae satis.* & pro *cum juriscivilis, tum juriscivilis*. *Leid.* & *Voss. B. C.* *habebat tamen satis eloquentiae.* & postea *cum juriscivilis, cum rei militaris*.

4 Summam liberalitatem] In qua praecipue Pisistratum imitatus est. Vide *Theopompum* ap. *Athenaeum* lib. 12. cap. 8. *Plut.* in *Cimone*. An vero, qui sua, quacunque oblata occasione, profundit, liberalis sit dicendus, morum doctores dubitant. Vide *Introduct.* nostr. ad *veram Vir.* cap. 21. & cap. 19. addendorum, ubi negamus. *Ernstius*. De qua infra cap. 4. *Bosius*.

5 Juris civilis] Nempe Athenensis. Nam quoties non additur

cum patre a puero ¹ in exercitibus fuerat versatus. Itaque hic & ² populum urbanum in sua tenuit potestate, & apud exercitum plurimum valuit auctoritate. Primum imperator ³ apud flumen Strymona magnas copias Thracum fugavit, ⁴ oppidum Amphipolim constituit, ⁵ eoque decem millia Atheniensium in coloniam misit. ⁶ Idem iterum apud Mycalen Cy-

prio-

nomen, cuius sit civitatis, jus ejus civitatis significatur, de qua sermo instituitur. §. *sed jus*. 2. Institut. de Jure Nat. Gent. & Civ. Et recte juri civili operam dedit, cum turpe sit patricio & Nobili viro & causas oranti, jus, in quo versaretur, ignorare, ut Q. Mucius ait apud Pomponium Jctum in lib. 2. §. 43. D. de Orig. Jur. Quo etiam pertinent illa Justiniani in Prooem. Instit. *Imperatoriam majestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam.* Ernstius.

⁶ *Tum rei militaris*] Fuit enim summus imperator; quippe qui cum Themistocle, & Miltiade, & similibus belli ducibus conferatur. Lambinus. Vid. Plutarchus pag. 481. *Ἀγαθὸν στρατηγὸν* vocat Diodorus Sic. in Exc. Peiresc. pag. 254. Bofius.

¹ *In exercitiis*] Sic lego e Gif. & Dan. vulgo est: in exercitu. Bofius.

² *Populorum urb. in sua ten. potest.*] Id quod ostendunt, quae narrat Plutarchus pag. 487. f. & p. 489. b. Bofius.

³ *Apud flumen Strymona*] Vid Thucyd 1. Diodor Sic. 11. Plut. Cimon, p. 482. & Pausanias Arcadicis Bofius.

⁴ *Oppidum Amphipolim constituit &c.*] Vide Meurs. Fortune Alt cap. 6. pag. 42. Bofius.

⁵ *Eoque decem millia*] Leid. meus *eoque exercitu. Millia* abest a C. P. Dan.

⁶ *Idem iterum apud Mycalen*] Describunt hoc praelium Diodorus Sic. 11, 61. & Plutarchus Cimone p. 486. memorantque Idem l. de gloria Atheniensium, Thucydides 1. cap. 100. Plato in Menexeno, Palyaenus 1. Frontinus 4, 7, 45. Mela 1, 14. Eusebius Chronico. Sed hi omnes ad Eury-medontem fluvium, sive prope Cyprium, pugnatum scribunt (quamquam non uno modo rem narrent). nemo, ad Mycalen. Et certe sive Mycalen Cariae urbem, cuius Stephanus de Urbibus meminit; sive montem aut promontorium, sub quo Persae eodem die, quo ad Plataeas, victi sunt; seu denique insulam in ora Ioniae Plinio H. N. 5, 31. memoratam, intelligas; fieri non potuit, ut classis Persica, quae, Diodoro & Plutarcho testibus, ad Eury-medontem stationem habuit, ap. Mycalen devinceretur; multo minus ut eodem die & prope Eury-medontem, & apud Mycalem pugnaretur. nam ea loca longissime inter se distant. Quare parum abest, quin adsentiar Cl. V. Christ. Frid. Franckensteinio, Eloquentiae Latinae & historiarum in Academ. Lipsf. Professori, amico summo meo, qui subvrebatur, ne praelium ad Mycalem, a Leorychide

K 5

Spar-

priorum & Phoenicum ¹ ducentarum navium classem
³ devictam cepit. ² Eodemque die pari fortuna in ter-
 ra usus est. Namque hostium navibus captis, statim
³ ex classe copias suas eduxit, ⁴ barbarorum uno con-
⁴ cursu maximam vim prostravit. Qua victoria, ⁵ ma-
 gna

Spartano eadem die, qua illud al-
 terum ad Plataeas, commissum,
 cum hoc Cimonis Noster confu-
 derit. Sed ne cultissimo scriptori
 tam crassum errorem impingam,
 potius dixerim illud, apud Myca-
 lem, a sciolo quodam insertum esse:
 qui cum in praeced. commate
 locum praelii additum videret, heic
 quoque tale quid addendum esse
 censuerit. Fortassis autem Nepos
 scripsit: *Idem iterum imperator, Cy-
 priorum &c.* nam id, quae praeced-
 unt, videntur requirere. *Bosius.*
Leid. M. & Voss. A. C. Mycalen.
Macariam legit Palmerius *Observ.*
 in *Plutarchum* pag. 219. *Pro Cy-
 priorum* *Cod. Schotti, Gifanii &
 Leid. M. & Voss. C. Cyprorum.*

¹ *Ducentarum navium classem dev-*
cepit] Sic fere *Thucydides* quoque,
 & *Plutarchus*: nisi quod hic pluri-
 bus, quam CC illis, quae captae
 sunt, navibus classem barbarorum
 constituisse, censet. Idem tamen *lib.*
de glor. Athen. centum triremes Phoe-
 nicias captas scribit. quod etiam in
 veteri epigrammate apud *Diodorum*
Sic. & Aristidem Orat. Platon. 2. le-
 gitur. *Diodorus* plures, quam cen-
 tum, una cum classiariis; reliquas
 vacuas in potestatem suam rede-
 gisse Cimone[m], tradit: totamque
 classem fuisse navium CCCXL. Per-
 sas CCCL. navibus Cimoni occur-
 ruisse, *Ephorus*; *Idem Phanodemus*,
 retulit, teste *Plutarcho l. c.* *Bosius.*
Voss. B. devinam.

² *Eodemque die*] Ita & *Thucydi-*
des, Plutarchus & Frontinus. *Diodo-*
rus quoque ait, *statim* (*παραχρημα*)
 post navalem victoriam Cimone[m]
 ad terrestres Persarum copias du-
 xisse classem. *Bosius.* In terra abest
 a meo *Leid. & Voss. C. & Leid.*
 pro *namque*, *nam.* *Voss. C.* pro *ca-*
ptis, capti.

³ *Ex classe copias eduxit*] *Armis*
 & habitu Persarum captis illorum
 navibus impositos; quos illi suos
 esse rati, subito oppressi sunt. Ita
Diodorus, Polyaeus, & Frontinus.
Plutarchus nihil de hoc strategema-
 te. *Bosius.*

⁴ *Barbarorum uno conc. max. vim.]*
Cod. Boecl. transpositis vocibus:
barbarorum max. vim. uno concursu
prostr. *Bosius.* *Leid. M.* *Barbarorumque*
maximam vim uno concursu.

⁵ *Magna praeda*] *Nempe*, ut
Diodorus ait, triremibus CCCXL,
 virorum xx millibus, & pecuniae
 multitudine memorabili. *Bosius.*

⁶ *Propter acerbisatem imperii*] *Διὰ*
τὴν βίαν τῆς ἰσχυρίας. *Acerbitas* au-
 tem imperii continet avaritiam &
 crudelitatem, aliasque in Provin-
 ciales injurias; quibus illi facillime
 ad defectionem impelluntur, no-
 vaeque dominationi sponte succe-
 dere gestiunt. *Curcius* 4. 7. 1. *Ae-*
gyptii olim Persarum opibus insens-
(quippe avarae & superbae imperitatum
sibi esse credebant) ad spem Alexandri
adventus erexerant animos, utpote qui
Amymtam quoque transfugam, & cum
precarie

gna praeda potitus, quum domum reverteretur, quod jam nonnullae insulae, ⁶ propter acerbitem imperii, defecerant, ¹ bene animatas confirmavit, alienatas ad officium redire coegit. ² Scyrum, ³ quam eo tempore Dolopes incolebant, ⁴ quod contumacius se gesse-

precario imperio venientem, laeti receperunt. Quod vero avaritia, superbia, libidine, stupris, adulteriis, contumeliisque reliquis, in bellum provinciae agantur, plena sunt omnia. Vide Tacitum 4. A. 72. Et 14. A. 31. 32. De crudelitate quod ea ad defectionem incitet, Diodorus 13. *Ὡς καὶ οἱ τῶν Μήδων ἀρχῶν; ἡ αἰὲς τῆς ταπεινότητος αἰχμῆς.* Polyænus lib. 7. *Αἰγυπτίαν φροῦδα. Οὐδὲν δὲ τὴν Σακεστῆν τῶν αἰχμῆτων, ἢ διὰ τὸ τοῦ δμοσάντων.* De acerbitate, qua solebant erga subjectos grassari Lacedaemonii, & ob quam ab iisdem alienabantur, Diodorus 15. *Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι διὰ τὸ μίσηθαι τὴν περὶ αὐτῶν δεινότητα, καὶ ἐπιληθῆς ἢ βαρῆς ἕχουσαν τὴν ἀποστρατηθῶν διοτι πολλοὶ τὴν αὐτῶν στρατηγῶν ἀπὸ κινῆσαι αἰὲς τῆς ἀδελφείας.* Gebhardus.

1 Bene animatas confirmavit] Tac. lib. vi. Annal. cap. 44. *Non fraus, non preces, nihil ommissum, quo ambiguos alliceret, promissi firmarentur.* Justin. lib. xxxi. c. 6. m. *Acilius civitates socias confirmabat, dubias illiciebat.* Paterculus lib. ii. cap. 120. *Vacillantium etiam cis Rhenum sitarum gentium animos confirmavit.* Gebhardus. Haec a quibusdam Mss. & edd. abfuisse, ait Magius. In melioribus tamen habentur. Bosius. Abfunt & a Mf. Oxon.

2 Scyrum] Sic Thucydides 1. Diodorus 11. & Plutarchus pag. 483. vocant. Itaque male quidam codices: Cyprium. Ceterum Thucydides & Dio-

dorus haec ante victoriam ad Eurymedonem reportatam contigisse volunt. Plutarchus eum Noistro convenit. Bosius. Cyprium Cod. P. Dan. & Voss. A. C.

3 Quam Dolopes incolebant] Diodorus addit Palaegos. Bosius.

4 Quod contumacius se gesserant] Imperium Atheniensium detrectaverant atque excusserant. Nam contumacia respectum seu contentionem superiorum notat, & quae contemtionem sequitur, rebellionem seu defectionem. vid. Tacitus 4. H. 3, 1. & cap. 74. & 75, 8. Apud Justinum contumacia notat crimen laesae majestatis, in quod incurere poterat, qui incautus lacrimis praesentem rerum conditionem deseret lib. viii. cap. 5. Tacitus inquit, *moeror & luctus verentibus, ne ipsae lacrimae pro contumacia haberentur.* Nam suae suorumque forti, quam tyranni acerbitas aggravasset, illacrimasse acceptum in crimen capitale Tacit. xii. Annal. cap. 47. Latinus Pacatus Panegyrico Theodosio Aug. dicto. Claudian. 2. in Rufin.

Nam miseris ne flere quidem aut lenire dolorem

Colloquiis impune licet. Gebh.

Plutarchus (pag. 483.) aliam affert causam; sc. quod Dolopes piratae praedonesque essent infignes, ac Thessalos quosdam institores Scyrum quaestus gratia profectos depraedari in vincula conjecissent, &c. Nisi forte haec fuerit occasio insulae

gesserat, ¹ vacuefecit, ² seffores veteres urbe insula-
que ejecit, ³ agros civibus divisit. ⁴ Thasios ⁵ opu-
lencia fretos suo adventu ⁶ fregit. ⁷ His ex manubiis

Athe-

insulae capiendae, causa vero ea,
quam Nepos attulit. *Magius. Gesse-
runt* Voss. A. B.

¹ *Vacuefecit*] τὴν πόλιν five νῆσον
ἔρημον ἢ ἀκιντῶσαν ἐποίησεν. Infra 20,
3, 2. Civibus novis bello vacuefactas
possiones divisit. Vacuefactio autem,
qua possessores vel sub corona ven-
duntur, vel in alias trajiciuntur
sedes, poena est antiquis temporibus
in rebelles ac victos constituta.
Justinus 8, 3, 7. de Philippo: *Rever-
sus in regnum, ut pecora pastores nunc
in hybernos, nunc in astrictos saltus
trajiciunt: sic ille populos & urbes, ut
illi vel replenda vel derelinquenda
quaque loca videbantur, ad libidinem
suam transfert.* *Diod.* lib. 12. Περικλῆς
ἢ αἰσθεὶς στρατηγὸς ἐς ἐσθλότητα ὅτι τὴν
Εὐβοίαν μετα δωράμενος ἀξιολόγη, καὶ
τὴν μὲν πόλιν ἢ ἔρημίαν ἐλάν καὶ κα-
ταστῆ, ἐξήμισα τοὺς ἔστωιός ἐν τῇ πα-
τρίδι. Ubi ἐξομιλεῖν ἐν τῇ πατρίδι
elegantè responder Nepotis vacue-
facere. Vacuefactio autem, sive ex
patriis sedibus in alienas translatio
possessorum, mihi videtur poena
media lenitatis ac severitudinis fu-
isse. Lenissima Contumacium poe-
na erat pecuniaria multa, vid. *Cur-
tius* 4, 1, 37. Dein status mutatio:
exempli gratia; restitutio popularis
imperii. Vide *Diodorus* lib. 12. de
Samo a Pericle composita. Mediae
adscribo Refusionem sumptuum,
navium ademptionem, ac muro-
rum demolitionem. Videatur *Dio-
dorus* lib. 11. Severissima poena est
juventutis internecio, imbellis aet-
atis ἐξ αὐτῆς ἐκποδισμὸς, ac urbis vel
delectio, vel alienis possessoribus

attributio. vid. *Idem* L. 12. de Scio-
naeis, ab Atheniensibus ad officium
redactis. *Vacuefacere* verbum non
admodum tritum. *Valerius* sed alia
re. lib. v. cap. 4, 2. utitur & *Apule-
jus*: non puto reperiri apud *Cice-
ronem*, falli tamen possum. Sed
recordor ei obtrusum a *Carrione*
lib. 1. *Antiquar. Lect.* *Catilinaria*
prima. *Quum* morte superioris uxoris
nuptiis domum vacuefecisses. *Quem*
tamen *Gruterus* noster *Praeceptor*
optime meritis non sequitur. Ut
nec capite 6. ejusdem *Orationis*.
Quippe lectionem vulgatam tuctur
Sallustius Catil. cap. xv. Sed utitur
Macrob. lib. vii. *Saturn.* cap. 12.
Kenas inedia vacuefacit, *saturitas*
obstruit. *Gebhardus.*

² *Seffores*] De sanitate scripturae,
dubitat *Nob. Heinsius* ad *Vellej.*
Patercul. lib. 1, cap. 3, p. 26. *Atta-*
men nihil mutandum, consentien-
tibus *Mss. Codd.*

³ *Agros civibus divisit*] *Diodo-*
rus 11. Κρίσιν Ἀθηναίων καταστῆσας,
κατακλιμένους τὴν χώραν. *Lambinus.*

⁴ *Thasios*] Qui etiam ab Atheni-
ensibus defecerant, vid. *Thucyd.* l. 6.
& *Plutarchus* p. 487.

⁵ *Opulentia fretos*] Superbos at-
que elatos; nam opes animum sub-
dunt. *Tacit.* lib. 6. *Annal.* cap. 31.
fretus bellis. *Fretus* idem quod *elatus*,
ut supra *Miltiade.* *Gebhardus.*
V. not. ad 1, 7, 2.

⁶ *Fregit*] Vi debilitavit, eorum;
que opes comminuit certamine na-
vali. *Themist.* classe celeriter effecta
primum *Coryraeos* iregit. *Lysandr.* ἡ
Atheniensium impotentem dominationem
refrins-

Athenarum arx, ¹ qua ad meridiem vergit, est ornata.

C A P. III.

Quibus rebus ² quum unus in civitate maxime flo-
reret, ³ incidit in eandem invidiam, quam pa-
ter

refringent. Cicero de Offic. Viria-
tus Lulianus, quem C. Laelius fregit
& comminuit. Gebhardus. Hinc res
fractae pro afflictis & comminutis
Virgil. 4. Georg. vf. 240. & 3. Aen.
vf. 53.

Ut opes fractae Teucrum, & For-
tuna recessit,

Vide Servium ad 2. Aen. vf. 13.
Justinus lib. 4. cap. 4. Quibus rebus
fracti Syracusani auxilium a Lacedae-
monis petunt. Sic. 1. 5. cap. 8. & l. 6.
c. 1. Et si fractae sunt opes; sic alibi
saepius. Voss. C. & Thracios.

7 His ex manibus] His e manibus
emendavit Schottus ad c. 23. Scri-
ptoris de Viris Illustribus. Ernstius.
Sic libri meliores, in his tres Schot-
to laudati. Firmat Plutarchus p. 487.
Πραθίντων τ' αἰχμαλώτων λαβύρων, εἰς
τι τὰ ἀγαθὰ χρήμασιν ὁ δῆμος ἐπιδίδω,
καὶ τῆ ἀνεπίδοι τὸ νότιον τείχος κατ-
σοκίνασιν, ἀπ' ἐκείνης ὑπερήσας τῆς
σερατίας. Vulgo erat, His ex navi-
bus. Bofius. Leid. M. His ex manibus.

1 Qua ad meridiem vergit] Τὸ νό-
τιον τείχος, ut Plutarchus. Male
igitur Mf. Boecl. & q. edd. quae.
De muro Cecropiae (sic enim arx
haec vocata) plura Meursius Cecropia
cap. 5. Bofius. Leid. M. pro qua,
quae. Voss. A. B. C. quae.

2 Cum unus] Quia unus maxime
florebat, ideo fortuna ejus ma-
xime conspicua, invidiaeque expo-
sita fuerat. Quod pluribus circum-
funditur bonum, id ipsum diffusius

Livori conjectum tam cito expe-
riri non potest. Ipso verbo utitur
& Miltiade & Epaminonda. Curt.
lib. 10. ipsam Darium floruisse paul-
lisper. Cicero in Verrem Hic in sua
patria multis virtutibus ac beneficiis
floruit. Pro Caelio Q. Metellus quum
in Rep. Horeret integerrima aetate,
optimo habitu, maximis virtutibus,
ereptus est universae civitati. Gebh.
v. not. ad, 1, 8, 1. & 4. Bofius. Hinc
florere auctoritate gloria, artibus, opi-
bus, honoribus &c. Ciceronianae
sunt locutiones ut l. 1. ad Fam. Ep.
9. In sententiis senatoriis, & in omni a-
ctione, atque administratione Reip. flo-
ruissemus. Lib. 2. ad Fam. Ep. 13.
completei hominem florentem aetate
opibus, honoribus, ingenio, liberis,
propinquis, affinis, amicis. l. 4. Ep.
13. & in qua urbe modo gratia, au-
thoritate, gloria floruimus. & eo sensu
simpliciter, quo hic dixit l. 5. cap.
15. ut cum maxime florere nos ope-
retet. Vide ibi P. Manut. Sic. Grae-
cis δάλλειν & αἰθέειν. Sophocl. Antig.
vf. 714. Τί γὰρ πατρός ΘΑΛΛΑΟΝΤΟΣ
ἰουκείας τίνοις Ἀγαλμα μείζον. ἀνδύ-
σος per κερήσας explicat Tzerzes
ad Lycophron. vf. 1429. Thucyd.
l. 1. cap. 19. ὡς τὰ κέρησά ποτε με-
τὰ ἀρετιῶν τ' εὐμμεχίας ΗΝΘΗΣΑΝ,
& ut Justinus lib. 5. c. 1. florentes
Atheniensium opes, ita Pindarus O.
Pyth. 7. vf. 22. dixit δάλλισαν ἰουκί-
μονίαν, & ipse πλετοῦ dicitur homi-
ni αἰθέειν O. Pyth. 10. vf. 28. δάλλ-

ter suus¹ ceterique Atheniensium principes. nam testarum suffragiis, quod illi² *ostracismum* vocant, decem annorum³ exilio multatus est. Cujus facti celerius Athenienses, quam ipsum, poenituit. Nam quum ille forti animo invidiae ingratorum civium cessisset,

δορὸς παρρησία. Eurip. Hippol. vf. 422. & ita saepius.

3 *Incidit in invidiam, quam*] Sic & Gifanius e suo cod. laudat in *collectan. Lucret. voce Relativo*. Mf. Boecl. in *quam*. Bofius. Cod. Voff. B. Inc. in *invidiam in quam*. Sed nihil mutandum: praepositio enim ea ex precedenti subintelligenda est. De hac elegantia consulendi sunt Cel. Burmannus ad Phaedr. lib. 4. fab. 4. vf. 1. & Tib. Wopkens lib. 1. Lect. Tullian. cap. 1. & de Synthesi ista testarum suffragiis, quod illi *ostracismum* vocant. Cel. J. Perizonius ad Sanctii Minervam lib. 2. c. 9. n. 4. & ad l. 4. c. 4. n. 80.

1 *Ceterique Ath. princ.*] De quibus praeter *Dionem Chrysostomum*, Orat. 73. *Ernstio* laudatum, videndus *Valerius Max.* 5, 3. ext. 3. Bofius.

2 *Ostracismum*] De hujus nominibus, origine, historia & ritu e veteribus *Diodorus Sicul.* 11. *Plutarchus Aristide*, *Themistocle*, & alibi; *Aristides* Orat. *Platon.* 2; *Pollux Onomast.* 3, 5. *Scholias* *Aristoph.* in *Equites* pag. 340. & in *Vespar.* p. 498. *Tzetzes Chil.* 13, 489. *Helychius* & *Suidas* in *ὀστρακισμὸς* &c. e junioribus *Ubbo Emmius* *Vet. Graeciae* tomo 3. p. 37. & seq. *Beroaldus* *annot. in var. aut.* Tomo 2. *Theſaur. Crit.* pag. 257. *Hadr. Junius* *animadverſion.* 5, 18. *Keckerm.* de *Rep. Athen.* 2, 24, 4. *Sigonius* de *ead.* 2, 4. *Scaliger* ad *Enſeb.*

n. 789. & 1533. *Mauffacius* ad *Harporationem* pap. 193. *ſeq.* & accuratissime omnium *Meurfus* *Attic. leſſion.* 5, 18. & *Sam. Petitus* *Comment. ad Leg. Atticas* lib. 4. tit. 9. *Justus* ne, & reip. utilis, ad ejusque securitatem & statum conservandam aptus sit, olim hodieque disputatum. Ex antiquis superſunt *judicia Aristotelis politicor.* 3, 9. *Dionis Chrysostomi oratione* 73. *Aristidis* in *Platonis* *paſſim*, & *Valerii Maximi* 5, 3. *extremo*. Inter recentiores notae sunt prolixae disputationes duorum prudentissimorum hominum, *Pauli Paritae* lib. 1. *diſcurſu* 15, & *Ludov. Septalii* lib. 4. de *Ratione Status* cap. 6, 7, 8, 9. quorum hic probat, ille improbat. Adde *judicium Arnifaei Doſtrin. Polit.* 2, 5. & quae ad 2, 8, 1. & 2, 10, 2. dicta sunt. *Bofius*, *Voff.* A. *hoſtracos*. B. *oſtrachifmon*. in C. non reperitur, nec in *Leid. meo*.

3 *Exilio multatus*] Factum id esse propter illegitimum matrimonium, quod cum forore inſit, multi ſcribunt, e quibus quosdam citat *Lambinus*: quibus adde *Suidam*. *Ernstius*, Haud dubie hoc praetextu, quod libertati Athenienſium periculum ab eo immineret. Nam & aliquando capitis accusatus est, quod temp. in ſe transferre conaretur. *Demosthenes* orat. adv. *Aristocratem*: *Κίμων, ὁ ἐν τῷ πατρὶον μετεκίμωνος πόλιτος ἐστὶν ἐαυτὸν, ὡς ἄνθρωπος ἐστὶν ἀπὸ τῆς πόλιτος* (Athenienſes ſcilicet) *ψήφους, τὸ μὴ δυνάσασθαι ἐπιμένειν τῷ λαῷ* &c.

fisset, ¹ bellumque Lacedaemonii Atheniensibus indixissent, ² confestim notae ejus virtutis desiderium consecutum est. Itaque post annum quintum, ³ quam expulsus erat, in patriam ⁴ revocatus est. Ille, ⁵ quod hospitio Lacedaemoniorum utebatur, ⁶ fatius existimans

εισιπερξάν, Plutarchus quoque refert p. 487. eum, cum Thásis devictis Macedoniae vicinae pepercisset, ab adversariis in iudicium vocatum, quasi muneribus ab Alexandro rege corruptus esset. Bofius. Scholiastes Aristophan. Equit. vf. 851. ἄδ' ὅν θ' οἱ χαρήσασται πάντες ὡς οὐκ ἐδύσαν, Ἀρεσείδης, Κίμων (τῆ ἀδελφῆ Ἑλληνική Συγκοιμηθεὶς, καὶ διαβληθεὶς ὡς πολιτῆας.)

4 Quam ipsum] Atqui Cimonem facti poenituisse dici non potest, nisi improprie, non enim fuit in ejus potestate, ne non pelleretur. Hic igitur ipsum poenituit, interpretor, ipsi doluit. Sic M. Tullius pro M. Coelilio. de quo v. Gellius 17, 1. Lambinus.

1 Bellum Lacedaem. Atheniensibus indixissent] Et ingentem cladem ad Tanagram illis intulissent. vid. Plutarchus in Cim. p. 490. Bofius.

2 Confestim notae ejus virt. desid.] Similis locus infra Epam. vita. vide Flaccum. lib. 3. Argonaut. v. 247. Gebhardus. Voss. A. Notae ejus virtutes, sed supra notatum erat virtutis. & pro consecutum, consequutum.

3 Quam expulsus] Sic lego e C. Dan. quod & Lambinus conjecerat. Similis locutio habetur infra 10, 5, 3. Bofius. Vide Cel. J. Perizon. ad Sanctii Minervam. l. 2. cap. 9. n. 5.

4 Revocatus est] Decreto Periclis, ut tradit Plutarchus pag. 490. Lambinus.

5 Quod hospitio Lacedaem.] Hoc

Graece diceretur h. m. ἐν ὄψει τοῦ τῆ Λακεδαιμονίων. Propter hoc hospitium autem Lacedaemoniorum rebus studere ac favere putabatur, hoc est, quod Graeci dicunt, λακωνίζω. Haec enim fuit ostracismi causa, ut tradit Plutarchus p. 489. quam appellat μίμρον ὡς ὄρα. Cui Lambinus.

6 Satius exist. contendere Lacedaemonem] Eximium specimen fidei Lambini, quam in emendandis scriptoribus adhibuit: hominis nimirum omnia libidini ingenii, etiam refragantibus omnibus libris, tribuentis. Flagitio, quo suum heic caput obligavit, obviam ivit Savaro Luxuriem Monstrosiensem exonerando ac reponendo: Satius existimans contendere Lacedaemonem: sua sponte est profectus. Antequam revocatus Athenas peteret, consultius putavit Lacedaemonem pergere, ac sua sponte, sine jussu populi pacem inter duas civitates conflare. Quid sit contendere Lacedaemonem jam notum est: Caesar lib. 1. de Bell. Gall. cap. 21. Ipse de quarta vigilia eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos contendit. l. vi. cap. 3. p. De improvisi in fines Nerviorum contendit. Apulejus lib. 9. Metam. Tunc reliqui fratres tam Hercules desperata quam ultro neglecta sua salute contendunt ad divitem. Nepos Eum. Sin per loca sola contenderet. Justin. l. 9. cap. 6. Cicero. Mibi non dubium est, quin Brundisium contendam. Idem. Tarsum vidi,

mans contendere Lacedaemonem, ¹ sua sponte est profectus, ² pacemque inter duas potentissimas civitates conciliavit. Post, neque ita multo, ³ Cyprum cum ducentis navibus imperator missus, quum ejus

majo-

vidi, inde ad Amanum contendit. Gebhardus. Sic primus distinxit Magius, cum antea male locus hic interpungeretur, hoc modo: satius existimans contendere, Laced. sive sp. est prof. Exponit autem hoc sensu: Cimonem, cum revocatus esset, noluisse statim in patriam redire, quod suorum desiderium patriae posthaberet; ideoque, etsi cives sui non praecepissent, Lacedaemonem, quae propter hospitium amica sibi civitas videretur, profectum, hoc consilio, ut pacis auctor conciliatorque esset. quod enim Lacedaemoniorum forte opes cerneret esse majores; eamque ob rem patriae timeret, e re Atheniensium potius esse censuisse, ad pacem conciliandam Lacedaemonem, quam Athenas ad bellum adornandum operumque ferendam proficisci. At Lamb. plusculis insertis, sic edidit: satius existimans, eos & cives suos inter se una voluntate consentire, quam armis contendere, Lacedaemonem sp. s. e. prof. eaque in re acriter reprehensus est a Schotto & Gebhardo, ac si locum mutilum ratus, cujus sensum non adsequeretur, de suo nimis liberalis, tam multa repugnantibus libris adjecisset. Cum ramen in annotationibus ad h. l. ne verbo quidem indicet, haec ex conjectura sc. addita esse: sed tantummodo moneat, hunc locum in libris fere omnibus vulgaris lacerum & mutilum fuisse. Quare paene adducor in eam sententiam, ut, quae addidit, ex aliquo MSto

aut editione vet. desumpta esse suspicer. De quo viderint, quibus veteres editiones ad manum sunt. Dissimulari tamen non debet, ea ab optimis libris Gif. Put. Savar. Schotti, Boecler. Leid. immo ab omnibus, ut opinor, manu exaratis, editisque, quorum variae lectiones a viris doctis, adnotatas sunt, abfuisse; eoque non immerito suspecta esse, quandiu non apparet, unde desumpta sint. *Bosius, Mf. Oxon. leg. satius existimans verbis contendere. Voss. C. aestimans. & qui post pacem, neque ita ante multo agnoscit.*

¹ *Sua sponte est profectus]* Nihil de hac profectioe *Plutarchus*; sed statim rediisse eum Athenas, ac civitates in gratiam reduxisse ait; pag. 490. *Bosius.*

² *Pacemque conciliavit]* Ita dictum, ut conciliare discordes, in concordiam restituere ac gratiam reducere. *Caesar. lib. 7. cap. 55. Legatos ad Vercingetorigem de pace & amicitia concilianda publice missos. Loquitur eo modo & Thrasibul. atque Hamile. Et parem in modum antiquissimi. Ennius Cresiphonte.*

Eho tu, Di quibus est potestas, mortuus superum atque inferum?

Pacem inter se conciliant, conferunt concordiam.

Cicero pro Dejotaro: Quo clem mihi amicitiam Resp. conciliavit, hospitium voluntas utriusque conjunxit. Gebh

³ *Cyprum missus]* Cimonem post exilium Atheniensibus Cyprum ac-

qui-

majorem partem insulae devicisset, ¹ in morbum implicatus, ² in oppido ³ Citio est mortuus.

C A P. IV.

Hunc Athenienses non solum in bello, sed in patria, diu desideraverunt. ⁴ Fuit enim tanta liberalitate, quum compluribus locis praedia, hortosque haberet, ⁵ ut nunquam ⁶ in eis custodem imposuerit fru-

gnisivisse, etiam scribit Dio loc. cit. pag. 634. & Suidas in κίτιον post Thucyd. lib. 1. pag. 47. Diod. Sic. 211, 3. & Plutarchus in vita ejus, qui summam viri virtutem uno ore praedicant. *Ernstius*. Leid. & omnes Vossiani. m. non agnoscunt praepositionem inae, & ita amat loqui Noster. Vide quae dicemus ad Datamis vitam. cap. 4. n. 4. Pro imperator. Voss. C. super.

¹ In morbum implic.] Alii, teste Plutarcho, vulnere, quod adversus barbaros pugnans acceperat, confectum, tradidere. *Bosius*. Propria haec est locutio ut jam docuit Servius ad Virgil. 1. Aen. v. 663. Cimonem defunctum esse αὐτομάτως θανάτω. i. e. morte naturali adnotat Scholiastes Thucyd. l. 1. c. 112 n. 55. Voss. C. sed in morb. impl.

² In oppido Citio] Thucydides & cum eo Plutarchus non in oppido, sed dum illud obsideret, occubuisse Cimonem scribunt. *Diodorus* tamen lib. 12. expugnasse, ait. *Bosius*.

³ Citio] Ἐν κίτιον τῆς Κύπρου ait Suidas e Thucydide. *Ernstius*. *Diodoro* quoque & *Plutarcho* Κίτιον vocatur. At in Exc. Dan. legitur Κυθίο. Quomodo apud *Suidam*: ἐν Κίτιον. *Bosius*. Vide cl. *Wasse* & *Duker*. ad Thucyd. lib. 1. cap. 112. n. 51. Leid. m. *Cythio*, item

Voss. A. sed B. *Cytio*. & pro sed in pace sed etiam in pace. Leid. & Voss. B. Particulam etiam, licet in duobus his Mss. reperiat, & sensus postulet, ut addatur, non tamen necesse est, ut in textum recipiamus, cum sed post non solum, non modo, pro sed etiam poni saepius solet, ut docuere cl. *Oudendorp*. ad *Frontin.* lib. 2. *Strateg.* cap. 1. E. 15. n. 51. & *Cortius* ad *Sallust.* *Catil.* c. 18. n. 7.

⁴ Fuit enim tanta liber.] Torum hunc locum, usque ad finem capituli, e *Theopompo* defumtum, & quasi ad verbum conversum esse, notavit *Cassaubonus*, animadvertens in *Athenaei* 12, 8. Similis munificentia *Gilliae Agrigentini* fuit; de quo *Valerius Maximus* 4, 8. ext. 2 De Cimonis autem liberalitate *Laëtantius* 6, 9. breviter egentibus stipem dedit; & pauperes invitavit; & nudis induit. *Bosius*. *Mf.* Oxon. tanta liberalitate usus est. pro compluribus Voss. C. quam pluribus.

⁵ Ut nunquam in eis custodem] *Plutarchus* eleganter hac de re: Ἐν τῇ χώρῃ κατέβαιν ἰσχυροὺς ἀπρηχάς, καὶ δοῦν ἄρα κατὰ φέρειν, καὶ κρηναὶ καὶ λαμβάνειν ἀπυρία τοῖς ἕτοιμοις παρῆσαν, ἀποπέσειν τῶν ἐν τῷ Κίτιον μνηστρογυθίων καταστῆσαι ἐς τὸν αὐδὸν κατῆσαν. Adde eund. in *Pericle* pag. 156. *Theophrastus*, apud *Ciceron.* *Offic.* 2. haec ad curiales five contribules Cimonis

L. restrin-

fructus servandi gratia, ne quis impediretur, quo minus ejus rebus, ¹ quibus quisque vellet, frueretur. ² Semper eum pedissequi cum nummis sunt secuti, ut, si quis opis ejus indigeret, haberet, ³ quod statim

restringit; Ait enim, cum ita instituisse, & villicis imperavisse, ut omnia praeberentur, quicumque Laciades in villam suam devertisset. Civibus univérse hoc permisit eum, scribit Theopompus apud Athenaeum l. c. Simile quid de Ephialte refert Heraclides in politia Atheniensium, quod nempe permisit ex agris suis fructus decerpere, qui vellet; atque inde multis cibum praebuerit. Bofius.

6 In eis custodem imposuerit] Cicero pro Planco, *Sin autem emimus, quem villicum, imponeremus, quem pecori praeficeremus, non curamus.* Schoppius venuste e Libro Gifanii custodem posuerit. Caesar. lib. 1. de Bell. Gall. cap. 20. *Dumorigi custodes* ponit. Barthius e veteribus editis ac membranis, quibus olim usus Caelius Curio: *ut nunquam in eis custodem imposuerit.* Scribendum vero ipse retur. *Nunquam in eis custodem posuerit.* Mihi placet Lectio codicis Gifaniani. Cicero. 11. Philippica. *Quoties te pater tuus domo sua ejecit? quoties custodes posuit, ne limen intraves.* pro Flacco. *Hermippus custos T. Aufidio Praetore in frumento publico est* positus. Gebhardus. Mf. *Schoppii custodem posuerit.* Quomodo & Propertius,

Quos igitur tibi custodes, quae limina ponam?

Barthius huic emendationi addit, & legit: *nunquam in eis custodem unum posuerit.* Ernstius. Sic plerique Mff. & editi: Nisi quod praepositio in quibusdam deest. Barthius *Advers.*

24. 18. *mallet: in eis custodem unum posuerit.* Schoppius *Verisim.* 4. 2. e vet. libro: *nunquam eis custodem posuerit.* Quomodo Propertius.

Quos igitur tibi custodes, quae limina ponam?

Eaque lectio & Gebhardo placebat; qui duobus Ciceronis locis firmabat. uno Philipp. 2, 18. ubi patrem Curionis custodes posuisse Antonio, *ne limen intraret;* altero Orat. pro Flacco cap. 19. ubi Hermippum custodem frumento publico positum, ait. Uno item Caesaris B. Gall. 1, 20. quo se custodes Dumorigi posuisse scribit, *ut, quae agat, quibuscum loquatur, scire possit.* Pro vulgata lectione facit illud Ciceronis Orat. pro Cn. Plancio, c. 25. pariter a Gebhardo adductum: *Sin emimus, quem villicum imponeremus, quem pecori praeficeremus.* Videturque Nepos expressisse verba Theopompi: *ei τοις ἀγροῖς ἢ τοῖς κτηνοῖς ἐδύνατο ἢ νεπέτῃ καθίστα φίλανα.* Bofius. Leid. m. *Eis custodes imposuerit.* Pro *in eis posuerit.* Verbum ponere in hac re proprium esse docent Passeratius ad Propert. l. 2. El. 5. v. 29. & Broukhuisius ad Tibullum. l. 1. El. 1. v. 21.

Pomosisque ruber custos ponatur in hortis,

Terreat ut saeva falce Priapus aves.

Nihil tamen mutò. Cum Voss. A. B. C. *in eis custodem imposuerit.* exhibeant.

1 *Quibus quisque vellet*] Restituitur *quibusque auctoritate* Mff. Dah. Leid.

tim daret, ¹ ne differendo videretur negare. Saepe, ² quum aliquem offensum fortuna, videret minus bene vestitum, ³ suum + amiculum dedit. ⁵ Quotidie sic ³ coena ei coquebatur, ut quos ⁶ invocatos vidisset in foro,

Leid. Boecl. & quos Schottus inspicit. nil enim causae video, cur rejici debeat. *Bosius*. Ita & Leid. m. & Voss. A. B. C.

² *Semper eum pedisequi*] *Plutarchus* pag. 484. vocat *ναύτοκος συνήθεος*, atque, eos tulisse pecuniam copiosam, adstitisseque elegantioribus inopum (τῶν κομφοῦντων) nummulosque silentio in manus injecisse. Δὲ εἰ τρεῖς ναύτοκος, ait *Theopompus*. Non admodum difforme est, quod de L. Veratio narrat *Gellius N. A.* 20. 1. *Bosius*.

³ *Quod statim daret*] Eodem nomine *Lucanus* laudat *Pisonem*:

Quis tua culcitra, juvenis facunde, tuorum

Limina pauper adit, quem non animosa beatum

Excipit, & subito juvat indulgentia censu:

Loccenius. Sic *Tiberius Caesar* si quid alicui largiebatur, id confestim numerari, se inspiciente, jubebat. *Tertius Dio Cassius* lib. 57. pag. 608. *Bosius*.

¹ *Ne differendo*] V. Ind. differre. *Bosius*.

² *Quum aliquem offensum fortuna vid.*] *Lambinus* hoc exponit, cui fortuna esset iniqua, irata, atque offensa. Quod cum mihi insolens videretur, nec dubitarem offensum hic idem esse, quod obviam factum, repertum, Cl. *Freinbomius* confirmavit meam sentent. indubiamque fore dixit, si in aliquo codice forte fortuna legeretur, quod & absor-

beri facile potuerit a seq. vocabulo. *Boeclerus*.

³ *Suum amiculum*] Imo alicujus e pedisequis, si *Theopompo*, & *Plutarcho* credimus. Sic enim ille: ἐὰ πῶτε ἢ πολιτῶν λευὰ ἰδῆα κακῶς ἡμφεσμένον, κελθεὶ αὐτὸν μελαμμένονδ' ἢ ναύτοκος λευὰ ἢ σπακαλυθέντων αὐτῶν. Hic vero pag. 484. αὐτῶν ἢ ναύτοκος παρὶ πῶλο συνήθει, ἀμπερόμοι καλῶς ὡς ἄκασθ, εἰ ἕς συντήχει τῶ Κίμωνι ἢ ἄσων προσβύτρεθ, ἡμισομίθ, ἐκ δ' αὐτῶ, διμυεῖσθ τοῦς αὐτῶν τὰ ἰμάτια. *Bosius*.

⁴ *Amiculum dedit*] Simile quid de S. Martino episcopo praedicat *Sulpitius Severus* in ejus vita; & de *Smyrnaei Tacitus* 4. A. 56. 3. *Bosius*.

⁵ *Quotidie sic coena*] Sic ferè & *Theopompus* ac *Plutarchus*. Sed *Aristoteles*, apud *Plutarchum*, non omnibus Atheniensibus, sed curialium ejus *Laciadarum* cuivis, qui vellet, coenam paratam fuisse, ait. *Bosius*.

⁶ *Invocatos*] *Lambinus* non voluit. Rectius, *Schoppius*. P. *Daniel*, ac *Schottus invocatos*. *Barthius* *Adversar.* lib. xxiv. cap. 18. leg. ut quoscumque invocatos vidisset. Est autem invocatus ἀκασθ, ad epulas non invitatus. Fuit *Cimonis* animo par *Gilliae Agrigentini*, cujus domus quasi quaedam magnificentiae officina credebatur. *Val. Max.* lib. 4. cap. 8. Quae comparanda cum verbis *Nepotis*, vel, cui nondum vocari contigit. *Terent. Eunuch.*

foro, omnes¹ devocaret: quod facere nullum diem² praetermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defuit. multos locupletavit: complures pauperes mortuos, qui unde efferentur, non reliquis-

Invocato ut sit locus semper. Gebhardus. Schoppius. lib. 4. Verisim. c. 2. legendum esse existimat. *Ut quos invocatos vidisset.* Cui Mf. meus Cod. ad stipulatur. Barthius tamen mavult: *ut quoscumque invocatos.* Lib. xxiv. Adversar. cap. 18. *Ernstius* Ita Mff. Dan. Gif. Plutarch. Savar. Schott. Ernst. & Schoppio *Veris.* 4. 2. teste, alter e Bavaricis: probantque, praeter *Savaronem, Schottum, ac Schoppium, Gifanium* Ind. *Lucr. v. Relativo, Gebhardus, alii.* Sic *Tertentius* Eunuchus 5, 9, 29.

— ut mihi tua domus

Te praesente, absente pateat; invocato ut sit locus semper.

Ubi vetus interpres: **INVOCATO**, non *vocato* significat. *IN* etenim auget & minuit dictionem. Et mox: **INVOCATO**. Male intelligitur *precibus vocato, quum sit invocato* i. e. etiam non invitando, quin ultro venire debeat suam domum. Apud *Plautum Captiv.* 1, 1, 2. *Parasitus: invocatus soleo esse in convivio.* Vulgo erat: *quos convocatos.* Unde *Lambinus* faciebat: *quos non vocatos: Barthius* Adversar. 24, 18. *quoscumque invocatos.* Sed neutro opus: cum *MSta* lectio satis plana sit. *Bosius* *Leid. M. invocatos, item Voss. A. B. C.*

1 *Devocaret*] Sic Mff. *Lambinus* mallet *convocaret*, aut *vocaret*. Est enim, inquit, *devocare* proprie *desum* vocare, ut apud *Horat. epod.* 17. *refixa coelo devocare sidera,* & apud *Ciceron. Tusc. 5. Socrates prius philosophiam devocavit e coelo.*

Et tamen mox subjicit: *Nisi dicamus DEVOCARE etiam valere, de loco vocare; ut idem Cicero: Nihil est quod eum de provincia devocent.* Quid igitur dubitas, *Lambine?* *Devocabat omnes Cimon;* de foro scilicet domum suam. *Bosius.* *Vossiani A. B. devocaret. C. devoraret.* De verbo *devocare* consule *Nob. Heinsium, & Cel. Burmannum ad Ovidium.* lib. 4. *Metam. v. 102.*

2 *Praetermittebat*] Contaminat locum *Lambinus*, legendum *intermittebat*, contra *libros. Gebhard. Cel. Perizonius* illustrans phrasin *nullam diem praetermittere ad Sanctii Minerv.* lib. 4. cap. 6. n. 16. citat *praetermisit*, vitione memoriae, an Mf. cujusdam codicis auctoritate, nescio.

3 *Suo sumtu extulit*] Ob hanc pietatem in efferendo sua impensa mortuos in historia sacra praecipue laudatur *Tobias;* in externa *Cimon & Pisistratus.* Vid. *P. Faber Semestr.* 3, 23. *Loccen. Quam plures.* *Voss. C. Voss. A. pro efferentur, efferentur.* & paullo ante *pro nulli res fam. Voss. B. nulla res fam.*

4 *Vita ejus fuit securo*] Nullis periculis atque insidiis exposita. Nam, ut *Aurelii Victoris* verbis dicam, *ejus vita nullius oneri aut incommodo erat.* Demum.

Ejus mortem civis expetunt, cujus vitam oderunt: aut, ut loquitur *Seneca Oedipo v. 243. Queritur peremptum nemo, quem incolumem timet.*

Sive, *ejus vita non fuit anxia ob im-*

liquissent, ³ suo sumtu extulit. Sic se gerendo, mi-
nime est mirandum, si & vita ejus fuit secura, &
⁵ mors acerba.

imminens ex odio atque invidia ci-
vium discrimen, vel, ut verbis *Va-
lerii* dicam, pro salute & incremen-
tis ejus cives votis excubabant, ut
loquitur de *Gillia* 4, 8, ext. 2. *Secu-
rus* is demum dici potest, qui curis
vacat. *Seneca* Hippolyto vs. 164.

*Seelus aliqua tutum, nulla securum
facit.*

P. Syrus:

*Tuta saepe, nunquam secura, mala
conscientia est.* Gebhard. *Mf.* Boecl.
pro fuit habet fuerit. Bofius.

⁵ *Mors acerba*] Immatura, adeo-
que luctuosa. P. Syrus.

*Mors infanti felix, juveni acerba,
seni nimis sera.*

Cicero in Antonium: Acerbissimum
ejus diem *supremum malum, quam L.
Cinnae dominatum.* Gebhardus. Pro
mirandum. Leid. m. *admirandum.*
Sed simplex *mirandum* retinendum
est. Vide, quae de verbo *mirari*,
sequente conjunctione *si*, profert
cl. Burm. ad *Quintilian.* Declam.
262. *Acerba mors* est immitis, cru-
da, immatura, per metaphoram ab
immaturis frugibus desumptam, ut

patet ex notissimo illo *Phaedri* lo-
co. L. 4. fab. 2. de uva.

*Nondum matura est, nolo acerbam
sumere.*

Ubi vide *Schefferum*, & *Manutium*
ad *Ciceron.* lib. 1. ad *Fam.* Ep. 1.
Apposite *Virgilius* l. 5. *Aen.* vs. 49.

*Fanque dies (ni fallor) adest, quem
semper acerbum,*

*Semper honoratum (Sic Di volu-
istis) habebis.*

Ubi *Servius* acerbum. Propter *pydi-
tum* patrem. Consule *Parei* notas ad
Quintilian. lib. vi. *Instit.* Orator.
Prooem. pag. 493. Vult itaque *Ne-
pos* indicare, *Cimonis* mortem ci-
vibus vitam fuisse *maturam*, i. e.
praematuram, praecipitem, festina-
tam, ac quasi ante diem venientem,
ideoque acerbam, quia, dum vixit,
omnibus profuit. Nam talis mors
etiam *matura* vocatur. vide *Elegan-
tiss.* *Broukhuis.* ad *Tibull.* l. 4. *El.*
1. vs. 205. Egregius *Livii* locus
Libro 7. cap. 1. *Maximeque eam
pestilentiam insignem mors quam ma-
tura, tam acerba M. Furii fecit.* Pro
secura *Voss.* A. *secuta.*



Apud Fulvium Ursinum
in numismate aere

CIMON.



Apud Fulvium Ursinum
in siphis ex marmore.

VI. LYSANDER.

CAP. I.

1 LYSANDER LACEDAEMONIUS, magnam reliquit sui 2 famam, magis 3 felicitate, quam

LYSANDRI res habemus apud *Plutarch. in vita*, & alibi, *Thucydidem* 5. *Xenophontem Graec. hist.* 2. & 4. *Diodorum* 12, 13. *Polyaenium* 1. & 7. *Pausaniam* passim, *Aelianum* passim, *Justinum* 5. *Frontinum* 1, 5, 7, 2, 1, 18, 4, 1, 9. *Ciceronem* passim. *Boedertus*.

1 *Lysander*] Aristoclitri F. qui ex gente Heraclidarum fuit. *Plutarchus in Lys.* p. 434. Morthacum unum fuisse Lysandrum, scribunt *Phylarchus* apud *Atthaenaeum* 6, 20. & *Aelianus Var. histor.* 12, 43. Quam vere, dubitat *Uubbo Emmius* tomo 3. *Vet. Graeciae* p. 133. Dicebantur autem *Mothaces* pueri, qui cum locupletiorum Lacedaemoniorum liberis educabantur, & singuli, bini, vel etiam plures, cum iisdem in gymnasiis concertaturi mittebantur, ac uniuersae institutionis participes fiebant. *Hesychius* & *Aelianus l. c.* seruos fuisse volunt; sed *Phylarchus* & *Athenaeus* liberos, non tamen Lacedaemonios. Quos *Meursius Miscellan. Laconic.* 2, 6. ita conciliare inuicem nititur, ut dicat fuisse quidem seruos, sed libertate donatos, sic tamen, ut non pleno jure, velut ceteri Lacedaemonii, fruerentur. Plura de iis praeter *Meursium*, *Cragius de rep. Lacedaemon.* 1, 5. *Emmius l. c.* & *Casaubonus ad Aetheraei* 6, 20. *Cragius* & *Casaubonus*

volunt eodem fuisse, quos *Scholias Aristophanis ad Plutum. & Equites*, *Hesychius* & *Suidas*, *μύθοι* vocant: sed *Meursius l. c.* negat temere confundendos; vereor, ut satis bene. *Bosius*.

2 *Famam magis felicitate, quam virtutem*] Quum enim versutus esset & callidus, ut historici Graeci referunt, versutia tamen ipsi sua felicitus cessit, quam aliis virtus: ut aliquando solet, cuius rei causas accurate & prolixè exquirat *Forstner. in not. Polit. ad 3. Annal. Taciti* (p. 242. seqq.) *Loccenius*. De versutia Lysandri testantur *Plut. in vita* p. 437. & *Cicero 1. offic.* 30. Idem tamen in *Catonem majorem*, *virtutem summam* virtutis vocat. *Bosius*.

3 *Felicitate quam virtute*] *Mf. mei Cod. fide* lego *magis fortuna, quam virtute*. Quae pulchrior oppositio est, cuius exemplum aliud infra habemus in *Thrasymbulo si per se virtus sine fortuna ponderanda sit*. *Ernstius*. *Mf. Ernstii: fortuna q. v.* Et sic praeter nostrum 8, 1, 1. passim auctores. Vid. *Freinsheimii not. ad Flor. praef.* 2. *Bosius*.

4 *Sexeto (& vicesimo anno)*] Alii volunt Athenienses a Lysandro esse oppressos anno belli Peloponnesiaci xxvii. & seq. Muros autem urbis ad concentum ribiarum ab eodem dejectos xvi. die *μύθοι* id est,

quam virtute partam. Athenienses enim in Peloponnesios 4 sexto & vicesimo anno 1 bellum gerentes 2 confecisse, apparet. 3 Id qua ratione consecutus sit, 2 latet.

ut plerique explicant, Martii ad Calendarium Julianum IX. Maji secundum Calvisium. Quo eodem die aliquot annos praelio ad Salaminem Xerxem vicerant. *Ernstius*. Nam coeperat bellum illud anno 1 Olympiadis LXXXVII. Periodi Julianae 4283. ut docent *Scaliger de Emendat. tempor. lib. 5. Meursius in Archontibus Atheniens. lib. 3. cap. 3. Petavius de doctrina temporum 10, 27. & Parte 2. Rationarii tempor. lib. 5, 11. Longius de annis Christi 2, 16. &c.* Pugna vero ad Aegos flumen, de qua hic sermo, secundum *Diod. Sic. 13.* aliosque contrigit anno 4. Olymp. XIII. Periodi Jul. 4309. *Bos.*

1 *Bellum gerentes*] Et pestilentia conflantes, ut tradunt *Plut. in Lys. & Xenoph. lib. 2. de reb. Graec. Diod. Sic. lib. 13. exor.* *Lambinus*. In hic notat adversus, contra. v. *Cort.* ad *Sallust. Catil. cap. 9 n. 4.* Pro in Peloponnesios *Leid. Peloponnesio Voss. B. Pel. ponessios C. Peloponnesios. pro Vicesimo Vicefimo.* Alii *Vicesimo.*

2 *Confecisse*] Penitus stravisse ac vicisse. *Magius* substituendum censuerat confregisse hve contudisse. Sed in eo se ipse reprehendit. *Conficere*, penitus absumere. *Seneca Lib. 3. de benef. Rabies, quae omni civili bello gravius togatam civitatem confecit.* *Cicero de Inventione: Licinius hostes consecutus est & confecit. Gebb. Livius L. 2. cap. 40. Ibi fortuna populi Romani duos hostium exercitus, haud minus pernicioso quam pertinaci certamine confecit. L. 3. cap. 70. Conficerent equos virosque, ne quis revereretur inde ad praelium.* In indice

Bosii recte notatum est Metaphoram desumptam esse a Gladiatoribus ac bestiariis. De hoc verbo disputarunt *Literariae Reip. Principes Graevius ad Ciceron. L. 9. ad Fam. Ep. 20. Burmannus ad Petron. Satyric. cap. 20. & Dukerus ad Florum L. 3. cap. 1. n. 8. hinc confici etiam dicuntur, quorum vires franguntur, debilitantur, tabescunt. Virgil. 3. Aen. vs. 590. Macie confecta suprema. Phaedrus. Lib. 3. fab. 7. macie confectus lupus. ubi vide *cl. Schefferum. Lib. 1. fab. 14. Hic cum jaceret morbo confectus gravi. Cicero Lib. 7. ad Fam. Ep. 26. confectus languore ac fame. v. Elegantiff. Broukhuis ad Tibull. L. 1. El. 8. vs. 39. & ut milites conficere dicuntur hostes, & gladiatores adversarios, ita dentes conficere cibum dicuntur. Livius Lib. 2. cap. 32. Conspirasse inde ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent. Consule *Ceieb. Burmann. ad Quinctilian. Lib. 10. Institut. Orator. cap. 1. p. 882.* Haec in juvenum gratiam extendi aliquanto latius.**

3 *Id qua rat. consec. sit, latet.*] Quomodo latere potest, cum ipse dicat, factum id esse immodestia adversariorum. Videtur hic locus esse, mutilatus ut & alii in hoc opusculo multi. Credam igitur olim fuisse non latet. *Ernst.* Qua ratione ad eas angustias Athenienses redegerit, ut eos ad Aegos flumen vicerit, obscurum est; & videtur divinitus esse factum, non humanitus. *Rem. enim maximam minimo labore consecit.*

latet. Non enim virtute sui exercitus, sed ¹ immodestia factum est adversariorum: qui ² quod dicto audientes ³ imperatoribus suis non erant, ⁴ dispalati in agris, ⁵ relictis navibus, in hostium venerunt potestatem. Quo factio Athenienses se Lacedaemoniis dederunt. ⁶ Hac victoria Lyfander elatus, quum antea fem-

cit, ut scribit Plutarchus (pag. 439.) & hora una tempus longissimum & bellum omnium, quae ante ipsum fuerant, maxime varium, & cladibus & casibus maxime incertum atque infidum, sustulit & confecit. Haec narratur etiam a Xenophonte lib. 2. *Mem.* & a Diodoro Siculo l. 13. & a Polyaeo l. 1. *Strategematum*. Lambinus. Confer tamen notam Ernestianam. Bos. pro id qua, cesqua Voss. C.

1 *Immodestia*] Disciplinae militaris violatione, ejusque repagulis ruptis ac perfractis. inf. 7, 8, 5. *Gebb.* Hanc militum immodestiam pulchre describit *Lys.* *Ep.* 438. *seq.*) Sed *Aristides Sophista* *ἡρωικῶν λόγων*. A. dicit, negligentia Imperatorum hoc evenisse, non immodestia militum. *Lambinus.* adde *Frontinum* 2, 1, 18. *Bosius.* *Voss. C.* *immodestia factum adversariorum.* vide ad c. 3. *Aristidis.*

2 *Quod dicto audientes Imperatoribus suis non erant.*] Non obtemperaverant, neque eorum mandatis auscultaverant. Ita loquitur purissimi oris scriptor *Cornelius & Iphierate*: *Ut nullas unquam in Graecia neque exercitiores copiae, neque magis dicto audientes fuerint duci.* Et *Aegilao*: *tanta modestia dicto audiens fuit iussis absentium Magistratuum.* Quare emendandum censeo *Data*; *Thys* regi dicto audiens non erat. *Caesar.* L. 1. *Comm. de Bello Gallico* cap. 40. *Quibuscumque exercitus dicto audiens non fuerit.* Auctor de

Vir. Illustr. cap. 7. *Petere, ut interim, dum convalescit, Servio Tullo dicto audientes essent.* *Plautus Amphitr.* *Egsum Jovi dicto* audiens. *Cicero* de *Divinat.* *Istae imagines ita nobis dicta audientes sunt, ut, simulatque velimus, accurrant.* *Cato* de *re Rustica.* *Eadem uti cures faciatque moros, Dominoque dicto audiens sit.* *Varro* de *re Rustica* Lib. 1. cap. 17. *Facilius enim his quam minoribus natu dicta sunt audientes.* *Gebhard.* Hunc loquendi morem illustrarunt *P. Manutius* ad *Caelium* L. 8. ad *Fam.* *Cic. Ep.* 4. & summus *Gronovius* ad *Livium* Lib. 29. cap. 20. jam a *Bosio* in *Indice* citatus. *Cortius* ad *Sallust. Catil.* cap. 50. n. 1. *Cl. Burm.* ad *Phaedr.* L. 1. fab. 3. v. 13. qui de similibus *Dativis* agit, & *Bosius* ad *Datamis* vitam cap. 2. n. 3. ubi tamen *Vossiani A. & B.* *regis dicto audiens* exhibent.

3 *Imperatoribus suis*] *Alcibiadi* praecipue. Nam cum *Lacedaemonii Lyfandrum*, nomine quidem legatum, revera autem ducem ad bellum contra Athenienses gerendum mitterent, idque tum reliquis sociis, tum ipso quoque *Cyro* postulantibus; *Acri* enim & vigilantibus duce opus erat post cladem a *Callieratida* ad *Arginusas* acceptam. Ipse cum copiis profectus urbes aliquot Asiae in potestatem suam redegit: pugnandi tamen facultatem ducibus Atheniensibus non fecit. *Quam*
ejus

semper factiosus, ¹ audaxque fuisset, sic sibi indulfit, ut ² ejus opera in maximum odium Graeciae Lacedaemonii pervenerint. Nam quum hanc causam Lacedaemonii dicitassent sibi esse ³ belli, ut Atheniensium impotentem dominationem refringerent, postquam apud Aegos flumen Lysander classis hostium est potius

ejus calliditatem cum pari praeditus ingenio animadverteret Alcibiades, operam suam & consilium offerens a ducibus Atticis non sine contumelia repellitur. Cujus sive superbiae sive imprudentiae graves mox poenas dederunt, artibus Lysandri circumventi, & oppressi ad Aegos portus Chersonesi. Peritum praeter exercitum Atheniensium classis eorum instructissima cLXXX navium. Atque hac ratione Lysander victoriam consecutus est. Quod certe Nepotem non latuit, ut ex Alcibiadis vita, quae sequitur, patet, cap. 8. Vide de hac re Urbisque interitu plura apud Historicos & Dn. Boeclero citatos: quibus adde Orationem Caesaris apud Sallustium de Bello Catilinario pag. 151. Senec. lib. De tranquill. animi cap. 3. & Epist. 104. Cicero VIII. ad Attic. Valerium Max. 3. cap. 2. Erasmus.

4 *Dispalati in agris*] Facilis de vagis, dispersis, atque incompositis victoria. Plutarchus; *Ναυτικὴν ἔταν ἔπι τῷ γῆς γένεταί πλαγίωμον, ὃ ποὶ τῆς θάλας, καὶ διασπείρουμένον.* Tacitus Ann. 4. 48. 4: *Thracium auxilio repentino concursu territa, cum pars munitionibus adjacerent, plures extra palarentur, tanto insensius caesi* Hist. 4. 35. 3: *Civili ubi rursum missis Norvesium frumentatores, da'asque in praesidium cohortes, velut multa pace, accepit, rarum apud signa militem, arma in vehiculis: cunctos licentia vagos com-*

postus invadit. Sallust Epist. 2. ad C. Caesarem. De hoc casu v. *Frontin.* 2, 1, 18. Gebhardus.

5 *Relictis navib.*] Respexit, credo, hanc victoriam, qui cudi fecit nummum, cujus penes me estypum est; in cujus antica parte caput Lysandri cum inscr. ΛΥΣΑΝΔΡΟΥ ΔΑΚΩΝΟΣ: in postica, Victoriā curru ab equis marinis per mare tracto insistens, & : ΝΙΚΗ ΝΗΤΙΣ. *Bosius.* Naves hae numero erant 100. ex Justino Lib. 5. cap. 5. & Pausania Lib. 9. cap. 32. pro *dediderunt* Voss. A. C. *dederunt.* forsan rectius, vide Davies. ad Caesarem L. 3. de Bello Civili cap. 11. & Cort. ad Sallust. Jugurth. cap. 75. n. 5.

6 *Hac victoria Lys. elatus*] Vide ad 4. 1, 3.

1 *Audaxque*] Plutarchus Lysandro: *Ἦν δὲ καὶ λόγῳ θεομῆς, καὶ καταπληκτικῶς ὡς τῆς ἀντιτείνοντας.* Lambinus. pro *indulfit* Voss. C. *indulxit.*

2 *Ejus opera*] Id est culpa. ita in Alcibiad. cap. 6. in Ep. c. 8. in Hannib. cap. 7. ubi vide Schortinotas.

3 *Belli*] Sic libri meliores. Alii *bellum.* Bosius. Leid. in *disparum.* Voss. B. C. *dicitassent.* impotentem hic notat saevam, immoderatam. Consule Victorium ad Ciceron. Lib. 10. ad Fam. Ep. 1. Eodem modo foeneratorum saevitiam impotentiam vocat Florus Lib. 1. cap. 23. n. 1. Ut Noster *refringere*, sic Propertius L. 3. El. 2. vs. 44.

L 5

Aut

potitus, ¹ nihil aliud molitus est, quam ut omnes civitates in sua teneret potestate, quum id se Lacedaemoniorum causa facere simularet. ² Namque undique, qui Atheniensium rebus studuissent, ejectis, ³ decem delegerat in unaquaque civitate, ⁴ quibus summum imperium potestatemque omnium rerum committeret. ⁵ Horum in numerum nemo admittebatur, nisi qui aut ⁶ ejus hospitio contineretur, aut se illius fore proprium fide confirmarat.

C A P. II.

Ita decemvirali potestate in omnibus urbibus constituta, ipsius nutu omnia gerebantur. cujus de
CRU-

*Aut quibus in campis Mariano praetoria signo
Stent, & Teutonicas Roma refringat opes*

ubi vide Passeratii notas pag. 421.

¹ *Nihil al. molitus est*] Narrat Xenoph. lib. 2. rer. Graec. totam Graeciam defecisse ab Atheniensibus post pugnam illam navalem, praeter Samios. Lambinus. Voss. C. vitiose, in suo tenore p. pro in sua teneret p. pro simularet Voss. B. simularvit, sed a. m. f. simularet.

² *Nam undique qui*] Deformis modus loquendi & horridus Ernst.

³ *Decem delegerat*] Δεκαδαρχίας appellat Isocr. panegyrico, & ad Philip. Sic & Diod. Sic. lib. 14. non longe a principio. At Xenoph. lib. 3. rer. Gr. Δεκαρχίας appellat, nisi locus mendosus est. Lambinus. Athenis autem triginta praefecerat, decem vero Pitaeo. Plutarchus. Hi postea triginta viri urbem servitute oppreserunt, & ad tyrannidem usque facerunt. Magius. Voss. A. delegerat, sed supra notarum erat delegerat.

⁴ *quibus summum imperium &c.*] Arcanum dominationis, quo populos civitatesque nuper subactas in officio continere student victores. Vide Illustr. Forstner. ad Taciti Ann. 12, 32. Bofius.

⁵ *Horum in numerum*] Mf. Boecl. & aliquot codd. hor. in numero. Bofius. In numero etiam Voss. A. B. in Milt. cap. 5. n. 4. in Voss. B. in acie produxit. in Dione cap. 6. in plerisque Mss. in filio vim suam exercuit. Perpetua variatione. Vide cl. Oudendorp. ad Frontin. L. 1. Strateg. cap. 10. n. 2. Munck. ad Hygin. fab. 50. & 92. Broukhuis. ad Propert. L. 2. El. 7. vs. 50. & Cort. ad Sallust. Cat. cap. 19. n. 3. in Alcibiade cap. 4. in Mf. Leid. Hoc crimine in contentione ab inimicis compellebatur. in Timotheo cap. 3. in Mf. Boecl. & Voss. B. Huic in consilio dantur in Justino L. 1. cap. 7. n. 10. sex codices Mss. legunt si quid in Craeso crudelius consuluisset, quam lectionem probat & illustrat Abr. Gronovius vir Majorum gloriam virtutibus suis augens, quem jam

crudelitate ac perfidia fatis est, unam rem, exempli gratia, proferre, ne de eodem plura enumerando defatigemus lectores. Victor ex Asia quum reverteretur, Thasumque divertisset, quod ea civitas praecipua fide fuerat erga Athenienses, proinde ac si iidem firmissimi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici, eam pervertere concupivit. Vidit autem, nisi in eo occultasset voluntatem, futurum, ut Thasii dilaberentur, consulerentque rebus suis ****

CAP.

jam citatum vidi a Cortio ad Salust. Catil. cap. 52. n. 12.

6 ejus hospitio contineretur] Hospitum numero haberentur Cic. Non enim mea gratia familiaritatibus continetur. Gebhardus. Cuius quo ei hospitium esset, ut 2, 8, 3. loquitur. V. Ind. hospes. Bosius. qui legit contineretur. Egregie verbum hoc illustravit Celeb. Dukerus ad Florum L. 4. cap. 2. n. 13. confirmaret male in quibusdam Edd. legitur. recte Mf. Leid. m. & Voss. A. C. confirmat. v. cl. Oudendorp. ad Frontin. L. 3. strateg. praef. n. 3.

1 Fatigemus] Mff. Schotti, Gif. & Dan. defatigemus, quae fortasse vera lectio. Bosius. Defatigemus etiam Voss. A. B. C. Ita ut pro certo habeam, hanc veram esse lectionem, nec in textum recipere dubitem. defatigare plus notat quam fatigare Cicero 10. ad Fam. Ep. 19. Sed, me hercules, in ea (Rep.) conservanda jam defatigatus non multo plus patriae favo, quam tuae gloriae. & ita in aliis verbis. Consule D. D. V. V. Broukhuif. ad Propert. L. 2. El. 16. vs. 7. Burmann. ad Phaedr. L. 5. fab. 5. vs. 27. & Kannegieter ad Avianum fab. 1. Inprimis Auctor noster amat hanc praepositionem verbis praeporere ad vim verborum

augendam atque intendendam. in Hannibale cap. 10. five legas decertaturi, five potius decreturi vim intendit praepositio de. in Themist. cap. 4. Hoc eo valebat, ut ingratis ad depugnandum omnes cogerentur. in Milt. cap. 2. nam quum virtute militum devicisset hostium exercitus. consule Gebhard. ad Conon. cap. 1. in Voss. B. pro ne de eodem. ne de eodem, sed supra notatum erat eodem.

2 Proinde ac si iidem &c.] Secutus sum edit. Florentinam & Aldin. ceterae enim habent contrarie: proinde ac si iidem f. sol. esse inimici, qui constanter fuissent amici. Ex Thucyd. 8. licet intelligere, Thasios antequam tantam fidem in Athenienses praestitissent, eorum fuisse inimicos, & Lacedaemoniorum socios atque amicos. Nunc igitur quia Atheniensibus eos videt amicos esse factos Lysander, & in hac amicitia permanuros judicat, eos pervertere cupit. congruit cum Thucydide, & confirmat hanc lectionem id, quod est ap. Demosth. Orat. ad Leptinem: Τὸτο μὴν τοῖσιν Θασίους τίς μετ' Ἐφάντι, πᾶς ἢ ἀδικήσατε, ἢ ἀφίλοισι πῶς ἀτίληται; οἱ παροδόντες ὑμῖν Θάσον, καὶ πῶς Λακεδαιμονίαν φιλοῖν μετ' ὅπλων ἐπιβαλόντες, καὶ θεράσκων εἰσαγαγόντες, καὶ παρασθέντες

CAP. III.

Itaque decemviralem suam potestatem sui ab illo constitutam sustulerunt, quo dolore incensus inivit consilia, reges Lacedaemoniorum tollere. sed sentiebat, id se sine ope deorum facere non posse, quod

οτι φιλην υμιν ηνω αυτων παρθεδα αι
τοις τε γενεθαι ουμαχος η παρι θεο
και τωπον υμιν ιγενοντο. Lamb.

3 Si *idem*] Qui ad oram Ultraject. editionis negationem inferendam sibi videri annotarat, mentem non percepit, quae talis est: Qui constantiam suam odii atque inimicitarum tempore in hostes declararunt, iidem cum fuerint ad adversas partes ducti parem fidem in amore atque societate tuentur atque exerunt, qua opinione est *supra* Themistocles, 2. 9. 4. estque exemplo Marius Celsus apud Tacitum *hist. 1. 71.* Gebhardus. Voss. B. *idem.* pro *Thasum* Voss. A. *Thassum.* pro *eam* *pervertere, pervertere eam.* pro *futurum* omnes tres Vossiani *futuram*, sed in Voss. tamen A. *futurum* supra notatum erat, pro *dilaberentur* Voss. C. *liberarentur.*

Quia hic deest exemplum quod narrare instituerat Nepos, non committendum duxi, quin lectoris cognitioni iuvandae rem gestam ex *Polyaeno* (1. *strateg.*) huc referrem: Cum *Thasum*, propter eos, qui Atheniensium rebus studuerant, pervertere *Lysander* destinasset, sicut *Nepotis* habet narratio; atque ne evaderet, quos perditos cupiebat, metueret: fraudem clementia ac religionis obtentu velandam censuit. Erat apud *Thasios* templum *Herculis*, quod summa ipsi caeremonia colebant. Huc vocatis ci-

vibus insidiosae humanitatis plenissima oratione imposuit. Veniam se omnibus dare, agebat, anteactorum. Consternatione & tempore facile excusari, quae in isto rerum transitu accidissent. Igitur frustra timere quenquam, aut latere. Accederent modo, bonamque de eo spem omnes caperent, qui parcere omnibus constituisset. Haec se teste Deo ipsorum patrio polliceri, ad cuius templum & numen essent iussi convenire. Talia tam accurata simulatione asseveranti creditum est. Prodiere ex latebris, qui Atheniensis recip. studio graviora extimuerant. Quos ille post paucos dies, nihil amplius suspicantes, salutisque penitus securos adortus omnes interfecit. *Boecler.* Similis perfidia fuit, quam *Mileti* exercuit: de qua *idem Polyaeus lib. 1. pag. 71.* & *Plutarchus pag. 443.* *Bosius.*

1 Itaque decemv. suam pot. sui ab illo] Ms. *Boecl. Dan. & Leid.* itaque hi d. s. pot. ab i. c. Ceterum lacuna fortasse rectius incipiet post vocem *Itaque*; quam antecedentia requirunt. *Bosius.*

2 Sustuler.] Vid. *Plut. p. 445. Bos.*

3 Quo dolore incensus] Aliam causam fuisse vult *Diodorus*, nempe elevationem animi, ac ferociam, quod bellum Peloponnesiacum consecisset, & Lacedaemoniis principatum Graeciae terra & mari peperisset. *Lambin.*

quod ¹ Lacedaemonii omnia ad oracula referre con-
sueverant. Primum ² Delphos corrumpere est cona-
tus. Quum id non potuisset, Dodonam adortus est.
Hinc quoque repulsus, dixit se vota suscepisse, quae
Jovi Ammoni solveret: existimans, ³ se Afros faci-
lius

⁴ *Iniit consilia reges Lac. toll.]* Vid.
Aristot. Polit. 5, 1, & 7. Plutarch. pag.
447. Bofius. Adde Cel. Jac. Periz-
onionum ad Aelian. l. VII. c. 12.
n. 3. & ad l. XI. cap. 7.

⁵ *Sine deorum ope] Plutarch. ait*
hoc esse machinam, seu Deum ex
machina adhibere, ut fit in tragoe-
diis. Solent autem ad haec com-
menta confugere magni viri, cum
vis aut ratio humana non satis val-
let ad id, quod concupiscunt, ef-
ficiendum. *Diodorus: ἐκείνη γὰρ, εἰ*
χρησόμενος δαίμων σύμμοχρον τῆς ἰδίας
ἐπιβολῆς, ἐπέδωκεν ἕξεν ἐπὶ τῆς τοῦ
Πισιστρατίου. Sic Pisistratus tyrannus,
cum eiectus e civitate fuisset, com-
mentus est illud omnibus notum de
Pallade armata, a qua in currum
imposita, edicendum curavit a prac-
conibus, Pisistratum in civitatem,
atque adeo in arcem restitui: cum
revera esset mulier nomine Phya,
ingenti corporis statura, ita orna-
ta, ut speciem Palladis praebere vi-
deretur. Tale fuisse commentum
majorum nostrorum de virgine vel
puella illa Aurelianensi, a viris cor-
datis & prudentibus accepi: quae
adhibita fuit ad metum Gallis exi-
mendum, animunque reddendum,
ut Britannos e Gallia pellere au-
derent. *Lambinus. Se abest Vossia-*
no A. de qua Ellipsi ad Miltriad.
cap. 1.

¹ *Lacedaemonii omnia ad Oracu-*
lum referre consueverant] Non solum
Lacedaemonii, sed omnes fere

Graeci solent *μαρτυρεῖν τοῖς μαντείοις*
αἰετοῦ. Propriam autem heic est
verbum *referre* Cic. 1. de Divina-
tione; *sed de rebus obscuris & incertis ad*
Apollinem censeo referendum. Graeci
usurpant *αἰσχρολογεῖν* & *αἰσχρο-*
λογεῖν. *Diodorus lib. 17. τοῖς μάν-*
τεροι αἰσχρολογεῖν, καὶ τὸ
Χρηστέ. *Gebhard. Voss. C. deferre.* sed supra
erat notatum *referre.*

² *Delphos] Mff. Sch. Gif. Dan.*
Delphi. An legendum *Delphis*; ut
primum nominaliter accipiatur, sub-
audiaturque *oraculum*? Certe aliquid
latet. De re, vide *Diod. Sic. & Plut.*
Lysandro p. 447. Bofius. Leid. meus
Delphis. Vossian. A. C. Delphi. Delphos
retinendum, & hujus urbis cive-
in quibus erant Apollinis Sacerdo-
tes & inprimis Pythias, intelligen-
di, praesertim, quia Noster Graecos
solet imitari, qui *Delphi* tam de ci-
vibus, quam de urbe ipsa dixere.
Vide *Celeb. J. Perizon. ad Aelian.*
lib. 6. V. H. cap. 9. & Schol. Thu-
cydidis lib. 1. cap. 112. lin. 63.
ita mox per *Dodonam* hujus urbis
cives sive Oraculi Dodonaci vates
intelliguntur; nec non per *Afros*,
Jovis Hammonis Antistites soli. &
ita saepius videmus in aliis urbem vel
regionem non tantum pro civibus
vel incolis, sed pro quadam civium
vel incolarum parte poni. Attamen
hunc locum acutioribus examinan-
dum relinquo. Itaque abest tribus
Vossianis. Ad hanc historiam re-
spicit Cicero. lib. 1. de Divinat. c.

3 lius corrupturum. Hac spe quum profectus esset in Africam, 1 multum eum antistites Jovis fefellerunt. nam non solum corrumpi non potuerunt, sed etiam 2 Legatos Lacedaemona miserunt, qui Lysandrum accusarent, quod sacerdotes fani corrumpere conatus 4 esset. Accusatus hoc crimine, iudiciumque absolutus sententiis, Orchomeniis missus subsidio, 3 occisus 5 est a Thebanis apud Haliartum. Quam vere de eo foret iudicatum, oratio indicio fuit, quae post mortem in domo ejus reperta est, in qua suadet Lacedaemoniis, ut regia potestate 4 dissoluta, 5 ex omnibus dux deligatur ad bellum gerendum: 6 sed ita scripta, ut deorum videretur congruere sententiae, 7 quam

ille

42. *Idemque.* (Lacedaemonii) de rebus majoribus semper aut Delphis oraculum, aut ab Hamone, aut a Dodona petebant. Lycurgus quidem, qui Lacedaemoniorum reip. temperavit, leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit: quas cum vellet Lysander commutare, eadem est prohibitus religione. ubi vide cl. Daviesii notas.

3 *Se Afros facilius corrupturum*] Nimirum quia gens illa subdola, & ad technas fraudesque vel etiam natura proclivis esset. Magius. Voss. A. quaequae Jovi A. J. C. quaequae Jovi. B. Amoni. Pro hac spe. Voss. C. ac spe.

1 *Multum*] Sic libri meliores. In aliis, *multi*. Bosius.

2 *Legatos Lacedaem. miserunt*] Ita & Diodorus, ac Plutarchus pag. 448. Bosius. *Lacedaemonem*. Voss. A. B. C.

3 *Occisus est a Th.*] Cum Haliartum obsideret, urbem Boeotiae: Sic Xenoph. l. 3. Hellen. & Plut. in Lysandro, pag. 449. & seq. Lambin. Adde Diod. 14. 82. Pausan. Laconicis, Justin. 6. 4, 6 Bosius. Voss. C. Orchomenis. & pro vere, fere. nec

fuit post indicio reperitur in Voss. A. 4 *Dissoluta*] V. Ind. Bosius.

5 *Ex omnibus dux delig.*] Diodorus: ἐξ ἀπάντων τῶν πολεμίων &c. At Plutarchus: ἀπὸ πάντων τῶν ἑλληνιστῶν ἡ ἀγαθὴ τῶν βασιλευσίων ἀπορροή, εἰς μέσον θέναι, ἢ ποιεῖσθαι τῶν αἰσίων ἐκ τῶν ἀεθίων. Lambinus. Mf. Boecl. dux aberat. Bosius. Dux abest Voss. A. & B. Pro *deligatur*. Voss. C. *eligatur*.

6 *Sed ita scripta, ut deorum videretur congruere sententiae, quam ille*] In msc. Boecl. desunt, quae de oratione hic habentur: statim enim post vocem *gerendum*, sequitur, *quo ille se habitur*. In Schotti codice erat: *sed scripta, ut dicit, non videntur congruere sententiae*. Inepte utrumque. Bosius. Ita abest Vossianis. A. C. in Voss. B. non reperiuntur *Sed ita s. u. d. v. c. s. Pro quam idem quo. C. & A. quod. sed in Voss. A. supra notatum erat quam. Pro Deorum. Voss. C. dicit, pro videretur, non videntur.*

7 *Quam ille se habiturum pecunia fidens non dubitabat*] Quam oraculi sententiae

ille se habiturum, pecunia fidens, non dubitabat.
 * Hanc ei scripsisse Cleon⁹ Halicarnasseus dicitur.

CAP. IV.

Atque¹ hoc loco non est praetereundum factum² Pharnabazi, satrapis regii. Nam quum Lysander praefectus classis in bello³ multa crudeliter⁴ avareque fecisset, deque his rebus suspicaretur, ad cives suos esse perlatum, petiit a Pharnabazo, ut⁵ ad ephoros sibi testimonium daret, quanta sanctitate bellum gessisset, sociosque tractasset, deque ea re accurate scriberet. magnam enim ejus auctoritatem in ea re futuram. Huic ille⁷ liberaliter pollicetur: ¹ librum

sententiam pro se obtenturum non diffidebat. Ad verbum fere Diodorus. Διά δὲ τούτου (ἐξ ἑνὸς παλαιῶν ἀποσπ.) ἡ ἑκαστοῦ ἑκάστου χρημάτων ἐπίστατος πείσθη. Gebhardus.

⁸ Hanc ei scripsisse Cleon Halicarnasseus dicebatur] Usurpatus enim ille mos in Graecia, ut oratores & sophistae aliis orationes scriptitarent, unde λογισμαί; quae vox, cum re, postea in contemptum adducta. Vid. Cresoll. Theatr. Rhetor. 3, 2. Boeclerus.

⁹ Halicarnasseus] Ita & Plutarchus vocat, ubi hanc rem narrat. At Mss. Dan. Gif. Savar. Put. Alicarnas. corrupte, credo, ut solent in nominibus propriis codices manu exarati, quantumvis optimae notae. Bofius. Halicarnas. etiam Voss. A. C. Alicarnasens. B.

¹ Hoc loco] Tò loco aberat Leid. Mf. Bofius. Pro cum, quum. Voss. A. qui sic semper solet. Pro satrapis B. strapis, pro Pharnabazi, C. Barnabazi. & pro regii, regis.

² Multa crudeliter] Vid. Plutarch.

pag. 443. Bofius:

³ Avareque] Continentiam tamen ejus, & opum munerumque contentum, laudat Plutarchus pag. 434. & 450. Bof. Que abest Voss. B.

⁴ Deque his rebus] Plutarchus haec prolixè: sed tamen paullo aliter, narrat, pag. 444. Vid. & Polyæn. 7. Pharnabazo. Bofius.

⁵ Ad ephoros] A quibus, scyrala missa, revocatus fuerat, ut narrare Plut. & Polyænus l. citz. Bof. Voss. B. aut Ephoros. sed a m. f. apus.

⁶ Quanta sanctitate bellum gessisset] Jullitia, moderatione atque integritate. Valer. 4. 12. Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia & sanctitate in urbem deportaverat. Hinc sanctae manus, non pollutae captandis & acceptandis muneribus provincialium apud Valer. l. 2. c. 11. Tunc continentia inerat imperatoribus nostris, quam sanctas manus habere deberent apud ista altaria discensibus. Gebhardus. V. Cl. Duker. ad Florum 2, 6, 40. Minime avarum tamen, sed frugalem ac continentem fuisse

¹ librum gravem multis verbis conscripsit, ² in quò summis eum fert laudibus. Quem quum legisset probassetque, ³ dum obsignatur, alterum pari magnitudine, ⁴ tanta similitudine, ut discerni non posset, signatum subjecit, in quo accuratissime ejus avaritiam ³ perfidiamque accusarat. Hinc Lyfander domum quum redisset, postquam de suis rebus gestis apud maximum

fuisse constat. Vide Cel. J. Periæ. ad Aelian. l. 3. V. H. cap. 20. & hoc patet ex ejus paupertate. vide Aelian. l. 6. V. H. cap. 4. sed vide ibi Kuhn. pro *socios* Voss. C. *scio*.

7 *Liberaliter pollicetur*] Plutarchus: *ἡλικίονος ἀντιπαρα ποιοῦντος*. Lambin. Ut solent falsi falsimonii. Curtius 8, 2, 17. *Polydamas tanto liberatus metu, impensius etiam, quam exigebatur, promittit operam*. Loquitur autem ad eum modum crebro Caesar: libro 4 de B. G. cap. 18. & cap. 21. ubi Graecus interpres reddit *ἡλικίονος*. Gebhard. Pro *In ea re* Voss. C. *in ejus re*.

¹ *Librum gravem*] Mss. Gif. Dar. & Ed. Ultraject. *grandem*, quod probabat Gebhardus. Altera tamen lectio etiam in Ms. Boecl. reperitur, nec mutatione opus. *Gravem*, scil. pondere; quippe *multis verbis conscriptum*. Plutarchus & Polyænus modo *ἤμεσος*, modo *γράμματα*, modo *βιβλία* vocant. Bosius.

² *In quo summis &c.*] Cod. Gif. & Ed. Ultraj. *in quibus eum summis fert laudib.* Bos. Leid. m. & Voss. B. *effert laudibus*. Voss. A. *fert*. C. *ferre* corrupte pro *fert*. Utrumque recte. Virg. 1. Aen. v. 629.

Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat.

Servius explicat per *laudabat, praeferebat*. Livius. 2. cap. 49. *Fabios ad*

coelum laudibus ferunt. lib. 4. c. 41. *Tempanium meritis laudibus ferens*. Aliquando *laudibus* subintelligitur. ut ad *coelum ferre* sc. *laudibus*. v. Cor. ad Sallust. Catil. cap. 53. n. 1. plene dixit iterum Noster in Attico: cap. 10. *Quod si gubernator praecipua laude fertur*. & ita alii passim. Pro *in quo*. Voss. C. *in quibus*.

³ *Dum obsignatur*] Ms. Boecl. & alii Lambino laudati, *dum signatur*. Quomodo mox: *signatum subjecit*. Et *Martialis*: *Fam signat meus amulus lagenam*. Bosius. *Signatur* etiam Voss. B. C.

⁴ *Tanta similitudine*] Sic Mss. Boecl. Leid. &, Magio teste, Burgenfis ac Venetus. Neque aliter habuisse codicem Danielis, ex eo colligo, quod in Excerptis illius non adnotatur, haec verba, quae in edit. Longolii, cum qua collatus est, habebantur, adfuisse. In aliis tamen defuere, credo, quod ob similem vocum terminationem alterutrum membrum, ut fieri solet, a librariis omissum esset. Ejicere igitur nolui; praefertim cum & apud Plutarch. ac Polyænum Lyfander dicatur commutasse *βιβλία* *laudibus διαρίθουσα τῆν ὄψιν*, quod non tam ad *magnitudinem*, quam ad *similitudinem* pertinet. Immo si maxime *pari magnitudine* fuissent, facile discerni poterat, ni & *similitudo*

num magistratum, quae voluerat, dixerat, testimonii loco librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, submoto Lysandro, quum ephori cognosserent, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipse suus fuit accusator.

tudo intercessisset. Uncis tamen inclusi, ut intelligeret lector, a quibusdam libb. abesse. *Bosius*. Reperiuntur & in tribus Vossianis. Pro *accusarat* Voss. C. *accusavit*. pro *Hinc, hunc*. Voss. A. B. & pro *librum*, *libro*. pro *summoto*, *submoto* Voss. C. in quo Cod. *dederunt* non reperitur. pro *cognosserent* Voss. B. *cognovissent*. & pro *ipsi*, *ipsae*.

I Cum Ephori cognosserent] Legisfent. *Cognoscere*, ἀναγιώσκων supra Pausania: *vincula epistolae laxavit*, *signoque detracto cognovit*. Conone. *Itaque quae volebat huic scripta tradit*. *Quibus cognitis rex tantum auctori-*

tate motus est. Darame, talibus ille literis cognitis cum jam ad exercitum Atacum venisset. *Gebhardus*.

2 *Suis*] Cur non dixit *sui accusator*, sed *suis*? ita scilicet ut *meus* & *tuus defensor* dicitur, qui me & te defendit. *Imprudens* autem, quia literas in caput suum scriptas, quasi Bellerophon, aliter existimans ad suos tulit. *Lambin*. *Polyaenus* αὐτῶν καὶ αὐτῶν ὑψημὰτα ἐπιμύθη Gebhard. Plura hujusmodi, seipsoeudentium, exempla collegit *Piccartus* observat. *Historicopolit. dec. 16, 9*. *Bosius*.



VII. ALCIBIADES.

CAP. I.

I: **A**LCIBIADES CLINIAE F. ATHENIENSIS. ² In hoc natura, quid efficere possit,

ALCIBIADEM memoravere Plutarchus in vita, Diodor. 12. & 13. Thucydides 5. & 6. &c. Xenophon. hist. Gr. 1. & alibi. Polyænus 1. Aelianus var. hist. 11, 7. 13, 33. Isocrates oratione de Bigis, Athenæus 12. Plato, Suidas, Justinus 4. & 5. Val. Max. 1.

7. ext. 9. 3, 1. ext. 1. 6, 9. ext. 4. Frontinus 2, 5, 44. & 45. 2, 7, 6. 3, 2, 6. 3, 6, 6. 3, 9, 6. 3, 11, 3. 3, 12, 1. Cicero aliquoties. &c. Boeclerus. Ejus vitam & res gestas politica commentatione illustravit Italico sermone Virgilius Malvezzas. Bosius.



Apud Fulvium Ursinum
in Gemma.

1 Alcibiades Cliniae F] Vide Aelian. l. 2. V. H. c. 1. & Dion. Chryf. Orat. 25. Qui eum vocat Αλκιβιάδης ἢ Κλεντίς. Suidas autem Ὀδὸν Κλεντίε. Nomen esse Laonicum Alcibiadem observavit Cael. Rhodigin. lib. 13. Lect. Antiq. cap. 37. Alios de hoc Imperatore scriptores vide citatos a Boeclero. Ernst. Vid. not. Ernstii. De quatuor diversis hoc nomine vocatis Metwssius Att. lect. 6, 12. Bosius.

2 In hoc natura] V. Ind. v. natura. Ms. Leid. In quo natura. Bosius. Hic tacet Vossianus Codex C. usque ad vitam Timoleontis.

3 Nihil illo fuisse excell. in vitis vel in virt.] Non abs re quis miretur, quod Alcibiades tam eximio praeceptore Socrate usus, a vitis in virtutis viam non fuerit traductus, cum tamen Socrates, quo veller, quos docebat, & quibus cum dissererat, flectere valerent, ut

XIII

tatis suae multo ¹ formosissimus, ad omnes res aptus, consiliique plenus. Namque ² Imperator fuit summus ³ & mari & terra. disertus, ut inprimis ⁴ dicendo valeret: ⁵ quod tanta erat commendatio oris atque orationis, ⁶ ut nemo ei dicendo posset resistere.

¹ di-

do avem manibus dimittens; pone fax, Pharetra & arcus, Amoris insignia. *Bosius*. Aelianus lib. 12. V. H. cap. 14. Εἰσαμιούρατον ἢ ἀγαθότατον φασὶν Ἐπίδωρον μὲν γυνάιδας Ἀλκιβιάδων. *Suae* abest *Vossiano* A. Mf. Oxon. pro *aetatis, civitatis*. & paulo post pro *consilii*que, *consilii*sque.

¹ *Formosissimus, ad omnes res apt.* &c.] Inerant Alcibiadi omnia, quae magnis viris auctoritatem & benevolentiam populi solent conciliare, quibus etiam effecit Alcibiades, ut populus Atheniensis reliqua ei condonaret, vitiisque ejus semper levissima nomina imponeret, ludos ea, animi remissiones & facilitatem interpretaretur. Secus tamen de his omnibus judicabat Socrates, exprobrans Alcibiadi suum ob istaec factum, uti constat ex *initio Alcibiadis primi Platonis*: secus alii viri prudentes, uti notat *Plutarchus in ejus vita*: ex quorum sententia de magnis viris & rebus judicandum est, non calculis, strepituque multitudinis. *Loccenius*.

² *Imperator summus*] *Diodor.* 13. 27. τὸν ἀριστάτατον ἀεὶς &c. *Gebhardus*.

³ *Et mari*] *Reposui* copulam e *Cod. Leiden*si, quae a reliquis libris & edd. aberat. *Bosius*.

⁴ *Dicendo valeret*.] Sic in *Dione* cap. 3. dixit *valere eloquentia*. Vide *Celeb. Burmann.* ad *Quintilian.* lib. 2. *Institut. Orator.* cap. 17. Qui oratores a Graecis *δυνατοὶ ἐν λόγῳ* vocantur. Vide *Raphelium* ad

Euang. Lucae cap. 24. com. 19. & *cl. Burmann.* ad *Petron. Saryric.* c. 89. p. 431. five *κατάστοι λέγειν* ut de *Pericle Eupolis* apud *Schol. Aristoph. Ach.* v. 529. nec hoc mirum est, quum *Homeri* versus semper in summo habuerit perfusio. Vide *Aelian.* l. 13. V. H. cap. 38.

⁵ *Quod tanta*] Sic opt. notae Mff. *Boecl. Gif. Dan.* bene cauffam enim ejus, quod dixerat, subjicit. vulgati & *tanta*. *Bosius*. *Quod* etiam *Leid.* & *Voss. A.* *Noster* Alcibiadem *disertum* vocat, hoc est, plane loquentem, ut docet *Servius* ad *Virgil.* lib. 2. *Aen.* v. 149. cum *Aristophanes* eum ut *blaesum* *baibumve* traducat in *Vespis* v. 44. quasi, ut *Schol.* inquit, λ pro ρ dixerit. Nihilominus tamen *Plutarchus* in *Alcibiade* p. m. 192. B. *blaesā* lingua sua, quae vulgo *blanda* esse solet, magnam sibi gratiam conciliaffe *Alcibiadem* nobis narrat. Quidquid sit: *Alcibiades* quidem eloquentia valuit, linguae tamen vitio non caruit. Et sic satis conjici potest, *Auctorem* nostrum, ad sensum ejus verborum efficacissimum, quae vera est *facundia*, non vero eloquium sive *pronunciationem* respexisse, idque patet ex locutione sequenti. Itaque *disertus* eamdem, quam *Servius* ei tribuit, hic tamen retinet *significationem*, scilicet loquentis verba ordine disposita, neque longis *ambagibus* involuta, sed sensu *efficacia* ac *plana*, quae dos in homine *blaesō* locum

dives; quum tempus posceret, laboriosus, patiens, 3 liberalis, splendidus, 2 non minus in vita, quam victu: affabilis, blandus, temporibus callidissime 3 inserviens. 4 Idem, simul ac se remiserat, 5 neque 4 causa suberat, quare animi laborem perferret, 6 luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperi-

locum habere potest.

6 *Ut nemo ei dicendo poss. restit.*] *Ἦν γὰρ ἡ λόγῳ δυνατότατος* & statim *δεινός* & *ἦν εἰπῶν*. Gebh. Quare apud Suidam vocatur *ἀβναιός* φιλόσοφος & *ἦν ἴστωρ*. Ernsius. Itaque belli Siculi suavor & auctor fuit, Nicia frustra dissuadente; Thucyd. lib. 6. Lambinus.

1 *Dives, cum tempus posceret, laboriosus*] Emendatio Lambiniana. Idem cum tempus posceret. Alii libri, *Deinde cum tempus*. Iterum alii. *Dives cum tempus posceret*. Distinguendum. *Dives, cum tempus posceret*. Quasi caeteroqui inter se pugnarent divitiarum ac labor, dicit utraque in Alcibiade convenisse. Diodor. *ἐνδ' ἐνζυμείᾳ ἡ πλείων πρῶτος* Ἀθηναίων. Gebhard. Non potui, quin reponerem lectionem, quam dudum e libris suis produxerant Gifanius, Schottus, & Pet. Daniel, probavitque & Gebhardus. Neque enim ullam rationem animo possum concipere, qua factum sit, ut librarii pro *Deinde*, quod in aliis codicibus & edd. legitur, *Dives* rescripserint. Sed nec ita solet *Nepos*. Denique, ut e *Diodoro Siculo* constat Alcibiades non modo *nobilitate*, sed etiam *divitiis*, (*πλούτῳ*) primus *Atheniensium* fuit, quod a Nostro omissum esse, quis credat? Ceterum, ut recte Gebhardus adnotavit, illa *cum tempus posceret* ad sequentia referri debent, quousquam illius explicatio subtilior,

quam verior, videtur. *Ἦν ἴστωρ*, quod Lambinus reposuit, non fert continens periodus, ab eadem voce incipiens. *Bosius*. Voss. A. *dives*. B. *deinde*.

2 *Non minus in vita quam victu*] Praeclare haec mihi, ut spuria & abunde inculcata, ab Ultraj. editore ommissa videntur. Diodor. *τῷ συζητῶ λαμπροῦς ἡ μεγαλαπήβολος*. Gebh. Cui ego adfentiri non possum. V. Ind. *victus*. Bosius.

3 *Inserviens*] Excerpta *Dan. serviens*, quod Gebhardus praefert; allegans illud *Lucani*. *Temporibus servire decet*; & *Ciceronis* ad *Atticum*: *Servire tempori cum necesse sit*: itemque quod *nostrer* infra 22, 1, 3. *paci servire* dixit. Sed *inserviendi* voce haec ipsa *vita* *nostrer* ea ratione usus est *cap. 11, 3*. *Bosius*. Pro *callidissime* Voss. A. *calidissime*. Pro *inserviens* *Leid. serviens*.

4 *Idem simul ac se remiserat*] A negotiis in otium, a labore in voluptates se transdederat. Hinc *remissiones* *Tacito Agr. 9, 3*. *Tempora curarum remissionumque divisa*; quae 2. A. 33, 5. *delinimenta curarum & periculorum* vocat. Gebhardus. Voss. A. *praemiserat*.

5 *Neque*] Sic *Exc. Dan. Vulgo* est *nec*. *Bosius*. *neque* *Leid.*

6 *Luxuriosus, &c.*] V. *Plutarchum* in *vita*, & *Athenaenium* 12, 9. & alibi. *Bosius*.

riebatur: ut omnes admirarentur, in uno homine
 tantam inesse dissimilitudinem, tamque diversam
 naturam.

CAP. II.

Educatus est in domo ² Periclis ³ (privignus enim
⁴ ejus fuisse dicitur) ⁵ eruditus a Socrate. Socerum
 ha-

¹ *Tantum inesse dissimil.]* Mf. Schotti & Boeckl. t. esse diss. Gebhardus inesse mavult ex Tacit. lib. 4. Histor. *Tanta illi exercitui diversitas inerat licentiae patientiaeque.* Quod elegantius nemo negaverit, quamquam & altera lectio satis latina sit. A quibusd. libris verbum hoc plane abesse, notat Lambinus. neque necessarium existimat Schottus. De re v. *Athenacum & Plutarch. ll. cit.* Similia fere de Catilina prodidit Cicero in *Coeliana* cap. 5. & 6. Bofius. Leid. Voss. A. B. Ox. *tantum esse*, sed quia Noster gaudet praepositionum duplicatione *tantum inesse* omnino heic retinendum est. Vide Cel. Burmann. ad Petronium Satyric. cap. 74. p. 367. & ad Quinctilian. Lib. 2. Institut. Orator. cap. 17. prope finem; & Cortium ad Sallust. Catil. cap. 15. in fine, Ciceron. L. 1. de Divinat. cap. 9. ut Daviesius legit, *Inest in istis etiam vanculis natura quaedam significans aliquid.* Non nego tamen alios aliter locutos esse. Livius L. 3. cap. 31 *In Fabio minus in bono constans, quam gravem in malitia ingenium esse*, & ita in Attico cap. 2. ex Mf. Cod. A. *praeter gratiam, quae in adolescentulo magna erat.* Vide Cl. Cortium ad Sallust. Catil. cap. 51. n. 42. & Wasse ad Jugurth. cap. 30. p. 312. Adde Ciceron. 3. in Verrem. cap.

2. *Ego in uno homine omnia vitia, quae possunt in homine perditio nefarioque esse, reprehendo.* De similibus vero loquendi modis consule Celeb. Broukh. ad Prop. Lib. 2. El. 13. vs. 74. Interea nec Magius nec Schortus audiendi, qui *tantum inesse* delendum censent. Eodem modo locuti fuere Graeci. Euripides in Supplic. vs. 250. *Εν νεοκλῆς ἀνθρώπων τῶδ' ἔργῳ.* In juvenibus autem hoc inest. & in Androm. vs. 450. *τίδ' οὐκ ἴδῳ μὲν ἐστὶν, ἔπι λῆστοι φόβοι.* *Quid sceleris non est in vobis? nomine plurimae caedes.*

² *Periclis]* Mf. *Pericli*, ut sup. *Neocli* pro *Neoclis*, & *Procli* pro *Proclis* in Agefilao. *Gebhardus.* Nominis hujus duo fuerunt clari viri. Huius, de quo Nepos heic scribit, fuit aequalis & aemulus Thucydides, non autem, quo in errore multi versantur, Thucydides historicus. Vide Annot. in Plutarchi Periclem Xylandri. Hujus Periclis inter multos scriptores meminit etiam Cicero apud Augustin. Lib. 9. de Civ. Dei cap. 9. *Ernstius.* V. not. ad 2. 1. 1. *Bofius.* *Pericli* etiam Leid. Consule notas Abr. Gronovii ad Justinum L. 3. cap. 7. n. 4.

³ *Privignus en. ej. f. d.]* Immo, si credimus Diodoro Sic. 12. & *Suidae*, sororis ejus filius. Unde *Valerius Max.* 3. 1. ext. 1. & *Gellius*

habuit Hipponicum, ¹ omnium Graecae linguae eloquentia ditissimum. ut si ipse fingere vellet, ² neque plura bona reminisci, neque majora posset consequi, quam vel fortuna vel natura tribuerat. Ineunte ado-
2
le-

15, 17. Periclem *avunculum* ejus vocant. Videri tamen Periclem, si non Alcibiadis, ejus tamen uxoris, vitricum fuisse, notat *Magius*; cum Alcibiades in matrimonio habuerit Hipparchen, filiam Hipponici, cujus uxorem postea Pericles duxit, ut *Plutarchus in Pericle* scribit. *Bosius*. Locum Val. Maximi jam produxerat *Gebhardus*, & *Suidas* *Ernstius*. De Alcibiadis stemmate disputat *H. Valefius* in *Notis ad Mausaei Not. in Harpocraton.* pag. 86. & 87.

4 *Ejus*] Ita libb. meliores. alii suus: quomodo locutus 5, 3. 1. 13, 3. 4. & 25. 10. 4. v. *Ind. Bosius*.

5 *Eruditus a Socrate*] Licet hoc ex *Platone* & *Xenophonte* cognoscere; quanquam *Socrates*, in *Apologia* a *Platone* scripta, negat se cujusquam magistrum fuisse. *Lambinus*. Cum discipulus prius fuisset *Sophili*, *Suidas*. *Ernstius*. *Socratis* discipulum etiam faciunt *Xenophon. lib. 1. Memorabil. p. 711.* & *Lactantius Div. Instit. 3, 19.* quod tamen negat quoque *Isocrates in Busiride*, *Polycratem* id adferentem redarguens. *Bosius. a Societate Voss. A.*

1 *Omnium Gr. ling. eloquentia ditiss]* Stigma *Lambinianum omnium Graecorum divitissimum* cui tamen nullum e doctioribus auscultasse adhuc video. *Vulgati* libri praeferebant *Graecae linguae eloquentia disertissimum*. Verum *Excerpta P. Danieli* & *membranae Schotti omnium Graecae linguae eloquentia ditissimum*,

quae lectio cum sit stabilita veteribus libris, cur conjecturis nihili lestoribus imponatur? *Intelligit* vero *Hipponicum* eloquentia istae luculentas opes acquisivisse. *Gebb. Disertissimum* non solum vulgg. libri, sed etiam optimae notae cod. *Boecleri* exhibet, quod cum *Lambinus* parum latine dictum, & praeterea falsum, neque a quoquam memoriae proditum, postremo nihil ad rem pertinere, existimaret, ejectis duabus vocibus, ac totidem immutatis, corrigebat; *omn. Graecorum divitissimum*. Sed ei nemo doctorum auscultavit. Ut nos edidimus, legunt *Mss. Daniel. Schotti & Gifanii. quae lectio, ait Gebhardus cum sit stabilita Vett. libris, cur conjecturis nihili lestoribus imponatur? Intelligit* vero *Hipponicum* eloquentia istae luculentas opes acquisivisse. Sed *Schottus* ac *Gifanius Ind. Lucret. l. c. ditissimum* de facultate dicendi accipiunt, quomodo *Ovidius divitem ingenio* dixit. Utcunque legas, certum est *Hipponicum* a *Plutarcho* in *vita Alcibiadis, Lysia orat. τῶν ἰσοκράτους. καὶ ἰσοκράτε orat. πρὸς ἑὺχρῆς* aliisque, ut opibus abundantem, ac divitiis *Graecorum primum*, & qui plurima omnium *Graecorum* possidere existimatus sit; ut eloquentissimum vero a nemine, quod sciam, praedicari. *Bosius. Voss. A. omnium Graecae linguae eloquentia ditiss. B. Omnium Graecae linguae eloquentia disertissimum.* Opulentissimum tamen praeceteris praedicari *Graecis*, recte nota-

lescentia amatus est a multis ¹ more Graecorum: in
eis ² a Socrate, de quo mentionem facit Plato in sym-
3 posio. Namque eum induxit commemorantem, se per-
noctasse cum Socrate, ³ neque aliter ab eo surrexisse,
4 ac filius a parente debuerit. Postea quam ⁴ robustior
est factus, non minus multos amavit, in quorum a-
more, quoad licitum est, ⁵ odiosa multa delicate jo-
coseque fecit: quae referremus, nisi majora ⁶ potio-
raque haberemus.

CAP.

vit. *Bosius*. Vide Cel. J. Perizonium ad Aelian. L. 14. V. H. cap. 16. Locum acutioribus examinandum relinquo.

2. Neque plura bona reminisci] Neque plura bona excogitare. Sensus est: Si Alcibiades sibi ipse fortunam fabricare atque componere veller, non posset memoria ac mentis discursu plura bona excogitare. Bona veluti uno fasce comprehendit *Valerius Max.* 6. 9. ext. 4. *Nobilitatem eximiam, abundantes divitias, formam praestantissimam, favorem civium propensum, summa imperia, praecipuas potentiae vires, flagrantissimum ingenium.* Gebhardus. *Leid.* quae vel fortuna vel natura tribuerant.

1 More Graec.] De flagitioso hoc amore Cic. 5. Tusc. quaest. haec refert: cum abundaret, nempe Dionysius Tyrannus, & aequalium familiaritatibus & consuetudine propinquorum haberet etiam more Graeciae quosdam adolescentes amore conjunctos credebatur eorum nemini. *Xenophon. lib. 2.* Παιδείας δicit & Ἐρωτικὴν τέχνην. Alii legunt: amore Graecorum. Socratem libidinosum & impurum fuisse hominem & flagitiosi amoris justas dedisse paenas testatur *Tertullianus* in *Apologet.* ubi dicit, se legisse partem sententiae Atticae in Socratem, quia corruptor adolescentium

pronunciatur. Magnum crimen, ob quod merito Athenis, sunt verba A. Gellii, capitis damnatus est, & in carcere veneno necatus *Lib. 17. Noct. Att. cap. 21.* Videbis aliquando plura testimonia de spurco isto homine, quem imprudentes magistri discipulis suis commendare solent in *Annot. nostris* ad *Senecae lib. 3. de ira cap. xi. §. 8.* quae *Librarianum* expectant. *Eynsius.* De quo supra praef. 4. Cicero quoque in *Fragmentis libri 4. de republica:* Apud Graecos, inquit, opprobrio fuit adolescentibus, si amatores non haberent. adde not. ad praef. & praeter ibi laudatos, *Xenophon. de repub. Lacedaem. ac Aelian. var. hist. 3, 12.* In *Mff. Dan.* & *Gif.* erat: amore Graec. quod praeter illos etiam tuentur *Schottus*, & *Gebhardus*. Sed pro vulgata lectione facit cum *Cicero Tusc. 5, 20.* cum ait, *Dionysium, Syracusanorum tyrannum habuisse MORE Graeciae quosdam adolescentes amore conjunctos;* tum *Xenophon. lib. 2. Cyropaedias pag. 50. edit. Leimclaus.* apud quem *Cyrus* ad manipularium quendam, nomine *Sabaulam:* ἡ δὲ σοῦ, & ἡ ἘΑΛΗΝΙΚΟΝ ΤΡΟΠΙΟΝ, ὅτι καλὸν ἐστὶ, ποιεῖσθαι τὸ τοῦ μειζήκειν, τὸ παρακαταλείμενον οὐκ ἔστι. Ceterum de casto ac honesto amore loqui *Nepotem*, indicare videntur, quae de Socrate subjicit. Confer

CAP. III.

Bello Peloponnesiaco hujus consilio atque auctoritate Athenienses bellum Syracusanis indixerunt: ad quod gerendum ipse dux delectus est. ² Duo praeterea collegae dati, Nicias & Lamachus. Id quum appareretur, prius quam classis exiret, accidit, ut ² una nocte omnes ³ Hermae, qui in oppido erant ⁴ Athe-

fer tamen, quae ad h. l. annotavit Amplif. *Ernstius*. *Bosius*, Leid. *anno-re*. Voss. A. B. *more*. Notandus hic est loquendi modus Nostro familiaris a multis *more Graecorum*, in eis a *Socrate* ut in *Milt. c. 4. n. 4. Domi autem creati decem praetores*, in eis *Militiad.* Vide *J. Fr. Gron.* ad *Liv. l. 6. c. 14.* Itaque a *Socrate* retinendum,

² *A Socrate*] Praepositio aberat *Mf. Danielis. Bosius*. Etiam *Vossiano B.* qui pro *Socrate, Socratem.*

³ *Neque al. ab eo surrexisse, ac filius a par. deb.*] Haec vel per *eigavetius* a *Platone* dicta sunt, vel certe per mendacium. De *Socratis* enim turpitudine a libidine nata nemo dubitare potest, qui nostra ad *Senecam* notata & supra citata legerit. Neque *Graeci* in vitio ponebant deperdere honestatem adolescentulorum, quibus laudi ducebatur, quam plurimos habere amatores, ut ipse *Corn.* in *Praef. §. 4.* testatur: Confer. *4. 4. t.* ubi ego *amore venero* reperi in omnibus *Mf. & Editis*, quos mihi inspicere licuit. An religiose devotionis pars est, *Socratem* eximere e numero paganorum, de quibus vide. quae *vir Sanctus* ait *Rom. 1. 27?* *Ernstius*. Ita & *Plutarchus orat. 1. de fortuna Alex. M. & Petronius in Satyrice*. Accusatum tamen *Socratem*, quod adolescentulos corrumpere,

e *Diog. Laertio in vita ejus*, & *Xenophonte Memorabilium* cognoscimus, qui posterior tamen eum prolixè ab hoc crimine vindicat. *Bosius*. Confer *Menagium* ad *Diog. Laert. Lib. 11. Sect. 24.* & praesertim *sect. 38.* & forsitan *Ernstii* de *Socrate* iudicium tibi displicebit. confirmat tamen *Aelianus L. xi. V. H. cap. 12.* Leid. pro *debuerit, debuerat.*

⁴ *Robustior*] De hac voce *cl. Gronov.* ad *Justin. L. 3. C. 1. n. 2.*

⁵ *Odiosa*] *Nob. Barthius* malebat *otiosa*. *Bos.* Pro *delicate* *Voss. B. delicata.*
⁶ *Potioraque*] *Mf. Dan. potiora*, omiſſa copula.

¹ *Peloponnesiaco*] *Cod. Dan. Peloponnesio.* *Bosius*. Sic & *Leid. Voss. A. Peloponnesio B. Peloponnesio.*

² *Duo praeterea collegae dati*] Praefectus classis aliquando solus imperium tenebat, sed frequenter cum collegis pari potestate praeditis: ut hic *Alcibiades* cum *Nicia* & *Lamacho*. Qua de re *Schefferus* noster in *de militia navali 4. 5. pag. 288.* *Causa* erat, ne imperii summam uni, si dominationem affectaret, infeliciter committerent; sed ejus cupiditates, collegis additis, cohiberent. *Plutarchus in Alcib.* De ea cautione *Forstnerus* in *2. Annal. Taciti p. m. 138.* plura. *Loccenius*, *Leid. Micia & Lamachus.* *Voss. A. Nicias & Lam. B. Nicias & Lam.*

thenis, ¹ deicerentur, praeter unum, ² qui ante januam erat Andocidi. Itaque ille postea Mercurius ³ Andocidis vocitatus est. Hoc quum appareret, non sine magna multorum consensione esse factum, ³ quod non

³ *Hermæ*] statuae sic dictae ab Hermete. Vide Beermanum de Originib. in voc. *Mercur.* Ernstius. Adde Hudson. & Duker. ad Thucydidis L. 6. cap. 27.

⁴ *Athenis*] Vereor, ne glossema sit. nam Athenas oppidum absolute vocare solet; supra 1, 5, 2. & 2, 10, 3. *Bosius.*

¹ *Deicerentur*] Immo circumciderentur aut mutilarentur. Sic enim Thucydides 6. Diodorus 13 pr. Plutarchus in Alcib. & Andocides orat. de mysteriis. qui omnes περιτομήν vocant. Modum circumcidendi scholiastes Thucydidis ea loco, tradit. In Cod. Da. fuit deiceretur. Unde legerim deicerentur. Ita enim scribebant veteres. *Esfius.* Leid. etiam deicerentur, item Voss. B. legendum forsan deciderentur, cum Nepos Thucydidem sequatur. Veteres vero unica tantum litera i. verba cum jacio composita scribere fuisse solitos docebunt, quos laudat Celeberr. Duker. ad Florum L. 1. cap. 10 n. 5.

² *Qui ante jan. erat Andocidi* &c.] Plerique vulgati habebant, qui ante jan. ejus erat, Andocidesque vocatus est. Atqui ex Aeschine orat. adversus Timarchum, Plutarcho in Alcibiade, Nicia, & vitis Rhetorum, Andocide ipso in orat. de mysteriis, & Harporatione in Ἀνδοκίῳ Ἐρμῆς, constat, hunc lapidem prope domum Andocidis, non Alcibiadis, & a tribu Aegeide positum, ac Andocidis Hermem dictum fuisse. Lambinus historiam & veritatem sequutus emendabat: qui ante jan. Andocidis erat, Andocidis

que Hermes vocatus est. recte, quod ad priora; non item quod ad posteriora; quibus & historia repugnat, ut mox dicemus; & libri manu exarati, quorum nullus, quod sciam, aut *τὸ Ἑρμῆς*, aut copulam agnoscat. Amplif. Boecleri liber, qui ante jan. erat, Andocides vocitatus est. Sed longe auctius Ed. Ultraj. & cod. P. Danielis. Nam illa: Itaque ille postea Mercurius Andocidis vocatus est. Hic: erat Andocidi; itaque ille postea Merc. Andocides vocitatus est. Unde vix dubito, sic scripsisse Nepotem: qui ante januam erat Andocidi. Itaque ille postea Mercurius Andocidis (vel Andocides) vocitatus est. quare & in textu fidenter ita rescripti. Nam ad hunc plane modum Plutarchus in Alcib. p. 201. ubi de Andocide ob Hermas truncatos in vincula coniecto; ὑποπῆλον δ' ἔχ' ἠκιστα τ' ἴδ' Ἑρμῶν περιτομῆς ἐπιπίουσι ὁ μὲν ἄς Εἰς μῆς, ὁ πρῶτος δὲ τ' οὐκ ἔστι, ἀνδρῶν τ' Ἀλκιβιάδου φιλῆς ἰδρυμένη. ἐν τῷ ὀλίγῳ πᾶν ἔστι ἵπτανόν, μὲν ἄς ἡδὲν ἀκίχου ἔμψ. διὸ καὶ Ἀνδοκίδῃ κελεῖται, καὶ πάντες ἕως ἡμερῶν, τ' ἐπιγραφῆς ἀντιμαρτυροῦσιν. Vides, postea demum ita dictum, quam ceteri dejecti essent. id quod indicant, quae in Ed. Ultraj. & msc. Dan. sunt adjecta. Ea ut in aliis codd. omitterentur, fecit repetitio nominis Andocidis. Saepe enim librarum, cum vox aliqua in eadem periodo, vel etiam pagina, bis occurreret, quae interjacebant, festinatione vel errore omiserunt. cujus

non ad privatam, sed ad publicam rem pertineret, ¹ magnus multitudini timor est injectus, ² ne qua repentina vis in civitate existeret, quae libertatem opprimeret ³ populi. ⁴ Hoc maxime convenire in Alcibia-

rei illustre exemplum praebet *Fo-*
scipii liber mēi λογισμὸς ἀποκατασκευασ-
sive, ut vulgo inferibitur, de *Mac-*
gabaeis. nam is hac una causa in
editis codd. misere mutilatus est,
ut e membr. vet. apparet, e quibus
eum brevi, *αὐτὸν ἔσθ'*, auctiorem
multo, purioremque dabimus. Id
ergo heic quoque factum. Certe
in codice Boecleri hac ratione pec-
catum esse, manifestum est. Cete-
rum Nepos *Andeicidi* scripsit, ut a-
libi *Neeeli*, *Procli*, ut item alii *Thu-*
cydidi, *Enripidi*, *Archonidi*, *Timar-*
chidi, *Perfi*, *Demostheni*, *Aristoteli*,
&c. gignendi casu dixerunt; de
quo videndus *Vossius de analog.* 2, 9.
Quanquam autem in eo *Herma* non
Andeicidis nomen, sed aliud, erat
inscriptum, ut e *Plutarcho* colligi-
tur: attamen in alio fuit, quem ca-
pite truncatum *Fulvii Ursini Imagi-*
nes Illustrium num. 13. exhibent,
cum inscriptione: *ΑΝΔΟΚΛΙΔΗΣ*
ΔΕΝΤΟΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ. *Bosius*. *And-*
roclides Leid. in *Voss.* A. non le-
gitur. B. *Andocidis*. a Leid. *Andoci-*
disque Hermes absunt. *Voss.* A. *And-*
roclides vocitatus absque verbo sub-
stantivo. B. *And. ocl. Hermes vocita-*
tus est. Oxon. *Ante januam Andro-*
clidi, Androclidisque vocatus est. Pro
consensione Leid. *consensione*.

³ *Quod non*] *Msc.* Boecl. *quae*
non, sc. consensio, quod a librarii
ingenio est, ut opinor; qui puta-
bat vocem hanc ad praecedens *con-*
sensione pertinere ac pronomen esse;
cum sit conjunctio, causam indi-

cans, cur hoc facto *magnus sit mul-*
titudini timor injectus: quia scil. *mul-*
torum in hac re consensio ad publicam
rem, quippe conspirationem prae se
ferens, *pertinebat*. *Bosius*. *Eriam*
quae non Voss. B. *Pro sed ad publi-*
cam rem, Leid. *sed publicam rem*.

¹ *Magnus multitudini timor*] *Plu-*
tarchus l.c. paullo aliter: *multos eti-*
am eorum, qui talia contemnant, per-
turbavit. *Lambinus*. Sic loquitur in-
fra *Dione*; *Quod factum omnibus*
maximum timorem inject. *Iphicr.* *Ut*
ipso adpectu cuiusvis injiceret admi-
rationem. *Curt. Lib.* 9. cap. 8. *Affir-*
matio Pori multiplicem animo regis in-
jecerat curam. *Caesar Lib.* 1. *Comm.*
cap. 46. *Multo major alacritas studi-*
umque pugnandi majus exercitui in-
jectum est. *Gebhardus*. *timor* abest a
Leid. *

² *Ne qua repentina vis in civitate*
existeret] De hac phrasi consule
Wasse ad *Sallust. Jugurth.* cap. 53.
pag. 370.

³ *Populi*] *Lambinus* contra libros
expungit: quanta fide, ipse vide-
rit. *Schottus*.

⁴ *Hoc maxime convenire in Alc-*
ibiadem videbatur] Aliter *Diodorus* 13.
ἐπιτοῦ (privatus quidam & inquil-
nus) αὐτῶν (Alcibiadem) ἐπέληξεν
κατασκευασθῆναι ἐπιτοῦ τῶν ἀλλοτρίων
ἐπιτοῦ τῶν περὶ αὐτὸν ἀδελφῶν.
Et paullo post, odio privato plu-
rium hoc periculum Alcibiadi inten-
tatum innoxio, addit, & calumniae
non levem adjecisse speciem factum
Arg., quo quidam, qui privato
ejus

desse poterat. ⁸ Aspergebatur etiam infamia, quod ⁶ in domo sua facere ¹ mysteria dicebatur: ² quod nefas erat more Atheniensium: idque non ad religionem, sed ad conjurationem pertinere existimabatur.

CAP. IV.

Hoc crimine ³ in concione ab inimicis compellabatur. Sed instabat tempus ad bellum proficiscendi.

tradita, eorum, quos rumor adsperserat, mox potentia extinxit. Apul. lib. 8. *Judicium morum tamen improbatum, repulsae contumelia fuerat adpersus.* In Vatinius. *Ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspergatur.* Gebhardus.

¹ *Mysteria*] Sacra Cereris, sive Eleusinia. vid. Ind. *Bosius.*

² *Quod nefas er.*] Erat enim capitale mysteria evulgare: de quo vide praeter scriptores in Indice laudatos, *Bernegg. ad Justin. 5. c. 1.* Ceterum Alcibiadem hoc crimine accusatum scribunt etiam *Xenophon 1. de reb. Graec. Thucyd. 6, 10. Diodorus 13. 5. & Plutarchus Lysandro.* A quo tamen eum purgat *Isocrates Orat. de Bigis.* *Bosius.* *Facere mysteria* dixit more Graecorum, qui eodem modo *μυσία* adhibuerunt. *μυσία* *Diodorus.* *Thucyd. lib. 2. cap. 15. μυσία* *Isocrates* *Lucas in Actis Apost. cap. 18. comm. 21. v. Raphael. ad Matth. cap. 26. comm. 18.* De Cereris sacris non evulgandis, vide *Cel. Broukhuis. ad Tibull. lib. 3. El. 5. vs. 7.*

³ *In concione ab inimicis compellabatur*] Hanc correctionem ingenio *Claudii Puteani* debitam produxit *Lambinus*, firmavitque partim auctoritate *Thucydidis*, *Diodori*, & *Plutarchi*, qui perspicue ostendant,

Alcibiadem accusatum esse apud populum, atque adeo in concione: partim tribus locis *Ciceronis*, quorum duobus, puta *Epist. ad familiarem. 8, 12. & Orat. pro domo sua*, verbum *compellare* eodem significato usurpetur; tertio, nempe *Epist. ad Attic. 2, 2.* dicatur, *Nigidium minari, in concione se judicem, qui non adfuerit, compellaturum*, quae tamen verba aliter distinguuntur in *edit. Gruteri*, ac illud in concione non cum verbo *compellare*, sed *τῶ μιν* jungitur. A populo, & in concione damnatum Alcibiadem, etiam e *Nostro cap. 6, 4.* colligas. ibi ergo & accusatus fuit. In vulgg. & *msc.* *Schotti* erat: *in contentione ab in. su. compellebatur.* h. e. ut *Schottus* & *Gebhardus*, (qui ab hac scriptura, tanquam latinissima & elegantissima, ne latum quidem unguem discedendum censent) exponunt, ab adversariis, *Thessalo Cimonis F. & Androcle*, cogebatur & quasi obtorto collo trahebatur ad dicendam causam. At meliores libri, puta *Dan. Gif. Boel.* legebant, ut etiam *Longolius* ediderat; *in contentione ab inimic. compellabatur*, h. e. *Schotto* interprete, forensi iudicio lite appellabatur. Quod si quis reponi velit, equidem non multum repugnaverim: certe *Schottianae* lectioni

scendi. ¹ Id ille metuens, neque ignorans civium suorum consuetudinem, postulabat, ut, si quid de se agi vellent, potius de praesente quaestio haberetur, ² quam absens ³ invidiae crimine accusaretur. Inimici vero ejus quiescendum ⁴ in praesenti, quia ⁵ noceri non posse intelligebant, & illud tempus expectandum decreverunt, ⁶ quo exisset: ut sic absentem ³ aggrederentur. itaque fecerunt. Nam postquam in Sicilia-

etioni anteferendum puto. *Lambinianam* tamen, ut ingenue dicam, veriore[m] existimo. *Bosius*. In Leid. in contentione ab inimicis compellebatur. *Voss. A. B.* in contentionem ab inimicis compellabatur.

¹ *Id ille metuens*] Ita & msc. *Boecl.* Alii *intuens*, ut inf. 10, 8, 1. 12, 1, 2. & 12, 2, 3. Mox idem msc. *postulabat, si quid d. s. a. v.* *Bosius*. Ut abest & a *Leid.* & a *Voss. A.* & facile desiderari in similibus supra ostendimus. Pro de praesenti, de praesente. *Voss. A.*

² *Quam absens*] Quod tamen contra legem Atheniensium erat. Vide *Raerwardian 5. Varior. 8.* *Loccenius*.

³ *Invidiae crimine*] Pertinent huc verba *Diodori lib. 13.* de Alcibiade: alii libri tamen *invidia criminis*. *Gebhardus*. Editio *Ultrajectina*: *invidia criminis*. *Bosius*.

⁴ *In praesenti*] Sic *Mff. Magius* edidit in praesentia. Venit *Schotto* in mentem rescribere in praesens rati. *Nugae*. Similiter loquutus *Nepos* infra 25, 12. 5. *Bosius*.

⁵ *Noceri non posse*] Interpolatio *Lambini*. Vetus libror. scriptura. *Quia noceri ei non posse*. Quoniam *Gifani* Codex ei quoque omittit malim. *quia noceri non posse intelligebant*. *Gebhard*. Ita *Mff. Gif. Dan. Boecl.* Alii, in his *Ed. Longol. &*

Mf. Leidensis nocere non posse. *Lambinus* duobus vocabulis auctius: *nocere se ei non posse*. *Primusne*, & cur; juxta cum ignarissimis scio. nam ipse tacet penitus. *Bos. Leid.* meus noceri non posset. Unde video, alium esse *Codicem Leidensem*, quo viri docti ante me usi sunt. *Voss. A.* noceri non posse. sed supra scriptum erat nocere. *B. noceri non posse*.

⁶ *Quo exisset, ut sic abs agg.*] *Cod. Leid. quo si ex. a. a.* msc. *Boecl. & Ed. Paris. quo si ex. ut a. a.* An legendum, *quo sic exisset, ut absentem aggrederentur*; h. e. quo tam longe recessisset Athenis, ut tueri se non posset. Neque enim statim atque urbe exisset, sed postquam in *Siciliam eum pervenisse crediderunt*, raum fecerunt, ut mox sequitur. *Bosius*. Pro quo exisset, *Voss. B. quo si exisset*. *Voss. A. quo si exisset. & pro ut sic absentem*. *Leid. ut si absentem*. *Voss. A. ut absentem*; denique pro itaque fecerunt recte *cl. Oudendorp.* legit idque fecerunt.

⁷ *Qua de re quum ei nuncius a m. i. S. missus esset*] In *Ed. Oxon.* pro esset, est legitur, ut in *Voss. B. ch. Schefferus* ad *Phaedr. lib. 4. fab. 9.* hunc locum ita distinguendum censet, *qua de re, ei cum nuncius missus esset, non parere noluit*. Ubi vide plura de phrasi *qua de re*.

vium suorum licentia, crudelitateque erga nobiles,
 1 utilissimum ratus 2 impendentem evitare tempesta-
 tem, clam se a custodibus subduxit, & 3 inde pri-
 mum Elidem, 4 deinde Thebas venit. 5 Postquam
 autem se 6 capitis damnatum, bonis publicatis, audi-
 vit, & id quod usu venerat, 7 Eumolpidas sacerdo-
 tes a populo coactos, ut se devoverent, ejusque devotio-

nis

1 Utilissimum ratus] V. Plutarch. in Alcib. & apophth. regis, Aelianum 13, 38. Bofius. Pro ratus. Leid. raptum.

2 Impendentem evitare tempestatem] Calamitatem atque infortunium capiti imminens & intentatum. Val. Max. lib. vi. cap. v. *Eaque justitia tota illa tempestas ab utriusque fortunis & capite depulsa est.* Claud. de B. Getico v. in.

At vero Italiam quoties circumstatit atrox

Tempestat ipsamque caput laesura pendit.

Tacit. lib. xi. Annal. cap. 31. *Ferunt Vettium, Valentem lascivia in praecaltam arborem commissum, interrogantibus, quid aspiceret, respondisse, tempestatem ab Hostia atrocem: sive caeperat ea species; seu forte lapsa vox in praesagium vertit.* Curt. lib. x. cap. 34. figura suavissima, quantam, inquit de Vespasiano, tempestatem subita serenitate discussit. Patercul. 11. cap. 72. *F. Essentialem tempestatem fugientibus statio pro portu fuit.* Gebh. Nihil Latinis familiarius. Vide Livium lib. 2. cap. 55. & 56. lib. 3. cap. 38. lib. 4. cap. 44. Manut. ad Ciceron. lib. 5. ad Fam. Ep. 13. cl. Duker. ad Florum lib. 2. cap. 6. n. & 9. & Cl. Burm. ad Phaedr. L. 3. f. 10. v. 42. sic Graecis *χεῖμα* pro calamitate & *χεῖμαζίδης* pro calamitate affligi. Vide Ill. Spanhem.

ad Aristophan. Ran. v. 364. unde & *χεῖμα* pro calamitose, ut docent Scholia Sophoclis Philoct. v. 1191. vel, ut in aliis edd. v. 1209. & ut *belli tempestat* Latini, sic *χεῖμα* *δραπέ* dixere Graeci. Vide Scholia Sophoclis in Antigone v. 681. & Pindari O. Isthm. 7. v. 53. pro quo *κλίσαν δαπέ* usus Euripides Phoeniss. v. 866. & in Supplic. v. 474.

3 Inde primum Elidem] Thucydides 6. trajecit in Peloponnesum. Diodorus 13. *Cum ex Italia in Peloponnesum trajecisset, Spartam se contulit.* Atque ita fere Plutarchus. Lambinus. Leid. *Elidem.*

4 Deinde] Dan. dein.

5 Postquam autem se cap. damn.] Praeter Thucydidem, Diodorum, & Plutarchum, vide *Alianum* l. c. & *Fustinum* 5, 1, 3. & 4. Bofius.

6 Capitis damnatum, bonis publicatis] Nam capital erat, mysteria evulgare; & sacrilegii rei, capite damnabantur, bonaque eorum publicabantur. vid. *Petitus ad LL. Attic.* 1, 1. p. 33. & 8, 4. p. 562. *Alcibiadem autem mysteria enuntiasse creditum, e Fustino; sacrilegii damnatum, e nostro inf. c. 6, 4. apparet. Bofius.*

7 Eumolpidas] Sic recte *Aldus*, & qui eum secuti sunt; nam Eumolpidas devovere solitos, docent quae *Lambinus e Thucydidis* 8. &

544-

nis quo¹ testator esset memoria, exemplum² in pila lapidea incisum, esse positum in publico,³ Lacedaemonem demigravit. Ibi, ut ipse⁴ praedicare consueverat,⁵ non adversus patriam, sed inimicos suos bellum gessit,⁶ quod iidem hostes essent civitati. ⁷ Nam quum in-

Suida in *Εὐμολπίδων*, adduxit. quam scripti plerique *Olympidas*, quidam, *Longolio* teste, *Molpades* legunt. Sed quod idem *Aldus*, & qui eum secuti sunt, expuncta voce *sacerdotes* quae in Mss. habetur, & *Cerycas* reposerunt, id merito rejicit *Magius*. Etsi passim *Eumolpidas* & *Cerycas* Graeci, & hac ipsa in re *Plutarchus*, jungunt. quod fecit, credo, ut *Aldus* contra librorum fidem heic quoque reponeret, id, quod etiam infra *cap. 6, 5.* fecit, ubi eadem, quae hoc in loco, librorum scriptura, eademque ratione emendanda est. *Bos.* Vide de *Eumolpidis* *Torrent.* ad *Sueton.* in *Nerone* c. 12. *Schol. Sophocl. Oed. Col.* 1046. & *Hudson.* in *Variis Lection.* ad *Thucyd.* l. 8. *cap. 53.* *Leid. Olympiadas* *Voss. A. & B. Olympidas* male. De hoc loco consule etiam *Notas* ad *Justinum* l. 5. *cap. 1. n. 3.*

¹ *Testator*] *Leid. testatio.* *Mataire esse pro esse* edidit.

² *In pila lapidea incisum.*] *Infra (c. 6, 5.)* non unam, sed plures fuisse pilas demonstrat, in quibus execratio esset incisa, *Magius.* Videntur non solum damnationes capitales & proscriptiones, (notum est *Diagorae Melii* caput in aenea columna fuisse venale propositum, vide *Scholiam in Aristophanis Aves,* pag. 592. *F.*) sed etiam multae a Graecis irrogatae pilis esse incisae. *Diodorus* 16: Ο ἵφιτόμηνος ἐπαρθεῖς

τῆνικη (de *Locris* parta) τὰς τῶν Αἰεθελύτων δωράσας ἔπει τῶν ἐπιτῶν ἐξέκοψε, καὶ τὰ περὶ τῶν καταδικῶν γράμματα. *Gebhardus.*

³ *Lacedaem. demigr.]* Sic *Plutarchus* in *Alcibiade*, & *Diodorus Sic. lib. 13.* Hoc item *Polyaenus* refert pluribus verbis *lib. 1. Strateg.* *Lambinus.* Add. *Justin.* 5, 1. Causam migrationis exponit *Malvezus. p. 183. seqq. Bosius.*

⁴ *Praedicare solebat*] *Exstat* popularis concio de hac re apud *Thucydem* 6. *Longolius.*

⁵ *Non advers. patriam*] Imo *Lacedaemonios* impulit, *Atheniensibus* adverso praelio turbatis, ultro bellum inferre (*Justin.* 5, 1, 4) qui non magis *Athenis* ipsis quam civibus earum parcebant. Sic injuriam sibi, uti putabat, illatam alienis armis suoque ductu vindicatum ivit; obtentum belli non patriae, sed inimicis faciendi, quasi per eorum latus etiam patria non peteretur aut turbaretur. *Loccenius.* *Suos* post inimicos in *Leid.* non reperitur.

⁶ *Quod iidem* *Dan. quod eidem.* *Bosius.* sic & *Leid.*

⁷ *Nam quum intelligerent*] *Longolius* contextum emendari volens, depravavit: sic enim legit, *Nam cum illi intelligerent, se plur. obesse reip. quod ex ea illum ejecissent, videbat eos plus i. s. q. u. c. p.* quae emendatio nullorum codicum vetustorum fide adseri potest. *Magius.*

intelligerent, se plurimum ¹ prodesse posse reipublicae, ex ea eiecisse, plusque irae suae, quam utilitati communi paruisse. ² Itaque hujus consilio Lacedaemonii cum Persarum rege amicitiam fecerunt: deinde ³ Deceliam ⁴ in Attica munierunt, praesidioque ⁵ perpetuo ibi posito ⁶ in obsidione Athenas tenuerunt. Ejusdem ⁷ opera ⁸ Ioniam a societate averterunt Atheniensium, quo facto multo superiores bello esse coeperunt.

CAP. V.

Neque vero ⁹ his rebus tam amici Alcibiadi sunt facti, quam timore ab eo alienati. ¹⁰ Nam quum acer-

¹ Prodesse posse] Sic Mss. Dan. & Boecl. Ab aliis *res* posse aberat. Bos. Leid. etiam profert *posse*. Pro *eiecisse* Leid. *jecisse*.

² Itaque hujus consilio] Vide egregiam rationem Alcibiadis. Primo firmat Lacedaemoniorum res amicitia Persarum, ut pares essent: deinde infringit Atheniensium res non statim vi, sed consilio ante: primo Decelia munita; deinde Ioniam abducta Buchnerus. vid. Plutarch. Alcib. & in apophthegm reg. Thucyd. 7. Isocrates orat. de Pace & de Bigis, Scholiastes Aristophanis ad Ranas 5, 4. v. 1469. Aelian. 13. 38. Polyæn. 1. Græc. Bofius. pro Persarum Leid. Perse; sic & Voff. A.

³ Deceliam in Att. munierunt] Nam eo pacto Atheniensibus reditus, cum e regione, tum ex argenti fodinis interceptabant. Polyæn. l. 1. Gebb. Vide de Decelia, non ut Hoogstratanus ad h. l. Asiae minoris regione, sed Atticae oppido cl. Perizon. ad Aelian. L. 13. V. H. c. 38. L. 6. *Munire* est Graecis *ἄντιστοιχεῖν* v. Duk. ad Thucyd. L. 1. c. 122. L. 69. Leid. Deinde *Deceliam* Voff. A. dein *Deceliam* B. deinde *Deceliam*; idque cl. Perizo-

nus ad L. L. praeferre videtur: tamen *Deceliam* legendum docet cl. Oudendorp. ad Frontinum L. 1. cap. 3. n. 16. sed perinde est. Consule cl. Munckerum ad Hyginum fab. 245. ubi de *Anticlia* & *Anticlea* agit.

⁴ In Attica] Leid. in *Affrica*.

⁵ Perpetuo ibi] Dan. invertebat; *ibi perp.* Bofius.

⁶ In obsid. Ath. ten.] Scholia Aristoph. loco citato ἢ ὅ ἀσείδητος ἦν ἐν Ἀθῆναις, ἢς ἔτι καὶ τὸν πύργον ἔκειτο. Ἄσσειος μὲν δὲ ἀσείδητος ἔστιν. Aberat autem Athenis maxime stadia cxx. Testis Thucydides lib. 7. cap. 19. Bofius.

⁷ Opera] Hic notat labore & auxilio; vide cl. Scheff. ad Phaedr. Lib. 1. fab. 11.

⁸ Ioniam averterunt] Et insulanos obsidione pressis haud in fide mansuros. Polyænus. Cicero pro sextio. *Qui mentem optimi viri filii terroribus a defensione meae salutis averterant.* Gebhardus.

⁹ His rebus] Voff. B. *His verbis rebus.*

¹⁰ Nam cum] Alias odii & timoris causas vide apud Plutarch. Alcib. & Thucyd. 8. Adde Justin.

acerrimi viri praestantem prudentiam in omnibus rebus cognoscerent, pertimuerunt, ne caritate patriae ductus aliquando ¹ ab ipsis descisceret, & cum suis in gratiam rediret. Itaque ² tempus ejus ³ interficiendi quaerere instituerunt. Id Alcibiadi diutius celari ⁴ non potuit. Erat enim ea sagacitate, ut decipi non posset, praesertim quum animum attendisset ad cavendum. Itaque ad ⁵ Tissaphernem praefectum regis Darii se contulit. ⁶ Cujus quum in intimam amicitiam ⁷ pervenisset, & Atheniensem, ⁸ male gestis in Sicilia rebus, ⁹ opes senescere, ¹⁰ contra Lacedaemoniorum crescere videret: initio cum ¹⁰ Pisandro praetore, qui apud

5, 2, 4, & 5. *Bosius.*

1 *Ab ipsis]* Mf. Boecl. *ab his* Bosius.

2 *Tempus]* Occasionem & opportunitatem. Annibal. tempore dato *adiit ad regem.* Infra hac ipsa vita: tempus *rei gerendae non dimisit.* Gebh! Vide Corr. ad Sallust. Catil. 20, 15.

3 *Interficiendi]* Sic Mf. Dn. ἀφαιρούμε. *Bosius.* Leid. *interficiendi.*

4 *Erat enim ea sagax.]* Aliter *Jusstinus,* qui per uxorem Agidis, quam adulterio cognoverat, id cum rescivisse ait. *Bosius.*

5 *Tissaphernem]* Leid. *Thissaphernem.* Voss. A. *Thysaphernem.* B. *Tisaphernem.* Cod. P. Dan. *Thysaphernem.* Codicis Vossiani B. scriptura praeforenda est. Ita per unam litteram S in Mss. legitur apud Justinum L. 5. cap. 1. n. 7. teste A. Gronovio. vel si per duplex S *navis,* per me licet, Thucydides enim Lib. 8. Cap. 5. & alibi hunc vocat *Τισσαφέρνης.* Adde el. Oudendorp. ad Frontin. L. 1. cap. 8. Strateg. n. 42.

6 *Cujus cum in int. a mio.]* Morum similitudo sc. eos conjunxit. Itaque (ut narrat *Plutarchus*) statim Al-

cibiades apud eum fuit primus & maximus. Nam cum Tissaphernes esset minime simplex, sed malitiosus & rerum improbarum amori deditus, mores Alcibiadis versatiles & varios, & inaequabiles, & singularem ingenii solertiam admirabatur, *Lambinus.* Alias intimae hujus amicitiae causas adfert. *Jusstinus* 5. 2, 5. & *segg.* Adde *Malvezz. pag. 207. segg.* *Bosius.* Leid. *cujus quum intimam am. p.*

7 *Male gestis]* V. *Thucyd. 7. & 8. Diodor. Sic. 13. Bos.*

8 *Opes senescere]* Minui ac debilitari, Diodor. dixit τὰ ἴσθ' ἀδυνατοῦ παρὰ ματα μοῖρα dixit. Cicero dixit *laudem senescentem,* quae decreseat vel exolescat de Oratore. *Laudem alicujus jam prope senescentem ab oblivione hominum revocare.* Liv. lib. 35. *Ut cunctando senescerent consilia.* Vide Nostra ad Tacitum. *Gebh.* Adde cl. Duk. ad Flor. prooem. lib. 1. n. 8.

9 *Contra Lacedaemoniorum]* Leid. *contra Lacedaemonium.*

10 *Pisandro]* Leid. *Pidaco.* Voss. A. *Pysandro.*

apud Samum exercitum habebat, per internuntios colloquitur, & de reditu suo facit mentionem. ¹ Erat enim eodem, quo Alcibiades, sensu, populi potentiae non amicus, & optimatum fautor. ² Ab hoc destitutus, primum per Thraſybulum ³ Lycei filium ab exercitu recipitur, praetorque fit apud Samum: post suffragante Theramene ⁴ populiscito restituitur, ⁵ parique absens imperio praeficitur, simul cum Thraſybulo & Theramene. ⁶ Horum in imperio ⁷ tanta commutatio rerum facta est, ut Lacedaemonii, qui paulo ante victores viguerant, ⁸ perterriti ⁹ pacem peterent. ¹⁰ Victi enim erant quinque praeliis terrestribus, tribus navalibus: in quibus ducentas naves triremes ami-

¹ Erat enim eodem, quo Alcibiades] Voss. B. Erat enim eodem Alcibiades.

² Ab hoc destitutus] Schottus germanam codicis sui lectionem pronunciat, *adhuc destitutus*. Id est, praeterea ab amicis desertus. Non semel vocula hac in eum significatum utitur Tacit. lib. 1. Annal. cap. 6. *Multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia & Illyria*. lib. 12. Annal. cap. 20. *suscipi bellum arvo itinere, importuoso mari: ad hoc reges feroces, vagos populos, solum frugum egens*. Gebhardus. Immo a Pisandro adjutum auctor est Thucydides 8. Itaque Schottus e suo codice malebat, *Ad hoc destitutus*, & exponebat, *Praeterea ad amicis desertus*. quod ineptum esse, cuilibet contextum recte inspicienti manifestum est. Bofius.

³ Lycei] Sic Dan. Gif. Sch. codices. Alii: *Lyci*. Bofius. Leid. *Licet filium*. Voss. A. B. *Lycei filium*. Pro *Thraſybulum*. Voss. A. *Thraſybulum*. & paulo ante pro *Optimum*. Voss. A. *optimatum*. Pro *fauor*. Voss.

B. *fauor*.

⁴ Populiscito] Reposui & heic vocem immerito ejectam, auctoritate codicum Gif. Dan. Leid. & Editionis Ultrajectinae adductus. nam in aliis omnibus erat *plebiscito*. vide supra ad 3, 1, 5. Bofius. Leid. *plebiscito*. nec non Voss. A.

⁵ Parique abs. imp. praef.] Membr. Schotti: *parique absens imp. reficitur*. Bofius.

⁶ Horum imperio] Mf. Boecl. *Horum in imp.* Bofius. *Horum in imperio* etiam Voss. A. B. Vide Curt. ad Ciceron. 1 ad Fam. Ep. 4. n. 6.

⁷ Tanta rerum commutatio facta] Quid & quantum profuerit Atheniensibus Alcibiadis reditus, multis verbis profequitur *Isocrates in Orat. περὶ ζώνης*. Lambinus. Diodorus lib. 14. Caesar. lib. 3. Civil. cap. 68. (*fortuna*) *magnas rerum commutationes effecit*. L. 6. Comm. 12. *Adventu Caesaris facta commutatione rerum*. Μεταβαλόντων ἢ ἀεγυμάτων. Attrius Bruto.

Nam id, quod de sole ostentum est tibi Populo

amiserant, quae captae in hostium venerant potestatem. Alcibiades simul cum collegis receperat Ionia, Hellepontum, multas praeterea urbes Graecas, quae ¹ in ora sitae sunt Asiae: ² quarum expugnarant complures; ³ in his Byzantium. neque minus multas consilio ad amicitiam adjunxerant, ⁴ quod in captos clementia fuerant usi. ⁵ Inde praeda onusti, ⁷ locupletato exercitu, maximis rebus gestis Athenas venerunt.

CAP. VI.

⁶ His quum obviam universa civitas in ⁷ Pyraecum descendisset, tanta fuit omnium expectatio vifendi

Populo commutationem rerum portendit fore.

Infra Dione: *has tam prosperas secuta est subita commutatio.* Cicero *O miseram & in brevi tam celere Reip. commutationem.* Gebhardus.

⁸ *Perterriti.*] Voss. A. *praeterriti.*

⁹ *Pacem peterent*] Post pugnam sc. navalem ad Cyzicum pugnatam, in qua Mindarus Laced. Imperator pugnans ab Alcibiade interfectus est, ut tradunt *Xenophon* 1. de reb. Gr. & *Plutarchus in Alcib.* Lambin. Add. *Polyaen* 1. Bofius.

¹⁰ *Victi enim erant*] Lege *Diodor.* l. c. Lambinus.

¹ *In ora sitae sunt Asiae*] Pro ora, Cod. P. Dan. *hora.* Pro *sitae*, Voss. B. *sita.*

² *Quarum expugnarant complures*] Sic & Mf. Dan. ac Sch. praeferebatque etiam Lambinus. Alii; *quamplices.* Pet. Daniel putabat leg. *quas exp. complures*: sed in viris libris. *Bofius.* Consule Lector, cl. Oudendorp. ad *Frontin.* lib. 2. *Strateg.* cap. 12. n. 15. *Quamplices.* Leid. & Voss. B. Pro *expugnaverant.* Leid. ex-

pugnarant. item Voss. A. & Cod. P. Dan. Multos pro multis editum est in. Ed. Oxon. & Londin. nullo Cod. Mf. approbanté.

³ *In his Byzantium*] Vide auctores modo laudatos. *Bof* Pro *Byzantium.* Leid. *Bacantium.* Voss. B. *Byzantium.*

⁴ *Quod in captos clementia fu. usi*] Quomodo consilio Alcibiades multas urbes sibi adjunxerit, vid. *Front. Strateg.* 2, 5, 44. & 3, 2, 6. & 3, 9, 6. Qua clementia erga Athenienses & Byzantios sit usus, *Diodorus Siculus* 13. tradit. *Loccenius.*

⁵ *Inde*] Quaedam edd. Ita. *Bofius.* *Onusti* proprie. Vide *Servium* ad *Virgil.* 1. Aen. vs. 293. *Tennul.* & *Oudend.* ad *Frontin.* lib. 1. cap. 4. *Strateg.* n. 6. Voss. B. *bonusti.* Pro *locupletato*, Voss. A. *locupletato.*

⁶ *His quum obviam*] Lege quae de magnifico & glorioso Alcibiadis reditu *Xenophon* 1. rer. Graec. *sumus* 5, 4, 9. *segg.* & *Plutarchus* in *vita*, scripta reliquerunt. *Magius.*

⁷ *Pyraecum.* Leid. *Pyreum.* Voss. B. *Piraeum.*

fendi Alcibiadis, ut ad ejus triremem vulgus con-
 2 flueret, ¹ perinde ac si solus advenisset. ² Sic enim
 populo erat persuasum, & adversas superiores, & prae-
 sentes secundas res accidisse ejus opera. Itaque &
 Siciliae ³ amissum, & Lacedaemoniorum victorias
 culpaе suae tribuebant, quod talem virum e civitate
 expulissent. ⁴ Neque id sine causa arbitrari videban-
 tur.

¹ Perinde] Msc. Dan. *proinde*; ut
 6, 2, 2. & infra v. 4. *Bofius*. *Proinde*
 etiam Leid. Vide cl. Burmann. ad
 Quintilian. l. 5. Instit. Orat. c. 9.

² Sic enim populo] Praeter scri-
 ptores modo laudatos, v. *Isocrates*
 Orat. ad Philipp. *Bofius*.

³ Amissum] Sic *Aldus* edidit, fir-
 mantque Mss. meliores, in his Dan.
 & Gif. vid. *Gif. Ind. Luer. v. Refuta-*
tus. Dicitur vero, ut *emissus* apud
Lucretium, 4, 205. & similia alia,
 collecta eidem *Gofiano* in *conjunctus*,
 & eruditiss. *Gronovio Observ.* 3, 21.
Magius tamen & *Schedae Schotti*;
admissum; quod possis exponere,
 peccatum, erratum. nam *admittere*,
 interdum est committere, perpe-
 trare. Sed altera lectio haud du-
 bie melior. *Bofius*. *Westenhovius* ad
Terent. Eun. 1, 2, 81, legit. *Siciliam*
amissam, sed non producit Codicis
 cujusdam auctoritatem: & quae ibi
 vir iste disputat de voce *talis*, oc-
 cupaverant jam dudum cl. Schopp.
 & *Burm.* ad *Phaedr.* lib. 3. fab. 9
 vs. 10. Leid. *Siciliae amissum*. *Voss.*
 A. *Siciliae amissum imperium*. B. *Pro*
talem virum e civitate expulissent. *Voss.*
 A. *talem virum e civitate expulissent*.
 Consule *Celeb. Broukhufium*. ad
Propertium lib. 1. El. 3. vs. 36.

⁴ Neque id sine causa] Leid. *sine*
causa.

⁵ Potuerant] Alii, *potuerunt*. *Bofius*.

⁶ Hic ut navi] Leid. *Ut e navi*.
 Mox Dan. *unum illum*. *Bofius*. *Ut*
navi tamen Leid. *meus*, sed ut *Cod.*
 Dan. *unum illum*, ita & *Voss. A.*

⁷ Prosequabantur] Quidam libri,
 teste *Lambino*, *persequabantur*. *Bofius*.
 Leid. *persequabantur*. cui *omnerabest*.

⁸ Olympiae victoribus] Non at-
 tendo Cl. *Schotto*, *Olympia vincen-*
tibus supponenti. Quia sic locutus
 est *Ennius*, non continuo ita loqui
 placet *Cornelio* nostro. Quod autem
Magius, *Et id quod illi nunquam an-*
tea usi venerat, nisi Olympiae victo-
ri, corrigit, recte idem aspernatur:
 sed malle additas rationes. Enim-
 vero non negat, honoratos fuisse prio-
 res Duce coronis: sed nulli prae-
 ter Alcibiadem in ingressu esse pro-
 miscue a vulgo ingestas. Quod
Magius ex *Plutarcho* objicit, *Thesei*
praecorem, qui de Thesei adventu &
salute nuntium obtulerat, plausu,
coronisque fuisse exceptum, nihil ad
Cornelium nostrum; quippe diversi sunt
Præco & Praetor, sive Imperator;
deinde quid saeculo fabuloso cum
historia? Gebhardus.

⁸ Nisi Olympiae victoribus] Atqui
 nemo (ni fallor) coronas *Olympicas* au-
 reas *aeneas*ve fuisse litteris prodidit: in
 reliquis quoque sacris *Graeciae* ageni-
 bus nullus dicit, *victoribus* tales datas
 esse coronas. Nam (ut a quibusdam
 scriptum invenio) qui *Olympicis* certa-
 minibus

tur. Nam postquam exercitui praesse coeperat, neque terra, neque mari hostes pares esse potuerant. ⁶ Hic ut navi egressus est, quamquam Theramenes ³ & Thrasybulus eisdem rebus praefuerant, simulque venerant in Piraeum, tamen illum unum omnes ⁷ prosequerantur, & id quod nunquam antea usu venerat, ⁸ nisi Olympiacae victoribus, ¹ coronis aureis ² aeneisque vulgo donabatur. Ille ³ lacrimans talem bene-

minibus visisset, coronam ex olea, ut aliis placet, ex oleastro reportabat: qui Pythias, lauream coronam cum malis: qui Isthmias, ex pinu confectam: qui vero Nemaeis, apio coronabatur. Ita Magius ad h. I. (quem & Lambinus sequitur.) Quare ita existimat, Nostrum non innuere, consuetudinem in Graecia fuisse, ut Olympiacae victores aureis aeneisque coronis donarentur; sed genera aemulatio coronarum in Alcibiade expressisse, in Olympionicis vero non item: ad hos enim genus, ad Alcibiadem species intendere. Olympionicas tamen denique non oleaginis modo coronis ut antiquitas, sed aliquando aureis quoque donatos fuisse, etiam e Pindaro Olympior. od. 8. Stroph. 1. Thucydide lib. 4. sub fin. & Tertulliano de anima cap. 29. pridem docuerunt viri docti, in his Muretus Var. lexic. 15, 7. & Pet. Faber Agonistici 2, 22. Quamquam apud Pindarum αἰθρας χρυσοειφάνος, quorum mater Olympia dicitur, καλλιειφάνος interpretantur non modo recentiores Interpretes, sed etiam Scholia Graeca vetera, ipsamque oleam victoribus datam καλλιειφάνου cognominari volunt. quod prolixè refellit Faber. Bosius.

¹ Coronis aureis] Duces ob res praecclare gestas, aliosque magnos viros ob merita insigniora, coronis

aureis adfectos fuisse, vulgarissimum est. Diodorus lib. 13. de Dionysio superiore, cum Italotas praeter spem dimississet incolumes, & sine lytro: *Ἐν δὲ πύθοιο, ἐξεκείτωρ, ἰπείρας αὐχένος ὑπὸ τῷ ἰσθαβόντων χρυσοειφάνος ἐλεμῆσιν, καὶ χρυσοὶ τὰς ἰδοῦς περὶ τὴν ἐν τῷ ζῶν καλλιειφάνου.* Curtius. 4, 5, 11. Iisdem fere diebus solenne erat ludicrum Isthmiorum, quod conventu totius Graeciae celebratur. In eo concilio decernunt, ut duodecim legarentur ad regem, qui ob res pro salute Graeciae ac libertate gestas coronam auream donum victoriae ferrent. Vide Aristophanem Avibus pag. 600. G. Nec viri solum sed & feminae iisdem donis ornatae. Diodorus lib. 11. *Οἱ δὲ καρχηδόνος τῆς σαλινίας ὀψιχόρας τελευτήσας ταύτας δάσσειν ἀποστειλέσθαι, καὶ εἰσάγειν χρυσὸν τῇ ναυαυί τῷ Πίλωνος Δαμαρίτην ἀποσταμολόγησαν.* Gebhardus. Plura Freinshemius ad Curtii 4, 5, 11. De Romanis exempla habes apud Plinium Natur. histor. 33, 3. extremo, & ejusd. lib. cap. 4. Bosius. Vide, Quos laudat cl. Burmann. ad Petron. Satyric. cap. 60. pag. 303.

² Aeneisque] Muretus, loco paulo ante laudato, cum haec Nepotidis verba adduxisset, *Cur, inquit, aeneas quoque coronis addat, non immerito quaeri potest. Nam ut Glauci Homericæ recordia videtur, permutan-*

benevolentiam civium suorum accipiebat, + remini-
4 scens pristini temporis acerbitatem. Postquam 5 a-
flu venit, 6 concione advocata sic verba fecit, ut ne-
mo tam ferus fuerit, quin ejus 7 casum lacrimarit,
ini-

tis χροῖα χαλκεία; ita ridicula vi-
deri potest haec χρυσῶν ἢ χαλκῶν,
permissio. Ego vero non dubito, quin
verba corrupta sint, ita ut legendum
sit taeniisque. Solebant enim fere tae-
niae cum coronis conjungi. Empedocles:

Ταινίωτα πέτρῳσι τὸ σίρωσι δα-
λέοις.

Idque manifesto confirmat, quod apud
Thucydidem (lib. 4. non longe ab ex-
tremo) de Brasilla legitur: quem Scio-
naei, re praecclare gesta, ut Olympionice
exepisse, & ut Graeciae liberatorem
corona aurea & taeniis revinxisse di-
cuntur. Athletam enim cum dicit,
Olympionice intelligit. Haec Muretus,
quem, sed suppresso illius nomine,
sequitur nuperus scriptor Agonisticae
sacrae, Jacobus Lydius, cap. 45. pag.
175. Gebhardus tamen ineptum cen-
sebat, cogitare, Historicum bre-
vitatibus diligentem, prolixum esse
voluisse commemorandis corona-
rum accessoriiis, quae adesse, illis
temporibus nemo ignoraret. Qua-
re tuebatur vulg. lectionem, & ex-
plicabat, Alcibiadem a populo du-
plici coronarum genere, pro facul-
tatibus cujuslibet, esse donatum; a
divitibus, aureis; a pauperibus, ae-
neis. Ampliff. Boeclerius aliquando le-
gendum arbitrabatur coronis aureis
aeneisque statuis, ductus similitudine
loci 16, 5, 5. ubi Pelopidam inter-
fectum coronis aureis & statuis aeneis
donaverunt. Quam emendationem
idcirco rejicit nuperus Corneliam In-
dicis interpolator, quod Nepos vocem
statuis praemisurus potius fuerit;

quo modo in duobus alteris locis
16, 5. 23, 9. 3. hoc modo, statuisque
aeneis: praesertim cum h. l. aliud
substantivum jam praemisisset adje-
ctivo, scripseritque coronis aureis,
non aureis coronis. At quis nescit,
plerosque scriptores veteres non a-
deo accurate semper verba ordina-
re? Quod autem ipse mavult τὸ ἀε-
neis absolute positum, subaudi-
endumque substantivum statuis, ut in
illo Varonis apud Nonium: Hic De-
metrius aeneas tot optulit (sic scribe-
re debebat) Quot lucos habet annus
absolutus: id quam ineptum sit, ne-
mo non videt. quis enim credat,
tam obscure & ambigue loqui po-
tuisse Nostrum? nemo enim haec
lecturus erat, quin τὸ ἀεneasque ad
coronas referret. Mihi, dum mel-
lior nulla suppeditat, expositio Geb-
hardi placet, praesertim cum aeneis
coronis veteres usos fuisse, clare ap-
pareat e Plinio Nat. hist. 21, 2. & 34,
8. quamquam idem inter Romanos
usitatas lib. 22. 3. non memorat. Bos-
sius, qui Lydii plagium detectum
Ernstio debet.

3 Lacrimans] Ut multi alii, qui-
bus insperata aut subita felicitas ob-
tigit. De cujusmodi lacrimis, ear-
umque causis & exemplis, passim
viri docti. in his Rittershusius ad
Gautleri Ligurinum 8, 2. Lindenbro-
gius & Weitzius ad Terentii Adelphi.
3, 4, 46. hic etiam ad Heautontimor.
2, 3, 65. Casaubonus ad Suetonii Aug.
58, & prolixè Tib. Magirus in P. ly-
mnemone, tit. Gaudium, a num. 27. ad

inimicumque¹ his se ostenderit, quorum opera Patria pulsus fuerat, proinde² ac si alius populus, non ille ipse, qui tum flebat, eum³ sacrilegii damnasset. Restituta ergo huic sunt publice bona: iidemque illi⁴ Eu-

37. usque, & tit. *Lacrimae*, num. 5. Ex gaudio ortas plerique volunt. Sed recte observavit magnus *Vossius Theolog. gentil.* 3, 47. in multis huiusmodi exemplis fletum obtingere porius ex recordatione prioris fortunae aut miseriae, quam gaudio ex praesenti felicitate. Quomodo & Noster recordationi *pristini temporis acerbitatis* lacrimas Alcibiadis imputat. *Bos.* *Lacrimans* etiam, *Voss.* A. Cod. P. Dan. *lacrimans*, sic mox *Lacrimavit* *Voss.* A. & B. Pro *benevolentiam*. *Leid.* & *Voss.* A. B. *benivolentiam*.

4 *Reminiscentis*] In Phocione, *Cum alii* reminiscens *veteris famae*, *aetatis miserarentur*. *Gebhardus*. Cod. Dan. *reminisci*. An igitur expungendum *non accipiens*, & verbum *lacrimans* active, ut commate sequenti, accipiendum? *Bosius*.

5 *Astus venit*] Cod. P. Dan. *Leid.* & *Voss.* A. *astus venit* *Voss.* B. *astus cepit*, *venit e concione advocata*. & mox pro *verba fecit*, *verba facit*. *Advocata* vero *concione* propria est locutio. *Virgil.* lib. 5. *Aen.* 44.

— *Socios in coetum litore ab omni Advocat Aeneas*.

Ad quem locum *Servius* dicit. *Advocat Aeneas*, *advocata enim concio proprie dicitur*. *Front.* lib. 1. *Strateg.* cap. 8. *Ex.* 5. *Concione advocata aptari iussit milites ad pugnam*. *Consule* cl. *Bormannum* ad *Phaedrum* l. 1. *fab.* 14. *vf.* 13.

6 *Concione*] In qua pro se dicens, ostendit, se nihil impie fecisse, &

contra jura omnia e civitate exterminatum esse. *Xenophon* lib. 1. *de reb. Graec.* *Lambinus*.

7 *Casum*] Sic meliores edunt. *Ultraject. causam*; alii *causa*. *Schottus*.

1 *His se ostendit*] *Voss.* A. *iis se ost.* pro *patria pulsus* *Voss.* B. *patria expulsus*, forsan *expulsus*.

2 *Ac si alius populus*] Similiter *Tacitus* 1. *Hist.* 45, 1. ubi de *Orhone* ad imperium evecto: *Aliam crederes senatum, alium populum*, &c. *Et* 2. *Hist.* 90, 1. de *Vitellio*: *tanzquam apud alterius civitatis senatum populumque magnificam orationem de semet ipso promisit*. *Gebhardus*. *Apud eundem* primores civitatis 2. *Hist.* 64. 3. *Populi mobilem animam*; & *si se ducem praebuisset, easdem illas adulationes pro Vespasiano fore*. Simile inconstantiae popularis exemplum in *Cicerone* habes: olim expulso, & post humeris totius Italiae reportato. *Praefens* pluribus illustrat *Milvexsus* pag. 222. *seqq.* *Bosius*.

3 *Sacrilegii*] *Sacrorum violatorum* seu *profanatorum*. nam *Sacrilegus* non tantum qui *sacras res rapit* & *compilat*; sed quacunque *ratione violat*, *latine dicitur*. *Tibull.* lib. 3. *El.* 5.

Nec nos sacrilegos templis admovimus ignes.

Quem locum tali correctione deformarat *Scaliger*.

Nec nos Sacrilegi templis admovimus ergo.

¹ Eumolpidae Sacerdotes ² rursus resacrare sunt co-
acti, qui eum devoverant: ³ pilaeque illae, in quibus
devotio fuerat scripta, in mare praecipitatae.

CAP. VII.

Haec Alcibiadi laetitia ⁴ non nimis fuit diuturna.
Nam quum ei ⁵ omnes essent honores decreti, to-
taque respublica domi bellicae tradita, ut unius ar-
bitrio gereretur; & ipse postulasset, ⁶ ut duo sibi
colle-

Florus lib. 11. cap. 17. *non sine quodam* Sacrilegii metu & horrore. Gebhardus. V. Ind. *Bosius*

¹ *Eumolpidae*] Mss. *Olympidae*. sed vide ad c. 4, 5. dicta. *Bosius*. Leid. & Voss. A. B. *Olympidae*. Pro *videmque* Leid. & Voss. B. *eidemque*. paulo ante *ergo* abest a Leid.

² *Rursus resacrare*] *Rursus* deest in Mf. Cod. De verbo *resacrare* vide Petri Pithaei lib. 1. Adversar. subsecivor. c. 10. & Heraldus animadv. ad Arnobii lib. 1. pag. 33. *Ernstius* *Lambinus* mallet *resacrare*. v. Ind. Mf. *Ernstii* vox *rursus* aberat. Sed vide denuo indieem, voce *Rursus*. *Bosius*. Leid. & Voss. A. B. & Cod. P. Dan. *resacrare*; *Rursus* omnibus meis Mss. adest, & adeste debet. Pleonasmus hic optimis scriptoribus familiaris satis notus est. Vide praeter alios Doctiss. Snakenburg. ad Curtium lib. 3. cap. 11. §. 14. Ut vero *resacrare* pro *resacrare* in Mss. sic *interfaciendi* pro *interficiendi*. Leid. m. supra c. 5. n. 4. & *dejurare* in Mss. pro *dejerare* scribitur. Vide Gronovium ad A. Gellium. lib. 1. N. A. c. 3. *detractare* pro *detrectare*; & *dispartiri* pro *dispertiri* Cort. ad Sallust. Jugurth. c. 53. in fine. Neque semper in compositis Veteres sonum simplicis vocis mutasse, docet cl. J. Broukhufius ad Propertium. Lib. 2.

El. 24. vs. 22.

³ *Pilaeque illae, in q. d. f. s. in m. praecipitatae*] Mss. *praecipitare*. Unde alia manus correxit, *pilaeque illas*. Boeclerus. Supra (cap. 4. 5.) unam pilam duntaxit commemoravit. *Diodorus* autem dicit, non pilas in mare praecipites actas, sed *stuz, sententias & lites*. *Lambinus*. Voss. B. *Pilaeque illas, in quibus devotio fuerat scripta, in mare praecipitare*.

⁴ *Non nimis*] Vide *Isocratis* Orat. ad Philippum. pag. 24. *Ernstius*. Sic reposui e Mss. *Gif. Schott. & Boecl.* apparentque hujus lectionis vestigia etiam in Excerptis *Dan.* quae habent *nimis*. Vulgo erat *minus*. *Bosius*. In aliis legitur *minus*, sed non *nimis* Leid. & Voss. A. B.

⁵ *Omnes essent*] Sic *Dan.* *Alti* invertunt. *Bosius*. Sic & *Leid.* cui *to ei* abest; & *essent* abest *Voss. B.* qui pro *Haec Alcibiadi*, exhibet *loc Alcibiadi*.

⁶ *Ut duo sibi collegae*] V. sup. ad cap. 3, 1. *Bosius*.

⁷ *Thalysbulus & Admantus*] *Voss. A. Trasilbulus & Admantus*.

⁸ *Classe jam in As*] Ita Mf. *Boecl.* Aliis *to jam* abest. *Bosius*. adest *Vossiano. B.*

⁹ *Quod apud Cymen minus ex sentent. rem gessit*] A *Cymaeis* enim, cum eorum agros vastasset, mul-

collegae darentur, 7 Thrasylbulus & Adimantus, neque id negatum esset: 8 classe jam in Asiam profectus, 9 quod apud Cymen minus ex sententia rem gesserat, 1 in invidiam recidit. Nihil enim cum non efficere posse ducebant. Ex quo fiebat, ut omnia 2 minus prospere gesta 3 ejus culpae tribuerent, quum cum aut 4 negligenter, aut malitiose fecisse loquerentur, 5 sicut tum accidit. Nam corruptum 6 a rege 7 capere Cy-

rosque captivos abduxisset, coacti sunt Athenienses captivis relictis ad naves confugere, ut narrat *Diodorus* 13. Nil igitur attinet haec ad pugnam navalem, ab Antiocho gubernatore, absente Alcibiade, cum Lysandro haud procul Lesbo ad Notium commissam, referre, quod faciebat *Lambinus*. Quid enim illa ad Alcibiadem, qui interdixerat Antiocho, ne pugnaret? *Bosius*.

1 *In invidiam*] *Diodorus* 4 § 22 *id est* Gebhardus. *Ira* & *Xenophon*. *Plutarchus* ait, a Thrasylbulo accusatum, idque multis criminibus; *Diodorus*, partim a Cumaeis, quod urbem sociorum oppugnasset, agrumque vastasset; partim a militibus quibusdam, quod Lacedaemoniorum rebus studeret, & amicitiam cum Pharnabazo coleret. *Bosius*. Praepositio in abest codici Leidensi.

2 *Minus prospere gesta ejus culpae tribuerent*] More vulgi, qui etiam fortuita ad culpam trahere solet, ut loquitur *Tacit. Annal.* 4, 64, 2. *Loccenius*. Plura de hoc vulgi more, ejusque causis, *Malvezzius* pag. 228. & *seqq.* De Alcibiade adde *Plutarchum* pag. 211. *Bosius*.

3 *Ejus culpae*] *M. Roel.* ejus aberat. *Bosius*. *Ejus* abest *Vossii B.* & *Leid.* pro loquerentur. *Leid.* loqueretur.

4 *Negligenter aut malitiose*] Illud proprie culpae, hoc doli est. *Roevardus ad l. 22. de Reg. Jur.* haec auctoris verba minus accurate distinguit. Sed inspicere dignus *Ritterhusius in istam legem Proseor cap. 4. pag. 15. & cap. 5 pag. 28.* *Loccenius*, v. *Justin.* 5, 5, 4. *seqq.* *Bosius*. *Leid.* quum aut cum ita & *Vossii B.*

5 *Sicut tum acc.*] *Leid.* *Sicut tamen accidit.* *Vossii A. B.* *Sicut tum accidit.*

6 *A rege*] Aut ab ejus Satrape Pharnabazo, cui arguebant ejus inimici eum esse amicum. *Diodorus l. c.* *Lambinus*.

7 *Capere Cymen noluisse*] Atqui federata urbs Cyme, ac proinde capi ne quidem debuit. Et accusatum idcirco a Cymaeis Alcibiadem *Diodorus* ait. Quid igitur? An legendum voluisse? Atqui repugnant, quae praecessere. Neque *Diodorus* ait, capere voluisse Cymen, sed agros eorum vastasse, ipsosque ad pugnam provocasse. An de alia urbe cogitabimus? Ita volebat vir doctus. Sed quid prohibet, etiam federatam urbem tentatam Atheniensium arcano jussu credere? Certe *Diodorus* non ait, idcirco dejectum imperio, quod Cymaeos aggressus fuisset, sed tantum ob τὰ μὲν τῶν Κόμης ἡμαρτημένα, ea quae circa Cymen peccasset. *Bosius*.

3 Cymen noluisse, arguebant. Itaque huic¹ maxime putamus malo fuisse, ² nimiam opinionem ingenii atque virtutis. Timebatur enim non minus, quam diligebatur: ne secunda fortuna, magnisque opibus elatus,

¹ *Maxime putamus malo fuisse nim. opin.*] Sic Lambinus edidit. Dictumque, ut esse calamitati, invidiae, gloriae, opprobrio, pernicii, praesidio; quarum locutionum exempla vide in Ind. v. *Esse*. Cicero ad Att. 14, 21, de Caesare: *clementiam illi malo fuisse, qua si usus non esset, nihil ei tale accidere potuisse*. Vulgati fere omnes: *imputamus malo causam fuisse*, plane inepte & soloece, Lambini iudicio. A codice tamen Danielis *causam* aberat. Msc. Boecl. *huic maximo malo, imputamus causam fuisse nim opin.* Locus haud dubie corruptus, cui vix medeare sine meliorum codicum auxilio. *Bosius*. Leid. *imputamus*. Voss. A. *putamus*. B. *imputamus*, qui pro *maxime*, *maximo*. Agnoscunt tamen *causam*. Leid. meus, & Voss. A. B.

² *Nimiam opinionem ingenii atque virtutis*] Ceterum Nepos non tam Alcibiadis ipsius, quam populi *opinionem* de ingenio ac virtute ejus designat. *Bosius*. Hanc vocem illustravit Tennulius ad Frontinum. L. 1. Strateg. c. 1. n. 58.

³ *Alium*] Imo alios, eosque decem; quorum nomina commemorant *Xenophon Hist. Graec. 1.* & *Diodorus 13.* Lambinus. Cononem suffectum ait *Fustin. 5, 5, 4. & 5, 6, 1.* *Bosius*.

⁴ *Et se Paetyen e*] Longolii est commendatio *Et se Perinthum contulit*, qua Lambinus cum Savarone acquiescunt. At non Abrahamus Ortelius, qui ex Prolomaei Thraciae

descriptione, & Plutarchi Alcibiade legit, *Et se Paetyam contulit ibique tria castella communiavit*, *Bornos, Bisamthen & Macrontiebos*. Gebhardus. Mira in libris varietas. Vulgati ante Longolium *Pataram* exhibent, quod merito suspectum Longolio. *Patara* enim Lyciae civitas, ut e *Scylacis periplo*, *Strabone 14*, *Mela 1, 15.* *Plinio 5, 17* *Ptolemaeo 5, 3.* *Eustathio ad Dionysium*, aliisque cognoscimus. At Alcibiadem in Thraciam se contulisse, sequentia docent. Et *Patara* longius distabant Helleponto, circa quem hucusque egerat. Praeterea *Patara* plurali, non singulari numero dicta, Graece *τὰ πάραρα*, nullus ergo locus *τῶ Παταρα* relinquitur. Idem Longolius ait, vercodicem habuisse *Parinthum*. Itaque legendum putabat *Perinthum*, quod in textum recepere Lambinus, Savaro, & quicumque post eos Nepotem ediderunt. etsi jam Magius monuerat, se in nullo exemplari *Parinthum* aut *Perinthum* legisse, quod neque postea quisquam, quod sciam, reperit. neque juvat *Longolium*, quod *Byzia*, cujus mox Noster meminit, haud longe Perintho absit. nam & falsum hoc, cum *Byzia* haud procul *Salmydesso* sinu ad Pontum Euxinum; *Perinthus* haud longe ab ostio *Propontidis* sita fuerit: & corruptam esse eam vocem mox patebit. Denique veteris editionis, in qua Lambinus ait fuisse *Peritam*, non major est autoritas, quam aliarum, quae *Pataram*

tus, tyrannidem concupisceret. Quibus rebus factum est, ut absenti magistratum abrogarent, & alium in e-
jus locum substituerent. Id ille ut audivit, domum re-
verti noluit, & se Paetyen contulit, ibique tria castel-
4

taram habent. E manu exaratis Puteaneus habuit *patere paetis*; Savaronis *Petye*; Danielis optimus, *Paetyae*. Unde non dubitavi cum Ortelio reponere *Paetyen*. Fuit autem *Paetye*, Graecis *πακίον*, urbs in Isthmo Cherfonefi Thracicae haud procul ore Propontidos sita: cujus meminere *Periplus*, qui vulgo sub nomine *Scylacis Caryandensis* circumfertur pag. 27. *Scymnus Chius* in fragmento *Peripli*, ab *Hoeschelio* primum sub nomine *Marciani Heracleotae* edito, prope finem, *Excerpta Strabonis sub fin. libri 7. Solinus cap. 16. Ptolemaeus 3, 11.* Corruptum ejus nomen apud *Plinium N. H. 4, 11.* Illustrant duae urbes utrinque littora, quae haud dissimili modo tenuere: *Paetiae a Propontide, Cardia a Melane*. Legendum, *Paetye*. Huc se contulisse *Alcibiadem*, facile sibi persuadebit, qui in *Thraciam* cum introiisset, sive ad castella sua in Cherfonefium navigasse; & cum frustra *Cymaeorum* agrum vastasset, *Mitylenen*, *Lesbi* urbem, regressus; denique paullo post propinquum classe Atheniensium, quae ad *Aegospotamos* subsistebat, fuisse; cogitaverit, quorum illud *Nepos*, & *Xenophon*. *Hist. Graec.* istud *Diodorus*, hoc *Plutarchus* pag. 212. tradunt. Et dubitationem omnem tollit *Diodorus*: qui, cum retulisset *Alcibiadem*, magistratu cedentem. *Cononi* novo praetori, tradidisse exercitum, diserte subdit, desperato *Athenas* reditu, cum una triremi *Paetyen Thraciae*

concessisse. *Μετὰ δὲ τέρους μίας εἰς Πακτίον τῆς Θερσονίης ἀπεχώρησε.* quem locum miror viros doctos non observasse. *Magius* tamen opinabatur, *Nepotem* regionem quandam potius, quam urbem, significare voluisse: quod addat, *Alcibiadem ibi tria castella communivisse*. Absurdum enim esse censere, ea fuisse in urbe communita. At quis dubitet, posse τὸ *ibi* & tractum circumvicinum, ut alibi, significare? Non magis probare possum, quod addit, videri castella haec non in *Thracia*, sed alibi, munita: cum *Nepos* dicat, *Alcibiadem* postquam ea munivisset, *manum collegisse, & in Thraciam introiisse*. Nusquam enim ait, id postea demum factum: sed solummodo, primum *Graecorum manu collecta in Thraciam introiisse*. Et statim illuc transisse, clare docent verba *Diodori* modo adducta. *Plutarchus* quoque in *Lysandro* pag. 435. e *castris in Cherfonefium* (*Thraciam* puta) navigasse, ait. *Bosius*. *Leid. Paetyen*. *Voss. A. Pethye. Voss. B. Pateriam*. ubi pro glossa in marg. notatum erat proprium nomen loci.

1 *Tria castella*] Quae in Cherfonefo Thracica habebat. *Xenophon 1. Hist. Graecae: Λαβὼν τελευτημίαν, ἀπὸ πλουσιῶν ἐς χερρόνησον, ἐς τὰ ἑαυτῶν τείχη.* *Plutarchus Lysandro* pag. 438. ἐν ὄρχαν (Ἀλκιβιάδης) περὶ χερρόνησον ἐν τοῖς ἑαυτῶν τείχεσι διατάμενος. Prope *Bisanthem* sita fuisse, ex eodem *Plutarcho in Alcibiade* colligas: qui ait inter capita accusationis *Alcibiadis* fuisse

castella communivit, ¹ Bornos, ² Byfanthen, Ne-
onti-

fuisse & τειχῶν κατασκευῆν, ἃ κατασκευάσας ἐν Θερῶν περὶ Βοσδίνων (seu ut in Codice Vulcobiano fuit, περὶ Θερῶν ὅτι Βοσδίνων) αὐτῶν κατασκευῆν. Nisi tamen τειχῆν illa de muris aut propugnaculis circa ipsam Byfanthen exstructis, accipienda sunt. *Bosius.*

¹ *Bornos*] Nusquam alibi, quod sciam, hujus loci mentio. Itaque verane sit lectio, an corrupta, affirmare non possumus. *Ornos* inter XIV. urbes Provinciae Thraciae Eoropae recenset *Notitia veterum Provinciarum* & urbium Imperatori Romano Constantinopoli sedenti subiectarum, apud *Carolus* a S. Paulo in *Parego Geographiae sacrae*, pag. 20. Qui an heic reponi possint, dispiciant doctiores. *Bosius.*

² *Byfanthen*, *Neontichos*] Vulgo est *Byziam*, *Themeonticos*; Alii *Bizam* habent; vetusti codices, *Magio* teste, *Byram*. *Byziam* Thraciae urbem, & quondam arcem regum Thraciae significari volunt *Longolius* & *Lambinus*. Meminere ejus *Plinius Nat. Hist.* 4, 11. & *Solinus* cap. 16. Graeci Βιζύνιον scribunt, ut *Ptolemaeus* 3, 11. *Stephanus*, & *Notitia provinciarum* paullo ante laudata. *Notitia Patriarchatum & Episcopatum Vaticanam* & *Parisensem*, apud *Carolus* a S. Paulo, & *Nilus Doxapatris* apud *Leonem*. *Allatum de Consens. Eccles. Orient. & Occident.* 1, 24. inter sedes Archiepiscopales Thraciae Europae recensent. Episcopus ejus, *Lucianus* Acta Concilii Chalcedonensis actione 16. (quae & parte 3. epistolam ejus ad Leonem Imp. exhibent) *Theodorum*, acta Synodi quintae Generalis, collatione 8. me-

morant. Sed vix credibile est, hanc ab Alcibiade munitam; cum ad sinum Halmydesium, ut diximus, & versus Haemum montem sita, eoque remotior a Paetye, quo concesserat, fuerit, quam ut ibi communita possit dici. *Bizae* & *Byrae* nemo veterum meminit. Circa Byfanthen exstructa ab Alcibiade τειχῆν, supra e *Plutarcho* diximus. Itaque *Abbr. Ortelius* putabat legendum, *Byfanthen*, *Macrontichos*. *Byfanthen*, Thraciae oppidum, medio fere inter Perinthum, & Paetyen collocat *Ptolemaeus* 3, 11. atque & *Rhaedeston* dici. *Mela* 2, 2. vocat *Byfanthen Samiorum*, quomodo & *Epitomae Stephani* est ἀρῶντος Σαμίων; sed perperam *Macedoniae urbs* ἐν Θερῶν ἰσθμῶς dicitur. *Plinius* quoque ad Propontidem in finibus Chersonesi constituit, *Nat. Hist.* 4, 11. Ac, nisi fallor, idem mox *Resiston* vocat, in Chersoneso ad Propontidem ex adverso *Colonias Pariae* sitam: quam & *Itinerarium*, quod *Antonino* tribuitur, semel iterumque inter Apion & Heracleam interponit. Quamquam non ignoro, *Ortelium* in *Tab. veteris Thraciae* *Resiston* a *Byfanthe* distinguere, ac in interioribus ad flumen Arzum collocare. *Macrontichos*, Graecis μακρὸν τειχῶν, *Mela* inter *Byfanthen* ac *Cypsellam* & *Lyfimachiam*; *Ptolemaeus* (quem sequitur *Graecia Sophiani*) inter *Byfanthen* & *Paetyen* ponit. *Plinius* cum *Cypsella* & *Byfanthe* conjungit, sed addit, a Propontide ad *Melanem sinum* inter duo maria porrectis muris, procurrentem excludere *Chersonesum*. Et mox *Longos muros* vocans, quinque millibus passuum

ontichos: ¹ manuque collecta ² primus Graeciae ci-
vita-

passuum Lyfimachiam inde distare scribit. Atque hunc sequi viderur *Ortelius*, *Macrontichos* aequali fere spacio a Cardia & Lyfimachia removens, inque medio Isthmo constituens. In *Tabulae Pontingerianae segmento 6.* corrupte *Macronteros* dicitur, poniturque inter *Heracleam* & *Callipolin*. Potuit igitur, si locorum situm respicimus, & *Byzanthi* & *Macrontichos* esse inter castella ab Alcibiade prope *Paetyen* communita. Sed quoniam posterior a vulgata lectione aliquanto longius recedit, potius est, ut cum doctissimo viro, & de veteri Geographia egregie merito, *Isaaco Vossio* in not. ad *Justinum 9.* legamus *Byzanthem, Neontichos*. Fuit autem Νέον τῆς Θρακίας oppidulum, haud procul *Heraclea* & *Perintho*. Docet *Periplus*, quae sub *Scyllacis* nomine circumfertur, in descriptione Thraciae: Μετὰ τῶν χερσονήσων ἐστὶ Θρακία τείχη τὰδε πρῶτον, Λαυη ἀκτὴ, Τειρεΐσσις, Ηεράκλεια, Γάϊον, Γάνη, Νέον τείχος, Πιερὸν πόλις ἢ λιμὴν, &c. *Ortelius* in *tabula Thraciae* inter *Byzanthem* & *Paetyen* collocat, vocatque *Novum murum Xenophontis*. Eodem nomine fuit oppidum quoddam *Aeolidis*, *Plinio 5, 30. Stephano, & Suidae*; & aliud in Isthmo *Chersonesi Tauricae*, *Ptolemaeo 3, 5.* memoratum. Fuit qui legeret, *Byzantium, Macrontichos*. quam bene, facis docent quae diximus. *Bosius. Leid. Biziam. Voss. A. B. Byzant. Pro Macrontichos. Leid. & Voss. A. Themeontichos. B. Themeonticos.*

¹ *Manuque collecta*] Etiam *Plutarchus*: συναρτῶν ἕνεκεν, ἐπολέμας τῆς ἀνασταντικῆς ἑστῆς ἰδίας. Nihili

igitur est, quod in *Mss. Dan. & Schotto* inspectis fuit, manuque coniecta. v. *Ind. Bosius. Leid. & Voss. A. coniecta.* Quae verba a Librariis saepius confunduntur. Hic *verocollecta* retinendum. phrasis est notae contra ap. *Caesarem. l. 2. de Bell. Gall. cap. 28.* pro *collectos, coniectos* recte censet legendum *Celeb. Drakenborch ad Silium Italicum l. 17. Punic. vl. 93.* qui plura hujus confusionis exempla plena manu lecturo dabit. iterum apud *Ciceron. lib. 1. de Divinat. cap. 54.* legendum esse, *Permulta collecta sunt ab Antipatro, quae mirabiliter a Socrate divinata sunt, pro coniecta* recte ostendit *cl. Daviesius.*

² *Primus Graeciae in Thraciam introit*] Alii libri, *Primus Graeciae civitatis in Thraciam introit*, quam lectionem *moridicus Schottus* contra *Lambinum* defendit. *Gebhardus* Non passus sum diutius exulare vocem *civitatis*, quam libris invitis *primus* eiecerat *Lambinus*: quem postea reliqui secuti sunt. *Civitas Graeciae* five *Graecia*, vel *gens Graecorum* univere est; quomodo *Caesar 1. Bell. Gall. 12.* dixit omnem *civitatem Helvetiam in quatuor pagos divisam esse*: vel aliqua e *Graeciae civitatibus*; ut *sensus sit, primum fuisse Alcibiadem ex Graecarum civitatum civibus, qui manu collecta Thraciam ingressus sit.* Fateor tamen, suspectum mihi hoc esse; cum tot *colopiae* ante *Alcibiadem* a *Graecis* in *Thraciam* deductae sint, ut vel e *Nostri Miltiade* constare potest. An igitur legendum *civitates in Thracia*; ut intelligantur *liberi Thracum populi, nec regibus subiecti?*

vitatis in Thraciam introiit, ¹ gloriosius existimans barbarorum praeda locupletari, quam Grajorum. Quae ex re ² creverat cum fama tum opibus, magnamque amicitiam sibi ³ cum quibusdam regibus Thraciae perpererat.

CAP. VIII.

Nequae tamen a caritate patriae potuit recedere. Nam quum apud Aegos flumen ⁴ Philocles praetor Atheniensium classem constituisset suam, ⁵ neque longe abesset Lyfander praetor Lacedaemoniorum, qui in eo erat occupatus, ⁶ ut bellum quam diutissime duceret,

jecti? *Plutarchus* sane scribit, Alcibiadem *τοῖς ἀλασπίστοις ὄντι, liberis Thracibus bellum intulisse*. Bos. Leid. *Primus Graeciae civitatis*. item Voss. A. & B. Si *Mistorum* auctoritati paremus, *civitas* hic recte a Bosio explicatur per regionem. Consule Cl. Graevium *Epist.* 630. ad N. Heinsium, & Cortium ad Sallust. B. Cat. cap. 40. n. 2. nec non Th. Munckerum ad Hyginum fab. 261. Ultimam Bosii conjecturam Hoogstratanus videtur probavisse, quum in textum receperit, sed ego nihil, ne ullo quidem codice Mf. adstipulante, mutare heic sustineo, quamvis ista conjectura veritati historiae non sit contraria.

¹ *Gloriosus existimans*] Leid. *gloriosus* etc. Pro *in Thraciam*, Cod. P. Dan. *in Thraciam*. Grajorum pro *Graecorum* amant Noster & alii. Vide cl. Graevium ad Suetonium in *Tiberio* 46.

² *Creverat cum fama tum opibus*] Sic opt. liber Danielis, probante Gebhardo. Etiam *Leidenfis*: *Creverat*.

tum fama, tum opibus. *Vulgati*: *Creverat* ejus fama cum opib. Bosius. Leid. meus. *Creverat fama magnamque &c.* Voss. A. *Creverat cum fama tum opibus*. B. *Creverat fama tum opibus*.

³ *Cum quibusd. regib. Thraciae*] Cum Medoco & Scuthe *Diodorus* 13. *Lambinus*.

⁴ *Philocles*] Leid. *Philopedes*. Voss. A. *Phylocles*. Voss. B. *Philocles*. qui pro *potuit recedere* exhibet *recedere potuit*.

⁵ *Neque longe abesset*] Erat enim *Lampfaci*, quod paullo ante ceperat. *Lampfacus* autem distat ab *Hellesponto*, ut ait *Xenophon*, *stadia circiter xv.* ubi erat *Alcibiades*. *Lambinus*.

⁶ *Ut bellum quam diutissime duceret*] *Protraheret*, proferret. *Datame* & *Authophradates*, cum bellum duci majore regis *calamitate*, quam *adversariorum* videret. *Tacit.* lib. xii. *Annal.* cap. 29. *Vamis manus propria pedites, equites e Sarmatis Faxgibus erat, impar multitudini hostium: eoque*

ceret, quod ipsis pecunia ¹ a rege suppeditabatur, contra Atheniensibus exhaustis, praeter arma & naves, ² nihil erat super: Alcibiades ³ ad Atheniensium ³ venit exercitum, ibique ⁴ praesente vulgo agere coepit: si vellent, ⁵ se coacturum Lyfandrum aut dimicare aut pacem petere: ⁶ Lacedaemonios eo nolle conflagere classe, quod pedestribus copiis plus quam navibus valerent: sibi autem esse facile, ⁷ Seuthem ⁴ regem Thracum ⁸ deducere, ⁹ ut eos terra depelleret: quo facto, necessario aut classe conflicturos, aut

castellis sese defendere bellumque ducere statuit. lib. 11. Histor. cap. 32. Proinde duceret bellum, Caesar. lib. 1. Civil. 61. Hinc magnos equitatus magnaque auxilia expectabant; & suis locis bellum in hiemem ducere cogitabant. lib. 11. Civil. cap. 18. f. In insula frumento navibusque comparatis bellum duci non difficile existimabat. cap. 37. castra erant ad bellum ducendum aptissima, natura & munitione & maris propinquitate & aquae & salis copia. Itaque suorum omnium consensu Curio reliquas copias expectare & bellum ducere parabat. l. 111. c. 42. Civil. Caesar longius bellum ductum iri existimans. Gebh. Ducere saepius pro protrahere, moras neclere ponitur. Vide Broukhuif. ad Prop. 2, 19, 17. sed in primis ducere bellum pro trahere, prorogare adhibetur. Vide Erudivos Lipsienses in Actis M. Aprilis 1731. pag. 188.

¹ A rege] Cyro Darii filio. Plutarchus in Lyfandro & Diodorus 13. Lambinus. Pro pecunia Leid. pacientia. pro naves Voss. B. navis.

² Nihil erat super] V. Ind. super. Bofius.

³ Ad Athen. ven. exerc.] Cod. Dan. transponebat, ad exerc. venit Atheniensium; & mox; nolle classe

conflagere. Bof. Etiam Leid. & Voss. A. B. ad exerc. venit Atheniensium.

⁴ Praesente vulgo] Παρόντων πλοῦτων, praesentibus militibus. Lamb.

⁵ Se Coacturum Lyf.] Repete heic, quae sup. notavi ad Lyfand. cap. 1, 2. Ernstius. Paullo aliter Plutarchus pag. 212. & Diodorus 13. Bofius. Leid. se co. Lyf. dimicare, aut pacem petere responderet. cui consentit Voss. A.

⁶ Lacedaemonios] Inepte quaed. edd. praeponunt verbum respondent. Bofius.

⁷ Seuthem] Sic legendum ex Xenophonte, Plutarcho, Diodoro; non ut vulgo, Scotym, aut Seucem. Lambinus. Seuthem legunt Voss. A & B. item. Leid. Saepc isti Accusativi variantur in Mss. Cod. Consule Abr. Gronovium ad Justin. Lib. 3. c. 6. n. 12. pro facile Leid. fatale.

⁸ Deducere] Libri alii inducere; quod esset subdolis artibus permovere. Infra 23, 8, 1. 9. 3, 1. Tacit. 12. A. 9, 1. Memmimum Pollionem ingentibus promissis inducent. Ita Gebh. sed nulla mutatione opus v. Ind. Bof. De verbo inducere Cl. Oudendorp. ad Frontin. L. 4. strateg. in praefatione.

⁹ Ut eos terra depell. &c.] Msc. Boecl. Ut eum ex terra depelleret, q.

O

f. n.

¹ bellum composituros. Id etsi vere dictum ² Philocles animadvertēbat, tamen postulata facere noluit, quod sentiebat, se, Alcibiade recepto, nullius momenti apud exercitum futurum: ³ & si quid secundi evenisset, nullam in ea re suam partem fore: contra ea, ⁴ si quid adversi accidisset, se Unum ejus delicti futurum reum. Ab hoc discedens Alcibiades, quoniam inquit, victoriae patriae repugnans, illud moneo, ⁵ juxta hostes castra habeas nautica: periculum est enim, ⁶ ne immodestia militum ⁷ nostrorum occasio detur Lyfandro nostri opprimendi exercitus. Neque ea res illum fefellit; nam Lyfander, quum ⁸ per specula-

f. n. a. c. conficturum. a. b. compositurum. ut ad Lyfandrum referatur. Similiter Excerpta Dan. nisi quod nō ex omittunt: & in glossa pro eum adscribunt eos. Bosius. Leid. etiam conficturum & compositurum. Voss. B. aequae ac C. Dan. ut eum ex terra depelleret q. f. n. a. c. conficturum aut b. compositurum.

¹ Bellum composituros, finituros & quasi sepulturos. sic loquitur Hamilcare, & Annib. quod Lambinus adnotavit. Gebb. Vide Servium ad Virg. Ecl. 3. vs. 108. & ad r. Aen. vs. 378.

² Philocles] Xenophon. hist. Gr. 2. Diodorus 13. & Plutarchus Alcibiade, tradunt, Atheniensium praetores, & maxime Tydeum ac Menandrum, jussisse eum abire: se enim, non illum, exercitui praesse, Bosius. Leid. Philodes Voss. A. Phylacles. Voss. B. Philocles.

³ Et si quid secundi evenisset, &c.] Τα δ' ἐπιτελεῖματα μετὰ τὴν ἀπάρτην Διολυδῶν. Diod. lib. 13. Gebb. Haec de cunctis Atheniensium praetoribus, non de solo Philocle, Diodorus tradit, Bosius.

⁴ Si quid adversi accidisset, se unum ejus delicti futurum reum.] Idem ἄλλο μὲν ἐπὶ τῶν μετὰ τὸν ἐαυτοῦ καὶ μὴ μὴ ἀνομιήτων. Tacit. Vita Agricolae cap. 27. Iniquissima haec bellorum conditio est, prospera omnes sibi vindicant, adversa mihi imputant. Gebb.

⁵ Juxta hostes] Voss. B. juxta hostem. Quae lectio mihi arridet, idque nulli mirum videbitur, quum inter omnes faris constet, quories Latini in similibus numero singulari pro plurali fuerint usi, ut eques pro equitibus Broukh. ad Propert. 2, 8, 17. miles pro militibus vide J. Fr. Gronovium ad Livium L. 7. cap. 35. Eodem fere modo Romanus pro Romanis v. J. Fr. Gronov. ad Livium L. 3. cap. 2. & infinita talia; a quo loquendi modo non abhorruerunt Graeci, qui pro Paconibus Παίων, Λακεδαιμόνων pro Lacedaemoniis, Ἰλλυρῶν pro Illyriis & sic porro dixere, vide Scholiastem Aristophanis Acharn. vs. 338.

⁶ Ne immodestia militum, &c.] Quod, ut praedixit, factum. Vide supra 6, 1, 2. Bosius.

⁷ Nostrorum] Msc. Dan. vestrorum

culatores comperisset, ¹ vulgum Atheniensium in terram praedatum exisse, navesque paene inanes relictas, tempus rei gerendae non dimisit, eoque impetu ² totum bellum delevit.

CAP. IX.

At Alcibiades victis Atheniensibus non satis tutam eadem loca sibi ³ arbitratus, ⁴ penitus ⁵ in Thraciam se supra Propontidem abdidit, sperans ibi facillime suam fortunam oculi posse. ⁶ falso. Nam Thraeces postquam cum magna pecunia venisse senserunt, infidias ⁷ ei fecerunt. qui ea, quae ⁸ apportavit, abstulerunt, ipsum capere non potuerunt. Ille cernens nullum locum sibi tutum in Graecia ⁹ propter potentiam Lacedaemoniorum, ad Pharnabazum ¹⁰ in Asi-

rum; & mox: vestri opprimendi ex. Bofius.

⁸ Per speculatores] Paulo aliter Xenophon. lib. 2. Diodorus 13. & Polytaenus. lib. 1. Bofius.

¹ Vulgum Atheniensium in terram praedatum exisse], male Longolus praedatam. Lege vulgum (vel ut in Ultraject. Ed. vulgus) Atheniensium in terram praedatum exisse. Consule cl. Burmann. ad Phaedr. Lib. 4. fab. 14. vs. 8. de verbo exire pro e mari descendere vide, quae notabo ad Thrasib. cap. 2. n. 3.

² Totum bellum delevit] Consecit. omnes enim naves in Lysandri potestate venerunt, novem aut decem exceptis, cum quibus fugit Conon ad Euagoram: Philocles & Adimantus imperatores vivi capti sunt, &c. quemadmodum narrat Plutarchus in Lysandro; & Xenophon 2. de reb. Gr. Lambinus add. Diodor. 13. Justin 5. 6. Bofius.

³ Arbitrans] Leid. & Voss. A. B. arbitratu.

⁴ Penitus] Schottus mallet penitius. non opus. V. Ind. Bofius.

⁵ In Thraciam] Plutarchus eum in Bithyniam profectum esse, tradit: ibique a Thracibus, qui illic erant, spoliatum. Bithyniae autem partem Thraeces incolabant. Xenophon. 3. Ελληνικῶν: ἰν' Ἰσθμῶν ἡ Δαρδανελίδας εἰς τὴν Βιθυνίαν ἔφερον. Lambinus. Unde apud Scylacem pag. 32. & 33. Ἐγένετο Βιθυνίῃ, & ἡ Βιθυνίῳ ἔφερον. Bofius.

⁶ Sed falso] Sed abest Leidenfi & Voss. B. pro Thraeces Leid. Thraeces.

⁷ Ei fecerunt] Ei abest a Leid. Voss. A. & B.

⁸ Apportavit] Leid. & Voss. B. item C. P. Dan. quod jam adnotavit Bofius, legunt apportarat & Leid. pro qui ea, quia ea. pro abstulerunt Voss. B. abstulerant.

⁹ Propt. potent. Laced.] Qui terrae & maris imperium obtinebant. Lambinus.

¹⁰ In Asiam] In Phrygiam, in O 2 qua

Afiam tranſiit, quem quidem ¹ adeo ſua cepit humanitate, ut eum nemo in amicitia antecederet. Namque ei ² Grunium dederat in Phrygia caſtrum, ex quo ⁴ ³ quinquagena talenta veſtigialis capiebat. Qua fortuna Alcibiades non erat contentus, neque Athenas victas ⁴ Lacedaemoniis ⁵ ſervire poterat pati. Itaque ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione; ⁵ ſed videbat id ⁶ ſine rege ⁷ Perſarum non poſſe fieri. ideoque eum amicum ſibi cupiebat adjungi. neque dubitabat facile ſe conſecuturum, ſi modo ejus conveniundi habuiſſet poteſtatem. Nam ⁸ Cyrum fratrem

ei

qua erat Pharnabazus, quo adju-
tore & interprete ſperabat fore,
ut ſibi ad Artaxerxen aditus pate-
ret. *Lambinus*. Pro tranſiit Leid.
tranſiit. & Voſſ. A. tranſiit.

¹ *Adeo cepit ſua humanitate*] Seu
potius ſingulari vi animorum attra-
ctrice; de qua plura hic *Malvez-*
zuz p. 242. & ſeqq. *Bofius*.

² *Grunium*] Sic legendum, non,
ut habent Libri quid. vulgati, *Gri-*
nitium. Quanquam licet etiam *Gry-*
nium legere, ut eſt in exemplis
Baſilienſibus. Commemoratur hunc
locum & *Xenophon*. 3. *id. id.* non lon-
ge a principio. *Lambinus*. Approbat
hanc leſionem *Ortelius Geb. Gri-*
nium etiam Leid. & Voſſ. B ſed
Voſſ. A. *Grimium*.

³ *Quinquagena*] Rectius capiebat :
ſic Cicero contra Rullum. *Majores*
noſtri non ſolum id, quod a Campanis
ceperant, non imminuerunt. Veſti-
gal ſcilicet. *Geb.* Sic *Mſſ.* Dan. ac
Schotti, & *Ed. Ultraj.* quomodo
& ſup. 3, 3, 1. in *Giſ. Sch. Boecl.*
erat *quadringena* & *ſexagena*. Vulgo
eſt *quinquaginta*. Pro *capiebat*, alii
habebat: ſed alterum libri meliores
firmant. *Bofius*. *Cel. Perizonius* ad

Sanctii Minervam L. 2. cap. 3. n.
7. *illuſtraturus talenta veſtigialis ci-*
tat accipiebat.

⁴ *Lacedaemoniis ſervire*] *Puto*,
A. *Gellium* lib cit. 8. cap. loqui de
hac ſervitute, quando dicit: *trigin-*
ta illi tyranni praepoſiti ſunt a Lace-
daemoniis Athenienſibus. *Erſtius*.

⁵ *Servire pati*] Leid. A. B. *ſervi-*
re poterat pati.

⁶ *Sine rege Perſ.*] *Artaxerxe*,
Darii F. Lambinus.

⁷ *Perſarum*] *Mſ. Dan. Perſa.* *Bo-*
ſius. *Perſe* etiam Leid. Voſſ. A. *ſine*
Perſe. Leid. etiam exhibet *fieri non*
poſſe.

⁸ *Cyrum fr. ei bellum clam para-*
re] De quo *Xenophon*, ſive potius
Themistoſgenes Syracuſanus (eius enim
hos libros eſſe vult *Uſſerius ad ann.*
per. Jul. 4313.) principio operis de
expeditione Cyri, *Plutarchus Arta-*
xerxe, *Ephorus* apud *Diodor. Sicul.*
14. *Juſtinus* 5, 8. *Bofius*.

⁹ *Id ſi ei aper.*] *Tò ei aberat* *Mſ.*
Boecl. Bofius. *Ei* abeſt etiam a Voſſ.
A. Jam ſaepeſt oftendimus ex *Co-*
dicibus Mſſ. hujus pronominis *Ellip-*
ſin, & quidem bis terve in hoc ca-
pire. in *Themistoſcle* cap. 10. n. 3.

&c

ei bellum clam parare, Lacedaemoniis adjuvantibus, sciebat. ⁹ id si ei aperuisset, ¹ magnam se [² ab eo] initurum gratiam videbat.

CAP. X.

³ Haec quum moliretur, peteretque a Pharnabazo, ¹ ut ad regem mitteretur, eodem tempore + Critias ceterique tyranni Atheniensium ⁵ certos homines ad Lyfandrum in Asiam miserunt, qui eum certiorum facerent, nisi Alcibiadem sustulisset, nihil earum rerum fore ratum, quas ipse Athenis constitulisset. Quare si suas res gestas manere vellet, illum persequeretur. ⁶ His Laco rebus commotus statuit, ⁷ accuratius si- ² bi

& in Alcibiade cap. 7. aliquoties. in Datame cap. 5. ex Mss. Qui diceret, ne ab exercitu discederet, vulgo ei diceret. quare plerisque in locis, adstipulantibus Mss. e textu ejicere non verer. & hic certe vel *ad ei* vel *ab eo*, quod non agnoscunt C. P. Dan. Boecl. Leid. Bosii & meus, nec quoque Voss. A. B. facile abesse potest. Si *ei* hic deleamus, firmare lectionem possumus etiam ex Attico cap. 4. *Tanta autem erat suavitatis sermonis Latini* (omisso *ei* sc. Attico) *ut apparet in eo nativum quemdam leporem esse, non adscitum.* De Ellipsi vero hujus pronomini per omnes fere casus Consule cl. Burm. ad Phaedr. L. 5. fab. 3. vs 111. & Cort. ad Sallust. Catil. cap. 9. n. 1. si quis tamen *ab eo* delere & *ei* retinere malit, non refragabor.

¹ *Magnam se initur. gratiam*] Nihil imperio & regno charius Principibus est: id igitur qui confirmare ipsis student, omnium optime de iis merentur, & gratiosissimi maxime sunt. *Buchnerus.*

² *Ab eo*] Uncis inclusi haec duo vocabula, quod a melioribus libris Dan. Boecl. & Leid. abfuerint. *Bosius.*

³ *Haec*] Dan. *Hoc.* Bosius. *Pro peteret* Leid. *preter.* pro *Haec* Voss. A. *hoc.* pro *moliretur* Voss. B. *moliretur.*

⁴ *Critias*] Unus ex xxx tyrannis, de quo *Xenophon* 2. *de reb. Gr.* & *Plutarchus* *Lyfandro* *Lambinus.* Leid. *Chryfias.* Consule de *Critia* cel. J. *Perizonium* ad *Aelian.* lib. 4. V. H. cap. 15. n. 10.

⁵ *Certos homines*] *Plutarchus* tradit, non ante adductum esse *Lyfandrum*, ut *Alcibiadem* de medio tollendum curaret, quam id nominatum ab *Ephoris* ei mandatam esset. *Lambinus.*

⁶ *His Laco rebus*] Inspecti *Savarioni* libri *his latoribus commotus*, sed exstitit ab ignorantia alterius. Probo aliorum librorum scripturam *Laco.* Ad eum modum *Graeca* terminant *Latini.* Sic *Statio* *Agamemmo.* Per *Laconem* intelligit *Lyfandrum.*

bi agendum cum Pharnabazo. ¹ Huic ergo renun-
 tiat, quae regi cum Lacedaemoniis essent, irrita futura,
 3 nisi Alcibiadem vivum, aut ² mortuum tradidisset. Non
 tulit ³ hoc fatrapes, & violare clementiam, quam
 regis

& ita bis infra vocat Agefilaum. itaque recte scriptum est in Timotheo; *A quo cum Laco pecuniam numeratam accepisset.* Diodor. lib. 13. de Gylippo *ταύτα διαλεχθήτω τὸ ΔΑΚΩΝΟΣ.* Flaccus lib. 1. Argon v. 421.

Taurae vulvisico portat caelataque plumbo

Terga Laco.

Priscianus l. 1. Expellitur *na* Graecis in *av* definitibus, quum in Latina transseunt formam, ut Demipho, Simoleo, draco. Gebhardus. Veteres membranae Schoppii pro *Lacon* rebus legunt *latoribus*. *Lator* pro tabellario etiam a Suetonio dicitur in Caligula c. 44. Ubi tamen in quibusdam libris editis, & uno Medicaeo, quo olim usus sum, scriptum exstat *speculatoribus Lacon* praefert Savaro & rationem addit. Vide Nepotis alia exempla infra 13, 1, 3. & 15, 11, 3. Ernstius. Sic Mss. Dan. Savar. alii. At Gif. Put. & membranae Bavaricae Schoppio *verisimil.* 4, 8 laudatae: *His latoribus*, quod recte sprevit cum *Savarone Gebhardus Laconem* vocat *Lyfandrum*, ut infra 13, 1, 3. & 17, 2, 3. Agefilaum. Similiter de Gilippo *Diodorus* 13. *ταύτα διαλεχθήτω τὸ Δάκωνος.* *Bostus.* Leid. & Voff. B. etiam *Laco*. Vide cl. Oudendorp ad Lucan. l. 1. v. 214. ita apud Virg. lib. 7. Aen. v. 533. in Mss. Codice a Ger. J. Voffio inspecto pro *Almon* legitur *Almo* ubi vide Picrii notas.

7 *Accuratus*] Leid. *accurantius.* Pro *agendum cum Pharnabazo* Voff. B. *agendum cum Pharnabazo Societatem.*

1 *Huic ergo renunciat, &c.*] *Huic ergo renunciat Societatem, quae regi cum Lacedaemoniis esset, stare non posse foederaque irrita futura.* Lambini hoc proluvium est infectis verbis Nepotis concinnitatem expandentis, Schoppius dudum quaedam reciderat. *Huic ergo renunciat Societatem stare non posse; quae regi cum Lacedaemoniis essent, irrita futura.* Revocavi lectionem, quam Savaro exprimendam curaverat, approbaveratque Schottus. *Huic ergo renunciat, quae Regi cum Lacedaemoniis essent; nisi Alcibiadem vivum aut mortuum tradidisset.* Nam *renunciare* est vel nuncio vel verbis irritum facere, de quo convenit. Sic Cicero dixit *renunciare hospitium alicui, & domo emigrare.* & ad Atticum *renunciare conductionem.* In Verrem, *Renunciat Rabonius illam decisionem tutoribus, accurrunt tamen ad tempus tutores; digitum tollit Fimius Patruus.* Gebh. Haec verba Schoppius ex Mss. libris ita corrigit: *Huic ergo renunciat, Societatem stare non posse, quae regi cum Laced. essent, irrita futura.* Sed recte dicit Schoppius 4. Veris. 8. se leviter ita corrigere. Mihi placent priora, habeat ipse sibi leves suas correptiones. In postrema Boecleri editione est: *Huic ergo renunciat, quae regi cum Lacedaemoniis essent, irrita futura.* Ernstius. Ita libri

regis opes minui, maluit. Itaque misit ¹ Sysamithren & ² Bagaicum ad Alcibiadem interficiendum, quum ille esset in Phrygia, iterque ad regem ³ compararet. ⁴ Missi, clam ⁵ vicin角度, in qua tum Al-
cibia-

bri meliores; nisi quod Boeclerium Leidenfium post nomen Pharnabazo addit societatem, & ante tradidisset cum Exc. Dan. interponit sibi Lambiaus partim conjectura ductus, ut ait, partim ex vestigiis antiquae scripturae, locum mire contaminatum perpurgasse sibi visus, pluscula inseruit, hoc modo: *Hinc ergo renouat, societatem quae regi cum Lacedaemoniis esset, stare non posse, federaque irrita futura, nisi &c.* quorum partem dudum auctoritate Mss. Bavaricorum recidit Schoppius loco modo laudato: illa tamen societatem stare non posse, retinet. A Mf. Schotti & Ed. Ultrajecti. etiam illud irrita futura aberat: atque sic & Sarraro edidit, Schotto & Gebhardo probantibus. Bofius.

² Mortuum tradidisset] Leid. tradidissent. Voss. A. sibi tradidisset.

³ Hoc Satrapes] Leid. hunc. Voss. B. hanc.

¹ Sysamithrem] Adducunt ex Plutarcho, Sysamithrem Pharnabazi patrum fuisse. Mihi quoque verisimile fit, fidissimis hoc facinoris commissum a Pharnabazo fuisse. Legendum autem heic videtur Sysamithrem, quod est nomen Persicum. Eo nomine quoque compellatur Naurae satrapes, de quo Curtius lib. 8. cap. 24. Gebhardus.

² Bagaicum] Libri quidam Bagaicum. Magius ac Lambinus ex Plutarcho Magaeum reponunt. Ego sequor hoc loco Schotti iudicium & veteris libri auctoritatem. Diod.

nomina percussorum non exprimit, contentus monuisse *ἐπαποσέλει τὸς ἀπλότους καὶ αὐτὸ ἰδίῳ τῷ Ἀλκιβιάδῳ.* Gebh. Sic libri meliores: atque ita fortassis & apud Plutarchum referendum, qui *Μαγαίον* vocat. Notum, μ & β litteras saepe in Mss. confundi. Lambinus edidit *Bagaicum*, quod nomen & in libro *Judith. c. 12. 10.* ac apud *Iosephum 17. 13. Strabonem 15. Arrianum de rebus Alex. lib. 4. Diodor. Sic. 16. & 17. Plutarchum Alexandro. & Orat. 2. de fort. Alexandri, Athenaeum 13. 8. Curtium 6. 3. 12. 6. 4. 10. 6. 5. 23. 10. 1. 25.* Persis plerumque & Eunuchis tributum legitur. Ac Persas ita vocare spadones, ait *Plinius Nat. Hist. 13. 4. Bofius. Leid. Susamitrem & Calgenem. Voss. A. Susamitrem & Bagaicum. B. Susamithrem & Bagaicum.*

³ Compararet] Exc. Dan. pararet. quomodo 14. 4. 1. *Aegyptumque proficisci pararet* Bofius. Leid. compararet. ut & Voss. B.

⁴ Missi, clam vicin角度, &c.] Codex vero Burgenfis sic habet: *Missi clam in civitatem, in q. t. A. erat, introeunt; quibus datum n. got. ut. e. i.* Sed haec lectio improbanda. Magius.

⁵ Vicin角度] Plutarchus & Diodorus *κρημν.* Sic & M. Tullius usurpavit nomen vicin角度. Hanc vicin角度m seu hunc vicum, *Melissam* scribit esse appellatum *Athenaeus lib. 13.* Lambiaus. Voss. A. *in civitatem.* sed in Marg. *vicin角度.* Pro-

cibiades erat, dant negotium, ut eum interficiant. Illi: quum eum ferro aggredi non auderent, noctu ligna contulerunt² circa casam eam, in qua quiesce-

bat,

dant negotium. Leid. & Voss. B. datum negotium.

1 Cum eum ferro aggr. non aud] Libri quidam Vett. Lambino teste, eum securo aggredi. msc. Leid. Illi eum ferro non auderent, omisso altero verbo. Quam lectionem si admittas, audere absolute dictum erit, ut saepe apud Tacitum. Hist. 1. 3. 5. 2. Ignavissimus quisque, & in periculo non ausurus, nimii verbis. 2. H. 25. 4. modica silva adhaerebat: inde rursus ausi promissimos praet. equit. interfecere. Eod. lib. cap. 71. 4. ingratus Principi, ut adversus Neronem ausus. 5. H. 11. 1. Judaei sub ipsos muros struxere aciem, rebus secundis longius ausuri. Nil tamen tuto. Bossius. Eum abest a Leid. meo & Voss. B. sed aggredi agoscunt duo Voss. & Leid. meus. Si quis eum deleri velit, concedam. Audere absolute etiam ab aliis praeterquam a Nostro & Tacito ponitur. ut Tibull. lib. 1. El. 2. vs. 16.

Tu quoque ne timide custodes, Delia falle.

Audendum est. Fortes adjuvat ipsa Venus.

Sall. Hist. Fragm. 1. 4. c. 8. Audendo, & fallendo & bella ex bellis serendo magnum facti. Eodem modo verbum Sustinere cum quarto casu pro audere positum sine infinitivo adhiberi docet Cel. Burm. ad Petron. Satyric. c. 116. pag. 538. Sic etiam cum Accusativo Audere ultima dixit Liv. 1. 1. c. 48. Justinus lib. 4. cap. 3. Ausi facinus nulli tyranno comparandum. 1. 5. c. 9. Audendum aliquid pro patria & pro salute communi, & sexcenta talia, sub

quibus infinitivus modus subintellegitur repetendas nonnumquam ex praecedenti quodam verbo, aliquando non. Si quid praeterea de verbo audere scire desideras, adi Lector. cl. V. V. Duker. ad Florum lib. 1. cap. 17. n. 3. & Oudendorp. ad Frontin. lib. 1. cap. 12. n. 4. Sed licet Lectio mihi quoque ista placeat, & satis, ut ex allatis locis liquet, defendi queat, tamen unius codicis auctoritate fretus verbum aggredi delere non audeo.

2 Circa casam eam] Iis, quae Dn. Boeclerus adduxit, adde Giphanii sententiam apud Schopp. loc. cit. Lambinum & Gebhardum. Ernestius. Sic, Gifanio praeeunte, Schoppius emendavit Verisim. 4. 8. probatque Gebhardus. Et favent libri, in quibus fere legitur sammeam, samineam, saminean. Quod postremum Longolio placebat, cum ita vocetur oppidulum Phrygiae Pacatiana, juxta quod vicus Melissae, in quo Alcibiades obiiisse dicitur. Sed recte noravit Magius, absurdum esse dicere ligna circa oppidum allata, oppidumque hac una causa incensum a vicinis, ut Alcibiadem interficerent; praesertim cum Plutarchus non oppidum, sed rbo omtar, domum, in qua erat, succensam dicat: praeterea illud in qua quiescebat, domum aut cubiculum innuere, denique Justinum 5, 8, 14. Alcibiadem in cubiculo crematum scribere; Athenaeum 13, 4. in Melissa Phrygiae vico occubuisse. Quare Lambinus edidit circa domum stramineam; ita tamen ut non rejiceret, quod

bat, eamque succenderunt: ut incendio¹ conficerent,² quem manu superari posse diffidebant.³ Ille⁵ autem ut sonitu flammae est excitatus,⁴ etsi gladius ei erat subductus, familiaris sui⁵ subalare telum eripuit.

quod alius conjecerat, circa casam stramineam; (quomodo & Ovidius *Amorum* 2, 9, 17. & *Propertius* 2. eleg. 13. (aliis 16.) *vers.* 20. locuti;) vel, quod ipse, circa scenam stramineam. Quam temeritatem merito castigat Schottus: cujus tamen conjecturae circa scanduleam, vel circa scamillum, quo quiesc. legentis, etiam ipse iudicio, incertae sunt. Vir summus in *notis ad Justin.* 5, 8. legit circa domum Sanisenaem. Sanisena, inquit, appellatur tractus in confinio Phrygiae & Galatiae. Sed voci domus, quod etiam Boeclerus ò πῆρυ annotat, nullus haec locus, sicut omnes testantur, qui mss. codices inspexerunt. Et quomodo domui nomen integri tractus tribueret? Praeterea Strabo, l. 12. qui solus, quod sciam, Sanisenes meminit, non in confinio Galatiae & Phrygiae ponit; sed partem Paphlagoniae Bithyniae conterminam facit. Mihi tantisper emendatio Schoppii placet, dum alii meliorem adferant. Et valde verisimile est, quod ille existimat, syllabam ca, quae bis scribenda fuerat, semel omissam culpa librarii. Caeterum Aristoteles *hystor. animal.* 6, 29. in Arginusa, ubi Elaphus mons, Alcibiadem occubuisse scribit. Bofius. De Lambini audacia etiam Gebhardus, cujus in illum diſteria hic apponere nolui. Per casam villa stramine tecta intelligitur, quo sensu aliquando a Poetis *teſtum* vocatur. Consule Celeb. Broukhuif. ad Tibull. lib. 1.

El. 1. vs. 37. Leid. *Sarameam.* Voss. A. *samineam.* B. *sameam.*

1 *Conficerent*] Ita libri meliores. Alii, *conficeretur.* Bofius. Voss. B. etiam *conficeretur.*

2 *Quem manu superari posse diffidebant*] Non tam ob ejus solertiam & artes cavendi, quod vir doctus putabat: quam ob fortitudinem ejus. nam, ut *Plutarchus* refert, barbaros conspectu suo dissipabat: neque quisquam praestolabatur eum, vel cominus congredi audebat. *Bofius.*

3 *Ille autem ut sonitu fl. est excitatus*] Strepitu. Curt. lib. 7. *Sonabant incendio silvae.* Gebhardus. Sic. Mss. Boecl. & Leid. probante Boeclero. Liber quoque Bavaricus habuit, *ut in sonitu fl. est excit.* quomodo & *Maggins* haec verba mox ad v. 6. laudat ubi τὸ in a librariis inculcatum putabat *Schoppius* l. c. Vulgo legitur: *Ille sonitu fl. excitatus.* Bofius. Leid. *Ille autem ut sonitu flammae est excitatus,* cui lectioni favent Vossiani A. B.

4 *Etsi gladius*] Sic omnes libri & edd. vet. nec satis caussae habuit *Lambinus*, cur τὸ *etsi* in quod mutaret; quod & in aliis editionibus perperam retentum est. *Bofius.* Leid. pro *quod gladius, etsi gladius,* ut & Voss. A. B.

5 *Subalare telum*] Dictum, ut *subalares* sive *plumae* sive *culcitrae* (varie enim distinguunt locum) ap. *Lampridium* *Elagabalo* cap. 19. *Plutarchus* *exceſſion* vocat. Non est
O 5 igitur

puit. Namque erat cum eo quidam ¹ ex Arcadia hospes, qui nunquam ² discedere voluerat. Hunc sequi se jubet, & id quod in praesentia vestimento-

rum

igitur cur vel *subulare*, quod *Barthio* in mentem veniebat; vel, quod nuperrimo interpreti, *subarmale* reponamus. praesertim si *subarmalia* sive *subarmales*, genus vestis *Spartiano* in *Severo* cap. 6. *Trebello Pollioni* in *Claudio* cap. 14. & *Vopisco* in *Aureliano* cap. 13. memoratum sit, quod sub armos rejiceretur, vel fibula sub armis annexeretur, ut visum *Casaubono* ad *Severum*, & *Salmastio* ad *Pollionem*: sed, quod cum *Turnebo Adversar.* 18, 19. mavult *Ferrarius de re vestiaria* 6, 17. quod sub armis more tunicae gestaretur, ut illa melius corpori insiderent. *Bosius*. Pro *eripuit*. *Voss. B. eripuit*.

¹ *Ex Arcadia hospes*] Quidam libri *Arcadia hospes*, omitta praepositione: quod dictum fuerit, ut *hospes Zaenytus*, *Epheso* apud *Plautum*, & similia alia, quae ad ea *Plauti* loca collegit *Taubmannus*. *Bosius*. *Leid.* Quidam cum eo ex *Arcadia hospes*. Praepositionem etiam agnoscunt praeter *Leidensem Vossiani A. B.* Apud *A. Gellium L. 3. N. A. cap. 15.* ex veteribus libris *Carrio* legit, & *Gronovius* in textum recepit *Polycritam nobilem feminam Nasco insula*. Attamen *Codicum Mss.* auctoritate firmatam lectionem hic praefero. Audiamus praeterea *Donatum* ad *Terentium Eun. Act. 1. Sc. 2. v. 85.* *Ex Aethiopia ancillulam Non Aethiopiissam: sed honestius ex Aethiopia*. Quamvis non diffitear, praepositionem aliquando omitti. Eodem modo locuti fuere *Graeci*. *Sophocl. Philoct. v. 1330. A'ne 28*

ἡμῶν ἐστὶν ἐκ Τροίας ἀλλῶς, vir enim nobis est ex Troja i. e. *Trojanus captus*.

² *Discedere*] Plenius est in membranaceo meo *Cod.* *Qui nunquam ab eo disc. vol.* sed praefero priorem lectionem propter, namque erat cum eo, quod praecedit. Est enim elegans ellipsis. *Ernstius*. addunt quidam *Mss.* & *edd. ab eo*. sed melioribus absunt v. not. *Ernstii*. *Bosius*.

³ *Arripit*] Ita *Exc. Dan.* melius, quam vulgati *arripuit*.

⁴ *Ejectis*] Extrorsum nempe ex illo loco, in quo quietem ceperat. Quare vana est *Lambini* curiositas, *injectis*, seu *conjectis* substituendis. *Frontinus*, 2. 9, 2. *Cl. Nero* caput *Asdrubalis* in castra *Amabalis* eiecit. *Gebhardus*. Adde *C. Oudendorp.* ad *I. I. Frontini*. Pro *transit* *Leid.* *transit*. item *Voss. A. B.* & pro *flammae vim*. *Voss. A. flammium*.

⁵ *Incendium effug.* [*eminus*] *vid.*] Malo distinguere, *effugisse* *viderunt*. *telis eminus missis*. *Curt. lib. 8. cap. 66.* *eminus obruti telis*. *Nepos Chabria* *Cominus* *pugnans telis hostium, interfectus est*. *Gebhardus*. *Eminus* quod *Mss.* *Dan.* & *Leid.* transponunt, & voce *telis* subjiciunt, (quod etiam *Gebhardo* placebat) a *Boecleriano* codice plane aberat. *Plutarchus* tamen *Gebhardo* favet: *ἄσπεδος*, inquit, *ἰσχυρὸν ἀκονίον ἐν ἀσπύμασιν*. *Bosius*.

⁶ *Telis missis interf.*] Adstipulantur *Plutarchus* & *Diodorus*. *Iustinus* vero 5, 8, 14. & *Orosius* 2, 15. vivum *Alcibiadem* in cubiculo, in quo dormiebat, crematum ajunt. *Bosius*.

⁷ *Caputque ejus ad Pharnabazum*

restitu-

rum fuit, ³ arripit. His in ignem & ejectis, flammam transiit. Quem ut barbari ⁵ incendium effugisse ³ [eminus] viderunt, ⁶ telis missis interfecerunt, ⁷ caput

retulerunt] In caedibus injunctis capita referebantur fidei peracti sceleris acquirendae ad mandatores. Vide Curt. 7, 2, 32. & 8, 3, 13. Tacitus 14, 57, 8. *Relatum caput Sullae illiuit Nero, tanquam praematura canitie deforme.* Hostium vero inuisorum Principi referebantur ad gratiam praemiumve consequendum. Tacitus 2. H. 16, 6. *Capita Pacarii & comitum, ut hostium, ipsi in terfectores ad Othonem tulere.* Curtius, 3, 13, 17. *Di tantae fortunae proditorem celeriter cum debita poena perfectum sunt. Nam ius e confectis ejus, credo regis vicem etiam in illa sorte reueritus, interfecti proditoris caput ad Darium tulit.* Lib. 8, 12, 3. *Indi, sive odio Ducis, sive gratiam victoris regis inuiti, Erycem fugientem adorti interemerunt, caputque ejus atque arma ad Alexandrum detulerunt.* Ut haec arma, ita quandoque una cum capite dextra relata ad Regem, a quo mercedem lator spectabat. Polytaenus 8. *Τὸν δὲ Κεζόρον Εὐκρίτης ἀνείρε παρδουαίῳ, ἢ τὴν δεξιὰν δουρὸς ἀεὶ ἐνέμιον τοῖς μέγαν βασίλειαν ἦ Παρδουαίαν.* Notandum quoque, recisa inuisorum hostiumve capita potentibus mulieribus oblata, ut hac crudeli laetitia impotentem animum titillarent. De capite Joannis Baptistae nota res est. Tacitus 14, 64, 4. *Adiur atrocior saecivitas, quod caput amputatum latumque in urbem Poppaea vidit.* Sic crudele & atrox spectatum ab aemula Octaviae demum caput. Quid de Fulvia dicendum est, quae Ciceroni exsectam

linguam aciculis compunxit? Quid de Alcmena Jovis pellice, quae caput Eurysthei ad se ab Hyllo nepote delatum, cum nesciret, qua contumelia tractaret, *νεγκίς τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐξέσχευεν αὐτῆν*, ut habet *Xenobius Centuria 11, 61. Polytaenus l. 7. Tisaphernes δουρὸς μὲν Τηθαυῶν ἦν τὴν κεφαλὴν ἀνέμιον βασιλεῖ, βασιλεὺς δὲ ἐπιπέψε τῆν μὲν Περσῶν ἔθνη.* Hostilibus vero ducibus ideo praeciduntur cervices, & capita adversae partis stationibus ingeruntur ad infringendum animum. Ammianus Marcell. 26, 29. *Maxime in Philippopoleos defensores, qui urbem seque ipsos, non nisi capite viso Procopii, quod ad Gallias portabatur, aegerrime dediderunt.* Auctor. de Viris Illust. c. 48. *Nero regressus pari celeritate, qua venerat, caput Asdrubalis ante vallam Annibalis projecit. Quo ille viso, vincit se fortuna Carthagini confessus est.* Clarius Frontinus 2, 11, 2. *Claudius Nero, victis Poenis, caput Asdrubalis in castra Annibalis ejecit: quod factum est, ut & Annibal luctus (nam frater occisus erat) & exercitus desperatione adventantis praesidii affligeretur.* Ubi reliqua exempla. Justinus 24, 5, 6. *Ptolemaeus multis vulneribus saucius capitur; caput ejus amputatum, & lancea fixum tota acie ad terrorem hostium circumfertur.* Hoc antiqui vocabant *ἀκρωτηρίαζεν*, cum in signum victoriae, hostium capita, ac manus praecisas referrent. *Diodorus Sicul. 13. Ἡρωτηρίαζον δὲ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ πῶρον ἐθετο, ἢ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ πῶρον ἐθετο, ἢ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ πῶρον ἐθετο.*

putque ejus ad Pharnabazum retulerunt. ¹ At mulier, ² quae cum eo vivere consueverat, ³ muliebri sua ⁴ veste contectum, aedificii incendio mortuum ⁵ cremavit, quod ad vivum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades annos circiter quadraginta natus, diem obiit supremum.

C A P. XI.

Hunc ⁶ infamatum a plerisque, tres gravissimi historici ⁷ summis laudibus extulerunt: Thucydides,

ἡνὶς ἡ ἀπαράδεκτος ἦν ἡ αἰσῶν ἡ δὲ οὐκ ἔτι ἐπισημῶν ἐπισημῶν ἐπισημῶν. Gebhardus. Adde Servium ad Virgil. 2. Aen. vs. 553. & 558. ibique De la Cerda, & quos laudat cl. Cortius ad Sallust. Jugurth. cap. 12. n. 6.

¹ *At mulier*] Mulierem hanc Plutarchus *Timandram* vocat, & Laidis Corinthiae matrem fuisse refert. Athenaeus vero lib. 13, 12. *Theodotam* nuncupat. *Magius*.

² *Quae cum eo vivere consueverat*] *Td vivere* expungit Ed. Ultraj. probantque post *Schottum Pascaus Grossippus in Paradoxo literar. Epist. 8.* & *o mangetris Buchnerus in accessionibus ad Fabrum.* quomodo *Plautus Cistill. 1, 1, 88. tui inquam cum quinquara viro consuevisti?* *Terentius Phorm. 5, 6, 33. cum ejus consuevit olim matre in Lemno clanculum.* *Hecyra 4, 1, 40. quicum tot consueffet annos.* Ubi *Donatus: Consueffet proprie dicitur in stupro.* *Cicero Verr. 5. mulieres, quibus cum iste consueverat.* adde *Gell. 2, 23. & 4, 3.* Subaudiendum autem verbum *concumbere, rem habere,* aut simile: quemadmodum & ad verbum *solere* in illo *Plauti Cistill. 1, 1, 37. viris cum suis praedicant nos solere:* de quo *Ssaliger ad Catullum.*

adde *Schoppium l. c. Pro consueverat* Exc. Dan. *consueverat.* bene. *Bosius. vivere agnoscunt* Leid. & *Voss. A. B.*

³ *Muliebri sua veste*] I. e. pallio, ut ait *Cicero 2. de divinac. cap. 69. Valerius Max. 1, 7. ext. 9.* Qui & Alcibiades ea de re somnium narrant: de quo praeter ea apud *Plutarebum* & *Suidam* legimus. *Bosius.*

⁴ *Veste contectum cremavit*] Vel quod nudus, aut saltem tunicatus esset (in fonitu enim flammae expergefactus, lecto exsurgens, vestimentis, quae in praesentia erant, in ignem coniectis, flammam per mediam evaserat:) vel ex antiqua consuetudine in funeribus & cremandis cadaveribus servata. Solebant namque antiqui cadavera exornare pulchrisque integere vestibus, cumque his, rogis exurenda exponere; vel, ubi non cremarentur corpora, sepulchris condere, ut auctorum testimoniis est manifestum; *Homeri odysf. ω. v. 131. & segg. Valerii Max. 5, 1. Virgilii Aen. 6, 220. Plutarchi in Bruto, Othone, & Arato Sicyonio.* Romae qui in magistratu constituti vita excedebant, praetexta amicti, in rogam portabantur. Adnotare hoc licet apud

Livium.

des, qui ejusdem aetatis fuit; ¹ Theopompus, qui fuit post aliquanto natus; & Timaeus: qui quidem ² duo maledicentissimi, nescio quo modo, in illo uno laudando ³ consenserunt. Nam ea, quae supra diximus, ² de eo praedicarunt, atque hoc amplius, quum Athenis ⁴ splendidissima civitate natus esset, ⁵ omnes [Athenienses] splendore ac dignitate vitae superasse: postquam inde expulsus Thebas venerit, adeo studiis ³ eorum inservisse, ut nemo eum labore corporisque

VIRI-

Livium 34, 7. Magius. adde *Kirehm. de Funerib. Rom.* 1, 10. Bofius.

⁵ *Crenavit*] More Graecorum, de quo idem *Kirehmannus*, 1, 2. Bof.

⁶ *Infamatum a plerisque*] Cum ab aliis, tum ab Antiphone, qui librum scripsit contumeliae in Alcibiadem, ut *Athenaeus* testatur 12, 4. & Lyfia oratore, qui orationem contra Alcibiadem composuit: testatur idem *Athenaeus* 13, 4. Magius.

⁷ *Summis laud. extulerunt*] De hujusmodi judiciis vide quae differit Nobiliff. *Boeclerus in Commentario* p. 55. Bofius.

¹ *Theopompus, qui fuit*] Postrema duo vocabula non agnoscebat Cod. Leidensis. Bof. Fuit abest Leid. meo, & Voff. A. B.

² *Duo maledicentissimi*] Plura haec de re *Vossius de histor. Graec.* 1, 7. & 12. & in *Addendis ad locum posteriore*. Bof. Pro *Thymaeus* Leid. & Voff. A. *Thymaeus*.

³ *Consenserunt*] Libri Mss. quos P. Daniel & Cl. V. Andr. Schottus tractarunt, *laudando consenserunt*. alii *conscierunt*. aliquid latet, quod sine indicio melioris codicis vix ac ne vix quidem detegetur. *Gebhardus*. Leid. *In illo laudando conscierunt*. Voff. B. etiam *conscierunt*. Cl. Oudendor-

pius legendum conjicit *deserunt*. nempe maledicere. Pro nam Voff. A. & B. *namque*. denique pro *praedicarunt*. Voff. B. *praedicatur*.

⁴ *Splendidiss. civitate*] Nescio, cur haec *Lambino* ac *Gebhardo* suspecta fuerint; cum in Mss. Codd. habeantur. Et similiter supra locutus Noster *cap.* 1, 2. & infra 8, 2, 1. *Bofius*. Quoniam *Gebhardi* conjectura nulla Codicis Mf. auctoritate nitebatur, ejus notam haec non apposui.

⁵ *Omnes Athenienses*] Mss. Dan. Boecl. Leid. posterior; alii prior; iis, quos *Magius* inspexit, utraque vox abfuit. Igitur hic utramque ab *Aldo* confidentius aequo additam; *Lambinus* quoque delendam putabat, sed ita, ut in praecedentibus legatur, *cum Athenis natus esset, splendidissimam civitatem splendore ac d. v. f.* quod recte lubidini ejus imputat *Gebhardus*: qui tamen posterius nomen retinet. Ego prius malim; praecuntibus optimis, quos dixi, libris. neque video, quomodo utroque ejecto sensus sibi constet. *Bofius*. *Athenienses* abest a Leid. meo & Voff. A. *superasse vitae* exhibent Voff. A. B. paullo post pro *inservisse* Leid. *inservisse*. item Voff. A. B.

viribus posset equiparare. omnes enim Boeotii¹ magis firmitati corporis, quam ingenii acumini infer-
 4 viunt. ² Eundem apud Lacedaemonios, ³ quorum moribus summa virtus in patientia ponebatur, sic
 4 duritiae se dedisse, ut parsimonia victus atque ⁵ cultus omnes Lacedaemonios vinceret: fuisse apud ⁶ Thracas, homines vinolentos, ⁷ rebusque Venereis dedi-
 tos,

1 *Magis firmitati corporis*] Corporum Boeotiorum robur ac firmitudinem aliquoties commendat *Diodorus* Lib. 15. Οἱ Ὀψάσιοι, inquit, τῆς τῆς σώματος ἰσχυροῦς ἢ τῆς ἀνευρεῖς διαφέροντες. Sensus Nepotis est: Boeotii majus studium, plusque operae ponunt in acquirendo confirmandoque corporis robore, quam in excolendo ingenio. Epaminonda, *Namque illi genti* (Thebanorum) *plus est virium quam ingenii*. Hinc alii Βοιωτὸς βίος denominatos volunt, ὡς ἐν ἄλλαις ταῖς διαβολαῖς ἀπὸ ἐπιμήτου ob crassitiam ingenii. *Gebhardus*. Adde ad 1, 5, 52. *Bosius*. Pro Boeotii. Leid. & Voss. A. B. Boetii.

2 *Eundem apud Lacedaemon. &c.*] Eadem referunt *Athenaeus* 12, 9. *Plutarchus* in *Alcibiade* pag. 203 & in *lib. de adul. & amici discer.* p. 52. *Bosius*.

3 *Quorum moribus summa virtus in patientia*] Legas *Plutarchum* in *Lycurgi* vita, & in *Laconum* institutis. Recte autem ponebatur, ait, non vero ponitur: quia sua aetate, multoque ante, dura Laconum instituta in desuetudinem abierant. *Magius*.

4 *Duritiae se dedisse*] Ita exhibent Leid. & Voss. A. B. praeterquam quod in Leid. *duritie* legitur. Vocem *duritiae* illustrant, quae proferunt *Broukhuf.* ad *Propert.* L.

1. El. 16. vs. 29. & *Dukerus* ad *Florum* lib. 2. cap. 3. n. 4.

5 *Cultus omnes*] *Mf. Boecler.* *omnis cultus*. *Bosius*. *Cultus* hic de vestibus sumitur. Vide *Seruium* ad *Virgil.* 1. *Georg.* vs. 3. quomodo a *Livio*, *Suetonio*, aliisque adhibetur: de *Lacedaemoniorum* vili vestitu vide praeter alios *Thucyd.* lib. 1. cap. 6. & *Cel. J.* *Perizon.* ad *Aelian.* L. 9. V. H. cap. 34. n. 2. & ad lib. 14. cap. 7. n. 6. *Omnis cultus* etiam *Voss. B.* *victus* vero de necessariis ad vitam sustentandam, parcis, & aridis alimentis dici nemo ignorat. Vide *Broukhuf.* ad *Tibull.* L. 2. El. 1. vs. 43. & *Cel. Burm.* ad *Petron.* cap. 55. pag. 267. de re vide *Cl. Perizon.* ad *Ael.* l. 1. n. 7.

6 *Thracas homines vinolentos*] *Plato* 1, de *legibus*, & *Torrentius* noster ad illud *Horatii* 1. od. 27.

Natis in usum laetitiae scyphis
Pugnare Thracum est.

Schoottus. Leid. *violentos*.

7 *Rebusque venereis deditos*] *Suspexit* hoc *Schootto*, cum *Thracas* simplici ingenio homines, & frigido coelo nati sint: quare *reique veterinae deditos* reponerat: eoque referebat, quod *Plutarchus* *Alcibiaden* ἐν ἑσπέρῳ μεθύοντων & ἰνναγίων fuisse scribit. Sed intercedit *Gebhardus*, & postquam e *Martiali*,

Varrone

tos; hos quoque in his rebus antecessisse: ¹ venisse ad Persas, apud quos summa laus esset ² fortiter venari, luxuriose vivere; horum sic imitatum consuetudinem, ut illi ipsi eum in his maxime admirarentur. Quibus rebus effecisse, ut apud quoscunque ⁶ esset, ³ princeps poneretur, habereturque ⁴ karissimus. Sed satis de hoc: reliquos ordiamur.

Varrone. Scholiaste Aristophanis in *Acharn.* Tacito 14, 2, 1. Valerio Max. 2, 1, 5. Ebrietatis pedissequam Libidinem esse, neque fortius homines in Venerem stimulari, quam cum mero incaluerunt, ostendisset, idem de Thracibus existimandum subdit. Cur, inquit, Thracas aliter affectos putemus? An sunt simpliciter ingenio & frigido coelo nati? Prius nego; alterum intendendam ad libidinem non minimum conferre, norunt omnes; praesertim cum interiore parte per frigus cohibitus calor vino, quasi suffuso oleo, gravius succendatur. Nesciisse hoc dicemus Ovidium, qui Thracas gentili vitio libidiniosiores canit? lib. 6. *Metam.* de Tereo.

Digna quidem facies, sed & hunc imata libido

Exstimulat; proutinque genus regionibus illis

In venerem est, flagrat vitio gentisque suoque. Bofius.

1 Venisse ad Persas] De Persarum venatione & luxu Strabo lib. 15. & Horatius 1. Od. ultima:

Persicos odi puer apparatus.
Ibidemque post Lambinian, Torren-

tius praeclare, ut mittam Briffonii commentarium, ac Pet. Bizari Ligurii de rebus Persicis, itemque Fodrusium l. 12. observationum. Schottus.

2 Fortiter venari] Omnes bellicosae nationes venationibus student, hocque se labore durant ad bellum. De Parthis Tacitus 2, 2, 5, & 11, 10. 6. De Germanis Caesar 6, 21. 28. De Suevis 4. de B.G. 1. Ideo Amazones virginis in eund. morem neque lanificio, sed armis, equis, venationibus exercebant. In militari quoque viro commendatur, eum per remissionum intervalla scite venatu uti. Claudianus lib. 1. de laudib. Stiliconis:

Si quando sociis tecum venatibus ibant,

Quis Stilicone prior ferro penetrare leones

Cominus, aut longe virga transfigere tigres? Gebhardus.

3 Princeps] Male q. libri princeps. Bofius.

4 Karissimus] Ita Cod. Dan. ap. xanōs. Bofius. Leid. & Voss. A. B. habereturque carissimus. Pro ordianum Voss. B. ordinam.

VIII. THRASYBULUS.

CAP. I.

1 THRASYBULUS LYCI F. ATHENIENSIS. Si per se virtus sine fortuna ponderanda sit, ² dubito, an hunc ³ primum omnium ponam. ⁴ Illud sine dubio; neminem huic praefero fide, constantia, ⁵ magnitudine animi, ⁶ in patriam amore. ² Nam quod multi voluerunt, ⁷ pauci potuerunt, ab uno

1 DE THRASYBULO. vide Diodorum 13. & 14. Xenoph. H. Gr. 1. & 2. Thucydidem 8. Plutarchum in Alcibiada, Lyfandro, Pelopida, Politicis. Clem. Alexandr. Stromat. 1. Pausan. Atticis Fusin. 5, 9, & 10 Val. Max. 4, 1. ext. 4, 5, 6. ext. 2. Cic. epist. ad Att. 8, 3. Oros. 2, 17. Boeclerus. Eius penes me nummus, in cuius uno latere caput imberbe, & ΘΡΑΣΥΒΟΥΛΟΥ; in altero inter capram & supervolantem cum caduceo in capite ciconiam: TH APETH. Bofius.

2 Dubito] Hoc verbum illustrat Cel. J. Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. 3. cap. 3. pag. 331.

3 Primum omnium] Leid. omnium primum.

4 Illud sine dubio: neminem huic praefero fide] Sic lego e Mss. Gif. Dan. Schorr. Leid. & Ed. Ultraj. probabatque Gebhardus, hac mente: esse apud sapientes extra dubitationis aleam, quod virtus seorsim sine intuitu fortunae sit ponderanda: idcirco se anteferre Thrasybulo virtute clarum neminem. Ego malim ad frequentia referre, hoc sensu; si maxime non debeat primum Thrasybulo locus inter illustres imperatores; id tamen certum esse,

neminem ei illis, quos subjicit, virtutibus praeferendum. Atque sic passim loquuntur boni scriptores. Etiam Noster ad eum fere modum 23, 12, 3. His Prusias negare ausus non est, illud recusavit, ne id &c. Et 25, 11, 3. Difficile est omnia persequi: illud unum intelligi volumus, &c. Quod si vulgata lectio retineri debeat, legerim: nam illi neminem praefero &c. ut particula nam abultima syllaba vocis praecedentis absorpta fuerit. Bofius. Leid. meus & Voss. B. illud sine dubio: neminem huic praefero.

5 Magnitudine animi] Eum enim unum triginta tyrannis opposuit, tam parva manu fretus, eosque devicit. Est enim magnanimi, non nisi maximis periculis se objicere. Buchnerus.

6 In patriam amore] Unde φιλοπατρις & φιλοπατρις inter ejus elogia. Gebhardus.

7 Pauci] Dan. paucique. Bofius. Paucique etiam Leid. meus & Voss. A. B. Pro a triginta Leid. triginta. Pro vindicaret Voss. B. vindicaret, quod est nihili. Elegantissime autem dixit e servitute in libertatem vindicare, quomodo etiam locutus est

uno tyranno patriam liberare; huic contigit, ut a triginta oppressam tyrannis ex servitute in libertatem vindicaret. Sed nescio quo modo, quum eum nemo ³ anteiret his virtutibus, multi ¹ nobilitate ² praecurrerunt. Primum ³ Peloponnesio bello ⁴ multa hic sine Alcibiade gessit, ille nullam rem sine hoc: quae ille

est in Epam. cap. 8. Est Ciceroniana locutio lib. 2. ad Fam. Ep. 5. *Qui sit temp. afflictam & oppressam miseris temporibus ac perditis moribus in veterem dignitatem ac libertatem vindicaturus.* Ad quem locum Manutius ante alios jam monuit vindicare non vindicare scribendum, quem ibi consule de hoc verbo, & Servium ad Virg. l. 4. Aen. vs. 228. nec non Cort. ad Cic. L. L. & ad Sall. Catil. c. 20. n. 6. ita & Livius lib. 3. cap. 45. *Me vindicantem sponsam in libertatem vita civius deseret quam fides.* De triginta tyrannis, qui patriam ejus ita oppresserant, ut nec Archontes, nec Strategi, nec populus hircere audent, unde annus iste *ἀναρχία* dictus, consule Celeb. J. Perizon. ad Aelian. L. 5. V. H. cap. 13. n. 6. & Justin. lib. 5. cap. 9. & 10.

1 *Nobilitate*] Celebritate, gloria. v. Ind. Neque enim de nobilitate sanguinis, quod nonnullis visum, hoc accipi debet. *Bosius.* His abest a Leid.

2 *Praecurrerunt*] Recte Editiones veteres *praecurrerunt.* Est autem translatio a certantibus cursu in stadio. Horat.

— *Equis praecurreret albis.* Cicero de Oratore: *Horum uterque liberatatem aetate praecurrit.* & Attico: *Vobis vero illum tanto minore praecurrere vix honestum.* Valer. Max. lib. 6. cap. 9. 13. *Crassum casus acerbitate praecurrit.* sic Graeci *πρόδρο-*

βοι Demosth. *περὶ ἐπιπέδου* in princip. *Gebhardus.* Quaed. Edd. *praecurrerunt*, assentiente Gebhardo quomodo *Plautus Stichus* 2, 2. 67. *praecurri ut nuntialem nuntium exoptabilem;* Et *Tertullianus* 1. ad uxorem: *oportebat legis adimplendae causas praecurrisse.* Sic apud alios *decurri, excucurri, procucurri, perucurri, concucurri.* de quo videndi *Lud. Garrio Antiq. lect.* 3, 5, *Vossius de analogia* 3, 19. & *Tho. Bangius observ. Philolog.* lib. 1. p. 597. & *Seqq.* *Bosius.* De hoc verbo *Passerat.* ad *Propert.* 1, 23, 25. Graecos vero eodem modo *πρόδρομος* per metaphoram a stadio desumptam pro vincere, superare, praecellere &c. posuisse docent nos *Scholia Homeri Iliad.* A. vs. 132. & ad *Odyss.* N. vs. 291. quem imitatus est *Callimachus H.* in *Dian.* vs. 250.

— *εἰς τὸν ποδῶνα πέρηθαι* & sic alii. *Voss.* B. exhibet *praecurrerunt*, sic *decurrit* ex *Mss.* legit *cl. Oudend.* ad *Front.* L. 1. *Strat.* c. 1. n. 63. ad L. 2. c. 2. n. 9. & ad c. 4. n. 39.

3 *Peloponnesio*] *Cod. Dan. Peloponnesio.* quomodo passim in *Mss. Peloponnesio,* & alicubi *Proconense,* pro *Proconesso,* *Bosius.* *Voss.* A. *Peloponnesio.* B. *Peloponnesi.*

4 *Multa hic sine Alcibiade*] Quae *Xenophon.* 1. de reb. Gr. & *Diodorus* 13. narrant. *Lambinus.* Est autem elegans formula, qua etiam alii usi, *Cicero pro Mur.* cap. 9. *Maximo in bello sic est versatus, ut hic multas res*

4 ille universa naturali quodam bono fecit lucrī. Sed illa tamen omnia communia imperatoribus cum militibus & fortuna: quod in praelii concursu¹ abiret res a consilio ad vires, vimque pugnantium. Itaque jure suo nonnulla ab imperatore miles,² plurima vero for-

Et magnas sine imperatore gesserit, nullam sine hoc imperator. De Parmenione Curtius 7, 2, 33. multa sine rege prospere, rex sine illo nihil magnae rei gesserat. Sidonius Appollinaris Paneg. ad Avitum:

Nil sine te gessit, cum plurima tu sine illo.

Bosius. Pro quae ille in. Voss. B. quae illa in.

1 *Abit res a consilio ad vires vimque pugnantium*] Schotti liber ad vires usque pugnantium, quod ille tuetur. Lamb. ad vires virtutemque pugnantium. Denique Cl. Puteanus ad vires vimque pugnantium. Gebh. Vulgati omnes, ut in textu. Lamb. Legebat ad vires virtutemque pugn. Claud. Puteanus ad vires vimque pugn. ac vires exponebat partes, munas. In Mss. Codd. mira varietas. Schotti libri, ad vires cuiusque pugnantium; quod ille tuetur. Savaronis: ad vires nostrum cuiusque pugn. Pateani: ad vires undique pugnantium Leidenfis. ad vires usque pugn. Boecleri denique: in p. c. huius (superducta lineola) res a c. ad vires vimque pugn. Primo certum est, vires vimque, cum eadem sit vox, inepta repetitione conjungi: ac proinde alterutrum in mendo cubare: Deinde, vim pugnantium optime convenire; cum & supra 1, 5, 3. iis tribuatur. Praeterea ex iis, quae praecedunt ac sequuntur, colligere est, requiri hic aliquid, quod ad fortunam, & aliquid, quod ad milites pertineat;

nam & causam reddit, cur in bello multa communia sint imperatoribus cum militibus & fortuna; & hinc porro colligit, jure suo nonnulla ab imperatore militem, plurima vero fortunam vindicare. Ergo dubitari non debet, haec quoque fortunae mentionem a Nepote factam. Non displicet igitur, quod Puteanus conijcit, pro vires legendum vices. nam ea voce subinde veteres de fortuna pariter ac bello utuntur. De fortuna Lucanus 2, 12.

Sive nihil positum est, sed fors incerta vagatur,

Fertque referatque vices, & habent mortalia casum.

Seneca controversia 1. Venit subito deformis squalore, lacrymis. O graves, fortuna, vices tuae! Ita recte emendavit à vtro Gronovius, cum vulgo pariter legeretur vires. Eiusdem epitome lib. 5. declam. 1. Mutentur vices felicitatis humanae; proscriptus aliquando proscriptis. De bello & praelio Virgilius Aeneid 2, 432. Testor in casu vestro nec tela, nec ulla vitavisse vices Danaum. Ubi Servius. VICES, pugnas, quia per vicissitudinem pugnabatur. Et mox: De bello usurpatum est. nullum enim praelium caret periculo: ergo vices periculi. Bene. Vices enim proprie vicissitudinem & variationem designant. Tacitus Ann. 6, 35, 2. Modo equestris praelii more, frontis & tergi vices. Idem Agric. 18, 1. Hunc Britanniae statum has bellorum vices Agricola invenit.

fortuna vindicat, seque his plus valuisse, quam ducis prudentiam, vere potest praedicare. Quare illud magnificentissimum factum proprium est Thrasybuli. nam quum triginta tyranni, praepositi a Lacedaemoniis, servitute oppressas tenerent Athenas,

¹ plu-

venit. Statius: *bellica jura*, vicesque armorum. Hac voce in *vires* mutata, videntur librarii, animadverso inepte *vimque* addi, posteriorem hancce in *usque*, *cujusque*, *undique* corrupisse. Tò *huit* autem, quod in Boecl. fuit, & ex *habuit* abbreviatum videtur, ex similitudine soni natum. Sed unde *ò nostrum*, quod in suo *Sarvato* invenit? Ut ingenue fatear, haereo, & vereor, ne quid aliud lateat. *Bosius*. Voff. A. & Leid. meus abiit. Voff. B. In praeliis *concurso* habuit.

2. *Plurima vero fortuna*] Gloriam restituti hujus loci sibi vindicat Lambinus, quam neque ipsi invidio, aut interciperere cogito. Antehac vulgati *plurima vero a fortuna vindicat, seque his plus valuisse, quam Ducis prudentia vere potest praedicare*. Unde altero periculo idem extricare conatur. Itaque jure suo nonnulla ab imp. mil. pl. vero fort. vindicat: *seque his plus valuisse vere potest praedicare*. Comparat gesta Alcibiadis & Thrasybuli, hujusque longe praefert. Ratio, quia in rebus belli plurima sibi fortuna vindicat & nihil prudentiae relinquit. Exemplum est apud Curt. lib. 3. cap. 33. Desinata salubriter omni ratione potentior fortuna discussit. Gebhardus. Locus obscurus, & quem vellem diligentius viri docti excussissent. Vulgati fere sic habent: *plurima vero a fortuna vindicat, seque his plus val. qu. duc. prudentia vere p. praedicare. quod*

merito suspectum Lambino fuit. nam, ut e praecedentibus apparet, Ne-
pos imperatori militem & fortunam, non militem imperatori & fortunae opponit. neque verum est, *plura militem a fortuna, quam ab imperatore, multo minus, plurima eum a fortuna sibi vindicare, quin potius plurimum in bello fortuna sibi vindicat*. Cicero pro M. Marcello cap. 2. *Certe in armis, militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus, multum juvant: maximam vero partem quasi suo jure fortuna sibi vindicat, & quidquid est prospere gestum, id paene omne ducit suum*. quem locum a nostro expressum censebat Schottus. Caesar B. Civ. 3. 68. *Fortuna quae plurimum potest, quum in reliquis rebus, tum praecipue in bello*. Isocrates Archidamo: *Τῶν μὲν ἐν πολέμῳ γιγνομένων τὸ πλεῖστον μίση τῆ ῥῆξιν μέγιστη*. Recte igitur Lambinus alique delebant praepositionem: quae & Dan. codice aberat, reliqua idem Lambinus, *his in hic*, & *prudentia in prudentiam* (quod etiam in Colon. ed. haberi ait,) mutato, sic restituit: *seque hic plus valuisse quam ducis prudentiam, v. p. praed.* suspicatur tamen, cum *ò his* in omnibus libris inveniatur, totum illud, *quam ducis prudentia* subditum, itaque legendum esse: *pl. vero fortuna vindicat, seque his plus val. v. p. praed.* Cui conjecturae parum abest, quin subscribam. Certe sententia aperta est.

P 2

Quo.

¹ plurimos cives, quibus in bello ² parserat fortuna, ³ partim patria expulissent, ⁴ partim interfecissent, plurimorum bona publicata inter se divisissent, non solum ⁵ princeps, sed & solus initio ⁶ bellum his indixit.

CAP.

Quoniam tamen omnes tam editi, quam Mss. Codices haec verba habent, delere non ausim. Tò his autem vel mutari potest in hic, vel ad illud plurima referri: quanquam prius illud malim. In Mf. Boecl. erat praedicari. corrupte, opinor: nisi τὸ se ad fortunam referas: quod tamen duriusculum. *Bosius*. Voss. A. *Plurima vero a fortuna*. Pro vindicat Voss. B. vendicat. pro his valuisse Voss. A. B. hic valuisse. pro praedicare Voss. B. praedicari. pronam quum trig. Leid. nam trig.

¹ Plurimos cives] Vide *Jusim.* 5, 8. & 9. *Oros.* 2, 15. *Bosius*.

² Parserat] Liber a P. Daniele collatus; in bello parserat fortuna Gebh. Sic diserte Cod. Dan. idque a librarii manu esse, vix crediderim. Eundem in modum Plautus *Trinum.* 2, 2, 35. *parsi sedulo*. *Curcul.* 2, 3, 11. *nisi eam mature parsit*. *Trucul.* 2, 4, 24. *rei parsiſſem meae*. *Terentius* *Hecyra* 3, 1, 2. *hancine ego vitam parsi perdere*. Ubi *Donatus*: PARCO, conservo, PARSI facit: *Phorm.* 1, 9, 10. *quod ille unciatim vix de demenso suo comparſit miser*. *Cornelius Fronto* de differentiis vocum: *Parſi ſemel, peperci ſaeptius*. *Cato* apud *Festum*: *meo labori non parſi*. unde *Parſurus* apud *Livium* 35. 44. v. *Voss. de analog.* 3, 25. qui & apud *Gellium*, 5, 14. ait legi *parſiſſe*, quod tamen in meis codicibus non invenio. *Bosius*. *Leid.* etiam *parſerat*, item *Voss. A.*

³ Partim patria expulſiſſ.] In quibus & ipſe *Thraſybulus* ob opes excidit patria. *Scholia in Ariſtoph. Plutum*: vſ. 550. Ἐποτρὸν δὲ τὴν ἐξ ἀπορίας (τυράνων) ἐκπερῶν. *Gebhardus*.

⁴ Partim interfeciſſe] Mille quingentos indiſta cauſa necarunt, inquit *Aeſchines de falſa legat.* & adu. *Cteſp.* *Lambinus*. Initium caedis ab *Alcibiade* factum, ait *Juſt.* 5, 8, 12. *Bof.*

⁵ Princeps] Πρωτῶν. I. *Hamilcare*; Princeps largitione vetuſtos pervertit mores *Carthaginiensium*. *Virg.* lib. 1x. *Aeneid.* Princeps *ardentem conjacit lampada* *Turmus*. *Caesar.* lib. 1. *Comm.* cap. 12. *Quae pars civitatis Helvetiae inſignem calamitatem populo Romano intulerat, ea princeps poenas perſolvit*. cap. 41. Princepsque *decima legio per tributos militum ei gratias egit*. lib. 1. *Civil.* cap. 76. *Princeps in haec verba jurat*. *Cicero* in *Antonium*; *Ille Princeps fuit ad conatum exercitus comparandi*. Et in *Verrem*: *Sicilia Princeps ſe ad amicitiam populi Romani applicuit, & prima omnium Provincia eſt appellata*. *Gebhardus*. Vide *Bosium* ad *Ageſilaum* cap. 1. n. 2. & *Davies*. ad *Caes.* L. 1. B. G. c. 12. & hinc *Principes* dicuntur, quorum in unaquaque re eſt dignitas auctoritas ve praecipua. *Cort.* ad *Salluſt.* *Catil.* cap. 24. n. 2. *Duker.* ad *Florum*. L. 4. cap. 2. n. 92. & *Weſſeling.* Lib. 1. *Obſ.* cap. 8.

⁶ Bellum his indixit] *Xenophon.* 2. *Diodorus* 14. *Valerius Max.* 5, 6. *ext.* 2. *Juſti-*

CAP. II.

Hic enim quum ¹ Phylen confugisset, ² quod est ³ castellum in Attica munitissimum, non plus habuit secum, ⁴ quam triginta de suis. Hoc initium fuit salutis ⁵ Actaeorum; hoc robur libertatis ⁶ clarissimae

Justinus 5, 9. & ex eo *Orosius* 2, 17. Savaro.

¹ *Phylen confugisset*] Quae est finitima Tanagrae, centum stadiis, teste *Diodoro*, distans Athenis: praeterea Oeneidis tribus pars. *Scholia in Aristophanis Plutum, Act. 5, Sc. 1.* φυλὴ ἢ θήμη ♂ Ἀττικῆς καὶ οἱ ἐνοικῶντες φυλάσσει. Quare & ad verbum in *Stephano* reperiuntur. Alluserat quoque superius: μετὰ ταῦτα φυλὴν κατωλαβὼν κληθεὶς τυραννίης. *Gebhard.* Biennio post urbem captam castellum hoc in finibus Atticis, cum quibusdam exulibus occupavit, mox etiam Piraeum, adiutantibus ipsium, & opibus suis sublevantibus peregrinis etiam, ut Ismaenia Thebano, & Lysia oratore Syracusano. Vide de eo *Clem. Alexandr.* lib. 1. *Stromat.* pag. 348. VIII, 2, 2. Neque vero hic contemptus est primo a tyrannis, sed ejus solitudo. Ita est in *Mf. nostro.* Nathan Chytraeus & alii legunt: Neque vero hic modo contemptus est. *Lambinus* aliter. *Schopp.* IV. *Verf.* II. quem *Dn. Boeclerus* in secunda editione sequitur, e veteribus libris legit: Neque vero hic non contemptus est primo a Tyrannis, nec ejus solitudo. quod cum *Lambini* scriptura convenit, nisi quod is pro nec, legit neque. *Barthius* addit: sed & ejus solitudo. Priorem tamen lectiorem caeteris omnibus

praefert, & recte. Vide *Boecler. Ernstius.* Plura *Meursius de populis Atticae* pag. 144. seqq. *Bosius.* *Leid. Phylem.* *Voss. B. Philen.*

² *Quod est castellum munitissimum*] Occupandum esse iis, qui cogitata suo exitu honestare desiderant, tale copiis suis receptaculum atque ὀρμητήριον, disci potest & aliorum exemplo. Sic *Phialensium* exules apud *Diodorum* 15. Πρώτον ἦν φιάλειον οἱ φυγάδες συσχεφόντες κατωλάβοντο πῶς καλεῖσθαι Ἡεταῖα χωρὶν ἰσχυρὸν, ἐν ταύτῃς ὀρμητήριον παρεστῆσσαν εἰς πῶς φιάλην. *Caesar* B. Civ. 1, 14. Nihil circa *Capuam* tutum esse omnibus videtur. *Capuae* primum sese confirmant & colligunt. De *Pompejanis.* *Zonaras* Tom. 2. ἀμαχεὶ καταχόντες πῶς Ἀπῖδα οἱ Ῥωμαῖοι, τῷ πολέμῳ ὀρμητήριον ἐπιστάσασθε. Et de *Antiocho*: Ὁ ἦ ἐς πῶς Θεβῶν, ἰνquit, ἰπεριμάθη, καὶ ἄλλα τε περιήσασθε, καὶ πῶς Ἀστυμαχίαν ἀνεσπυρίαν συνήκισσε, ὡς ὀρμητήριον τῶν ἡμετέρων ἰδῆ. *Gebhardus.*

³ *Quam triginta*] Imo circiter septuaginta tradit fuisse *Xenophon.* *Lambin.* *Quam* agnoscunt nec *Leid.* nec *Voss. A. B.*

⁴ *Actaeorum*] Ita lego, secutus vestigia *Codicis Dan.* in quo fuit *Actaeorum.* *Actaei* enim dicti Athenienses ab *Acte*, quod antiquissimum Atticae nomen fuit, ut plu-

2 rissimae civitatis. ¹ Neque vero hic non contemptus est primo a tyrannis, atque ejus ² solitudo. quae quidem

ribus auctororum locis docet *Meursius de Regib. Atheniens.* 1, 2. quibus addas licet *Suidam in 'Ακλῆ*, & *Eustathium Schol. ad Dionys. Perieg. pag. 60.* *Stephanus: 'Ακλῆ, οὗ ἢ Ἀττικὸν εὐαχέιτο, ἔστι Ἀκλαίη τῆς. Τὸ εἰρημὸν, Ἀκλαίη, ἢ Ἀκλαία,* &c. Unde *Artaeum ἰκκοί* apud *Lycoplonem Cassandrea*, hoc est, ut *Tzetzes* exponit, (v. 504.) *οἱ ἦν Ἀβωῶν ἀγροίαι:* & *Aetaea Ceres Statio Silv.* 4, 8. *Aetaea arva* Ovidio *I. Metam. juga* Claudiano 3. de raptu *Proserpinae*; & *Aetaea ora* Val. Flacco lib. 1. *Adi Meursium l. c. sub finem.* *Bof. Adde* *Celeb. Perizon. ad Aelian. L. 6. V. H. cap. 1.* & ad *Sanctii Min. L. 1. cap. 7. pag. 60. Hoc in f. s. A. h. rebur* absunt a *Cod. Leid.*

5 *Clariss. civitatis*] Vide ad 7, 11, 5. Male q. edd. *carissimae.* *Bofius.*

¹ *Neque vero hic non cont. e. p. a. tyr. atque ejus solitudo*] Interpolatum a *Lambino* ita; *Neque vero hic contemptus est primo a Tyrannis, sed ejus solitudo.* Antiquae editiones *Neque vero hic non contemptus est primo a tyrannis, neque ejus solitudo.* *Lambini* iudicium quo admodum fastidit, impugnant consequentia: nam expresse indicant, eum fuisse despectum a triginta. Membranae *Schotti*, *Savaronis*, atque *Ultrajectinae* Editiones. *Neque vero hic non contemptus est primo a tyrannis, atque ejus solitudo.* Quam lectionem longe vulgata & commento *Lambini* potiore pronunciar politissimus *Schottus*. Unicus collabescensium per *Germaniam* cultiorum litterarum tibicen atque *Atlas Casp. Barthius* lib. 14. *Advers. cap. 18.* ut se-

rii ac rei convenientissimam *Lambini* commendat lectionem, immemor ejus esse *Fabri*, qui nummos plumbeos cudere soleat. Membrana *Curioni* collata: *neque vero hic modo contemptus est primo a Tyrannis, sed ejus solitudo:* hinc facit *sed &*, huicque se scripturae palam subscribere testatur. Mihi *Codicis Mendozani* lectio arridet. Quamvis *Clarissimus Vossius* nosster pro *non*, malit reponere *tam*; dicatque *το atque* heic valere *quam.* ut in illo *Plauti Amph. Act. 1. sc. 1. Nimis simi' est mei. Idem habet petasum ac vestitum tam consimil', est, itaque ego.* *Gebhardus.* *Lectio* *Miss. codicum Schotti*, & *Leid.* itemque *Savar.* ac *Ultraj. editionum*; quam ut omnium optimam, post *Schottum & Gebhardum* probat *Ampliff. Beeclerus.* *Consentiant* edd. antiquae & *Msc. Bqocl.* ac *Bavarici Schoppio verisim.* 4, 2. laudati: nisi quod pro *atque* habent *neque.* Qui negandi particulam eji- ciunt, (ut *Lambinus & Barthius Advers. 24, 18.* itemque *codex Ernstianus*) h. m. *neque vero hic cont. e. pr. a tyr. sed ejus solitudo.* eos continens versiculus redarguit, nam eo diserte despectus a tyrannis *Thrasylbulus* dicitur, nisi tamen, quod valde vercor, & illud despecto, &, quod praecedit, *contemnentibus* ab aliena sunt manu. *Miss. Curionis*, & quidam editi: *neque vero hic modo contentus est pr. a t. sed ejus solit.* Unde *Barthius* faciebat: *sed & ei, solitudo* *Vossius* pater malebat, *neque vero hic tam contentus est a tyr. atque ejus solitudo.* Sed vix ita loquutum crediderim *Nepotem.* Ceterum *Xenophon* 2, *Diodo-*

dem res & illis contemnentibus, ¹ pernicii; & huic despecto, saluti fuit. haec enim illos ad persequendum segnes, ² hos autem tempore ³ ad comparandum dato

², Diodorus 14, Justinus 5, 9. aliique hanc rem narrantes nihil de contemptu hoc, sed tyrannos statim obviam Thrasybulo ivisse, tradunt. Bosius. Leid. neque vero hic neque. Voss. A. Neque vero hic non. B. neque vero hic modo.

² Solitudo] Solitudinem vocat inopiam sive infrequentiam vires conjugentium. Curr. lib. ix. cap. 23. Stabat enim in conspectu tanti exercitus veluti in solitudine destitutus. lib. v. cap. 52. Ingens ergo in tabernaculo solitudo erat paucis spadonibus (quia quo discederent, non habebant) circumstantibus regem. Tacit. lib. xi. Annal. cap. 32. Atqui interim tribus omnino comitantibus (id repente solitudinis erat) spacium urbis pedibus emensa, vehiculo, quo purgamenta hortorum eripiuntur, Hostiensem viam intrat. Lactantius lib. i. cap. 7. Infit. Si Deus unus est, quae esse beata Solitudo queat? Tanquam nos, qui immum esse dicimus, desertum ac solitarium esse dicamus. Apul. Apolog. vocat solitatem de Cratete, multis servis a se remotis solitatem delegit. Gebh. Male alii solitudo, ut antecedentia docent. Bosius. Leid. neque ejus solitudo. Voss. A. atque ejus solitudo. B. sed & ejus solitudo.

¹ Pernicii] Sic e vet. codice laudat Gifaninus Ind. Lucret. voce Rabies, repperitque in suo & Pet. Daniel. Similiter Sisenna histor. 6. Romanos inferendae pernicii causa venisse. Cicero pro Roscio cap. 45. quorum nihil pernicii causa factum putamus. &c. Ita utrumque locum laudat Gellius 9, 14. docetque ead.

ratione ab aliis dictum facii, dii, progenii, luxurii, acii, specii, adde Voss. de analog. 2, 19. & Bangium l. i. pag. 98. Laudat utrumque locum & Nonius cap. 8, 24, sed corrupte utrobique pernicii, & in priore pro inferendae, in re cerne legitur, mox Dan. mutato verborum ordine, segnes ad persequendum. Bosius.

² Hos autem tempore ad comparandum dato facti robustiores] Nempe socios Thrasybula: quia non in eos inquirebatur aut animadvertebatur, nacti sunt tempus, quo comparant necessaria ad subvertendos Tyrannos. Curt. 6, 5, 11. Hostem speraveris, valentiorum negligentia facies. Diodorus lib. 18. Ὅπως δὲ ἔπειτα ἄλλοις ἐπαυμένους διατρέχοντες τὰς ὁδοὺς καὶ καταστροφὰς τῆς Ἀστυνοίας, οἱ δὲ Ἀστυνοίαι ἔχοντες τὰς ἁγῶνας ἀποστραφέντων ἑῶν ἐπὶ τὴν πόλιν ἤλθον. De M. Licinio Crasso Diod. l. 21. Ἀλλὰ ἴσθη ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ διατρέχοντες ἀγῶνας, καὶ ἴσθη ἐν Συρίᾳ παρὰ τὴν ἐπιθυμίαν, παρεγένοντο τοῖς ἀστυνοίαι καὶ ὁδοῖς ἀποστραφέντων ἑῶν ἐπὶ τὴν πόλιν ἤλθον. Cicero pro Quintilio: Illis autem id tempus impugnandi datur, quum vitandi illorum impetus potestas adempta nobis erit. Gebhardus. Pro hoc q. edd. hostes. sed alterum meliores libri firmant. Bosius. Voss. B. robustiores. & paullo ante exhibet segnes ad persequendum.

³ Ad comparandum] Suspectus Lambino locus: legendumque videtur ad se comparandum, seu se comparandos; vel ad exercitum comparandum; vel hoc totum ut supervacaneum delendum, cui recte Gebhardus

3 dato fecit robustiores. Quo magis praeceptum illud omnium in animis esse debet: *Nihil in bello oportere contemni.* ¹ nec sine causa dici: ² *Matrem timidi flere non solere.* ³ Neque tamen pro opinione Thrasybuli auctae sunt opes. Nam ⁴ jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnant.

das censuit dandum elleborum. Solent enim hoc & aliis hujusmodi verbis scriptores absolute uti. Plane ad hunc modum Livius 35, 44. *ut Romani tempus ad comparandum habeant.* Et 42, 52. *extraactam hie mem, ut tempus ad comparandum haberet.* Idem 38, 12. *Attalum fratrem domum ad comparandum dimittit.* Ita enim e Mss. legendum docuit Gronovius. Noster infra 23, 7, 1. *Cum in apparando acerrime esset occupatus.* Subaudiendum autem vel *se*, vel *copias, exercitum, bellum*, aut aliquid simile. *Bosius.* Adi cl. Graevium ad Ciceron. L. 15. ad Fam. Ep. 5. Cel. Perizon. ad Sanctii Minerv. L. 4. cap. 3. n. 13. & cl. Cort. ad Sallust. Catil. cap. 6. n. 5. Hinc posset confirmari Lectio Codicis Mss. Oxoniensis in Miltiade cap. 5. *nova arte, vi summa commiserunt.* omisso *praelium.* Nam Latini aequae ac Graeci similibus Ellipseos generibus gaudent: itaque nec spernendae sunt duae, Mss. Codicum scripturae in eodem Milt. cap. 7. Prima est ex Cod. Ms. Schefferi & Voss. B. *copias eduxit:* omittentibus *e navibus.* Eodem modo, quo in Themistocle cap. 8. in fine. *Ibique Themistoclem exponit.* Scilicet e navi in terram. *Conscendere* pro *navim conscendere* dixit Cicero L. 6. ad Att. Ep. 8. ubi vide Notas. & contra *scire* & *egredi* pro *e navi descendere* Interpr. ad L. 9. ad Fam. Ep. 6.

& cl. Burm. ad Quintil. Declam. 12. cap. 1. & quomodo Noster in Alcibiade cap. 8. n. 5. locutus est. Altera in eodem Miltiadis capite ex Voss. B. *A rege corruptus, infectis rebus, discessisset.* omittente a *pugna.* *Mittere* pro *legatos mittere* vidimus ad Themistocle. cap. 2. ibid. cap. 5. in Voss. C. pro *male rem gesserat, male gesserat* scriptum est. Adde Cort. ad Sall. Jug. cap. 92. in fine. De voce *segnis* vid. Brockhufius ad Tibull. L. 2. El. 1. vs. 20.

¹ *Nec sine causa*] Voss. A. *neque sine causa.*

² *Matrem timidi flere non solere*] Dicitur contra auidaciam & securitatem. Timidus enim cum nihil temere adeat, sed sibi semper optime caveat, a periculis etiam est tutior; atque propterea maternis lacrymis ob damna accepta minus obnoxius. Germani dicimus: *Es nen geringen Feind soll man nicht verachten.* *Ernstius.* Videtur auctor illud *Homeri Iliad.* 5. & 15. respexisse.

Ἰδὲ μὲν τὸ ἀνδρῶν ἀλλοτρίων αἰεὶ
ὡς πείσαντα.

Solmo sapienter *Proverb.* x, 1. *Fillius sapiens lactitia afficit patrem; filius vero solidus mesitiae est matri suae.* Si nimirum stobde, imprudenter, & improbe progrediatur, tam in belli quam pacis negotiis. Vide & cap. xiv, 16. *Loccenius.*

³ *Neque*

bant. ¹ Hinc in Piraeum transit, ² Munychiam-
que munivit. Hanc bis tyranni oppugnare sunt ad-
orti: ab eaque turpiter repulsi, protinus in urbem,
armis impedimentisque amissis, refugerunt. Usus est
Thrasylbulus ³ non minus prudentia, quam fortitu-
dine. nam cedentes ⁴ violari vetuit. *cives enim civi-
bus parcere aequum censebat.* ⁵ neque quisquam est
vul-

³ *Neque tam. pro. opin. Thrasylbuli
auctae sunt opes.]* Tradit tamen Dio-
dorus 18. brevi tempore convenisse
homines mille & ducentos; & his
copiis eductis eum irrupisse mane
inopinato ac de improvise in xxx.
tyrannorum castra, multisque eo-
rum interfectis illos Athenas se re-
cipere coegisse. Lambinus. Pro ta-
men Voss. B. tum.

⁴ *Fam tum illis temporibus fortius
boni pro libertate loquebantur, quam
pugnabant.]* Ante ex abusu liberta-
tis & nimia felicitate; postea ex
adulatione & servitute tyrannorum,
quae duo solent esse pediculae ma-
sculorum animorum. Haud abs-
re dixit Homerus, dimidium virtu-
tis vel animi auferre servitutum.
Livius 8, 22. Gracchi, *gens lingua ma-
gis strenua, quam factis.* Et 31, 44.
*Athenienses literis verbisque, quibus
solis valent, bellum adversus Philip-
pum gerebant.* Ovidius Fast. 3. *Fa-
tumidum, sed male forte genus.* Loc-
cenius. Videtur autem Nepos, ut
etiam Magis observatum, tecte car-
pere Romanorum ignaviam, qui
Caesaris aliorumque tyrannidem
verbis magis, quam facto, oppu-
gnabant. Vide Cicer. ad Attic. 14,
6 & 15. Bosius. Fortius est hic con-
stantius, majori ac fortiori animo.
v. cl. Duker. de Latinitate Jstorum
pag. 377. & Cl. Burm. ad Quin-

tilian. L. 2. Inst. Orat. cap. 12. &
ad L. 5. cap. 10.

¹ *Hinc in Piraeum.]* Sic Diodorus
14. nisi quod tradit hoc factum esse
post irruptionem illam nocturnam,
seu potius matutinam, factam in
castra adversariorum, quam modo
retuli. Cum Diodoro congruit &
Xenophon 2. Lambinus. Piraeum Leid.
& Voss. A.

² *Munychiamque.]* Corrupte Dan.
Mintchiamque. Bosius. Leid. & Voss.
A. Mintchiam. sed in Marg. al. Mu-
nichiam. paullo post pro *impedimen-
tisque* Voss. A. *impedimentis.*

³ *Non minus prudentia.]* Nihilo-
minus Conon Thrasylbulum a no-
mine *temerarium* in capiendis consiliis
appellabat. ut ait Aristoteles Rhetoric.
2. Magius.

⁴ *Violari.]* Leid. Voss. A. & B.
violari.

⁵ *Neque quisquam est vulner. nisi
qui prior impugn. vol.]* M. Tullius
pro Marcello cap. 6. *Vidimus tuam
victoriam, praeliorum exitu termina-
tam; gladium vagina vacuum in urbe
non vidimus, quos amissimus cives, eos
vis Martis perculit, non ira victoriarum.*
Idem pro Q Ligario cap. 6. *Cogni-
ta clementia tua, quis non eam victo-
riam probet, in qua occiderit nemo, nisi
armatus.* Lambinus. Tacitus 4 H.
39, 4. *Recentes clarosque rerum fama
ac militum studiis, etiam populus fo-
vebat,*

vulneratus, nisi qui prior impugnare voluit. ¹ neminem jacentem veste spoliavit: nil attigit, nisi arma quorum indigebat, ² & quae ad victum pertinebant.
 7 In secundo praelio cecidit Critias dux tyrannorum, ³ cum quidem exadversus Thraſybulum fortissime pugnaret.

CAP.

webat, quia in neminem ultra aciem faevierat. Impugnare verbum quoque Ciceroonianum, ut ad Atticum: Sceleratos civis timore ab impugnanda Patria deterrevit. Gebhard. Adde Grot. d. J. B. & P. 3, 11, 10. Bosius.

¹ Neminem jacentem veste spoliavit] Testatur hoc & Xenophon 1. de reb. Gr. Lambinus. Turpe enim habitum est, ex mortuis lucrum captari: unde & proverbium circumlatum, cujus meminit Aristoteles Rhetor. 2. εἶεν, inquit, ἢ ἡ πρᾶξις τὸ, κ' αὖ ἐπὶ νεκρῶ φέρειν. Magius. Jacentem hic proprie de interfecto usurpatur. Livius L. 2. c. 46. Quum M. Fabius consul transfuit jacentis corpus. Consule DD. VV. Scheff. & Burm. ad Phaedr. Lib. 1. fab. 24. v. ult. ut κείσθῃ apud Graecos Eur. Hecub. v. 695.

Τινὶ πόντῳ ΚΕΙΣΑΙ,

Πεὶς τίνος ἀνθρώπων.

In Oreste v. 1489. Νεκρῶ δ' ἴμπτου, εἰδ' ἕμελλον, εἰδ' ΕΚΕΙΝΤΟ. Aelianus Lib. 13. V. H. cap. 1. p. 791. Ed. Periz. ἀφῆκε ἢ τὸ βέλῳ, ἢ ἔτυχε τὸ πρῶτον μάλα ἰσχυρῶς. ἢ ὁ μὲν ΕΚΕΙΤΟ.

² Et quae ad victum] Alii libri, quaequae ad victum. Gebhardus.

³ Cum quidem exadversus Thraſybulum fort. pugn.] Libri omnes exadversus, quod verum est. Apud Floridis. Samos Icario in mari medi-

ca insula est, exadversum Miletos ad occidentem ejus sita, nec ab ea multo pelagi dispeſcitur. Terent. Andr. A&T. 4. Sc. 2. Exadversum ei loco Tonſtrina erat quaedam. utitur & Phormione A&T. 1. Sc. 2. Gebhardus. Mf. Schoppij legit: cum quo exadversus Thraſybulus fortissime pugnaret. Quod Barthio non probatur lib. XXIV. Advers. cap. XV III. Verum, si pro pugnaret, scribatur pugnavit, a Barthio quae contradicuntur, nihil valent. Ernst. Sic jam Savaro edidit, haud dubie Mf. condictum fide. Nec aliter Gif. Dan. Boecl. & quem Schoppius veris. 4, 2. laudat, nisi quod hic pro quidem, quomodo; & pro Thraſybulum, Thraſybulus, Boecl. vero pro quidem, aliquid; unde tentabam: cum aliquando, vel, cum aliquo exadv. Thraſybulum f. p. Praefero tamen cum quidem; quomodo & 23, 2, 6, ac 24, 2, 2. loquutus. Exadversus Thraſybulum dixit, ut sup. 2, 3, 4. exadversum Athenas. ubi vide quae annotavimus. Schoppianam lectionem recte improbat Barthius Advers. 24, 18. Bosius. Pro nihil Leid. nil. item Voss. A. praeter B. nihil. Pro ad victum. Voss. A. id. victum Voss. B. quae ad victum omisso &, qui pro Critias, Chritias. Pro quum quidem adversus Leid. exadverso. Voss. B. cum aliquid exadversus.

⁴ Hoc deſerto] Immoiato, maſtato. Senec. Herc. Oetago v. 921.

CAP. III.

Hoc dejecto s Pausanias venit Atticis auxilio, r
 rex Lacedaemoniorum. Is inter Thrasybulum
 &

*Victima haud ulla amplior
 Potest magisque opima mactari Jovi
 Quam rex iniquus.*

Nam deicere est verbum Sacrificio-
 rum. Flaccus Lib. 1. Argonaut v. f.
 191. & Lib. 2. v. f. 333. Hanc me-
 am interpretationem adjuvant Ju-
 stinus Lib. 5. cap. 10. Tyranni ut
 pacis victimae trucidantur. Vide
 Plutarchum Dione & Minucium Fel-
 licem. Hoc verbum quoque locum
 sibi vindicat in pugnis, ubi alter ab
 altero prosternitur. Curtius L. 3.
 cap. 16. *Fientes querebantur in tanto
 impetu cuiusque rerum omnis aetatis
 ac memoriae clarissimum regem non in
 acio saltem, non ab hoste dejectum; sed
 abluentem aqua corpus ereptum &
 extinctum.* Auctor Thebaidos. v. f.
 637.

— *Exsultes licet*

Victorque fratris spolia dejecti geras
 Claudianus. *Ter geminique ducis nu-
 merosos deicis artus.* Idem de B.
 Getico v. f. 164.

— *Qualem Silioco dejecerit ho-
 stem.*

Respondet huic Graecorum *κατα-
 βύων*, quo primum in ea signifi-
 catione usus Homerus Rhapsodia
 2. Diod. Lib. 14. *ἡ γὰρ τελευτή*
 KATEBAON Lib. 16. *ἡ γὰρ ἰσχυ-
 ρία ἐν ὀλίγῳ* KATEBAON. Hinc
 invictus, qui a nullo est quasi de-
 jectus ac humi stratus ἀκατάβητος
 apud Aristoph. Nub. ἀντλῆς, ὁ
 μανδύι καταβύωνος. Translatum
 praeterea hoc verbum est ad venat-
 us, in quibus ferae deicis dicuntur

Cart. Lib. 8. c. 3. *Ille quatuor mil-
 libus ferarum dejectis, in eodem sal-
 tu cum toto exercitu epulatus est.* Pha-
 edrus fabula 32. *Super Furvencum sta-
 bat dejectum Leo.* Gebhardus. h. c.
 interfecto, prostrato. Id enim saepe
 hoc verbi notat; v. Ind. Ni-
 mium fabrilis h. l. Gebhardus, qui
 exponit *immolato, ac mactato.* Nam
deicere, inquit verbum est sacrifici-
 orum. Tyranni autem, *ut pacis
 victimae trucidantur*; quomodo hac
 ipsa in re Justinus loquitur 5. 10. 9.
 Quid attinet tam longe petere,
 quod in propinquo est? Bosius.
 Verbo *deicere* tam de caede homi-
 num quam ferarum in sacris, & in
 venatu veteres fuisse usos docet cl.
 Burmannus ad Phaedr. Lib. 2. fab.
 1. verbo *καταβύων* de Victore ho-
 stem in praelio prosternente poni
 docet Doctiss. J. Alberti in Apo-
 calypf. Joannis cap. 12. com. 10.
 & esse Metaphoram a Victimis de-
 sumptam patet ex Euripide in Ore-
 ste v. f. 1605. *Καὶ σπύρι καὶ βοῶν
 ΚΑΤΑΒΑΟΙΣ.* Bosius vero male
 Gebhardum hic nimiae subtilitatis
 inculsat.

5 Pausanias venit Atticis auxilio]
 Lambinus maluit; *venit aliis auxi-
 lio*; in hunc sensum: Critia inter-
 fecto venit aliis tyrannis auxilio
 Pausanias. Sed ipsis, quae ex Xo-
 nophonte citat, se jugulat. *Ἀπὸ τῆς
 ἰδίας νομισατο τὰς Ἀθῆνας, καὶ τὰς
 ἰσχυρὰς τῆς, ἰσχυρὰ τῶν φρεσῶν.* Nam
 si tyrannos eorumque satellites ur-
 be expulit; quibus aliis istud auxi-
 lium,

& eos, qui urbem tenebant, ¹ fecit pacem, his conditionibus: *ne qui praeter triginta tyrannos, & decem,* ² *qui postea praetores creati, superioris more crudelitatis erant usi, afficerentur exilio: neve bona publicarentur: reipublicae procuratio populo redderetur: Praeclarum*

lium, quam Atticis expetiit. Vulgatam porro lectionem stabilis Diodorus 14. Διότιρο Ἀθλωνίσι μὲν ἐνομήσαντο τῶν πατριδῶν, καὶ τὸ λοιπὸν τοῖς ἰδίῃσι νόμοις ἐπολιτεύοντο. Gebhardus. Voss. A. Paus. v. Atticis rex auxilio.

1 Fecit pacem] Non Misericordia, ut, Justin. ait 5, 10, 7. sed simul quod Lysandro, (qui paulo ante Lacedaemone tyrannis auxilio venerat) invideret, simul etiam, quod Spartam male apud Graecos audire intelligeret. Diodorus l. c. Adde Xenophontem Hist. Graec. 2. Bofius. Pro ne qui Voss. B. neque.

2 Qui postea praetores creati, superioris more crudelitatis erant usi] Qui ad turbatas res amice componendas constituebantur, illi superiorum xxx. tyrannorum crudelitatem aemulabantur atque exercebant. Diodorus 14. οἱ δὲ ἐν ταῖς Ἀθῆναις τὰς μὲν τελευτῶντας τῆς ἀρχῆς πάντας, ἐν τῆς πόλεως ἐξέπιμψαν, δίκαιον δ' ἀνδρα καταστῆσαν, οἱ δὲ βαυνο μέγιστον φρικτὴν διακλίθεον τὸν πόλεμον. ἔπειτα δὲ ἀλαβόντες τῶν ἀρχῶν, τῶντων μὲν ἡμίλησαν, ἑαυτοὺς δὲ τυραννίς ὑποδείξαντες. Gebhardus.

3 Superioris more crudelitatis] Hoc est, ut Justinus 5, 10, 5. de iisdem scribit, nihil exemplo prioris dominationis territi, eandem viam crudelitatis aggressi. Bofius. Mos pro exemplo saepius ponitur. Vide Vossium ad J. Caesarem. L. 1. B. Gall. cap. 8. & Dukerum ad Florum. lib. 4 cap. 6. n. 3.

4 Neve bona] Ed. Lambini inserit *cujusque*. Bofius. *Cujusquam* habet editio Oxon.

5 Praeclarum hoc quoque Thrasymbuli.] Narrant Xenophon Hist. Graec. 2. extr. Andocides Orat. de mysteriis, Aeschines Orat. contra Ctesiphontem, Cicero apud Dionem Cassium 44. Valerius Max. 4, 1. ext. 4. Justinus 5, 10, 11. & Scholiastes Aristophanis ad Plutum. 5, 1. historicopolitica commentatione illustrarunt viri doctissimi, Boeclerus in Dissert. de Armetia; olim cum Vellejo edita, & Jo. Strauchius in Thrasymbulo Nepotis, Lipsiae, cum ibi humaniores literas doceret, edito. Inter gloriosa Atheniensium facta recenset Phitarchus extr. lib. de gloria Atheniensium. Bofius. Leid. praecclarum in hoc quoque Thrasymbuli.

6 Legem tulit] Cujus fragmentum Petitus in Commentario ad Leges Atticas 8, 4. putat legi apud Lysiam Orat. contra Ctesiphontem, in his verbis: καὶ τοὺς μὲν τῶν ἀνδρῶν Ἀθηναίων παίδας, ὧν οἱ πατέρες συνδεδόσμενοι ἦσαν ἐν ζωῆσι, ἀπειπεῖν ἐν τοῖς νόμοις ΜΗΤΕ ἈΔΙΚΟΝ, ΜΗΤΕ ΔΙΚΑΙΟΝ ΑΕΓΕΙΝ. quam recte, viderint alii. Bofius.

7 Ne quis ante altarium rerum accusaretur, neve multaretur] Valerius Maximus: *ne qua praeteritarum rerum mentio feret.* Ipsi legis haec aut familia videntur fuisse verba: καὶ μισομαχεῖν ἀλλήλοισι τῶν γεγονυμένων: quod Andocides l. c. decretum ait.

clarum hoc quoque Thrasybuli, quod reconciliata pace, quum plurimum in civitate posset, ⁶ legem tulit: ⁷ ne quis ante altarum rerum accusaretur, neve multaretur: eamque illi [⁸ legem] oblivionis appellarunt.

zit. *Scholia Aristophanis*: ἡμεῖς αὐτοὶ ἰδοῦμεν, μὴ μνησικακίαν αἰδέσθαι καὶ ἀπάξ τὰς πόλιν. Cicero apud Dionem, μηδὲν τὸ παρῶν ὡς ἐγκαλῆσαι ποτε, μὴτε μνησικακίαν τινί. In formula quoque jurisjurandi, quo legi illi cuncti civis se obstrinxerunt, quaeque apud *Andocidem* pag. 217. (unde describere *Petitus l. c.* & *Boehornius de Amnestia* §. 2.) habetur: ἢ μνησικακίαν ἢ πλιτῶν ἰδέσθαι, quod etiam *Xenophon* & *Aeschines* innunt. *Bosius*.

8 *Legem oblivionis appellaverunt*] Abest a ver. libr. τὸ *legem*. *Justin.* L. 5. cap. 10. Quam Graeci ἀμνηστίας, Latini oblivionis legem interpretati sunt. *Valerius Max.* 4. 1. ext. 4. haec oblivio, quam Athenienses ἀμνηστίας vocant. *Muretus* tamen *Var. Leff.* 2, 15. allusum ad τὸ μνησικακίαν exemplis *Xenophontis* atque *Aeschini*, jamdudum a *Lambino* ad locum *Nepotis* allatis probat. Et, si verum fateri velim, habet ejus opinio nonnullam veritatis speciem, locique a *Lambino* diligenter congesti evincere videntur. Perspicio tamen aliquod discrimen. Lege sanciebatur μὴ μνησικακίαν. Legi autem nomen erat ἀμνηστία. *Aristophanes* *Pluto* 5, 1. Μὴ μνησικακίαν, εἰ σὺ φύλῳ καταλάβῃς. *Scholia*: ὅτε μετὰ τὸ καταλῆναι τὰς μετὰ θεοῦ βίβλους, φύλῳ καταλάβῆναι ἢ νικήσαντας ἐν πείραι τὰς τριάκοντα, ἡμεῖς αὐτοὶ ἰδοῦμεν, μὴ μνησικακίαν αἰδέσθαι καὶ ἀπάξ τὰς πόλιν. *Diodorus Siculus* 14. μετὰ τὸ πῶς παρῶν ἐν Κυρηναίῳ ὡς αἰδέσθαι

δὲ διαπρεβεσθέντες, ἀποδοῦναι ἑαυτοὺς μὴ μνησικακίαν, κενὴ τὴν πόλιν καταλῆσαι. *Idem* 16. Ὁ δὲ δῶκε λαμπρὰ μάχην νικήσας ἐδὲν ἐμνησικακίαν τοῖς Συρακουσίοις, &c. Talem se erga Athenienses gessit *Philippus* apud *Justinum* 9, 4, 4. Ἀμνηστίας venuste describit *Claudianus* 2. in *Ruffin.* v. 125.

Mens eadem cunctis, animisque recentia ponunt
Vulnera, non odit victus, victorque superbit. &c.

Flavius Vopiscus in *Aureliano* cap. 39. *amnestiam* fuisse decretam refert de exemplo *Atheniensium*. *Orosius* 7, 6. *Claudius* mox ut confirmavit imperium, *biduum* illud, quo de reip. statu infeliciter consultatum actumque fuerat, *memoriae* exemit, omniumque factorum dictorumve in eo veniam & oblivionem in perpetuum sanxit. Ita illam praeclaram & famosam *Atheniensium amnestiam*, &c. *ultranea clementia*, nullo expetente firmavit. *Gebhard*. Adde, praeter ea quae paullo ante diximus, *Boeclerus* de *Amnestia* cap. 2, 1. & seqq. ab eoque laudatos; itemque *Franc. Fabricium* not. in *Oros.* 2, 17. & *Nic. Abramum* *Commentario* in *Cicer. Philippic.* 1. pag. 479. & seqq. Quid vero sit *μνησικακίαν*, & quomodo a τῷ μνησικακίαν differat, docent *Scholia* in *Aristophanis* *Lysistratam* pag. 874. & *Ulpianus* in *Demosthenis* orationem contra *Aristocratem*; cujus locum adduxit *Boeclerus* cap. 2, 14. Porro *Mss. Dan. Leid.* *Boecl.* aberat vox *legis*, quae ex pro-

runt. neque vero hanc tantum ferendam curavit, sed etiam, ¹ ut valeret, effecit. ² Nam quum quidam ex his, qui simul cum eo in exilio ³ fuerant, caedem facere eorum vellent, cum quibus in gratiam reditum erat, ⁴ publice prohibuit: & id quod pollicitus erat, praeficit.

CAP.

ximo potest repeti. quare unciis inclusi. Fortassis autem Nepos scripsit, eamque illi oblivionem appellaverunt. Nam id proprie ἀμνηστία est. Atque sic & Valerius Max. interpretatur; sicuti Cicero Philipp. 1. 1. non recordationem; uti quidem is locus in membranis nostris caeteroqui non malis legitur. Sic enim illae: Graecum etiam verbum usurpavi amnestiam, id est, non recordationem, quod tum in sedandis discordiis erat civitas illa. quae si genuina sunt, frustra disputaverint viri docti, quodnam vocabulum Cicero respexerit. sed vereor, ne glossema sit. In iisdem membranis paullo ante prima manus scripsit. Ego cum sperarem aliquando ad vestrum consilium auctoritatemque revocatum. fors non male. Vulgo est, rempub. esse revocatum. quod etiam in nostro codice superscriptum, nescio an satis congruat ad verbum sperarem. revocatus autem dictum fuerit, ut amissus, & similia, de quibus supra ad 7. 6. 2. Pro recepta tamen Nepotis lectione facit, quod etiam a Plutarcho in praecipis politicis ἄμνηστια ἀμνηστίας, & a Vellejo decretum oblivionis dicitur. Bofius. Legem abest a Leid. & Voss. A. pro vero Leid. vere. & pro effecit, efficit.

¹ Ut valeret] Ut servaretur: nam multa legibus constituuntur, quae brevi frustra habentur. Tacitus Ann. 13, 51. Edixit Princeps, militibus im-

munitas servaretur, nisi in iis quae veno exercerent; aliaque admodum aequas quae brevi servata, dein frustra habita sunt. Sic Graeci usurpant ἰσχυρὰ πολυαία. L. 2. de Agesilao. ἰσχυρὰ ἀπὸ ἐχθρῶν γαμμήματα ἢ κείνην νόμῳ ἐξέθεν, ἀλλὰ τὸς παραίσις ἰσχυρὰ. Cicero Legem tribunus plebis tulit, ut Lex Aelia & Fufiana valerent. & pro Domo. De agris ratum est, de civitate non valuit. Gebhardus.

² Nam quum quidam &c.] Hoc cum impune facerent post Antalcidae pacem aliquot Graeciae civitates, multis ac magnis tumultibus ac periculis se implicuerunt. Diodorus lib. 15. Gebhard. Ex iis Voss. A.

³ Fuerant] Dan. fuerunt. Bofius. Sic & Voss. A. & paullo post Leid. & Voss. B. exhibent caedem facere vellent.

⁴ Publice prohibuit] An nova lege, Archino rogante lata, de qua ex Isocrate Petitus l. c? Bofius.

⁵ Huic pro tantis meritis honoris corona data est, facta duabus virgibus oleaginis] Honoris corona dicta est, quod ejus maxima dignitas esset ob virtutem, qua parta erat: & ex virtute victoriam, & ex victoria pacem: quam sapientes in bello quaerunt. Illius signum erant rami oleaginis: de quibus fufe & erudite Paschalius lib. 6. de coronis cap. 9. & 16. In bello Xerxis adversus Graecos, quidam Arcades per fugae in regis aspectum adducti, & interrogati a Persis, quid

CAP. IV.

5 **H**uic pro tantis meritis¹ honoris corona a po-
pulo data est, facta duabus virgulis oleaginis,
2 quae, 3 quod amor civium, non vis, expresserat, nul-
lam

quid agerent Graeci, responderunt, eos agere Olympia; rursus rogati, quodnam illis certaminis praemium esset, Oleaginam, inquit, coronam esse. Ibi Tigranes non potuit quin coram omnibus diceret: Papae Mardonii, in quos viros induxisti nos ad pugnandum, qui non pecuniarum certamina agitant, sed virtutis; ut & apud Herodotum Urania p. m. 471. & 472. Refert de Nicolao Soderino Machiavellus Historiae Florentinae lib. 7. p. m. 406. quod, quum magistratus Florentiae creatus, & signo Justitiae, ut vocant, more gentis positus, cum plebis applausu ad palatium deduceretur; inter eundem capiti corona oleagina imposita sit: quo nimirum pateret, omnem ab eo salutem libertatemque patriae pendere. Quin apud Romanos priuscorona graminea nulla nobilior fuit in praemiis gloriae. Plinius 22. 3. aureas & gemmatas post hanc fuisse scribit: non materiae (quid enim citius marcescit gramine?) quam meriti aestimatione. Sed hoc multis hodie non persuaderetur, imo deridiculo esset: quibus forident honores & praemia, nisi illis inaurentur. Laccenius. adde sup. ad 1. 6. 2. Bofius. Ergo nec e agnoscunt Leid. & Voss. A. B.

1 Honoris] Vocula ergo a Lambino contra membranarum consensum intrusa eliminanda. Elegantiissime enim a Nepote Corona honoris dicitur, quae honoris declaran-

di causa oblata est. Gebb. Male Lambinum contra consensum librorum addidisse ego, jam Schotto & Gebhardo annotatum. mox in ejusd. & aliis edd. legitur, facta e duabus virg. ol. Bof.

2 Quae quod am. civ.] Lambinus emendabat, quae quod eam am. civ. nulla necessitate. msc. Dan. quia quod amor. civ. expr. An fuit, quam quod am. e. e. Bofius. Leid. meus qui. Sed Voss. A. B. quam, ut conjecit Bofius, quae lectio mihi per placet. Elegans est antiptosis utriusque linguae scriptoribus admodum familiaris, & a Viris doctis satis illustrata. Vide Cl. V. V. Th. Munckerum ad Hyginum fab. 274. Manut. & Cort. ad Ciceron. L. 4. ad Fam. Ep. 1. J. Fr. Gronov. ad Liv. L. 2. c. 57. Burm. ad Petron. Satyr. cap. 134. & Cort. ad Sallust. Catil. cap. 11. n. 2. De Graecis vide Schol. Triclin. Soph. Ajac. vs. 103. & ad Eundem Stolbergium p. 130. & 202. Kuster. ad Aristophan. Plut. vs. 55. Periz. ad Aelian. L. 14. V. H. c. 43. n. 1. Gron. ad Arrianum L. 3. de Exp. Alex. M. cap. 1. itaque recte contra Grotium hunc loquendi modum sacris scriptoribus usitatum defendit Raphelius ad Act. Apost. cap. 15. comm. 36. Pro non vis Leid. & Voss. A. B. & non vis.

3 Quod amor civium, non vis, expresserat, nullam habuit invidiam, &c.] Videtur autem & haec Nepos Caesarem perstringere, cui non amor civium, sed vis, & metus

2 lam habuit invidiam: 1 magnaue fuit gloria. Bene ergo Pittacus ille, qui septem sapientum numero est habitus, 2 quum ei Mitylenaei 3 multa millia iugerum agri munera darent, 4 *Nolite, oro vos, inquit, id mihi dare, quod multi inuideant, plures etiam concupiscant. quare ex istis nolo amplius, quam centum iugera, quae & mei animi aequitatem & vestram voluntatem indicent.* Nam parva munera, diutina: locupletia, ¹ non

tot honores (de quibus ad 1, 6, 2.) peperit. Bofius. Verbum habere illuftrarunt D. D. V. V. Scheff. & Burm. ad Phaedr. L. 1. fab. 19.

1 *Magnaue fuit gloria*] *Lambinus* praefert, quod in aliis codd. fuit, *magnaue fuit gloriae*. Et ita plerumque nofter; utitur tamen alicubi & altera ratione. v. Ind. *Esse*. Bofius. *Magnaue fuit gloria*. Leid. Voff. A. & B.

2 *Cum ei Mitylenaei*] Scriptores varie narrant. v. *Diogenes Laert. lib. 1.* in Pittaco, *Plutarchus praeept. polit. & Valerius Max. 6, 5. ext. 1.* Bofius. Leid. *Pithacus*. & pro *Mitylenaei* Leid. *Militeni*. Voff. A. *Militeni*.

3 *Multa millia iugerum agri munera darent*] Aldina lectio: quae an & in Mss. reperiatur, ignoro. Illud scio, in aliis edd. legi, *multa millia iugerum agri & munera dar*. Exc. Dan. *multa millia iugerum & agri munera darent*. quod fortasse mutari non debuit. Nam utrumque Latine dicitur, *dare* alicui munus, & *muneri*. Propertius 2. eleg. 28. *Munera Dianae debita redde choros*. Vet. Inscriptio apud Gruterum p. 16, 2. J. O. M. JUNIA. DONACE. CORON. ET. SCEPTR. EX. ARG. MUNUS. ADTULIT. Alia pag.

47, 10. *Sume libens simulacra tuis quae munera Cilo Aris Urbanus deditat ipse sacris*. Sic *dare, ferre, ponere* quid alicui donum. In Priapeis: *obscenas rigido Deo tabellas Dat donum Lala-ge*. Inscriptio Augustana pag. 5, 6. JOVI. JUNON. MINER. ANTONIA. M. LIB. APHRODISIA. SCYPHOS. H. VENEREUM. SPECULUM. DONUM. DEDIT. Eborensis pag. 125, 3. VENERI. GENETRICI. CE- STUM. MATRONAE. DONUM. TULERUNT. Livius 4, 20. *Di- ctator coronam auream in Capitolio fo- vi donum posuit*. Bofius. *Lege mu- nera*. vide cl. Oudendorp. ad Fron- tin. L. 2. Strateg. cap. 11. n. 17. ex Cod. Leid. qui & *agri munera* cui consentiunt Voffiani A. & B. praeterquam quod & non addunt. De similibus consule cl. Burmann. ad Phaedr. L. 3. fab. 10. vs. 42.

4 *Nolite, oro vos, id mihi dare*.] Vulgo est, *Nolite, rogo vos, mihi dare*. Sed, ut edidi, legit Cod. Leidensis. Tò oro etiam in Dan. & Boecl. fuit. Tò id vero in iisd. & reliquis praeter Leidensem omni- bus absorpsit ultima syllaba vocis inquit. Bof. Oro etiam Leid. meus, item Voff. B. pro *mihi dare* Leid. & Voff. B. *id mihi dare*.

non propria esse consueverunt. Illa igitur corona ³ contentus Thrasybulus, neque amplius requisivit, neque quemquam honore se antecessisse existimavit. Hic sequenti tempore quum praetor classem ² ad Cili-
ciam appulisset, neque satis diligenter in castris ejus
agerentur vigiliae ³ a barbaris, ex oppido noctu eru-
ptione facta, in tabernaculo ⁴ interfectus est.

1 Non propria esse consueverunt] *Propria* eleganter heic dicuntur pro diuturnis. Exempla vide alia a Schoppio citata Lib. 2. *Vetisim.* cap. 3. Et Savaron heic. *Ernstius.* Nihil Virgilio familiarius est. Vide *Servium* ad *Ecl.* 7. vs. 31. ad 1. *Aen.* vs. 77. ad 3. *Aen.* vs. 85. & ad vs. 167. ad 6. *Aen.* vs. 872. & ad 7. *Aen.* vs. 331. & *Passerat* ad *Prop.* L. 1. *Ecl.* 2. vs. 6. item alios. Pro *consueverunt.* *Leid.* *consueverunt.*

2 Ad Ciliciam] Sic legendum, e vestigiis sui codicis, in quo fuit *Silicium*, non *Siciliam*, ut est in plerisque *Mss.* & *edd. vet.* recte monuit *Longolius*, *Magio* & *Lambino* probantibus. *Eurymedon* enim & *Aspendus*, circa quem locum occisus est (ut e *Xenophonte h. Gr.* 4. & *Diodoro* 14. cognoscimus) *Thrasybulus*, in *Cilicia* sunt, aut certe in *Pamphylia*, ad quam refertur a *Sylace*, *Dionysio* v. 852. *Strabone* 14.

Mela 1. 14. *Plinio* 5. 27. *Ptolemaeo* 5. 5. *Stephano*, aliis. *Cilicia* autem & *Pamphylia* sunt inter se finitimae; & in utriusque confinio ad *Eurymedontem* sita *Aspendus*. confines autem provincias confundi ab historicis, nihil novum. Immo, si recte rem putamus, fieri potuit, ut castra *Thrasybuli*, in quae *Aspendii* noctu irruperunt, ad *Ciliciam* (ita enim dixit *Nepos*, non in *Cilicia*) id est prope *Ciliciam*, fuerint. *Bosius.* *Leid.* *Siciliam.* *Voss.* *A. Ciciliam* B. *Ciliciam.* Pro *ejus ager suis ager.* *Leid.*

3 A barbaris] *Aspendiis*, ut e *Xenoph.* & *Diodoro* *ll. cit.* constat. *Bosius.*

4 Interfectus est] *Sepultus* *Athenis* in *Ceramico* extra oppidum, ut e *Pausania* docet *Meursius* in *Ceramico gemino*, nuper edito, cap. 21. *Bosius.*

I X. C O N O N.

C A P. I.

I¹ CONON ATHENIENSIS ² Peloponnesio bello accessit ad rempublicam, ³ in eoque ejus opera

DE CONONE vide *Diodorum* 14. *Xenophontem* *Hist. Graec.* 2. & 4. praesertim *Plutarchum* *Lysandro*, *Polyaenium* 1. *Athenaetum* 1. *Isocratem* *Euagora*, *Demosthenem* in *Leptinem*, *Aristotelem* 2. *Rhetor.* *Justinum* 5. & 6. *Boeclerus*. Caput ejus exstat in nummorum uno, cum inscr. ΚΟΝΟΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΩΤ. In postica parte, Mulier sedens, hastam puram sinistra tenens: pone eam thorax cum clypeo. Ante ara accensa, cui supervolat victoria, lauream mulieri porrigens. Infra, ut videtur: ΕΡΚΟΣ ΑΘΗΝΩΝ. *Bosius*.

1 *Conon*] *Timothei* filius. *Lambinus*. Ab eo diversus *Conon*, Astrologus Samius, aequalis *Archimedis* & familiaris: cujus meminere cum alii, ut *Archimedes* ipse praefatione *libri de Sphaera* & *cylindro*, *Callimachus* apud *Theonem* in *Aratum*, *Ptolemaeus* de *apparentiis Inevantium*, *Catullus* *carm.* 67. *Propertius* 4. 1. tum *Virgilius* *Eclog.* 3. 40. cujus verba perperam de nostro hoc accepisse *Servium* observatum *Schotto*, & *Salmasio* in *Plinianis*. *Bosius*.

2 *Peloponnesio*] *Voss.* A. B. *Peloponnesio*.

3 *In eoque ejus opera magni fuit*] *Laudat* & adstruit hanc *Puteani* emendationem pluribus *Savaro*, vindicatque sibi ipse *Nepos*, nam quidam *libri* *Mss.* exhibent, in eoque

ejus opere magni fuit. Infra *Epaminond.* tentat *cl. Schottus* *At in Graecia utique olim magni fuit, quia laudi abest & diphthongo ae superpositum i.* *Gebhardus*. Sic restituit hunc locum *Lambinus*, *Cl. Puteanei* conjecturam secutus, quam etiam *Savaro* & *Gebhardus* probant. Et juvant *Mss.* *Gif.* *Dan.* & *Pur.* in quibus erat, in eoque ejus opere magni fuit: a quibus hoc uno differunt *Mf.* *Savar.* *Ed. Ven.* & antiquiss. exempla *Lambino* laudata, quod pro *magni* habuerunt *magnus*: corruptela haud dubie ex ignorantia elegantissimi loquendi modi nata. denique & infra *Nepos* ita locutus est 14, 1, 2. & 24, 1, 4. *Longolius* edidit. in eoque opere magnus fuit. *Aldus* & alii: in eoque ejus operae magnus fuit usus. Utrique invitatis libris; in quibus legitur *ejus, abest usus.* *Bosius.* *Leid.* pro *magni, magna.* *Voss.* A. in eoque ejus opere magnus fuit. B. in eoque ejus operae magni fuit. *Longoliana* editio defendi posset loco *Themistoclis* cap. 6. *Magnus hoc bello fuit Themistocles, neque minor in pace.* tum *opus saepius* in *Mss.* cum *opere* confusum notaret hic *bellum*. Vide *cl. Burmann.* ad *Ovidium* *Epist.* 17. *Heroid.* vs. 256. Sic *Graecis* *εργον*. Vide *Casaubon.* ad *Polybium* pag. 109. & *Thucydid.* *Lib.* 1. cap. 80. qui ita saepius locutus est.

opera magni fuit. nam & ¹ praetor pedestribus exercitibus praefuit, & ² praefectus classis res magnas mari gessit. Quas ob causas praecipuus ei honos habitus est. ³ namque omnibus unus insulis praefuit. in qua potestate + Pheras cepit, coloniam Lacedaemone-

nio-

¹ Praetor pedestrib. exerc. praefuit] Primum anno belli hujus xx i i. cum Corcyram praesidio firmaret. *Diodorus* 13. Κόρινθον ἢ ὁ στρατός ἦν Ἀθηναίων ἡρώδης εἰς Κέρκυραν, &c. Dein anno xxv. cum aliis novem Alcibiadi suffectus, ut idem *Diodorus* cum *Xenophonte* *hist. Gr.* 1. & *Justinus* 5, 5, 4. narrant.

² Praef. class. res mag. mari gessit.] *Mf. Dan.* aberat res. Tentabam igitur: classis magnas mari rexit. Sæpius enim hoc bello classibus Atheniensium praefuit. nam Corcyrae praesidium illaturus cum xl. navibus, ut *Diodorus* ait, eo navigavit. Triennio post ab Alcibiade, & rursus anno xxv i i. reliquis praetoribus post victoriam a Lacedaemoniis ad Arginusas reportatam abdicatis, classem accepit. Nil tamen mutare audeo. *Bosius*. *Voss. B.* & res magnas mari gessit. In *Leid.* Et praef. cl. r. m. m. g. q. o. t. p. ei h. h. e. n. o. u. i. p. haec verba non reperiuntur.

³ Namque omnibus unus insulis praefuit.] Hoc neque apud *Xenophontem*, neque apud *Diodorum*, neque apud alium quenquam repperi: nisi forte id tempus intelligamus, quo victis ad Cnidum Lacedaemoniis adiutore Pharnabazo, classis regis Persarum praefectus omnes insulas a Lacedaemoniis avertit, & Graecos superbo Lacedaemoniorum dominatu liberavit. *Lambinus*. Qua de re videndi *Diodorus* 14. & *Xenophon.* *hist. Gr.* 4. qui posterior & Pheras navi-

gasse eum, ac Pharnabazo pollicitum, velle se navales copias ex insulis alere, scribit. Atqui *Nepos* ita hanc rem narrat, ut facile appareat, cum de tempore belli Peloponnesiaci, eoque non extremo loqui. Mox enim subjicit: Fuit etiam praetor extremo Peloponnesiaco bello. Quare paene est, ut vel tempora confundisc eum, vel de alia Pherarum occupatione loquutum credam. *Bosius*.

⁴ Pheras cepit.] Reclamantibus fateretur sic restituisse se libris *Lambinus*; sed *Rutgerius* variarum lectionum lib. 4. cap. 10. propugnat *Theram*. Gebh. Ita constanter *MSS.* edd. vet. nisi quod *Boel.* *Speras* habet, quod e soni affinitate, librario *Sphaeras* pro Pheras excipiente, natum vix dubito. quod autem *Rutgerius* var. lect. 4. 10. laudat *Theras*, vellem addidisset in qua editione id repperisset. Atqui Pherae urbs est *Thessaliae*, neque unquam eo colonia a Lacedaemoniis est deducta. Ita *Lambinus*; qui proinde primo existimabat legendum *Patras*, (ea urbs *Achaiae* fuit) quo coloniam Lacedaemone ductam e *Pausania* *Laconicis* & *Plinio* *N. H.* 4, 4. confiter: postea tamen Pheras praeferebat, urbem *Achajae*, *Pausaniae* *Achaicis* & *Stephano* memoratam. idque nomen & apud *Xenophontem* l. c. ac *Plinium*, 4, 5. putabat reponendum. *Rutgerius* l. c. & *Meysius* *Miscell. Laconic.* 1, 7. *Theram* reponi volunt, quam *Strabo* lib. 10. ἀποικίον

Λακωνικῶν, & apud eundem lib. 8. *Callimachus* Θῆρον Λακωνικά vocat; *Pausanias* vero *Achaicis* & *Laconicis* a Thera Thebano, Autefionis F. qui uno seculo prius quam Iones Athenis proficiscerentur, Lacedaemonios & Minyas e Lemno ejectos eo deduxerat, nomen accepisse, scribit. id quod pariter *Strabo* l. 8. tradit. Atque sic & apud *Xenophontem* hist. Gr. 5. ubi Conon Persarum classi præfectus *φρεῖς* delatus, *οὐραν* illam *νασάσῃ* dicitur, legi vult *Meursius*, non, ut *Lambinus* arbitratur, *φρεῖς*. Non enim, inquit, *de urbe aliqua, sed de insula, loqui utrumque (Xenophontem puta & Nepotem) sat ex verbis utriusque, si attendas, manifestum.* At unde manifestum est, optime *Meursi*? An ex eo, quod *insularum* uterque meminit; *Nepos* quidem, cum *Cononem* omnibus *ἰνῆσι* insulis præfuisse; *Xenophonem* autem, cum *ἰνῆσι* & *ὀπίδα* *ἐπιναυτιῶν* circumnavigationem cum *Pharnabazo*, *Harmostas* *Laconicos* eiecisset; & postea *per ἰνῆσι* cum classe *Melon* *ναυγάσῃ* ait? neque enim præter hæc quicquam apud eos de *ἰνῆσι* legitur. Atqui neutiquam hinc sequitur, *Cononem ἰνῆσι*; multo minus, nil aliud quam *ἰνῆσι*; minime omnium, *Theram* aut cepisse in hac potestate, aut hoc itinere *νασάσῃ*. Immo *Xenophontis* verba, si recte inspiciantur, clare ostendunt, eum non loqui de insulis. En ille: Ἄμα τῶ ἱερέως τε πολλὰς συμπαροῦσας, καὶ ξηρὴν πορομοσάσασα, καὶ ἔπλευσεν ὁ Φαρναβάζος τε, καὶ ὁ Κένων μετ' αὐτῶν, διὰ νήσων εἰς Μήλον. ἀπέδειν δὲ ἱερέως εἰς τὴν Λακωνικὴν. κατὰ τὴν ἰνῆσι, καὶ πρῶτον εἰς φρεῖς, ἰδὼσας ταύτην τὴν χώραν, ἔπειτα καὶ ἀλοοὶ ἀπὸ θαλάσσης τὴν παραθαλάσσιαν, ἐκαστὴν δὲ, τὴν ἰνῆσι. Φοβερῶς δὲ τήν τε ἀλιμνότητά. τὴν χώραν, καὶ τὰ τὴν βουδείας, καὶ τὴν σπανοστίαν, ταχύτεν ἀνέστρεψεν, καὶ ἀποπλῆν ἀρμίσθην τὴν Κυθνείας εἰς Φοινικῆντα. Vides *Cononem* primo *per ἰνῆσι* (*Cycladas* puta, quas eum adduxisse in partes suas, antequam *Cythera* navigaret, etiam *Diodorus Siculus* 14. refert) *Melon* *ναυγάσῃ*; inde *προσέβη* *Lacedaemonem*; hoc est, ad *Laconicam*. Tota enim regio hæc antiquitus *Lacedaemon*; urbs autem princeps *Sparta* appellata, (quomodo & *Xenophon* vocare solet) ut ex *Herodoto* l. 7. *Scholiasse* *Homeri*, *Strabone* 8, p. 253. *Pausania* *Laconicis* p. 179 & principio *Messeniorum* observatum *Crægio de Reipub. Lacedaem.* 1, 1. Idem *Pausanias* & principio *Laconicorum* tradit, ac *Eustastius* ad *Homeri Iliad.* β. vers. 581. Præter *Homerum* & *Herodotum* ita *Geographi* quoque antiquiores hoc nomine usi. *Periplus Scylacis*: Λακωνικῶν, ἔθνη, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἰθε, Ἀσίη, Μοθὲν, Ἀχιλλῶος καὶ μὴν &c. *Scymnus Chius*, ut voluit, in fragmento *Periegesis*:

Ἡ δὲ δ' ὑπάρχεν Ὀξυλόθ
 Ἡγεμόνα, Κερσόβην δ' ἢ Μεσσονίας,
 Ἐυροδέννη δὲ καὶ Περόκλην Λακωνικῶν
 μοι.

Unde *Spartani* a *Lacedaemoniis* olim distincti. *Diodorus Siculus* 11. καὶ μὴ Λακωνικῶν ἦσαν χιλιεὶς καὶ ἑξήκοντα Σπαρτιάται τετρακίσιοι. quod etiam magno *Casaubono* ad 8. *Strabonis* annotatum. Ad *Laconicam* igitur profectus *Conon*, primum *Phenacas* *ναυγάσας*, regionem illam *νασάσας*. Erat illa pars *Messeniacæ*. *Strabo* 8.

tór, quum apud ¹ Aegós flumen copiae Athenien-
sium

fecitatis Homeri versibus *Odyss.* φ. 15.
& 16. Τῆς Φωκῆς, inquit, πλὴν χάρακ
λέγει, ἢ μέγας ἢ τῆς Μεσσηνιαίας. Ita
recte Mff. Vulgo editur: ἢς μέγας
ἢς ἢ Μεσσηνιαίας. perperam. Messeniae
enim longe ultra Pherarum ditio-
nem & Pamifum, in occasum &
seprentionem ad Nedam flumen &
finum Cyparissium usque porrige-
batur. Idem *Strabo* paulo ante: Δια-
βλάσι & Πάμισον ἐξὶ πολλῆ τῆς Μεσση-
νιαίας, εἴθ' ἢ τῆς Φωκῆς ἰσταρχία ἀπαCa.
Nomen accipit a Pheris, Mesle-
niae oppido, de quo mox plura.
Messenia vero olim pars Laconicae
fuit. Rurfus docet *Strabo* eod. libro:
αὐτῆς (Μεσσηνιαίας) δ' ὅτι μὲν τῆς τριῶν
ὑπὸ Μενελάου ἰστιάσθη, μέγας ἢ Ca τῆς
Λακωνικῆς. Et paulo post: ἐπιπλασθε
ἢ αὐτῆς μέγας ἢ τῆς Λακωνικῆς. Mes-
sienia scilicet. Denuo, ἐκ Λακωνί-
μων ἀμεσηνιαίας λέγειται, ἢ ἢ χάρακ, ἢ
ἢ πόλις, δηλοῖ ἢ Ὀμφοῦ λέγει ἢ χά-
ρακ ὅν τῆ Μεσσηνιαίας. Et mox com-
paratione aliquot versuum Homeri
docet, Pherarum ditiohem, quae
in Messenia est, *Lacedaemonis* no-
mine ab eo comprehensam. Videri
& *Eustathius* potest loco, quem paulo
ante diximus. Atque hinc fa-
ctum, ut in *pexiplo Scylacis* inter
Lacedaemonis urbes recenserentur
Afne, *Mothone*, & *portus Achilleus*;
quae Messenise omnes accensent.
Recte igitur *Xenophon* scribit, Co-
nonem ad *Lacedaemonem* navi-
gantem, Pherarum regionem, par-
tem videlicet *Laconicae*, vastasse.
Persequamur jam reliqua itineris.
Deinde & in alia loca orae maritimae
descendens, danmo aspiciebat, quic-
quid poterat. oram maritimam in-
cubare, quae sinu Messeniaco al-

luitur, ad quem & *Pherae* sitae,
ut statim dicemus. *Peritas* autem
regionem importuosam (nullus enim
in eo sine portus, quod sciam, me-
moratur, quamquam *Pheras* *Strabo*
ait habere ὑπορριμον θαλασσόν:) & auxi-
lium (vicinorum *Lacedaemoniorum*
puta) & comneatus penuriam (abe-
rat enim a *Cycladibus*, quas suas
fecerat, aliquanto longius) mox com-
verso cursu discessit, & ad *Cytheria*
portum Phoenicumta appulit; uti qui-
dem postrema haec verba verti vult
πολυμαδέσασθαι. *Bochartus* de *coloniis*
Phoenicumta 1, 22. Equidem nusquam
Phoenicumta portum in *Cythera* in-
sula, sed in *Messenia* tantum, *Creta*,
Sicilia, *Libya*, denique in *A-*
sia ad *Mimantem* montem, reperio.
De primo *Pausanias* *Messenie-*
cis: Μετὰ τῆς Ἀκρίταν, λιμῆτος Φοι-
νικῆς, ἢ τῆς κατ' αὐτὸν ΟἰνῆCay. Inter
Acritan pura & *Mothonem*; non
autem inter *Aënem* & *Colonides*,
sive ad initium sinus *Messeniaci*,
quo loco a *J. Laurebergio* in *Tab-*
ula Peloponnesi ponitur, id enim re-
pugnat verbis *Pausaniae*, qui exad-
versus *Oenufas* situm ait, & mox
de *Mothone* subjungit, quae ad oc-
cidentem *Acritae* est. Secundi me-
minit *Ptolemaeus* 3, 18, tertii, 3, 4,
quarti, 4, 5. quinti *Thucydides* 8.
cum ait, Atheniensium naves, quae
tres *Chias* insecureae fuerant, fir-
gistic ἢ τῆς ἐπὶ τῆς Μήμαλις λιμῆτος Φοι-
νικῆτος καλῶμενον. Meminit & *Sto-*
phanus, sed ejus verba hodie cor-
rupta leguntur: Ἐστὶ ἢ φοινικῆς λιμῆ-
τος. Θεαυδίδης ἐγείδω. Legendum:
φοινικῆς λιμῆτος. Eὐδιδου tamen *Cy-*
thera etiam a *Strabone* lib. 8. pag.
250. vocatur. Et duos in eo por-

fium a Lyfandro sunt 2 devictae. 3 Sed tum 4 abfuit,
coque

tus recentiores Tabulae exhibent; unum S. Nicolai, ad septentrionem; alterum Delphinum ad austrum. Fieri itaque potuit, ut etiam horum alteruter *Phoenicus* diceretur, a Phoenicum appulſu, a quibus haec infula, ut *Bochartus* exiſtimat, aliquando occupata. Cytheram autem navigaſſe in hac expeditione Cononem, etiam *Diodorus* 14. teſtatur. Ceterum haec accuratius expendenti, facile apparebit *Pheras* Meſſeniae, non autem *Theram* inſulam, a Conone invaſam fuiſſe. Primo namque e Melo ad Laconicam profeſtus jam praervertus erat *Theram*, quippe ad dextrum Meli latus eodem gradu longitudinis ſitam. non igitur in eo itinere vaſtare potuit. Deinde *χάευν* illam vaſtaſſe dicitur; qua voce de infula tam parva *Xenophonem* uſum, vix crediderim. potius dixiſſet ἄλλην τῆς νήσου χάευν autem φήσιν, ſeu φηράν, partem Meſſeniae, adeoque Laconicae veteris, diſtātam, e verbis *Strabonis* paullo ante adductis manifeſtum eſt. Praeterea ora maritima fuit, quam invaſit vaſtavitque Conon. ſtatim enim ſubiicit *Xenophon*; *εὐάν* & in alia loca oras maritimae deſcendiſſe. talis igitur & illa fuit, quam antea vaſtaverat. Atqui aliud eſt ora maritima, aliud inſula. diſtinguitque *Xenophon* ipſe, libro 3. cum ait, πόλις περιέχουſαν τὰς ἐν ταῖς νήσοις, ἢ τὰς ἑπιδαλατιδίου. add. lib. 4. pag. 534. Denique Conon regione, quam vaſtaverat, cum vicino littore relicta, *converſo curſu* Cytheram conſendit. quod fieri non potuit, ſi *Theram* vicinamque oram vaſta-

vit. haec enim e Cythera ad Iſthmum Corinthiacum naviganti demum praeter naviganda erat. At ſi *Pheras* retineamus, cuncta exacte congruunt. nam ea maritima urbs fuit, ad oſtium Nedonis fluvii, & finiſtram Pamifi, quinque a mari ſtadiis diſtans, aeſtivarumque navium ſtationem habens; ut e *Strabone* l. 8. cognoſcimus. *Pausanias Meſſenicis* ſex ferme ſtadiis eam a mari abeſſe ſcribit. *Ptolemaeus* quoque 3, 16. inter maritima Meſſeniae oppida reſenſet. Eadem enim urbs eſt Φηραι, Φηραί, Φαραί, id quod *Homeri*, *Strabonis*, *Ptolemaei*, & praeterim diverſa *Pausaniae* loca inter ſe comparanti obſcurum eſſe non poſteſt. nam hic initio Meſſenicorum φηραι vocat. τῆς δ, inquit, Ὀφελίχης ἢ ἰνὴν ἐν τῇ Μεσσηνικῇ πόλει εἴρηται (Homerus) τῆς φηραι. Poſt paginas autem quatuor, φηραι. τὸ δ μὲν ἴδιον ἴσθμῳ ἢ ἐπὶ τῷ τορραχῶν, & Νικομάχῳ τὸ ἐν φηραις ἰπποκρίτων. Denique in deſcriptione agri urbiumque Meſſeniae, φηραις ſubinde, incolasque φαραϊκῶν appellat; nam hanc ipſam ab eo urbem deſignari, cum ex iis apparet, quae de Ortilocho, & *Nicomachi* Gorgaſique in ea urbe fano, reſert: tum quod eodem fere ſpacio, quo *Strabo*, a mari; a *Thuriatarum* autem urbe circiter LXXX, ab *Abea* vero ferme LXX. ſtadiis diſtare ſcribit: nam & *Strabo* φηραις *Thuriae* *Gereniis*que confines facit; & *Ptolemaeus* φηραις inter *Abeam* & *Meſſenem* collocat. Una ergo eademque urbs *Pausaniae*, *Pherae* & *Pharae* dicta, *Stephanus* quoque φηραις dixit. φηραις πόλις Μεσσηνίας, ἐπιπέδον οὐκ ἀφαιεῖται, quae poſtrema

eoque pejus res administrata est. Nam & prudens rei mili-

vox haud dubie corrupta: legendumque fortasse φαεινῶται, quomodo incolas vocat Pausanias; vel, quod gentile urbis ipse Stephanus paullo post esse scribit, φαεινῶται. Sic & Achajae oppidum, quod Prolemaeus aliique Pheras, Pausanias & Stephanus φαρεῖς, ejusque incolas Strabo 8. φαρεῖς appellat. Et Homerus, quod Thessaliae oppidum in Iliade φηρεῖς, Odyssea ο. φαρεῖς dixit, metri causa, si Eustathio credimus. Sic enim ille: Φηρεῖς, τὰς φηρεῖς λέγει. οὐσεῖας τὸ ἢ διὰ τὸ μέτρον, ὁμοίως τῷ ξηρεῖν, ἕρερεν, ἢ νοσρεῖν, νερεῖν, καὶ ἀσκηδῆς ἀσκηδῆς. Messeniae vero oppidum Homerus nunc φηρεῖς vocat, ut Od. γ. 489. nunc φηρῆν, ut Iliad. ε. 542. Unde φηρεῖς, γῶρα apud Strabonem 8. Maritima igitur urbs Pherae. Praeterea hinc Cytheram navigaturus Conon, qui a Melo insula venerat, cursum convertere debuit. nam Cythera inter Melon & Pheras interjacet. Clarum ergo est, si quid aliud, apud Xenophontem non Theram insulam, sed Pheras Messeniae, earumque regionem retinendam esse. Quod si de eadem re Nepos loquitur, ut Meursius existimabat, manifestum est, nec apud eum quicquam mutari debere. Sed fac, de alio tempore loqui Nepotem; nihilo tamen secius Pheras capere potuit Conon; quippe haud procul finibus Laconicae fitas, adeoque Lacedaemoniorum partibus bello Peloponnesio addictas. Itaque non est, cur Pheras Achajae cum Lambino reponamus; quod oppidum nimium ab insulis Archipelagi distat. Id unum objici video posse, Pheras Messeniae nusquam coloniam

Lacedaemoniorum dici. Et certe, qui colonias Laconicas ex omni genere scriptoribus congestit, Meursius nullam ejus mentionem facit. Neque tamen hinc recte colligas, non fuisse illuc coloniam a Lacedaemoniis deductam. id enim facile potuit fieri, cum Messenia non solum Menelai regis temporibus; sed etiam postea diu sub Spartanorum potestate fuerit. Quod autem nulla colonia hujus memoria superest, in tanta antiquissimarum rerum ignorantia nemini mirum videri debet. Bosius. Leid. Pheras. item Voss. A. fed B. Spaeras. & paullo post pro Peloponnesio, Pe'op'nessio.

1 Aegos flumen] C. P. Dan. Egos. Leid. eegos flumen. sed vulgata lectio per se recta est. Noster semper dicere solet Aegos flumen; alii Auctores Latini Graecorum more efferunt dicentes Aegos potamos. v. cl. Oudendorp. ad Frontin. L. 2. Strat. cap. 1. n. 57.

2 Devictae] Penitus victae atque ad internecionem caesae, ut ad resurgendum nullae vires restarent. Sic loquitur statim, supra Miltiade, infra Cimone & Chabria. Curt. lib. 9. cap. 10. Cilicia mendata cruore Persarum & Arbela, cujus campi devictorum a nobis ossibus strati sunt. Gebh.

3 Sed tum absuit] Falsum est, quod dicit, siquidem vera sunt, quae Xenophon, Isocrates, Diodorus Siculus, & ceteri tradunt. Lambini haec veritas est, Longoli Magique vitula, ut solet, arantis. At vero, quid illi tradunt, o bone? Cononem ajunt, cum videret adventum classis Laconicae, statim exclamasse, signumque dedisse, ut totis viribus ad naves opis ferendae

3 militaris, & diligens erat imperator. Itaque nemini erat his temporibus dubium, si adfuisset, illam Athenienseis calamitatem accepturos non fuisse.

CAP. II.

1 **R**ebus autem afflictis quum patriam 2 obsideri audisset, 3 non quaesivit, ubi ipse tuto viveret, sed unde

caussa concurrerent, antequam eo malo hos vocasse, illos rogasse, alios coegisse, ut naves compleverit: verum dilapsis militibus, & vectoribus, nihil profecisse: itaque jam supervenientibus cum clamore & aquarum sonitu hostibus, cum octo navibus, quae salae vectoribus ac milite completae erant, & Paralo discessisse, ac postquam collegationem culpa esse perditas Atheniensium res animadvertit, ad Euagoram in Cypriam navigasse, in reliquis cohortes cum Lyfandro Peloponnesios, partim omnino vacuas cepisse, partim dum complentur laerasse: milites apud naves inermes & sparsim advenientes interfectos, ac exsensione facta in fuga concisos. An hinc sequitur, adfuisse Cononem, cum copiae Atheniensium devincerentur? Imo jam abierat, antequam naves Atheniensium a Peloponnesiis invaderentur, & vixdum clamore irruentium fluctuumque fremitu percepto, discesserat. Reverti igitur, cum vincerentur Athenienses, absuit: etsi conspecto hostium adventu e longinquo, adfuerit, quae non pugnant invicem, uti Lambino Longolique visum. Bofius. Cum nostro consentiunt e Graecis Xenophon, Plutarchus, ac Polyaeus: e Latinis Justinus ac Frontinus. Vide cl. Oudendorp. ad Frontinum L. 2. Strateg. cap. 1. n. 62. Habuerunt tum temporis ad

Aegos Potamos Athenienses classem centum & octoginta navium, ut e Xenophonte & Diodoro Siculo docet Celeb. J. Perizonius ad Aelianum L. 5. V. H. cap. 10. n. 4. ipse vero Aelianus ducentarum navium dicit fuisse numerum, quod licet ei concedamus, non tamen ducentae periere. Vide Oudendorp. l. L.

4 *Absuit*] Propterea Isocrates in Orat. ad Philip. ait: non ejus sed collegarum culpa male pugnatum est, quare d. m. m. redire erubuit pag. 94. ubi vide plura huc spectantia, eisque adde Xenoph. l. 4. Hist. Graec. Diodor. Sicul. 14. Justin. 6. Plut. Agesilao & Corn. Nepot. ejusdem Agelai vitam. Ernst. Lambinus malleo absuit. Bofius. Leid. Absuit. item Voss. B. sed A. affuit. Sic mox. C. P. Dan. affuisset. Pro adfuisse.

1 *Diligens imperator*] Sic Miss. meliores & plerique omnes ante Lambinum editi. Lambinus & Savaro ediderunt diligens imperii, nec tamen addunt, cur mutarint. Bofius. Probae tamen notae meos, quos contuli, codices esse, satis, credo, probavi. Hi omnes, nempe Leid. meus & Vossiani A. & B. exhibent diligens imperii. Cum genitivo hanc vocem jungi notum est. Noster in Epamin. cap. 2. dixit diligens veritatis. diligens autem imperii hic est, qui

unde praesidio ¹ posset esse civibus suis. Itaque ² contulit se ad Pharnabazum satrapen Ioniae & Lydiae, eundemque ³ generum regis & propinquum: apud quem ut multum gratia valeret, multo labore multisque effecit periculis. Nam quum Lacedaemonii Atheniensibus ⁴ devictis ⁵ in societate non manerent, quam cum Artaxerxe fecerant, Agefilaumque bellatum misissent in Asiam, maxime impulsus ⁶ a Tissapher-

qui diligenter & accurate cunctas prudentissimi imperatoris partes sustinebat, qui imperium suum diligenter exercebat. Vide cl. Burm. ad Phaedr. L. 5. Prolog. v. 4.

² *Obsideri*] Ab Agefilao & Lyfandro, ut supra dictum est 6, 1. Lamb.

³ *Non quaesivit tibi ipse tuto vivere*] Sic Cicero ad Attic. 8, 1. *Ei statim rescripti, hominemque certum misi de comitibus meis, non me quaerere, ubi tutissime essem.* Lambinus. *Tuto* abest a Voss. B. Verbum *quaerere* illustravit Broukhufius ad Propert. L. 2. El. 2. v. 5.

¹ *Posset esse*] Q. edd. habent *esset*. Bofius. Omnes, quos contuli, codices habent *posset esse*.

² *Contulit se ad Pharnab.*] Ut expectatus dux navalis; non sui sed patriae causa regi adjutor esset in bello contra Lacedaemonios: idque beneficio & consilio Pharnabazi regi dato obtinuit. Diodorus Sic. 14. *Plutarchus in Artaxerxe, Justinus, 6, 1, 7. 8. Uti quisque ministro Principis primario est intus, ita ad regis amicitiam validus; velut de Sejano & Tiberio eorumque amicis Tacitus An. 6, 8, 3. Loccenius. Cononem ad Pharnabazum se contulisse, licet & ex Xenophonte cognoscere lib. 4 de reb. Graec. Lambinus.*

³ *Generum regis*] &c. Artaxerxis,

qui ei Apamiam filiam suam in uxorem dederat, ut *Plutarchus in Artax.* scriptum reliquit. *Magius.*

⁴ *Devictis*] Voss. B. *victis*.

⁵ *In societate non manerent*] *Plutarchus Artaxerxe* dicit eam esse appellatam *ειρήνη τῶν ἰωνῶν Ἀρταξιδῆς*. Si fas est, inquit ille, contumeliana & proditorem *pacem* appellare. Hanc commemorat & *Xenophon. 4. reb. Gr.* Sed haec pax posterior facta est, quam Agefilas in Asiam classem exercitumque trajecisset, ut intelligere licet e *Plutarcho in apophthegm. Lacon.* Videtur igitur ea societas esse intelligenda, quam Lacedaemonii cum Dario II. hujus Artaxerxis & Cyri patre fecerunt: de qua *Thucydides lib. 8.* Sed discrepat a *Xenophonte & Plutarcho Nepos*. Illi enim narrant, Agefilaum eo in Asiam esse missum, quod audierant, regem Persarum Artaxerxem exercitum & classem adversus Graecos parare. Non igitur Lacedaemonii, sed Persae in societate non manebant. *Lamb.* quamquam quid prohibet eos in societate non mansisse dici, qui primi pacem aperte violarunt, bellumque alteri parti intulerunt? *Bofius.*

⁶ *A Tissapherne qui defecerat*] Paulo aliter *Xenoph. 3. Gr. rer. Diodorus 14. & Justinus 6, 1.* qui fidiss-

pherne, qui ex intimis regis ab amicitia ejus defecerat, & cum Lacedaemoniis coierat societatem: hunc adversus Pharnabazus habitus est imperator; re quidem vera exercitui praefuit Conon, ejusque omnia arbitrio gesta sunt. Hic multum ducem summum Agesilaum impedivit, saepeque ejus consiliis obstitit. neque vero non fuit apertum, si ille non fuisset, Agesilaum Asiam Tauro tenus regi fuisse erepturum. Qui posteaquam domum a suis civibus revocatus est, quod Boeotii & Athenienses Lacedaemoniis bellum indixerant, Conon nihilo fecius

num regi fuisse, sed aliorum calumnia eversum innunt. Unde videri possit, simulasse potius societatem cum Lacedaemoniis, quam revera coiisse. *Plutarchus* certe ait, eum hominem perditum, & universo Graecorum generi infestissimum fuisse. *Bosius*. Leid. *Tinsapherne*; & mox pro *Agesilaum*, *Agesilaum*. Voss. A. *Hagesilaum*; uti Cod. P. Dan. Voss. B. *Agesilaum*.

1 *Re quidem vera exercitui praefuit Conon*] Quem de Pharnabazi consilio ab Artaxerxe imperio maris praefectum scribunt *Diodorus* 14. & *Justinus* 6, 1, 7. & 9. *Bosius*. *Re quidem vera* legendum est, ut in Ed. Lutetiae & Schotti, nec non in C. Leid. Voss. A. sed B, *re quid vera*.

2 *Multum*] *Mendozae Codex* & *Savaronis editio*; *Hic multum ducem summum Agesilaum impedivit*. Quod non aspernabile est. Quid enim est *militum dux summus*? nisi quis forte anserum aut anatum aut gregis ducem comminisci velit. *Gebh.* Sic *Mss.* Dan. Sch. *Boecl.* & e suis haud dubie codicibus, *Savaro*. Vulgati inepte: *militum*. Quid

enim, ait *Gebhardus*, est *militum dux summus*? nisi quis forte anserum aut anatum, aut gregis ducem comminisci velit. *Bos.* Leid. Voss. A. B. & *Mss.* Oxon. *Multum*.

3 *Ejus consiliis obstitit*] Inprimis cum Regi Persarum persuasit, ut concionatores Graecarum civitatum auro corrumperet: de quo *Polyaenus lib. 1.* *Plutarchus Artaxerxe*, *Pausanias Laconicis*. Quippe his artibus constatur est Lacedaemoniis bellum domesticum, revocatique ad sua tuenda, qui aliena invaserant. *Bosius*.

4 *Apertum*] Leid. *apparatum*.

5 *Si ille non fuisset*] V. Ind. esse, & not. ad 15, 10, 4. *Bosius*.

6 *Agesilaum Asiam Tauro tenus fuisse erepturum*] Nam quaecunque sub dio erant, in potestate habens, magnam Asiae tractum pervaserat, & si ob urgentem domi necessitatem non revocassent eum Spartani, facile toti Persarum regno extremum periculum attulisset; ut in elogio ejus scribit *Diodorus* 15. adde infra 17, 4, 2. *Bosius*.

7 *Boeotii*] Leid. Voss. A. B. *Boeotii*. & Leid. pro *Lacedaemoniis bellum*.

cuius apud praefectos regis versabatur, ¹ hisque omnibus maximo erat usui.

C A P. I I I.

Defecerat a rege ² Tissaphernes, neque id tam ¹ Artaxerxi, quam ceteris, erat apertum. Multis enim magnisque meritis apud regem, etiam quum in officio non maneret, valebat. ³ Neque id mirandum, si non facile ad credendum ⁴ inducebatur, reminiscens ejus se opera ⁵ Cyrum fratrem superasse. Hujus ² accusandi gratia Conon a Pharnabazo ad regem missus, ⁶ posteaquam venit, primum ex more Persarum ad Chiliarchum, ⁷ qui secundum gradum imperii tenebat,

lum, bellum Lacedaemoniis. Pro nihil fecius Leid. Voss. A. B. nihilo fecius. Pro versabatur Leid. & Voss. A. versabatur.

¹ *Hisque omnibus maximo erat usui] Q. edd. iisque omnibus magno erat usui. Bofius. Leid. magno erant usui. Voss. A. magno erat usui.*

² *Tissaphernes Leid. Tissaphernes Cod. P. Dan. Tissaphernes. Voss. A. Tissaphernes.*

³ *Neque id mirandum] Sic e Mfc. suo & Ed. Ultraj. Schottus, probatque & Gebhardus; ac in ultima ed. sua reposuit Boeclerus. Vulgo erat: neque admir. Plenius Leidensis: neque id erat mirandum. Bofius. Leid. meus neque id mirandum, ut & Voss. A. B. Pro etiam cum, Voss. B. & cum. Omnino id mirandum admittendum est, ut in Cimone c. 4. n. 4. Sic se gerendo, minime est mirandum, si & vita ejus fuit secunda & mors acerba. Ubi vide notata.*

⁴ *Inducebatur] Exc. Dan & Mfc. Leid. adducebatur. Bofius. Leid. meus & Voss. B. adducebatur. A. in-*

ducebatur. Schefferus ad Phaedri L. 2. fab. 6. vs. 17. videtur inducebatur probare. Adducere tamen etiam pro persuadere, inducere poni docet Cel. Burmannus ad Petron. Satyric. c. 12. pag. 46.

⁵ *Cyrum fratrem superasse] V. Plutarchum in Artaxerxe. qui tamen Tissaphernis opera id factum, non ait: quemadmodum neque Xenophon hanc rem narrans. sed Diodor. Sic. 14. ejus in illo praelio operam, praemiaque idcirco a rege ei tributa, refert. Bofius.*

⁶ *Posteaquam] Sic ed. ult. Boecl. & ita in sua quoque Magius reperit. Alii, postquam. Bofius.*

⁷ *Qui secundum gradum imperii tenebat. Venusta figura dictam. Cicero Officiis tenere consularis dignitatis gradum: & pro Planco summum in aliquo loco tenere & dignitatis & gratiae: Infra Phocione; namque auctus adjutusque a Demosthene eum, quem tenebat, ascenderat gradum: Sueton. Claudius cap. 4. Quin per eosdem articulos & gradus producendae*

nebat, ¹ Tithraustem accessit, *seque ostendit cum re-
ge colloqui velle. nemo enim sine hoc admittitur. huic
ille, ² nulla, inquit, mora est: sed tu delibera, utrum*
collo-

quus sit, per quos frater ejus productus sit. Cacterum iste Chiliarchus alio nomine ob officium vocatur ἱσαρχός. Diodor. lib. 16. ἁριστοζάνης, ἢ ἱσαρχαίου τῷ βασιλεῖ ἐν πύργῳ. ἢ ἱσάρχου μετὰ βασιλέως. Colligo tamen aliquando ista officia separata fuisse, & Chiliarchi dignitatem internuncii sive ἱσαρχείως honore ampliorem atque celsiorem. Nam ut patet ex lib. 17. Aristozanes postea demum ad Chiliarchi gradum ascendit. Gebhardus.

¹ Tithraustem] Dan. Tethraustem. Longol. ed. Titarsthen. sed Graecis ubique Τιθραύστης dicitur. Bosius.

² Nulla, inquit] Sic Mf. Boel. Reliqui invertunt; inquit, nulla. Bosius. Pro Chiliarchum Leid. & Voss. A. Cheliarchum. Pro Tithraustem Cod. P. Dan. Tethraustem. Leid. Tethraustem. Voss. A. Tetrastem. B. Tithraustem. de hoc Chiliarcho consule Celeb. Perizon. ad Aelianum. L. 1. V. H. cap. 21.

³ An per literas agere quae cogitas] Cononi causa fuit, quod praesens nollet more Persarum adorare regem, ut mox auctor addit. Justin. 6, 2, 12. ita refert: quod Conon diu rege per epistolas frustra fatigato, ad postremum ipse ad eum pervenerit; sed ab ejus adpectu & colloquio prohibitus sit, quod eum more Persarum adorare nollet. Egisse tamen cum eo per internuncios. Ibidem colloqui materiam habes. Laccenius.

⁴ Agere] Libri P. Danieli & Schotto triti agere, majim edere. Curtius, qui eisdem dicendi flo-

sculos quasi de industria mihi se-
ctatus esse videtur, dixit quoque edere mandata lib. 10. cap. 81. 15. Noster paullo post. Nec non Liv. lib. 30. Posteaquam edita mandata. Gebhardus. Sic quoque Mf. Dan. Gif. Schotti, & Savaro. Vulgati, edere; quomodo Livius & Curtius, ac mox ipse Nepos dixere mandata edere. Edd. Ultraj. & Longol. utrumque expungunt, nallo sensu. Bosius. Leid. & Voss. A. agere. B. arege certe pro agere. Per literas colloqui dixit Cicero L. 1. ad Fam. Ep. 7. Edere tamen pro significare, ac per scriptum declarationem dare, sed alia in re; dixit Cicero 3. in Verrum cap. 10. ut Hottomanus & Manutius explicant.

⁵ Necessè est, si in conspectum veneris, venerari te regem] Id enim more Persarum cunctis, etiam peregrinis, & aliorum Principum civitatumque legatis, faciendum erat si in conspectum colloquiumve Regis admitti vellent: ut e Plutarcho in Themistocle, Pelopida; & Artaxerxe, Aeliano Variar. 1, 21, Herodota 7. Athenaeo 2, & 6. Valerio Max. 6, 3. aliisque scriptoribus docet Brissanius lib. 1. de regno Persarum. Bos. Phoenices etiam Reges suos flexis genibus veneratos fuisse docet Scholiastes Euripidis in Phoenissis vs. 300.

⁶ Venerari te regem] Pronum atque procidium in terram adorare. Hunc ritum quia florentissimus auctor Q. Curtius clarissimis coloribus depingit, totum locum enotat.

colloqui malis, ³ an per literas ⁴ agere, quae cogitas,
s neceſſe eſt enim, ſi in conſpectum veneris, ⁶ venerari te
regem.

bo, qui eſt 8, 5, 21. ſeqq. Rex paulo
poſt, quaſi potiora quaedam egiſſet,
curſurum repetit. Quem veneranti-
bus Perſis, Polſperchon, qui cubabat
ſupra Regem, unum ex his mento con-
tingentem humum, per ludibrium coepit
hortari, ut vehementius id quateret
ad terram, elicitque iram Alexandri,
quam olim animo capere non poterat.
Itaque rex: Tu autem, inquit, non
veneraberis me? an tibi tui digni vi-
demur eſſe ludibrio? Ille nec regem lu-
dibrio, nec ſe contemptu dignum eſſe re-
ſpondit. Tunc detractum eum lecto rex
praecipitat in terram. Et cum is pronus
corruiſſet, Videsne, inquit, idem te
feciſſe, quod in alio paulo ante ridebas,
Lib. 5, 2, 22. Procumbens venerari
me ſaepe voluiſti: inhibui. Ibid. cap.
40, 12. Nabarzanes caeterique parricidae
procumbentes humi, quem paulo
poſt in vinculis habituri erant, ſuſti-
nuere venerari. Lib. 6, 6, 3. Perſicae
regiae, par Deorum potentiae ſaſtigi-
um aemulabatur. Facere humi venerabun-
dos pati coepit. Lib. 8, 5, 6. Itaque
more Perſarum Macedonas venerabun-
dos ipſum ſalutare proſternerentes humi
corpora Unde clarum eſt, venera-
tionem iſtam Perſicam conſtituiſſe in
dejectione corporis in terram pro-
ni, & adorationi Deorum fuiſſe
ſimillimam. Nam & adorantes in
faciem proni humi procumbebant,
demiſſoque geſtu, Deorum maie-
ſtatem venerabantur. Juvenalis Sa-
tyra 6.

— Tarpejum limen adora

Pronus, & avaritiam Junoni caecae
juvencam.

Alludit idem alibi:

— Pugnis coepiſis adorat.

Quatuor ut liceat cum dentibus inde
reverti.

Ergo ubicunq; vocabulum iſtud
occurrit, de ſervili iſta proſtratio-
ne ac geſtu adorandi Regem cape.
Vide Curtium 3, 12, 17. & 10, 5, 33.
Tacitus 2. A. 56, 3. Caeteri veneran-
tes regem Artaxiam ſalutavere. Ne-
que aliud innuit Juſtinus 1, 10, 9.
Tanta moderatio caeteris fuit, aucto
aſpicio, ut confeſſim equis deſilierint,
& Darium regem ſalutarint. Quia
Deorum venerationi ſimilis iſte ri-
tus erat, ideo Adorationis vocabu-
lum ei inditum eſt, & adorare u-
ſurpatur pro pronum venerari. Ju-
ſtinus 6, 2, 13. Connoit a regis aſpectu
& colloquio prohibitus eſt, quod eum
more Perſarum adorare nollet. Idem
12, 7, 1. Alexander ex Perſico ſuper-
biae regio more non ſalutari, ſed ado-
rari ſe jubet. Et quia iſta ſubmiſſio
nimis ſervilis, ideo adulationis no-
mine a ſcriptoribus latinis tradu-
citur. Livius 9, 28. Referre in tanto
rege piget ſuperban mutationem veſtis,
& deſideratas humi jacentium adula-
tiones, etiam victis Macedonibus gra-
ves, nedum victoribus. Quamquam
ibidem, ſi recte ex tanto temporis
intervallo memini, Mſſ. Pall. ha-
bent adorationes. Sed nihil mutan-
dum. Valerius Max. 4, 7. ext. 2.
Darii mater Ephaeſtionem more Perſa-
rum adulata; tanquam Alexandrium
ſalutarvit. Lib. 6. 3. ext. 2. Athenien-
ſes Timagoram, inter officium ſaluta-
tionis Darium regem more gemis illius
adulatum, capitali ſupplicio affecerunt.
Videtur tamen iſta veneratio etiam
intra genuum ſaltem poſitionem
ſtaſiſſe. Curtius 8, 7, 13. Tu Mae-
donas

regem. quod ¹ προσκύνειν illi vocant. Hoc si tibi grave est, per me nihilo secius editis mandatis conficies, quod ² studes. ³ Tum Conon: ⁴ Enimvero, inquit, non est grave quemvis honorem habere regi: ⁵ sed vereor, ne civitati

donas voluisti genua tibi ponere, venerarique te, ut Deum. Si Justinum 12, 7, 1. audimus; civiliores reges solebant saluari, Barbarico inflati fastu adorari. Paulo post v. 3. Revertens tamen est a Macedonibus mos salutandi regis, explosa adoratione. Gebhardus. Plura de hoc ritu Brissonius loco supra laudato, Drusus ad. ad Esther. 3, 2. Grotius ad Matth. 2, 2. &c. Bosius.

1 προσκύνειν] Valido consensu libri veteres qua excussi qua scripti προσκύνειν. Gebhard. Quid. Mss. & edit. προσκύνειν. quod, Schotti iudicio, perinde est. Ad τὸ venerari tamen propius alterum. Atque sic & Plinius N. H. 11, 37. Patentibus (oculis) dormiunt lepores, multique hominum; quod κορυθαίλιον Graeci dicunt. ita enim legendum puto hunc locum. Bosius. Leid. prochynefin Voss. A. proschynefin.

2 Tum Conon] Plutarchus hanc historiam Themistocli tribuit; nisi forte utrique acciderit. Schottus.

3 Enimvero] Sic Mss. Boecl. Alii, Mibi vero. Bosius. Voss. A & Leid. mibi vero, pro haberi quod legitur in Anglicanis Edd. Leid. Voss. A. & B. habere.

4 Sed vereor, ne civitati meae sit opprobrio] Graecis enim aut Atheniensibus, libero populo, turpis & indigna huiusmodi veneratio videbatur. Unde Athenienses legatum Timagoram inter officium salutationis Darii regem more gentis illius adulatum (pro eo habuere istam

adorationem Persicam) capitali supplicio affecerunt: unius civis humilibus blanditiis totius urbis suae decus Persicae dominationi summissum graviter ferentes. quod inter severitatis exempla refert Valerius Max. 6, 3. ext. 2. Aristoteles 1. Rhetor. ad Theodoretum hoc inter barbaras venerationes ponit. Qualem autem hec fucum Persarum oculis fecerit Istmias, Thebanorum ad Artaxerxem legatus, in anuli e digito demissione & iterum sublacione, quo corporis gestu venerationem mentitus est, Aelianus var. Hist. 1, 21. & jam alii notarunt. Ceterum Istmias simulatio adorationis, fictum obsequium erga regem ex metu quodam servili praetulisse videtur, quod sive deprehensum, sive minus, patriae suae decus magis imminuit, quam illustravit. quae de re Cl. Boetleri iudicium in Specimine Subtilitatum Politic. & Aulic. §. 50. inspicere dignum est. Sed & Romanis huiusmodi veneratio pro adulatione habita est, & imperio indecora. Livius 30, 16. de Carthaginiensium Legatis ad Scipionem: Qui ubi in castra Romana & praetorium venerunt, more adulantium (ita in Gronov. edit. alii, adorantium) accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua orisendi erant, procubuerunt. Conveniens oratio tam humili adorationi fuit. Pompejus ad milites apud Lucanum 7.

Imperii salva si majestate liceret,
Volueret ante pedes.

Vide

civitati meae sit opprobrium, si, quum¹ ex ea sim profectus, quae ceteris gentibus imperare consueverit, potius barbarorum, quam illius, more fungar. ² Itaque huic, quae volebat, scripta tradidit.

CAP.

Vide quoque Cl. Gronovii notam ad Livii 9, 18. Equidem legatus, aut alius vir gravis, ita ceremoniarum & alieni Principis aut Reipub. dignitatis observans erit; ne quid suo Principe aut Reipub. indignum admittat. Grave heic monitum Paschalii in sui Legati cap. 37. *Qui viri sunt, hi colunt mores ingenios, pessime oderunt Persicos, & Persicos detestabiliores illorum, qui numini insulant, dum non satis habent salutari ut mortales, volunt insuper adorari ut numina. Certe quoties tales adveniunt, aut majestas legationis barbaro fastui submitenda est; aut legatus, si non usque eo blennus infamisque est, abstinebit congressu superbiae tam dementis. Ergo per internuntios, praetextu verisimilis impedimenti, aut scripto edit mandatas aut rogabit delegari, apud quos expromere, ad quid venerit, possit. Laudo animosam virtutem Cononis Atheniensis, qui etsi non erat legatus Reipub. suae, sed exul, tamen aspectu se & colloquio Artaxercis prohibuit. Denique memor suae libertatis, reique publicae, in qua natus erat, maluit per literas & internuntios agere cum rege, quam suos mores submittere in Persicam servitutem. Magni sane reges, si ab exteris legatis colantur in ceremoniis, quae illorum, a quibus mittuntur, propriae sunt, nec effingant se ad quasvis aliorum; hoc pro argumento constantiae morum, & hominum dignitatis patriae retinentium habent. Vid. ibi plura, & Marselaer lib. 1. de Legato Dissert. 23.*

Hodie, si provoluti in genua legati (nisi ita mos sit suae genti) Regem saluent, pro clientium obsequio erga patronum & protectorem, si utrinque tales, habetur. Ita Gramondus lib. 12. Hist. Gall. p. m. 562. Genuenses legatos coram Rege Galliae Ludovico XIV. fecisse, & sic acceptum fuisse refert. Loccenius. Quam indecora Graecis hujusmodi veneratio visa, pluribus exemplis docet Brissonius l. c. pag. m. 13. & seqq. Quid vero hoc casu Christiani veteres observarint, habes apud Grotium ad Matth. IV, 8. Bosius.

1 Ex ea sim prof.] Sic Mff. Dan. ac Schotto inspecti, & quidam editi, nec aliter, puto, Boeclerianus. Alii: ex ea civitate sim prof. quod fortasse supervacaneum, & e proximo repetitum est. Bosius. Pro consueverit Leid. & Voff. B. consueverit.

2 Itaque quae voleb. huic scr. trad.] Lambinus aliis in libris impressum fuisse testatur, Quae huic volebat, scripta tradidit. unde eodem teste quidam effingere maluerunt, quae hunc volebat, ei scripta tradidit. Nichil literis, sed per internuntios aeta omnia tradit Justin. lib. 6. c. 2. Agit tamen cum eo per internuntios. Gebhardus. Sic Lambinus edidit. Alii, & Mf. Leid. quae huic volebat, scripto tradidit. quod fortasse sperni non debuit. Quidam Lambino teste, malebant, quae hunc volebat, ei scripta tradidit. quod nescio an ad ea, quae sequuntur, congruat. An

CAP. IV.

* Quibus cognitis, ¹ rex tantum auctoritate ejus motus est, ² ut Tiffaphernem hostem judicaret, & Lacedaemonios bello persequi jussisset, ³ & ei permiserit, quem vellet eligere + ad dispensandam pecuniam. ⁴ id arbitrium Conon negavit sui esse consilii, sed ipsius, ⁵ qui optime suos nosse deberet: sed se suadere, Pharnabazo id negotii daret. Hinc magnis muneribus donatus ad mare est missus, ut ⁷ Cypriis, & Phoenicibus, ⁸ ceterisque maritimis civitatibus na-

ves

An legendum; huic, quae volebat, scripta tradidit? Ceterum Justinus 6, 2, 14. Cononem per internuncios e-
gisse cum rege; Diodorus 14. congressum & collocutum ait. Bosius. Leid. Voss. A. B. exhibent. Huic, quae volebat.

¹ Rex ejus auct. matris] Contra Diod. lib. xiv. qui suafu Pharnabazi scribit ab Artaxerxe classis imperium Cononi fuisse mandatum. Gebhardus. add. Justin. 6, 1, 7. Bosius.

² Ut Tiffaphernem hostem judicaret] Eique Tithrauste missio caput praecidi jussisset, ut refert Xenophon in Agesilao: Ceterum Diodorus 14. non Pharnabazi aut Cononis suafu, sed Parysatidis regiae matris impulsu interfectum ait, infestae homini, quod Cyrum filium, quem illa amabat, apud regem detulisset. Pharnabazo tamen id etiam Justinus imputat, 6, 1. 7. Pro Tiffaphernem Mf. Dan. habebat Thyssaphernem. sed Graecis quoque Tiaraspis dicitur. Bosius.

³ Et ei permiserit] Paulo aliter Diodorus 4. 6. & Justinus 6, 2, 15. Bosius.

⁴ Ad dispensandam pecuniam] Rationem non contemnendam consignavit Trogus ap. Just. 6, 2, 15. Postulat dari sibi ministrum impensae, quia pluribus id mandare perniciosum sit. Gebhardus.

⁵ Id arbitrium Conon negavit sui esse consilii] Eam electionem. Gebhardus.

⁶ Qui optime suos nosse deberet] Martialis.

Principis est virtus maxima nosse suos. Gebhard.

⁷ Cypriis] Cod. P. Dan. Cypriis.

⁸ Caeterisque civitatibus maritimis naves longas imperaret] Phrasis valde frequens Curtio, ut inde colligamus nec non ex aliis plurimis Ruffum Cornelii nostri perstudiosum fuisse. sic dixit L. 3. cap. 4. Naves sociis imperare. Caesar L. 6. B. G. c. 4. Curt. L. 9. c. 38. Equites civitatibus imperare. Iste iterum lib. 1. Comment. cap. 7. Proximas toti quam maximum militum numerum imperaret. lib. 7. cap. 4. Qua oblata potestate omnibus iis civitatibus obsides imperat. Nepos Vita Attici: cum privatis pecunias per epistolas imperaret.

257

ves longas imperaret, ¹ classemque, ² qua proxima aestate mare tueri posset, compararet: ³ dato adjutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id ut Lacedaemoniis est nuntiatum, ⁴ non sine cura rem administrarunt, quod majus bellum imminere arbitrabantur, quam si cum barbaro solum contenderent. Nam ⁵ ducem fortem & prudentem, ⁶ regis opibus praefuturum, ac secum dimicaturum videbant: quem neque consilio, neque copiis superare possent. Hac ⁷ mente magnam contrahunt classem, proficiscuntur ⁸ Pisandro duce. ⁹ Hos Conon apud Cnidum adortus magno praelio fugat, ⁹ multas naves capit, complures

rer. Sic Graeci adhibent *ἰπαρζέλειν*. Gebhardus.

¹ *Classemque, &c. compararet*] Sic Mss. & vulgati. Librarii incuria verbum illud *compararet* in editione Lambini desideratur. Savaro.

² *Quae proxima aestate*] Leid. & Voff. A. B. item Cod. P. Dan *Qua proxima aestate*.

³ *Dato Adjutore*] Sic *adjutor belli* & simpliciter *adjutor* dixit Livius L. 4. cap. 44. & L. 6. cap. 22. & ita saepius. Verbum *adjuvare*, unde *adjutor*, illustravit Manutius ad Cicer. L. 1. Fam. Ep. 7. Quicumque enim alicui in re gravi adest *adjutor* dicitur Sueton. Caesar. c. 12. ubi tamen pro *adjutore* in Codice Hulsii *auxiliorum* legitur. Ad alia etiam transfertur haec vox, ut docuit cl. Burm. ad Phaedr. L. 5. fab. 5. v. 14.

⁴ *Non sine cura rem administrarunt*] *Auxilia enim navalis belli aegae Aegypti Hercynione petiverunt, & undique a sociis magna contraxere subsidia*, ut inquit Orosius, 3, 1. Magius. Pro *administrarunt* Exc. Dan. habent *amministrant*. Bofius. Leid. & Voff. A. *rem administrant*. Paulo

ante pro *naves* Voff. A. *navis*.

⁵ *Ducem fortem & prudentem*] Et praeterea res hostium apprimere edocsum. Diodorus 14. *ἔτι οὐδ' ἠνέμπερεσθε. ἴδ' ἔχ' πόλεμον ἀγόνων, μέλιτσα ἴδ' πολέμων*. Gebhardus. Leid. *ducem fortem prudentem*.

⁶ *Regis opibus*] Dan. & q. edd. *regis opib.* Bofius. Voff. A. *regis*. fed Leid. & B. *regis*.

⁷ *Pisandro*] Sic legendum, non *Lysandro*, ut habent libri alii vulgati. Lambinus. Atque sic & Mf. Dan. itemque Xenophon, Plutarchus, Justinus. Diodorus *Periarchum* vocat, sed mendose, juxta Lambino, Bongarsio, & Voferio ad an. P. I. 4320. Bofius. Leid. *Pysandro*. item Voff. A.

⁸ *Hos Conon apud Cnidum*] Narrant Xenophon 4. *h. Gr.* Diodorus 14. Pausanias principio *Atticorum*, Justinus, 6, 3. Bofius. Leid. *Gnyantm*. Voff. A. B. *Cnidum*.

⁹ *Multas naves capit, complures deprimit*] Curt. vocat l. iv. c. 37. *demergere. Naves*, inquit, *omnes fere aut demersit aut cepit*. Sed istud non est inelegantius. Caesar. lib. 1. Civil. c. 56. *Partem navium deprimum; non*

res deprimit. ¹ Qua victoria non solum Athenae, sed etiam cuncta Graecia, quae sub Lacedaemoniorum fuerat imperio, liberata est. ² Conon cum parte navium in patriam venit: ³ muros dirutos a Lysandro, utrosque & Piraei, & Athenarum, reficiendos curat: pecuniaeque quinquaginta talenta, ⁴ quae a Pharnabazo acceperat, civibus suis donat.

CAP. V.

I Accidit huic, quod ceteris mortalibus, ut inconsideratior in secunda, quam in adversa esset

nullas cum hominibus capiunt. lib. 11. Civil. cap. 6. *Qua re animadversa, quae proximae ei loco ex Bruti classe erant, in eas impeditas impetum faciunt celeriterque deprimit.* Tacit. l. 14. Histor. cap. 79. *Classem ultra Caminesates aggressi sunt; majorque pars navium depressa aut capta.* Hirt. lib. de Bello Alexandr. c. 11. *Capta est una hostium quadrivemis, depressa est altera.* Ibid. cap. 16. *Deprimuntur tres nostris incolumibus omnibus.* Auctor de Viris Illustrib. cap. XL1. *Quae Lucetius Catius primo punico bello trecentis navibus adversum Poenos profectus sexcentas earum naves commeatibus & aliis oneribus impeditas duce Himilcone apud Aegatas insulas inter Siciliam & Africam depressit.* Graeci vocant *βυβίσεων*, crebrius *καταβύσεων*. Diodorus *καταβύσεων τριτάτων*. Aristoph. Ran. Act. 1. Scen. 2

— Καταβύσεων γὰρ καὶ τῶν πολεμίων ἢ δούλων ἢ τετρακταδύων. Gebhardus. Leid. *rapit.* quae verba saepius commutantur v. cl. V. V. J. Fr. Gron. ad Livium L. 6. c. 23. Dukerum ad Florum. L. 1. c. 1. n. 10. & ad L. 2. cap. 6. n. 2. & Drakenburgium ad Silium Italicum L. 15. vs. 659. De verbo *deprimere*

vide Aenium ad Phaedr. L. 1. fab. 20. Adde Sallustium apud A. Gellium. L. 10. N. A. cap. 26. *Earum aliae deprimebantur.*

¹ *Qua victoria non solum Athenas, sed etiam cuncta Graecia liberata est.]* Lacedaemonique adeo Graeciae imperio spoliati. quod praeter Nostrum, etiam apud Diodorum & Justinum locis modo laudatis, & Isocratam ad Philippum & in Euagora legitur; adde Casaubonum ad 1. Polybii p. m. 28. & seqq. Bosius.

² *Conon cum parte navium.]* Qua oratione usus, hoc libente Pharnabazo fecerit, exponit Xenophon lib. 4. Lambinus.

³ *Muros dirutos &c. refic. curat.]* Sed permisso Pharnabazi, cum quo in Peloponnesum navigans Laconicam vastavit, sociosque Athenensium in Spartanos incitavit. *Ernstius.* Praeter Xenophontem, Diodorum Justinum, Pausaniam locis citatis, meminere Demosthenes or. in Leptinem, Athenaeus 13, Plutarchus Agesilao, & in apophthegm. Laconicis, &c. Athenaei verba excerpit, sed corrupta, eoque de Alexandro M. accepit Suidas in *Αθηναισιν*, & *Αλιζανδρῶς*. Sic enim priore loco scribit.

set fortuna. Nam classe Peloponnesiorum devicta,
 1 quum ultum se injurias patriae putaret, plura con-
 cupivit, quam efficere potuit. Neque tamen ea non 2
 pia & probanda fuerunt, quod potius patriae opes
 augeri, quam regis maluit. Nam quum magnam au-
 ctoritatem sibi pugna tua navali, quam apud 2 Cnidum
 fecerat, constituisset, non solum 3 inter barbaros,
 sed etiam inter omnes Graeciae civitates, clam dare
 operam coepit, 4 ut Ioniam & Aeoliam restitueret A-
 theniensibus. Id quum minus diligenter esset celatum, 3

ὁ μέγας Ἀλέξανδρος κακείνῃ νικήσας
 ναυμαχίαν λακεδαιμονίῳ, καὶ ποιήσας
 ἢ πειραιᾷ. posteriore vero hunc in
 modum: Οὐδὲ ὁ μέγας Ἀλέξανδρος
 νικήσας ναυμαχία λακεδαιμονίῳ καὶ τῆς
 χίσας ἢ πειραιᾷ. Atqui apud Athe-
 naeum unde haec desumpta, sic legi-
 tur: τοῦτ' ἢ τῆς μεγαλοφυχία ὁ μέγας
 Ἀλέξανδρος. Κόνων δὲ τῆς πρὸς Κνίδον
 ναυμαχία νικήσας λακεδαιμονίῳ, &c.
 Pro Κόνων igitur videtur legisse κα-
 κείνῃ. Bosius. De verbo rescicere vide
 Broukhuf. ad Tibull L. 4. El. 1. v. f.
 210. & Cortium ad Sallust Jū-
 gurth. cap. 66. n. 1. pro cum parte
 Leid. cum patre. pro in patriam, in
 papiram, pro dirutos Voss. B. dirutos.
 Pro Piraei Leid. & Voss. A. Pirei.

4 Quae a Pharnab. acceperat, ci-
 vibus suis donat] Similis Arati Sicyo-
 nii liberalitas fuit, de qua Cicero. 2.
 Offic. 23. Bosius.

5 Accidit hoc quod ceteris &c.]
 Ἰσως ἴσῳ ἢ καὶ ἐπίσης ἢ τῶν τῶν Οὐμβέ-
 ρου, τὸ τὰς ἴσῳ ἢ τὰς ἰπποκρίτας ἢ
 ἔχουσιν καὶ δὲναδάς φέρει ἀνδραγαθίας,
 καὶ τὰς περὶ τῆς εὐλαβίας ἰσῳδάς,
 καὶ πειραιᾷ. Polyb. 17. Hist. Casaubonus
 vertit: Accidit hoc &c. alius fortasse
 iam ante, ut rebus laetis potentiam
 ferre, sicut homines par erat, nequi-
 rent; in adversis cause admodum &c.

prudenter statum suum conservarent. Vid.
 var. lect. Mureti l. 5. c. 15. Boecletus.
 Pro inconsideratior Leid. consideratior.
 Pro Peloponnesiorum, Peloponnesiorum
 Voss. B. Sed. A. Pelodomesiorum.

1 Quum ultum] Alii libri habent
 cum ultisci: alii cum ultum. Ego ul-
 tum malo. nam revera ultus erat
 patriae injurias, miris relictis &
 de integro excitatis, quos illi di-
 ruerant. Patriae injurias autem, i.
 e. a Lacedaemoniis patriae illatas.
 Lambinus. Leid. & Voss. A. quum
 ultum Voss. B. quum inultum.

2 Cnidum &c. constituisset] Leid. &
 Voss. A. Gnydum. Constituisse est fir-
 masset; fundasset. consule celeb.
 Burm. ad Quint. Declam. 268. in
 fine; qui vim vocis sua, pro qua in
 Voss. A. B. & Edd. Bossii aliorumque
 illa legitur, illustravit ad Val. Flacc.
 L. 1. Argonaur. v. 547.

3 Inter omnes Graec. civitates] Td
 inter aberat Mss. Schotti & Boecl.
 Bosius. Abest etiam a Leid. meo.

4 Ut Ioniam & Aeoliam restitu-
 ret] Alii, hoc objectu usos Persas,
 sed veram causam fuisse invidiam
 rerum prospere a se gestarum. Ita
 quidem Diod. Sic. l. 14. Hist. & Isoerates
 in panegyrico. Locc. Pro Aoliam
 Leid. Eaym. Pro Id quum Leid. ut quod.

¹ Tiribazus, qui Sardibus praeerat, ² Cononem evocavit, simulans ³ ad regem eum se mittere velle, ⁴ magna de re. Hujus nuntio parens quum venisset, in vincula conjectus est: in quibus aliquandiu fuit. ⁵ Nonnulli eum ad regem abductum, ⁶ ibique periisse scriptum reliquerunt. ⁷ Contra ea ⁸ Dinon historicus, cui nos plurimum de Persicis rebus credimus, *effugisse*, scripsit:

¹ Tiribazus] Dan. Tyriabafus. quaedam edd. Teribazus: quomodo Xenophonti Τειβαζος est. Τειβαζος tamen etiam Plutarchus Artaxerxe, & Diodorus vocant. Bofius. Leid. m. Tyriabarus Voss. A. Tiriabazus. B. Tiribazus. & mox in iisdem Mff. eadem hujus vocis est confusio.

² Cononem evocavit, simulans &c.] Disputaverat ex suis Savaro, cum se mittere velle magna de re. hujus nuntio parens, & ita video excerptum esse a P. Daniele, praeter voculam hujus, quae abest. Gebbard. Paulo aliter haec Xenophon & Diodorus. adde not. Ernstii. Bofius.

³ Ad regem eum se mittere velle] Haec paulo aliter referentur ab iis, quos supra laudavi: Cononem videlicet ab Atheniensibus eorumque sociis una cum aliis legatum fuisse missum ad Tiribazum praefectum regium, & cum ab Antalcida Lacedaemoniorum legato propositas condiciones nequaquam probaret, in vincula fuisse conjectum, quo Antalcidas Spartanorum partes & causam regi Artaxerxi eo melius commendaret. Vide Plutarch. Artaxerxe & Δωροβ. Ernstius. Td eum omittit postrema editio Boecleriana, Mf. Codicis, ut opinor, fide. Lambinus edidit: ad regem se mittere eum velle. quae diversitas facit, ut alterutrum pronomem a glossa esse

suspicer. Bofius. Se abest a Voss. B.

⁴ Magna de re] Sic Mff. Gif. Dan. Savar. In aliis, & plerisque editis, est magna festinatione. idque quidam ad praecedentia referunt, alii ad sequentia. Fortassis utrumque genuinum est, legendumque: ad regem eum mittere velle magna de re. hujus nuntio magna festinatione parens cum venisset; vel hujus nuntio parens cum magna festinatione venisset, vel denique; magna festinatione hujus nuntio parens cum venisset. Certe non video, qui alterum in alterius locum irrepserit. A. Cod. Dan. & rō hujus aberat. fors non male. Bofius. Voss. B. magna festinatione. Pro quem venisset Leid. convenisset.

⁵ Nonnulli] Mff. Boecl. praepo- nit inde. Bofius. Leid. etiam inde nonnulli. item Voss. A.

⁶ Ibiq̄ periisse] Diodorus Siculus de eo supplicium sumtum esse significat lib. 15. his verbis: ἡσπασθησθε ὁ Ἰσικεδωνος μὴ σὺνδραμῆ, ἢ τιμωρεῖσθε τὴν, κατὰ τὴν Κίον ἰππασθὸς Ἀδμινθῶ. Lambinus.

⁷ Contra ea] Mff. Boecl. contra. Bofius. Leid. contra Cadyon. Voss. B. contra Dinon.

⁸ Dinon] Qui scripsit Persica, pater fuit Clitarchi, vixitque tempore Artaxerxis, Ochi, & Philippi. Plura de eo tradidit vir clarissimus G. J. Vossius lib. 4. de Graec. Histo-

psit: ¹ illud addubitat, *utrum* ² *Tiribazo* sciente, an imprudente sit factum.

Historicis cap. 8. *Gebhard*. Sic dicitur. *Savaron* teste, codex *Gifanii*, pro eo quod in aliis legitur *Dion* vel *Dimon*. Pct. quoque *Daniel* in suo *Dynon* reperit. *Plinio Nat. Hist.* 10, 49. est *Dino*; Graecis *Δίον* vel *Δείων*. Ejus *Persica* laudant *Athenaeus*, *Laertius* in *Protagora*, *Plutarchus* in *Themistocle*. Plura de eo *Vossius* de *Historic. Graec.* 4, 8. *Bosius*. Adde *Perizon*, ad *Aelian.* L. 7. V. H. cap. 1. & *Menagium*, qui *Dimon* scribendum esse docet

ad *Diog. Laert.* L. 1. Sect. 8. & ad L. 9. Sect. 50. *Cicero*. Lib. 1 de *Divin.* cap. 23. *Quid ego, quae Magi Cyro illi principi interpretati sunt, ex Dionis Persicis proferam?* Ubi cl. *Daviesius* recte rejecit *si libris*.

¹ *Illud addubitat*] Mf. *Leid* illud autem dubitat. mox *Dan. Tyriabazo*. *Bosius*. Pro sit factum *Voss.* B. factum sit.

² *Tiribazo*] Qui pedestribus copiis praecerat, teste *Diodoro Siculo* Lib. XIV. *Gebhardus*.

X. D I O N.

C A P. I.

¹ **DION** = **HIPPARINI F. SYRACUSA-**
DNUS, ² nobili genere natus, utraque implicatus tyrannide + *Dionysiorum*. Namque ³ ille superior ⁶ *Aristomachen*, sororem *Dionis*, habuit in matrimonio-

¹ *DIONEM* memorant *Plutarchus* in *Dione* & alibi, *Diodorus Siculus*, praesertim 15, & 16. *Suidas*, *Laertius* in *Platone*, *Aelianus* var. *hist.* 3, 4. & 12. 47. *Plato* saepius, ut & *Cicero*, (praesertim *Tuscul.* 5, 20, 21, 22.) *Valerius Max.* 3, 8, ext. 5, 4, 1, ext. 3. *Boeclerus*.

² *Hipparini F.*] Sic & *Diodorus* 16. ac *Suidas* vocant. *Bosius*. Nec non *Aelianus* L. 6. V. H. cap. 12. & L. 7. cap. 14.

³ *Nobili genere natus*] *Plutarchus* ait, *Hipparinium* *Dionis* patrem inter *Syracusanos* hominem fuisse

primarium, & *Dionysii*, cum primo belli dux & imperator delectus est, collegam. *Magius*.

⁴ *Dionysiorum*] *Dionysii* duo pater & filius. *Ernstius*.

⁵ *Ille superior*] *Major*, antiquior. Sic *Cato superior* *Val. Max.* lib. 8. c. 15. qui aliis *Major. Superiores* eidem majores Lib. 2. cap. 1, 10. *Majores natu in conviviis ad tibias egregia superiorum opera carminis comprehensa pangebant.* *Gebh.* De quo plura infra 21. 2. 2. & 3. *Bosius*.

⁶ *Arist. machen sor. Dion. habuit*] Sic quoque *Diodorus Sic.* 14. *Cicero*

trimonio: ex qua¹ duos filios, ² Hipparinum & ³ Nyfaeum, procreavit; totidemque filias, ⁴ nomine Sophrosynen & Areten. quarum priorem ⁵ Dionysio filio eidem, cui regnum reliquit, nuptum dedit, ⁶ alteram, Areten, Dionii. Dion autem praeter nobilem propinquitatem, generosamque majorum famam,

Tusc. 5, 20. *Valerius Max.* 9, 13. & *Plutarchus* in *Dione*. quare lapsus est *Aelianus Var. Hist.* 13, 10. & 12, 74. priore loco *Aristaenetam*, posteriore *Areten* appellans, *Aristomachen* autem *Dionis* uxorem faciens. nisi cum *Cl. Scheffero* nostro ibi pro *Aristaeneta* *Ἀρισταίτην*; hic pro *Aristomache* *Ἀρίστην*, vel, quod malim *Ἀγρίην*, reponas. vide *notas* ejus ad utrumque *Aeliani* locum. Sed posteriore loco vix est, ut ab errore eum liberemus. *Bosius*. Lapsus esse *Aelianum* agnoscit etiam celeb. *Perizonius* ad l. 1.

1 *Duos filios*] Ita & *Plutarchus*: sed nomina non addit. *Bosius*.

2 *Hipparinum*] Qui Olympiadis cvi. anno iv, pulso *Syraculis* *Callippo*, paternum dominatum recuperavit, & per biennium obtinuit, teste *Diodoro* 16. *Bosius*.

3 *Nyfaeum*] *Suidas* in *Δίων* vocat *Νύφαιον*, & *Dionysii filii fratrem*, aitque eum *vicissim Dionem* eiecisse: quod vix alibi legas. *Diodorus* 16. *Νεφταίων* vocat *Bosius*.

4 *Nomine Sophrosynen & Areten*] Inserui vocem *nomine*, auctoritate *MStorum* *Dan.* & *Boccl.* Addidit autem *Nepos* ob eam, credo, causam, quod aliis virtutum nomina essent *ἀρετῶν* & *καρῶν*. Ceterum argute *Put.* orat. 2. de fortuna *Alexandri* reprehendit *Dionysium*, quod, cum civium *cc* 100 amplius interfecisset, fratrem ob *invidiam* hostibus pro-

didisset, matrem vetulam, paucis post diebus morituram, suffocasset; atque in tragoedia ipse scripisset: ἢ ὅτι τριετίας ἀδμιατῶν μέρησιν ἔσθι: tamen filiarum aliam *Ἀγρίην*, aliam *Σοφροσύνην*, aliam *Διονυσίου* appellarunt. *Bos.* *Voss. A.* *Sophrosynem*. Pro nuptum dedit *Leid.* nuptui dedit.

5 *Dionysio filio*] Qui ex *Doride* altera uxore natus erat, ut ait *Plutarchus* pag 959. idque & inscriptio ejus de semet posita docet apud eund. *Plut.* loco paulo ante laudato. *Bos.*

6 *Alteram Areten, Dionii*] Pro uxore igitur habuit sororis filiam, *Ernstius* *More* *Principum*, filias sororesve iis quos vel jungere sibi arētius, vel decipere cupiunt, collocantium. quo de nonnulla habes apud *Forsner.* & *Boecler.* ad *Taciti Ann.* 1, 10, 5. *Plutarchus* tradit, *Areten* nupsisse prius *Thearidae* *Dionysii* fratri: eo vero mortuo, *Dioni*, cum esset sororis filia. Vox *Areten* a quibusdam editis abest: sed eam habent & *Excerpta* *P. Danieli* *Bosius.* *Voss. A.* & *B.* *Arethen.* *Leid.* *Arecken.* pro *famam* *Voss. A.* *fama.* pro *a natura* *Leid.* *Voss. A.* & *B.* *ab natura*

1 *Ingenium docile, come, aptum ad artes optimas*] Quod auctor noster come ingenium tribuit *Dioni*, *Lambinus* scitis consentaneum esse negat aliorum scriptorum fidei: qui durum & austerum ingenium *Dioni* fuisse asserunt. Hoc quam-

mam, multa alia ab natura habuit bona. in his ¹ ingenium docile, come, aptum ad artes optimas: magnam ² corporis dignitatem, quae non minimum ³ commendatur: magnas praeterea divitias a patre relictas, quas ipse tyranni muneribus auxerat. Erat ³ intimus Dionysio priori, neque minus propter mores,

vis ita fuisse largiamur in ceteris; tamen come & facile fuit erga docentes ipsum, praesertim erga Platonem, ad capienda ab eo virtutum & vitae praecepta, ut Plato ipse in epistola 7. ad Dionysii propinquos scribit; & infra 2, 3. Noster confirmat. Ingenium autem velut fundamentum doctrinae supponendum est. Nihil enim praecepta atque artes valent, nisi adjuvante natura; velut cultus sterili solo nihil prodest. De quo fufius *Quintilianus in fine proem. Institut. Orator. & Caselius Propolitic. cap. 20. 21. & volariv. Cap. cap. 6. Loccenius. Quod Plato epistola 4. est. & Plutarchus in vita ejus, ac lib. de discrim. adulator. & amici pag. 69. acerbitatem & contumaciam Dionii tribuunt, possit & de imperii tempore accipere; quo & Noster cap. 6, 5. eum invidiam acerbitate opprimere studuisse ait. Haec autem de privato sermo fuerit. Denique potuit, ut sunt varia interdum humana ingenia, alibi comis, alibi arrogans esse. quomodo Tacito *Hist. 1, 10. 3. Mucianus luxuria, industria, comitate, arrogantia mixtus dicitur. Bosius.**

² Corporis dignitatem, quae non minimum commendatur] Corporis dignitatem in regentibus commendari a populo tralatitium est Tacitus 2, A. 13. 2. Cum hic nobilitatem ducis, decorum alius, plurimi patientiam,

comitatem, per seria per jocos eundem amirum, laudibus ferrent. Vide *ibid. c. 73, 2. Eandem inter adjuvamenta esse summae rei adipiscendae, asserit idem 11, 28, 2. De Silio: Nunc juvenem nobilem, dignitate formae, juventa, ac propinquo consulatu ad spem accingi. Et inter caetera, quae Galbam destruxerant, erat deformitas. Tacitus 1. H. 7, 5. Ipsa aetas Galbae & irrisui & fastidio erat, assuetis juventae Neronis, & Imperatores forma ac decore corporis (ut est mos vulgi) comparantibus. Justin. 13, 1, 10. Sed nec amici Alexandri frustra regnum spectabant: nam ejus virtutis ac venerationis erant, ut singulos Reges putares. Quippe ea formae pulchritudo & proceritas corporis in omnibus fuit, ut qui eos ignoraret, non ex una gente; sed ex toto terrarum orbe electos judicaret. Gebhardus.*

³ Commendatur] Sic Mff. & edd. vert. Lambinus tamen reposuit *commendat*; alterutrumque illud natum putat ex ignoratione verbi. *Commendat* enim, inquit, h. l. valet, ornat, facit amabilem, benevolentiam atque amorem conciliat: & subintelligendum est *hominis*, seu *viros*, idque firmat quattuor locis *Ciceronis*; uno e lib. 1. de *Oratore*, ubi vox maxime eloquentiam commendat; altero ex 2. *Officiorum*, ubi P. Rutilii adolescentiam domus P. Muciae commendasse dicitur; tertio ex oratione post reatum in senatum, quarto

res, quam affinitatem. ¹ Namque etsi Dionysii crudelitas ei displicebat, tamen salvum [² esse] propter necessitudinem; magis etiam ³ suorum causa, studebat. Aderat in magnis rebus: ejusque consilio multum movebatur tyrannus, nisi qua in re major ipsius cupiditas intercesserat. ⁴ Legationes vero, quae essent illustriores, per Dionem administrabantur: quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter administrando, crudelissimum nomen *tyranni* sua humanitate ⁵ tegebat. Hunc a Dionysio missum, Karthaginentes ¹ suspe-

itidem e *libris de oratore*; ac praeterea uno *Horatii. 1. epist. 15.* Elegantior est, fateor, haec lectio; & praeferam ipse, si MSti codices ad dixerint. Potest tamen & altera ferri. *Bosius. Leid. Voss. A. B. commendatur.*

¹ Namque etsi Dionysii crudelitas ei displicebat] Hinc postquam in Sicilia annis 38. tyrannidem tenuerat, Dion Syracusas occupavit, illumque e regno ejecit. Vid. A. G. Lib. xvii. Noct. Att. & de miris ejus moribus Cicer. Orat. pro C. Rabir. Diogenem Laert. L. 3. Plutarch. Dione. Cic. Lib. 5. Tuscul. Quaes. 11. Offic. Amm. Marcell. Lib. 16. Et Val. Maxim. Lib. 12. cap. xiv. *Ernstius.*

² Esse] Aberat Mf. Dan. & Boecl *Bosius. Pro ipsi Leid. ei. mox illum abest a Leid. & Voss. A. neque esse in Leid. reperitur. Necessitudinem* vero notare saepius sanguinis vel affinitatis vinculum jam docuere, ante alios P. Manutius ad Ciceron. L. 2. ad Fam. Ep. 19. & Berneggerus ad Suetonii Caesarem cap. 27

³ Suorum] Sororis & liberorum ejus. *Bosius.* Sic sui saepius de Libris & sanguine conjunctis. Livius Lib. 1. cap. 53. *Conquerens, jam ab*

alienis in suos vertisse superbiam. Justinus L. 1. cap. 9. *Erat enim difficile, ut parceret suis. & ita alibi. De verbo intercedere, quod mox sequitur, consule Manutium ad Cicer. L. 1. ad Fam. Ep. 2. pag. 29.*

⁴ Legationes vero] Alii; *Legationes vero omnes.* *Bosius.*

⁵ Tegebat] Ita Mff. Savar. & teste *P. Jacinto Pericul. Critic. cap. 10.* Bavaricorum unus: itemque Ed. Longol. & Ultraject. Exstantque hujus lectionis vestigia & in aliis codicibus, in quibus vel *tegebat* fuit, ut in Bavarico 2; vel *tenebat*, ut in Gif. Dan. Sch. & edd. Ald. ac Flor. quod utrumque e *tegebat* corruptum, quis dubitet? Est autem, ut recte *Gebhardus* annotavit, sensus expeditissimus ac germanus. Nam Dion, inquit, humanitate ac morum tranquillitate tegebat atque abscondebatur decantatam ubique Dionysii crudelitatem; qui mitissimos Dionis mores intuebantur, persuadere sibi non poterant, tam immanem esse Dionysium, quam vulgo jactaretur. Et eum in modum loquitur Tacitus 12, 10, 3. *dum factorum domi, bellis infausus, ignaviam saevitia tegat.* Haec *Gebhardus.* Similiter idem Tacitus An. 2, 80, 3.

ⁱ suspexerunt, ut neminem unquam Graeca lingua loquentem magis sint admirati.

C A P. I I.

Neque vero haec Dionysium ⁲ fugiebant. Nam quanto esset sibi ornamento, sentiebat. quo fiebat, ut uni huic ⁳ maxime indulgeret, neque eum secus diligeret ac filium. qui quidem, quum ⁴ Platonem Tarentum venisse fama in Siciliam esset perlata, adolescenti negare non potuit, quin eum arcesseret, quum Dion ejus audiendi cupiditate flagraret. Dedit ergo huic

a Sentio privatim odium falsis criminibus tegente. Et 6, 20, 1. de Caligula: inmanem animum subdola modestia regens. C. 50. 1. de Tiberio: quas sita interdum comitate quamvis manifestam defectionem tegebat. denique 4. 44. 4. Specie studiorum nomen exsilii tegeretur. Unde satis apparet, humanitatem & crudelitatem, & nomen crudelitatis regi apte dici. quod negabat Lambinus; eoque, conjectura ductus, correxit leniebat. quod recte spreverunt Savaro ac Schottus. Bosius. Leid. tenebat. Voss. A. leniebat. B. tegebat. & ita legitur in Codice Schefferi quam lectionem probat vir cl. ad Phaedrum L. 2. fab. 2. v. 8. Tegere pro occultare, velare saepius ponitur. Sermo verbis teffus dixit Cicero L. 9. ad Fam. Ep. 22. Sic tegere furorem, iram &c. Veteres dixere. v. cl. Drakenburg. ad Silium Italic. L. 2. v. 382.

1 Suspexerunt.] Sic e. Mss. suis correxit Savaro, habuitque & Cod. Dan. Vulgo erat suscepent. Bosius. Leid & Voss. A. suscepent. B. suspexerunt. nec aliter legi potest, ut censet etiam cl. Dukerus ad Flo-

rum L. 4. cap. 12. n. 30.

2 Fugiebant.] Fugebant Voss. B. Fugere vero pro latere, nescire Ciceroniana est locutio L. 4. ad Fam. Ep. 1. Neque doctissimorum, quos semper coluisti, praecepta te fugiunt. Caecilius ad Ciceron. Ep. 14. Illud te non arbitror fugere. iterum 10. ad Fam. Ep. 3. Nihil enim te fugere potest. Phaedrus L. 4. fab. 4. v. 48. Quod multorum fugit imprudentiam. & ita optimus quisque.

3 Maxime indulgeret.] Leid. magis indulgeret. item Leid. A.

4 Platonem Tarentum venisse.] Platonem ipse epistola ad Dionem propinquum. Diogenes Laertius in Platone, Cicero Catone maj. & Plutarchus Dionem, causam defectionis Appulejus lib. de dogmate Platonis fuisse ait, ut naturam Aetnae, & incendia concavum montis intelligeret. quod etiam Laertius tradit; Ipse fortasse & τῶν Συρακῶν se venisse, ait: Plutarchus δὲ τῷ Ἰωάννῃ, & a daemone quodam libertari Syracusanorum favente. Mox in Mss. Boecl. erat negare non potuerit. Bosius. Sic & Voss. B.

huic veniam, ¹ magnaue eum ambitione Syracusas
 3 perduxit. Quem Dion adeo admiratus est, atque
 adamavit, ² ut se totum ei traderet. ³ Neque vero
 minus ⁴ Plato delectatus est Dione. Itaque ⁵ quum a
 Dionysio tyranno crudeliter violatus esset, quippe
 quem ⁶ venundari iussisset, tamen ⁷ eodem rediit,
 4 ejusdem Dionis precibus adductus. Interim ⁸ in mor-
 bum

¹ Magnaque eum ambitione Syracusas perduxit] Exquisito apparatu & ambitioso comitatu. Solin. cap. 7. *Dionysius tyrannus vittatam navem Platoni obviam misit. Ipse cum albis quadrigis egrediens in litore occurrens honoratus est.* Gebhardus. Nihil de ambitiosa hac deductione Plato, Laertius, ac Plutarchus; sed nec quicquam alius, quod sciam: sed tantum accitum a Dionysio, instinctu Dionis, cum Syracusas venisset, & eum eo collocutum, scribunt. A juniore autem Dionysio, jam mortuo patre, primo eodem Dione persuadente, dein sponte, omni studio, crebrisque & ipsius & aliorum epistolis ac precibus, etiam tremibus missis, advocatum Platonem, & mirabili comitate ac honore, Dionysio ipso in curru eum imponente, aurigamque agente, exceptum, ac magno in pretio habitum, ex ejusdem Platonis epistol. 3. & 7. Plutarcho pag. 963. & 965. ac Aeliano Var. Hist. 4. 18. cognoscimus. Atque ad hunc referendum puto, quod vittatam navem Platoni obviam misisse Dionysium tyrannum, ipsamque quadrigis albis, egredientem e litore excepisse, scribit Plinius N. H. 7. 3. ex eoque Solinus cap. 7. Itaque pene adducor, ut cum Buchneri τὸ μὲν αὐτῶν purem confundi heic Dionysios, & filio

tribui, quae patri debebant. Bosius. Idem quod Graecis μὲν τὸν αὐτῶν πατρῴας v. cl. Burm. ad Petron. Sat. cap. 38. pag. 168. Voss. B. promagnaque, magnosque.

² Ut se totum ei traderet] Quare Dion communi nomine a scriptoribus vocatur *Dion amicus Platonis*. Similia exempla legas apud Cael. Rhodigin. L. 23. Lect. Antiq. c. 4. Ernstius, Voss. B. ut se ei totum traderet.

³ Neque vero minus Plato delectatus est Dione] Socia tradentis accipientisque concordia & mutus amor multum confert studio: quod pluribus docet Quintilianus Or. Inst. 2. 2. § 9. Loccenius.

⁴ Plato delectatus est Dione] Ejus namque captus erat amore, ut ex Aristippi lib. 4. de antiquis deliciis, refert Diog. Laertius in Platonis vita. Inter amatorios Platonis versus apud hunc & Appulejum apologiae Orat. 1. leguntur etiam versus in Dionem, qui dilectum a Platone Dionem, atque ardentem amatum, satis arguunt. Magius.

⁵ Cum a Dionysio crudeliter violatus esset; quippe, quem venundari iussisset] Add. Plutarch. princ. Dionis, qui tamen haec paullo aliter narrat. Lucianus Parasito Platonem reiectum ait, quod parasiticae imperitus esset. Bos. Tyranno abest a Leid.

bum incidit Dionysius. quo quum ¹ gravi conflictaretur, quaesivit a medicis Dion, quemadmodum se haberet? simulque ² ab his petiit, si forte majori esset periculo, ut sibi faterentur. Nam ³ velle se cum eo colloqui de partiendo regno: quod ⁴ sororis suae filios ex illo natos partem regni putabat debere habere. ⁵ Id medici non tacuerunt, & ⁶ ad Dionysium filium ⁷ sermonem

6 *Vemudari iussisset*] Diodorus Sicul. 15. & prolixè *Dion. Laertius lib. 3.* ac *Plutarchus Dion. Pro iussisset* q. edd. *iussit*. Bofius.

7 *Eodem rediit*] Defuncto seniore Dionysio. *Plato ep. 7.* *Plutarchus l. c.* & noster *mox 3. 1.* Bofius. *Pro Dionis precibus* Voff. B. *Dionysii precibus*.

8 *In morbum incidit*] Morbi causam fuisse immoderatas epulas, comotationes & ebrietatem, tradit *Diodorus Sic. 14.* *Lambinus*.

1 *Gravi*] Ita membranæ Schotti, & referente *Piccarto Peric. Cris. cap. 10.* duo Mss. *Bavarici*; itemque ed. *Ultraject.* & c. suis, ut opinor, libris, *Savaro.* non incommode, ut recte iudicabat *Piccartus*, nec minus latine, quam, quod vulgo legitur, *graviter*. *Schottus* tentabat *gravius*: sine causâ. *Bofius*. *Gravi* etiam *Leid.* & *Oxon.*

2 *Ab his petiit*] Q. edd. *de iis petiit* Bohus

3 *Velle se cum eo colloqui*] Ita & *Plutarchus* pag. 960. *Bofius*.

4 *Sororis suae filios*] *Hipparinum* & *Nisaeum*. *Ernstius*. V. supra cap. 1. *Bofius*.

5 *Id medici non tacuerunt*] *Futuro Principi*, ut *Plutarchus* ait, gratificantes: more in aulis recepto. *Bofius*.

6 *Medici non tacuerunt*] *Hem sce-*

lus medicorum in aula! nam caprandæ successoris gratiæ desperatam dominantis valetudinem aut contra fidem vulgare, aut suo ministerio opprimunt extinguuntque. *Tacitus* 6, 50, 5. de *Charicle: labi spiritum, nec ultra biduum duraturum* (*Tiberium*) *Macronis* firmavit. *Liv.* 40, 56. *Medicus Calligenes, qui curationi praeerat, non exspectata morte regis, a primis desperationis notis nuntios praedispositos, ita ut convenerat, misit ad Perseum.* Et necesse pieraque occultare regum, annon medicorum scelere ac perfidia accelerata? *Bagoas* certe $\delta \chi \alpha \lambda \alpha \rho \alpha \circ \acute{\alpha} \nu \epsilon \tau \alpha \lambda \epsilon \phi \alpha \rho \mu \acute{\alpha} \kappa \iota \nu \circ \tau \omega \nu \delta \iota \acute{\alpha} \tau \eta \nu \circ \iota \alpha \tau \epsilon \rho \alpha$, ut refert *Diodorus* 17. De *Eudemo* *Tacitus* 4. A. 3, 6. De *Xenophonte*, qui pinna rapido veneno illita, quasi nifus evomentis adjuturus, *Claudius* precibus *Agrippinae* evitavit, vide 12, 67, 2. & 3. *Gebhardus*. *Supra* in vita *Cononis* cap. ult. dicit. *Id quum minus diligenter esset celatum, Ernstius*. Plura in hanc rem *Meibomius* commentar. in *Justin.* *Hippocratis* cap. 14 § 16. & seqq. *Bofius*.

6 *Ad Dionysium filium*] *Leid. ad Dionysium suum filium*.

7 *Sermonem*] Quibusdam videtur, detracta voce *Sermonem*, legendum: & ad *Dionysium* retulerunt. Quo enim pertinet vox *Sermonem*? inquirunt illi: aut quorsum ponitur?

Nana

nem retulerunt. quo ille ¹ commotus, ² ne agendi cum eo esset Dioni potestas, patri ³ soporem medicos dare coegit. Hoc ⁴ aeger sumpto, ⁵ ut somno sopitus ⁶ diem obiit supremum.

CAP.

Nam satis diserte dixit Cornelius *id medicis non tacuerunt. &c.* Id autem, nempe quod cum ipsis Dio locutus erat, vel, Dionem secum locutum esse de talibus rebus. Sequitur jam: *& ad Dionysium retulerunt*; nempe illud idem, ut repetatur *ἡ δὲ αὐτῷ id.* Ego tamen nihil mutare ausus sum, quod lectio vulgata ferre possit. Sequitur enim, *quo ille commotus. &c. quo*, videlicet sermone. Lambinus. Schottus ad Dionysium seniore[m] conjectabat; perperam: nam Cornelius potius extulisset, *filium majorem natu Gebhardus*. Et quomodo seniore[m] dixisset filium, patre cognomine superstitice? Bofius.

1 *Commotus*] Gravissime irritatus. Curt. L. 4. cap. 23. *At ille suorum tam indigna nece commotus urbem obsidere statuit.* Tacit. 6. Ann. cap. 13. *Quis commotus incusavit Magistratus Patresque.* Nepos Timol. *Quibus verbis adeo ille est commotus, ut nonnunquam vitae finem facere voluerit.* Gebhardus.

2 *Ne agendi cum eo esset Dioni potestas*] Mf. Boecl. *ut Dioni agendi esset potestas.* corrupte. Bofius. *Cum eo abest a Leid. & Voss. A.*

3 *Soporem*] Medicamentum soporiferum *φάρμακον ὑπνωτικόν.* Front. L. 2. cap. 5. Ex. 12. *Mandragorae inter venenum & soporem media vis est.* Gebhardus. *φάρμακον ὑπνωτικόν* vocat e Timaeo Plutarchus. Schottus. Significant potionem frigidissimam, quae, ut ex Medicorum

scriptis didicimus, nigri papaveris succo, aut cicuræ parari solet. Sane Athenienses capitali judicio damnatos cicuræ succo necare solebant. Quamobrem *Furvenalis Sat. 7.*

— *Hunc inopem vidistis, Athenae*

Nil praeter gelidas ausae conferre cicutas.

Et Perfius (Sat. 4, 1.)

— *Barbatum hoc crede magistrum Dicere, sorbitio tollit quem dura cicutas.*

Magius. adde Plinium Nat. Hist. 25, 13. & quae ad hunc Perfii locum notavit *Casaubonus*. Bofius. *Sopor idem ac somnus, ut docet Servius ad Virgil. 1. Aen. vs. 684.* hec vero ponitur pro medicamento somnum mortiferum faciente. vide *Elegant-Broukhuis*. ad Tibull. L. 4. El. 4. vs. 9. & ad Propert. L. 3. El. 9. vs. 54. *Phrasin somno sopitus* illustravit cl. Schefferus ad *Phaedrum* L. 3. fab. 10. vs. 34.

3 *Soporem medicos dare coegit*] Quia ipsi fortasse propter Hippocratis jusjurandum, facinus horrebant. Magius. *Eo enim jurare solebant, se neque precibus adductos cuiquam pharmacium mortiferum daturus, neque ejus rei auctores futuros.* de quo plura *Meibomius loco paulo ante* laudato. Bofius.

4 *Aeger*] Mf. Boecl. & q. edd. ergo. Bofius. Ergo etiam Leid. & Voss. A.

5 *Ut somno sopitus*] Addidi particulam, motus auctoritate Mss. Dan.

C A P. III.

Tale initium fuit Dionis & Dionysii simultatis, ¹ & eaque multis rebus aucta est: sed tamen primis temporibus aliquandiu simulata inter eos amicitia mansit. ² Quumque Dion non desisteret obsecrare Dionysium, ut Platonem Athenis arcesse- ret, & ³ ejus consiliis uteretur, ille, qui in aliqua re vellet patrem imi-

Dan. Leid. & Boecl. nam vulgo aberat. Sensus est, tanquam dormientem obiisse. Apud Plutarchum est: ἀποθνήσκοντες ἄνευ ἀνδρῶν, & ἀνὰ τὴν οὐρανὸν ἀναβαίνοντες. Bofius. Particulam etiam agnoscit Voss. A.

⁶ Diem obiit supremum] De Dionysio hoc majore videndi Auctor Infr. de Regib. cap. 2. Justin. 20. Diodor. Sicul. 15, 73. De timore animi tortore Cic. 5, Tusc. & 2. de Offic. Val. Max. 9. c. 13. Ernst.

¹ Tale initium fuit simultatis] Nihil hac de re Plutarchus & Diodorus: sed ille propensa in Dionem voluntate fuisse Dionysium; hic propter nobilitatem & magnitudinem animi suspectasse eum, scribit. Bof.

² Eaque multis rebus aucta] Plutarchus apertissimas & maximas odii, & simultatis, & invidiae in Dionem causas fuisse scribit, vitae degendae dissimilitudinem, & victus consuetudinem a societate & communicatione alienam; easque crevisse crebris comitum & intimorum Dionysii vocibus, quibus illius animum in Dionem exulcerabant, suspicionemque regni a Dione appetiti illi injiciebant. Lambinus Vide Plutarch. Dione pag. 963, & de discrim. adulator. amici pag. 53. adde Platonem epist. 3. Bofius.

³ Quumque Dion] Mf. Boecl. cum

D. desist. obs. Bofius. Leid. Quum Dion non desisteret, ut & Voss. A. sed B. Quumque Dion desisteret In Quibusdam Edd. desineret. In Angelilao cap. 7. Agesilaus non desistit, quibuscumque rebus posset, patriam juvare. in Cat. cap. 2. suscipere inimicitias non desistit. Quod loquendi genus familiare est tum Curtio, ut docet Cellarius ad Curt. L. 10, cap. 2. n. 21. ubi etiam cum desinere in Mss. confunditur. tum ipsi Ciceroni; ut L. 1. ad Fam. Ep. 1. Pompejum & hortari, & orare, & jam liberius accusare, & monere, ut magnam infamiam fugiat, non desistimus. L. 7. Epist. 7. Ego te commendare non desisto. De hoc verbo consulendus est Elegantiss. Broukhufius ad Tibull. L. 1. El. 9. vs. 71. ubi plura Ciceronis, huic verbo Infinitivum addentis, loca, item alia de ejusdem significatione videbis adnotata. Itaque procul omni dubio in textum recipiendum. Mox pro vellet Leid. velit. Pro patrem imitari Voss. B. imitari patrem.

⁴ Ejus consiliis uteretur] Saepius hac phrasi utitur Noster, ut in Themistocle cap. 10. in Timotheo cap. 3. & alibi. Ciceronianam esse locutionem docet Celeb. Burmannus ad Quinctilian. ad Tryphon. Bibliop. pag. 2

2 imitari, 1 morem ei gessit. eodemque tempore 2 Philistum historicum Syracusas reduxit, hominem 3 amicum non magis tyranno 4 quam tyrannis. Sed de hoc 5 in eo meo libro plura sunt exposita, qui 6 de historicis conscriptus est. 7 Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit, valuitque eloquentia, 8 ut ei persuaserit, tyrannidis fecere finem, libertatemque redde-

1 *Morem ei gessit*] Ad Platonem scripsit, ut testatur Plato; extatque ejus epistolae summa in epistolis Platonis. Lambinus. Pro *morem ei gessi* Leid. & Voss. A. *morem gessit ei*. Sed *ad ei* abest a Voss. B.

2 *Philistum Syracusas reduxit, amicum non magis tyranno quam tyrannis*] Quum in scio Dionysio seniore uxorem Leptinae fratris ejus duxisset Philistus, ab illo proscriptus, nec nisi a Dionysio successore patris restitutus est in patriam illorum consilio, qui Diem adversabatur. Sed ne Plato eloquentia sua Dionysii animum mutaret, metuentes, hunc opposuere Platoni & ejus philosophiae. Non solum enim Philistus vir eruditus erat, sed & Dionysii aliorumque tyrannidi favebat, eorum vitia honesti praetextu tegere conatus: ut solent adulatores, quibus omnia Principum honesta atque inhonesta laudare mos est. De hoc Philisto plura Vossius de Histor. Graec. 1, 6. Loccenius. Exsulabat autem Philistus circum Adriam a Dionysio majore pulsus, ut tradit Plutarchus: ut Diodorus Sic. lib. 15. Thuriis. Lambinus. Voss. A. *Philistum*. B. ducit.

3 *Amicum non magis tyranno &c.*] Aldus *inimicum* legit: sed corrupte, praeterque antiquorum codicum fidem. Quod autem tyranni-

dis tyrannique fuerit amicus, non autem inimicus, fidem facit Plutarchus. Magius. Is enim pag. 974. *φιλιστὸν τὸν ἀρχαῖον ἀνδραγαθόν*. Et p. 962. primo surgenti tyrannidi promissimum se praebuisse. pag. vero 999. firmiorem tyrannidi creditum, eamque fovisse ait. Adde mox. c. 3, 3. Bostius. Non abest a Voss. A.

4 *Quam tyrannis*] Sic Mss. Dan. & Boecl. ac fortassis & alii, quod Cl. Loccenius exponit non magis Dionysio tyranno, quam aliis similibus ejus amicum. Alii, *tyrannidi*: cui lectioni favent loca Plutarchi modo adducta Bostius. *Tyrannis* exhibent etiam meus Leid. item Voss. A. B.

5 *In eo meo libro*] Meo abest Dan. & Leid. Bostius. Agnoscunt tamen Leid. meus item Voss. A. B.

6 *De historicis*] Graecis addebat codex Schotti, & quos Savaro inspexit, ut in praefatione notatum suarum testatur: itemque, Magio laudante, exemplar Venetum, quam vocem Lambinus, si Schotto credimus, (nam in commentariis ejus nihil hujusmodi reperio) cum Longolio expungit, quod de utrisque scripsisse, Graecis Latinisque verisimile sit, perperam. potuit enim de utrisque separatim scribere. Sane de Latinis seorsim egisse, inde apparet, quod in antiquissimo codice Gifanii

reddere Syracufanis. ¹ a qua voluntate Philisti consilio deterritus, aliquantó crudelior esse coepit.

C A P. I V.

Qui quidem quum a Dione se superari videret ingenio, auctoritate, amore populi, verens, ne si eum secum haberet, aliquam occasionem sui daret opprimendi, ² navem ei triremem dedit, qua ³ Corinthum deveheretur: ⁴ ostendens, se id utriusque facere

Gifanii ante vitam Attici haec verba reperta sunt; *Ex libro Cornelii Nepotis de Latinis historicis.* nisi tamen legendum est *historiis.* nam & in vetusto codice Cardinalis Mendozae Schottus hanc inscriptionem reperit: *Historiarum Latinarum Cornelii Nepotis vita Attici.* Utcunque fuerit, ^{no} Graecis heic genuinum esse vix dubito. *Bosius.* Addunt tamen Leid. m. Voss. A. & B.

⁷ *Plato autem*] De hoc ejus ingenio, industria ac moribus videndus Val. Max. 8. cap. 7. *Ernstius.*

⁸ *Ut ei persuaserit tyrannidis facere finem*] Idem Plato in epistola 3. ad Dionysium circa init. faretur. (adde *Plutarch.* Dione pag. 962. & seq.) Sed ut Dionysius erat veterator magnus (veluti Tullius 2. epist. 12. ad Q. Fr. eum appellat) hoc postea invertit, & Platonem calumniatus est, quasi ille huic ejus conatui obloquutus esset; quum contra Plato sedulo suaderet, sed tyrannus recusaret. Et hoc est tyrannorum, omnia ab aliis recte dicta aut facta in pravum detorquere. *Loccenius.* Ei adest Leidensi meo & Voss. A. B.

¹ *A qua voluntate Philisti consilio deterritus*] Dionem apud tyrannum criminando, & multas gravesque

suspiciones in illum commovendo, accessit & Dionis epistola ad Carthaginienfium magistratus & procuratores data, intercepta, & ad Dionysium allata. *Lambinus.* Ad *Plutarch.* l. c. *Bosius.* *Deterere* notat dehortari, dissuadere, rationibus adducere, ne quis hoc vel illud faciat. *Cicero* Lib. 1. ad *Fam.* Ep. 7. *Sed ego te ut ad certam laudem adhortor, sic a dimicatione deterreo.* de quo verbo eleganter disputavit celeb. *Broukhusius* ad *Tibull.* L. 1. El. 3. v. f. 13.

² *Navem ei triremem.*] *Plato* epist. 7. parvo navigio impositum, & ejectum dicit: *Plutarchus* *axalio.* *Acatium* vero idem quod *Scapha.* v. *Cl. Schefferum de militia navali* 2, 2. pag. 70. *Bosius.*

³ *Corinthum*] *Plutarchus:* *in Italiam:* *Diodorus* propius accedens, *in Peloponnesum.* Corinthus enim est in Peloponneso. *Lambinus.*

⁴ *Ostendens se id utriusque facere causa*] Nihil hac de re alii; sed *Plato* epist. 7. accusatum ait, quod tyrannidi insidiaretur: *Plutarchus,* conspiracyonis cum *Poenis* infimulatum. *Diodorus* 15, animadverso tyrannum necem sibi intentare, primum apud amicos delituisse, dein

cum

cere causa, ne, quum inter se timerent, alteruter alterum praecoccuparet. Id quum factum multi indignarentur, magnaue esset invidiae tyranno, Dionysius omnia, ¹ quae moveri poterant Dionis, ² in naves imposuit, ad eumque misit. Sic enim existimari volebat, id se ³ non odio hominis, sed suae salutis fecisse causa. Postea vero quam audivit eum in Peloponneso manum comparare, sibiue bellum facere conari; ⁴ Areten Dionis uxorem, alii nuptum dedit, ⁵ filiumque ejus sic educari iussit, ut indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus. Nam puero, priusquam

cum Megacle & Heraclide in Peloponnesum fugisse. *Bosius.*

¹ *Quae moveri poterant*] Sup. ad 2, 2, 8. Ingentes autem tuisse ejus facultates, & fere tyrannicam suppellectilem, ait *Plutarchus*. *Bosius.*

² *In naves*] Sic & msc. Dan. & Venetus, *Plutarchus* quoque duas permissas ait. Alii *in navi*; vel *in navim*. *Bosius.* *In navis* Leid. meus, & Voss. A. B. Pro *imposuit* Voss. B. *imponit*. Pro *ad eumque* Leid. *ad eum* quia.

³ *Non odio hominis, sed suae salutis causa*] *Plutarchus* ait, cum amicos & uxorem monuisse, non in exilium, sed peregre missum Dionem, ne in praesentis arrogantiam gravius ex ira consulere cogeretur. *Bosius.* Pro *volebat* Voss. B. *volebant*, mox pro *Peloponneso* Voss. A. B. *Peloponneso*.

⁴ *Areten Dionis ux. alii nuptum dedit*.] Nempe Timocrati familiari suo; sed invitam: ut *Plutarchus* scribit. *Longolius*. Adde *Aelian. var. hist.* 12. 47. *Bosius*. Voss. A. *Areten*.

⁵ *Filiumque ejus*] Aretaeum, ut vult *Timaeus*, a matre sic appellatum: *Hipparium*, ut tradit *Timonides*,

Dionis familiaris; cui potius credendum esse censet *Plutarchus*. *Lambinus*. *Polyaenus* lib. 5. in *Dionysio*, sect. 8. *Hipparionem* vocat. quem perperam, ut opinor, ab Aretaeo diversum, natuque majorem facit *Gebhardus*, nam unum eundemque fuisse, de cujus nomine dissidebant *Timaeus* & *Timonides*, e *Plutarcho* manifestum est. quanquam interim alium praeter hunc filium Dionis fuisse, inde colligo, quod apud *Platonem* *epist.* 8. eum a Syracusanis regem eligi suavit. Tertium, sed ipso defuncto, peperit *Aristomache* in carcere; ut *Plutarchus* *extr. Dione* scribit. *Bosius.*

¹ *Vino epulisque obruebatur*.] Hanc phrasin illustravit cl. *Burmannus* ad *Petron. Satyric.* cap. 5. p. 21.

² *Postquam in patriam red. pater, &c.*] Ita & Mf. Dan. hunc versiculum ordinat: aliter *Longolius* & alii. *Bosius.*

³ *Namque appositi erant custodes*.] *Venere Romana* dictum, namque reperies apud *Ciceronem*, *Verres calumniatores* apponebat. & de *Officio*. *Non licitatoreum venditor, nec qui con-*

quam pubes esset, scorta adducebantur: ¹ vino epulisque obruebatur, neque ullum tempus sobrio relinquebatur. Is usque eo vitae statum commutatum ferre non potuit, ² postquam in patriam rediit pater, (³ namque appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent) ut se ⁴ de superiore parte aedium deiecerit, ⁵ atque ita interierit. Sed illuc revertor.

C A P. V.

Postquam Corinthum pervenit Dion, & eodem ¹ perfugit ⁶ Heraclides, ⁷ ab eodem expulsus Diony-

1 a se liceatur, emptor apponet. In Verrem. Accusator apponitur civis Romanus. Propius ad Nepot. Lucell. Lib. 15. Indiciem apposuit. Attius Ionē Custodem assiduam apposuit virgini Tacit. 4. Annal. cap. 6. sed interdum votes procedebant contumaces & inconsultae, quas appositi custodes exceptas auctasque eum deferrent. Caesar. L. 1. de B. Gall. cap. 20. Dumnorigi custodes ponit, ut quae agit, quibuscum loquatur, scire possent. Tacitus Lib. 2. Annal. cap. 68. Remmius evocatus priori custodiae appositus. Suetonius Claudio cap. 35. Salutatoribus scrutatores semper apposuit, & quidem omnibus & acerbissimos. Alia elegantia idem Tacit. Lib. 6. cap. 19. Circumjecti custodes & in maorem cujusque intenti. Gebh. Vide cl. Burm. ad Ovid. L. 3. Amor. El. 4. vs. 1. & cl. Oudendorp. ad Lucan. l. 1. vs. 464. Paulo ante n. 2. hujus capitis monere oblitus fui, imponere & imponere in naves locutionem rei nauticae propriam esse, quod me docuit cl. Burm. ad Ovid. lib. 2. Art. Amat. vs. 420.

4 De super. parte aedium] Sic reposui e Cod. Dan. Dicitur ut desicere de gradu, honore, possessione, &c.

apud Ciceronem & alios. Ceterum Plutarchus Dione testo se praecipitem egisse, scribit: idque ex dolore quodam & ira, e parva & puerili occasione orta. Idem in Consolat. ad Appollon. de testo lapsum, eaque re audita patrem cum amicis consultantem nihil consternatum; corpusculo mulieribus tradito, deliberationem institutam prosecutum, add. Aelian. 3, 4. Bofius. Leid. de superiore parte aedium deiecerit. Voss. A. & B. superiore parte aedium deiecerit. Hyginus fab. 109. Filium de muro deiecerunt.

5 Atque ita interierit] Duos habuit filios Dion Hipparionem & Aretaeum: major vero natu Hipparion de superiore parte aedium se deiecit. Voco autem eum Hipparionem, non Hipparinum, auctoritate Polyaei, qui Lib. 5. in Dionysio Comm. 8. μιὰς ἢ ἑπταχίλων, inquit, ἔλαθεν ἰνὶ Ἰππάρκῳ οὐκ Ἰππάρκῳ. τὸ τὸ ἢ ἢ διόμα τὸ Διωνῶν. vid. quamvis aliter in Dione Plutarchus. Gebh. Mox pro illuc revertor Voss. B. illud revertor.

6 Heraclides] De quo plura Plutarchus Dione: qui hominem turbulentum, seditiosum, mobilem, infidum,

nyfio, qui ¹ praefectus fuerat equitum: omni ratio-
² ne ² bellum comparare cœperunt. Sed non multum
 proficiebant, quod ³ multorum annorum ⁴ tyrannus
 magnarum opum putabatur. Quam ob caussam ⁵ pauci
³ ad societatem periculi perducebantur. Sed ⁶ Dion
 fretus ⁷ non tam suis copiis, ⁸ quam odio tyranni,
¹ maxi-

fidum, & rei militaris peritum
 (εὐεργητὴν) fuisse, docet. Memi-
 nit ejus & Diodorus 16. Bofius.

⁷ Ab eodem expulsus Dionysio] Plato
 epist. 3. ad Dionis propinquos clam
 fugam arripuisse scribit, suspectum
 velut auctorem tumultus militum
 ob imminuta stipendia, quae cre-
 bra turbarum castrensiū materia
 esse solet. Loccenius.

¹ Praefectus fuer. equitum] ἡγεμό-
 ναυ sub tyrannus habuisse, ait Plu-
 tarchus. Bofius.

² Bellum compar. coeperunt] V.
 Diodor. 16, & prolixè Plutarch. p.
 962. & seqq. Bofius.

³ Multorum ann. tyrannus] Sic le-
 gendum, non, ut vulgo, multor.
 ann. tyrannus. Non enim tyrannus,
 sed tyrannus erat multorum annorum.
 Atque hanc lectionem confirmant,
 quae mox dicemus, & quae ipse
 ait infra v. seq. Lambinus. Leid. m.
 Tyrannus, sed Tyrannus multorum annorum
 est, quae multos per annos du-
 ravit, existit Livius lib. 3. cap. 24.
 Multorumque tabe mensium mortuum.
 Sallust. Jugurtha cap. 11. n. 5. Opor-
 tere quinque menses consulta omnia & de-
 cretare referendi. Ubi Cortium consu'e.

⁴ Tyrannus magnarum opum] Itaque
 Dionysius major dicebat, se
 relinquere filio tyrannidem adaman-
 te, seu vinculis adamantinis, vin-
 ctam. Plutarchus Dione, Diodorus
 Sic. 15. Aelianus, 6, 12. Lambinus.
 Voss. A. Magnorum putabatur.

⁵ Pauci ad societ. periculi perduce-
 bantur.] E mille proscriptis tantum
 XXV. nomina sua dedisse, Plutar-
 chus; solos XXX. e Syracusis in
 Peloponneso exfulantibus periculi
 participes esse voluisse, Diodorus 16.
 scribit. De his igitur capio verba
 Nepotis, quod autem idem Diodo-
 rus paullo ante scribit, cum primum
 bellum compararet Dio, celeriter
 multos ei obsecutos; id vel ad mer-
 cenarios milites pertinet, quorum
 ipse mille, Plutarchus pauciores o-
 ctogentis fuisse tradit: vel ad Pe-
 loponnesios, qui conata ejus pro-
 moverunt. nam & Plutarchus ait,
 milites occulte conscribentem mul-
 tos ἢ πολεμίων & Philosophorum ju-
 visse: quorum aliquos nominat. Bos.

⁶ Dion fretus] Probe indagat
 causas everfionis Dionysiacae, quas,
 sed easdem, quoque explicat Dio-
 dorus lib. 16. Gebhardus.

⁷ Non tam suis copiis] Quas ad-
 modum exiguas adduxit: sed, post-
 eaque in Siciliam appulisset, Agri-
 gentinorum, Gelonorum, aliorum-
 que Sicularum accessione quinque
 amplius millia, ut Plutarchus ait;
 ut vero Diodorus, supra XX. millia
 sub vexillis habuit. quibus dein
 multi Graecorum Messeniorumque
 ex Italia, magnaue multitudo ex
 oppido & agro Syracusarum accef-
 sit, adeo, ut urbem ingredienti,
 circiter L. millia militaverint. Bos.

⁸ Quam odio tyranni] Non solum

1 maximo animo, 2 duabus onerariis navibus, 3 quinquaginta annorum + imperium, munitum quingentis longis navibus, decem equitum, centum peditum millibus, profectus oppugnatum: quod omnibus gentibus admirabile est 5 visum, 6 adeo facile percussit, ut post diem tertium, quam Siciliam attigerat, Syracusas introierit. Ex quo intelligi potest, 7 nullum esse

odio Dionysii, sed & contemptu fretus Dio fuit; ut apparet ex Aristotele 5. Politic. 10. Bofius.

1 Maximo animo] Ita se animatum dicitans, ut quocumque posset progredi, satis illi futurum sit; & si vel vix in terram egressus, mortem oppeteret, haud gravem sibi futuram, ut ibidem Aristoteles scribit. Bofius.

2 Duabus onerariis navibus] Totidem & Diodorus ac Plutarchus numerant: sed hic addit, eas comitatum navigium non magnum & duas τριημιρες; ille, Chariclem triremes quasdam & alias onerarias a tergo Syracusa ducere iussim. Bof.

3 Quinquaginta annorum] XLVIII. numerat Plutarchus p. 970. sed cum nostro facit Diodorus p. 516. Bofius.

4 Imperium] Maximum totius Europae dominationem vocat Diodorus: qui in sequentibus plane cum nostro convenit, nisi quod naves longas tantum cccc numerat. Bof. Pro centum peditum Leid. centumque peditum.

5 Visum] Msc. Leid. ansim. fortasse non omnino male. Virg. Aen. 6. 624 ansisque potiti. Idem fortia ausa dixit Aen. 9. 282. Ovidius: magnis tamen excidit ausis. Nil tamen mutare audeo. Bofius. Visum exhibent Leid. meis & Voss. A. B. Pro percussit Leid. pertulit. pro Siciliam Voss. B. in Siciliam. pro Attigerat Leid. & Voss. A. attigerit.

6 Adeo facile percussit] Evertit. Uti tur hoc verbo Pelopida, Datame. Tali consilio uno tempore & proditoras percussit, & hostes profugavit. Tacit. 2. Annal. cap. 39 discordiis armisque civilibus Respublica percussisset. Varro Parmenione Alius teneram abietem percussit. Cicero pro Domino. Iisdem machinis sperant, me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. Gebb.

7 Nullum esse imperium tutum, nisi benevolentia munitum] Ad verbum Diodorus proemio l. 14. Αι γὰρ ηγεμονίαν κατασκευάζειν μη ενδοξία η δικαιοσύνη, καταλύεται η δόμησασι, η μηδ τών κατοικησάντων. Est apud eundem praeclarus locus l. 15. ubi asserit, nullum fortius munimentum circumjecisse Atheniensis imperio suo, quam benevolentiam sociorum: cum contra avaritia, superbia ac crudelitate Lacedaemonii omnes a se Graecos alienassent, δια η τέρους, inquit, η φιλανθρωπίας ανακτισάμενοι τήν πιαρά τοις Έλλησιν ίκνεστέραν ίπόμενα τήν ηγεμονίαν. Exemplum luculentum proponit Tacitus in Bardane Rege Parthorum, de quo II. A. 10. 6: Parthi dolo ante composito, incautum, venationisque intentum interfecerunt, primam intra juventam, sed claritudine paucos inter senum regum, si perinde anorem inter populares, quam inictum apud hostes, quaesivisset. Gebbardus.

4 imperium tutum, nisi benevolentia munitum. Eo tempore ¹ aberat Dionysius, & in Italia ² classẽm opperiebatur, adversariorum ratus neminem sine magnis copiis ad se venturum. quae res eum fefellit. Nam
 5 Dion iis ipsis, qui sub adversarii fuerant potestate, ³ regios spiritus repressit, totiusque ⁴ ejus partis Siciliae potitus est, quae sub potestate Dionysii fuerat: parique modo urbis Syracusarum, praeter artem, &
 6 insulam adjunctam oppido; eoque rem perduxit, ut ⁶ talibus pactionibus ⁷ pacem tyrannus facere vellet: *Siciliam Dion obtineret, Italiam Dionysius, Syracusas*
¹ Apol-

Consule Celeb. J. Perizonium ad Aelian. V. H. L. 4. cap. 8. n. 8.

¹ Aberat Dionysius] Canloniae in Italia, arcis custodia Timocrati, fororis marito, commissa: in quam ipse septimo post die, quam Dio urbem ingressus erat, rediit: ut tradunt Diodorus ac Plutarchus. Bofius.

² Classẽm operiebatur] Cui praerant Philistus: qui cum venisset tandem cum multis trirēibus, sed fero; navi, qua vehebatur, capta, manus sibi attulit: vel ut alii tradunt, in potestatem adversariorum venit, ab iisque foede & contumeliose trucidatus est. Plutarchus & Diodorus Sic. 16. Lambinus.

³ Regios spiritus] Ferociam tyranni opinione potentiae conceptam contudit. Spiritus hic notat *ἰσχυρὸς*. Caesar. l. 1. Comm. de Bell. Gall. cap. 33. f. Ipse autem Ariovistus tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumpserat, ut ferendus non videretur. Id. lib. 11. Comm. cap. 4. Qua ex re fieri, uti earum rerum memoria magnam sibi auctoritatem magnosque spiritus in re militari sumerent. Cicero pro Sulla: *Res gestae credo meae me*

nimis extulerunt, & mihi nescio quae spiritus attulerunt. Spiritus vero reprimere est ταπεινὴν τὰ φρονήματα etiam *συστρίβειν*. Diodor. lib. xvi. O' *ἡ βασίλειος ἰσχύος ὅρων πάλυ ταπεινῶσι αὐτῶν ἡ βασιλῆος τὰ λευκτεροῦ φρονήματα συστρίβει τῶ βιωτῶν*. Cicero pro Sextio: *Qui favorem exaltantem repressit*. Gebh. Adde cl. Dukerum ad Florum L. 2. cap. 2. n. 27. Pro his ipsis Voss. A. iis ipsis. pro fuerant potestate Leid. fuerant potestati.

⁴ Ejus partis] Sic Mss. meliores. Aliis *τὸ* ejus abest. mox Dan: *quae sub Dionysii fuerat potestate*. Bofius.

⁵ Insulam] Insula pars erat urbis Syracusarum, & instar urbis, ut ait M. Tullius in Verr. Syracusae enim constabant ex quatuor urbibus. Lambinus. Vid. Cluverium Siciliae antiq. 1, 12. Bofius.

⁶ Talibus pactionibus] Paulo aliter has Plutarchus p. 974. Diodorus rem pene eodem modo recenset: nisi quos Apollocratis nullam mentionem facit. Bofius.

⁷ Pacem facere velle] Notanter dixit *vellet*, nec enim acceperant condiciones Syracusani, sed Dionysium

¹ *Apollocrates* ² cui maximam fidem uni habebat Dion.

C A P. VI.

Has tam prosperas, tamque inopinatas res conferta est subita commutatio, ³ quod fortuna sua mobilitate, ⁴ quem paullo ante extulerat, demergere est adorta. Primum ⁵ in filium, de quo commemoravi supra, saevitiam suam exercuit. Nam quum ⁶ uxorem reduxisset, quae alii fuerat tradita, filiumque vellet revocare ad virtutem a perdita luxuria, ¹ acce-

sum vivum capturos se sperabant, ut referunt *Plutarchus* & *Diodorus*. *Bosius*.

¹ *Apollocrates*] Dionysii major natu filius, cui is, in Italiam fugiens, arcem custodiendam tradidit; sed paulo post Dioni deditam. Testis *Plutarchus* p. 974. & 980. *Bosius*. *Voss. A. Apollocrates*. *B. Hypolocrates*. de Apollocrate disputavit *Celeb. J. Perizonius* ad *Aelianum* L. 2. V. H. cap. 41. n. 2.

² *Cui max. fidem uni habebat Dion.*] Sic libri meliores. *Lambinus* edidit *Dionysius*. non male, ut videtur. neque enim Apollocrati arcem Dionysius commissurus erat, ni maximam ei fidem habuisset. Altera lectio forsitan ex abbreviatiōne nata. sicuti vicissim pro *Dione Dionysius* in plerisque *Hieronymi* codicibus irrepsit in *Chronico Eusebiano* num. 1863. de quo vid. *animadvertiones Scaligeri*. *Bosius*. *Dion* etiam *Voss. A.*

³ *Quod fortuna*] Absent quod a *Leid. m.*

⁴ *Quem paullo*] *Msc. Boccl. quae paullo*. *Bosius*.

⁵ *In filium*] *Exc. Dan & Lam-*

binus alique, *in filio*. & mox: *suam vim exercuit*. utrumque non male, ac fortasse legendum, *in filio suam vim exeruit*. *Lambinus* tamen has tres voces ut subdititias *Cornelio* detrahit: sed quo jure (inquit *Gebhardus*) quaeve injuria? *Bosius*. *In filio vim suam exercuit* legitur etiam in *Voss. A.* & *Leid. m.* praeter *B.* qui *in filium* exhibet. Vide ad *Lyfandrum* cap. 1. *Livius* L. 6. c. 22. *saedeque in captis exercuere victoriam*, pro quo *Sallustius* exercere victoriam in plebem dixit. ut ibi *J. Fr. Gronovius* monet.

⁶ *Uxorem reduxisset*] Divortio violento alteri traditam de novo assumisset. *Sueton. Domit. cap. 8. m. Equitem Romanam* ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimissae adulterii crimen intenderat, erasit iudicium albo. *Tacit. 12. Annal. cap. 2. Callistus improbatam longo dissidio, ac si rursus assumeretur, eo ipso superbam longeque rectius induci*. dixit etiam *Tacitus* *Lib. 14. cap. 61. revocare uxorem*, *ibid. & repetitum revocationem* five reductionem repudiatae uxoris. *Gebhardus*. *Sororis Aristomachae* precibus. *V. Plutarch.*

3¹ accepit gravissimum parens vulnus morte filii: deinde orta² dissensio est³ inter eum & Heraclidem: qui quidem⁴ principatum⁵ non concedens,⁶ factionem comparavit. Neque is minus valebat apud optimates;⁷ quorum consensu praeerat classi, quum⁸ Dion⁴ exercitum pedestrem teneret. Non tulit hoc animo aequo Dion, & ⁹versum illum Homeri retulit ex fecun-

pag. 980. & *Aelian.* 12, 47. cum notis Cl. Schefferi. Bofius.

1 *Accipit gravissimum parens vulnus*] Dolorem ac luctum, quem parentes liberique invicem ex calamitatibus ac mortibus liberorum, parentum ac proximorum percipiunt, observo frequentissime *Vulneribus* comparari atque vulnera nominari. Infra *Datame*; *Filium Arielaicum eo eum exercitum mittit, cadit in praelio adolescens, proficiscitur eo pater non ita cum magna manu, celans, quantum vulnus accepisset.* Tacit. vita *Agricolae* cap. 28. f. *Initio aestatis Agricola domestico vulnere ictus, anno ante natum filium amisit.* Valer. Flaccus. lib. 1. Arg. v. 723.

Dixit & exemplo Furiis iraque minaci

Terribilis, sunt hic etiam tua vulnera praedo

Sunt lacrymae carusque parens.

Tacit. *Agricolae* cap. 7. *Sequens annus gravi vulnere animum domumque ejus afflicxit.* De matre in praediis a classariis Othonis interfecta. Valerius Maximus lib. v. cap. x. Ext. de Pericle: *Ille caput quoque solito more coronatum gerere sustinuit, ut nihil ex veteri ritu propter domesticum vulnus detraberet.* Gebhardus. Leid. m. *gravissimum.* Vide de voce *vulnus* Maruratium ad Ciceron. L. 5. ad Fam. Ep. 15.

2 *Dissensio est*] Sic etiam Msc.

Leid. Alii *dissensione*, (quod faver conjecturae Lambini) & mox: *qui Dionii princ. n. c.* Bofius. Sic & Leid. m. & Voss. A. B.

3 *Inter eum & Heraclidem*] Cuius varias contra Dionem machinationes passim refert *Plutarchus*. vide eum pag. 972, 974, 975, 978, 979, 981. *Diodorus* 16. scribit, mox a fuga Dionysii Syracusanos in partes discessisse, aliosque militare imperium summamque potestatem Heraclidae, quod nunquam is tyrannidem affectaturus videretur, demandandam censuisse; alios Dionem rerum summae praeficiendum contendisse *Bofius*.

4 *Principatum*] *Τὴν τῆς ἀπάντων ἡγεμονίαν, ἣν τῆς ἄλλων ἐξουσίαν*, ut *Diodorus* loquitur. *Bofius*.

5 *Non concedens*] Dioni scilicet: quem tyrannidem affectare aiebat; cum potius Laconicam quandam & Creticam reipub. formam mediteretur, ex regno & democratia missam, in qua & optimatibus suum jus esset. vid. *Plutarchus* pag. 979. & 981. Ipse vero Heraclides populare imperium & agrorum aedificiorumque divisionem, ac civium aequalitatem inducere conabatur, ut ex eod. *Plutarcho* pag. 974, 978, 981. colligere est. *Bofius*. *Qui quid principatum non concedebat.* Voss. A. *Quique principatum non concedebat.* B. *Quae quidem principatum non concedebat.*

secunda rhapsodia, in quo haec sententia est: ¹ *Non posse bene geri rempubl. multorum imperiis.* Quod dictum magna invidia consecuta est. Namque aperuisse videbatur, ² se omnia in sua potestate esse velle. Hanc ille non lenire obsequio, sed ³ acerbitate operum primere studuit, Heraclidemque, quum Syracusas venisset, ⁴ interficiendum curavit.

CAP.

6 *Factionem comparavit*] *Insidias eum nexuisse cum Calippo Dioni, etiam Valerius Max. refert 3, 8. ext. 5. sed Dionem, qui fidei eorum plurimum credebat, monuit, ut adversus eos cautior esset, respondisse, se vita male excedere, quam metu violentae mortis amicos inimicosque juxta ponere.* Bofius.

7 *Quorum consensu praeerat classi*] Ipso Dione semel atque iterum concedente; cum ipse terra potestate a populo creatus esset: v. *Plutarchus* pag. 972. & 979. *Bofius.*

8 *Dion*] Aberat Mf. Boecl. *Bofius.* Abest etiam Voff. B.

9 *Versum ex sec. rhapsodia*] *Secundam rhapsodiam, nulla de operis titulo mentione facta, citavit, quia Iliadem Odysseae praeferrere nemini fuit unquam obscurum.* *Magius. Homeri* versus hic est *Iliad. 2, 205.*

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη; εἰς ἑκα-
στοῦ ἐξου.

Qui non semel a tyrannis usurpatus est. Vide *Suetonium Caligula 22.* & *Domitiano 12.* Simile illud *Senecae Agamemni. 257.* *Nec regna socium ferre, nec tandrae sciunt.* & alia passim obvia. *Bofius.* Graeco iterum vocabulo utitur Auctor & quidem sensu fati usitato Graecis, qui singulas partes, seu libros *Iliados* ita solebant vocare, ut docet *Celeb. J. Perizonius ad Aelian. L. 13. V. H.*

cap. 38. n. 1. De vocis Etymologia praeter *Eustathium in Homerum pag. 6.* disputavit *Scholias* *Pindari O. Nem. 2. v. 1.* & post eos inprimis *Meursius in Homeri Hist. Critica Sect 5.* citatus jam a *Perizon. ad Ael. 8, 2, 3.*

¹ *Non posse bene remp. geri multor. imperiis*] In Mf. Schorti fuit *regi remp.* iphius iudicio non male, sed non dubito erratum esse librarii, elegantissimum loquendi modum ignorantis. *Bofius.* *Geri* agnoscunt omnes, quos vidi codices. saepius tamen haec duo in Mff. confunduntur, ut multis docuit cl. *Oudendorp. ad Lucanum L. 4. v. 662.*

² *Se omnia in s. pot. esse velle*] *Longolius: omnia videbatur in sua potestate esse velle.* Tò se etiam Mff. *Dan. & Boecl. aberat Bofius.* Neque in *Leid. meo,* nec in *Voff. A. B.* reperitur.

³ *Acerbitate opprim. stud.*] *Supra 3, 2, 4. acerbitatem imperii dixit.* estque haec illa *αὐθάδεια,* quam in eo reprehendit *Plutarchus in vita pag. 972, 981, 994.* *Bofius.*

⁴ *Interfic. curavit*] Cum eum videret insanabilem; cum aliquoties jam cum eo in gratiam redisset; cum denique, anrea militibus eum interficere volentibus, & seditiosum, & factiosum, & popularem, & turbulentum, & invidium, & malevolum, & bonis consiliis ac

CAP. VII.

Quod factum omnibus maximum timorem injecit. ¹ nemo enim illo interfecto se tutum putabat. Ille autem, adversario remoto, ² licentius eorum bona, quos sciebat adversus se sensitse, militibus dis-
² pertivit. Quibus divisis, ³ quum quotidiani maximi fierent sumtus, celeriter pecunia deesse coepit: ⁴ neque quo manus porrigeret, suppetebat, ⁵ nisi ⁶ amicorum possessiones. Id hujusmodi erat, ut, quum mi-
 lites

rationibus obstantem, longa oratione habita eripuisse ac servasse. *Lambinus.* Vid. *Plutarchus* praeferrim pag. 978. & 981. *Bosius.* Voss. A. *interficiendum.*

¹ *Nemo enim illo interfecto, se tutum putabat*] Intellexisse tamen, concione a Dione post exsequias Heraclidae habita, Syracusanos, motus civiles, Heraclide & Dione una rempub. gerentibus, nullo modo sedari potuisse tradit *Plutarchus* pag. 981. *Bosius.*

² *Licentius eorum bona, quos sciebat adversus se sensitse, militibus distribuit*] Munificum quidem erga socios belli, civesque familiares & externos milites, fuisse, *Plutarchus* ait: sed de bonis adversariorum distributis nihil apud eum reperio: sicuti nec apud *Diodorum*; qui contra scribit, captivos omnes, qui multi fuerint, nullo redemptionis precio accepto dimissos. *Bosius.*

³ *Quum quotidiani maximi fierent sumtus*] In milites nempe & amicos; quos liberalius, quam facultates ejus ferre possent, donabat. Ipse enim tenuiter & vulgari modo vivebat: tam moderatum se vesti-

tu, & famulatio, & mensa praebens, ut si cum Platone in Academia viveret. vid. *Plutarchus* p. 580. & *segg.* *Bosius.*

⁴ *Neque quo manus porrigeret*] Ita meliores libri; in his Dan. ac Leid. & e Bavaricis, ut opinor, *Piccartus Pericul. Critic.* cap. 10. Nec aliter *Lambinus*, *Savaro*, aliique post illos ediderunt. *Boeclerianus* quoque & q. editi: *quo minus porrigeret*: corrupta voce *manus*, ignorantia elegantissimae locutionis. Atque sic & *Curtius*. 7, 8, 19. hunc nostri locum, ut *Gebhardus* existimabat, imitatus: *Jam etiam ad pecora, avaras & instabiles manus porrigitis.* Et mox v. 25. sed alio sensu, de Fortuna, *quum manus porrigit, penas quoque comprehendere non sinit.* *Tendere* manum eodem sensu dixit *Seneca epist.* 119. *Fames me appellat; ad proxima quasque tendatur manus.* Nihil igitur est, quod in Longolii aliisque editionibus legitur, *neque amplius quod porrigeret*: etiam *Lambino* probatum, si *Gebhardo* credimus. nam mihi quidem *Lambinus*, cum hanc lectionem retinere se illique anteponebat, eam, quam in tex-

lites reconciliaffet, ¹ amitteret optimates. Quarum ³ rerum cura frangebatur, & infuetus male audiendi non aequo animo ferebat, ² de se ab iis male existimari, quorum paullo ante in coelum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem, offensa in eum militum voluntate, liberius loquebatur, & *tyrannum non ferendum* dicitabat.

C A P. VIII.

Haec ille ³ intuens, quum, quemadmodum sedaret, nesciret, & quorsum ⁴ evaderent, timeret; ¹ Calli-

tu exhibuit, indicare videtur, non, quam *nonnulla exempla habere dicit. Bosius. Manus Leid. & Voss. A. B.*

⁵ *Nisi amicorum possessiones*] Non memini me hoc de Dione legere apud *Plutarchum* aut *Diodorum*, aut omnino apud quemquam; eum, suis bonis consumtis, alienis manus afferre necesse habuisse, aut etiam, quod gravius est, amicos suos spoliasse. *Lambinus.*

⁶ *Amicorum possessiones*] *Mf. Dan. & Lambinus, in amicorum possessiones. non male. Bos. Sic in Leid. meo & Voss. A. sed B. rejicit in. Pro Suppetebat. Voss. B. suppetebat. & pro possessiones, possitiones. Mox pro ejusmodi, hujusmodi.*

¹ *Amitteret optimates*] Quibus comprobantibus aliquando, frenentibus nautis & opificibus, terra matique imperator constitutus erat. *Plutarchus pag. 979. Bosius.*

² *De se male existimari*] *Existimare* passim pro judicare, censere, loqui. Vide *Casaubon. ad Sueton. August. cap. 51. cl. Burmann. ad Quintil. L. 5. Institut. Orat. cap.*

10. & Tenuil. ad Frontinum L. 1. cap. 1. Strateg. Ex. 10. nec non Gronov. ad Livium L. 4: cap. 41. Adde & Interpretes ad Justinum. Lib. 12. cap. 5. n. 8.

³ *Intuens*] Considerans ut: *12, 1, 2, & 12, 2, 3. Sed in Mss. Gif. Boecl. & ed. Longol. erat metuens (ut 7, 4, 1. ubi tamen alii pariter intuens habent:) haud dubie corrupte; nam mox sequitur demum: & quorsum evaderent, timeret. Bosius.*

⁴ *Evaderent*] Sic *Lambinus Cl. Puteanum* securus, probante *Gebhardo*. Et ita diserte *Mf. Dan. Similiter Cicero ad Atticum: quoad audiamus, quae commota sunt, quorsum evadant. Terentius Andria 1, 2, 4. Heri semper lenitas, verebar, quorsum evaderet. Idem Phormione 1, 2, 61. quo evadat vide. Alii evaderet quomodo paritet Terentius Andr. 1, 1, 100. Quam timeo quorsum evadat! Et Phorm. 4, 3, 20. Quid hic coepit, aut quo evadet hodie? Bosius. Evaderent. Leid. & Voss. B. sed A. evaderet.*

¹ Callicrates quidam, ² civis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat, homo & callidus & ad fraudem acutus, sine ulla religione ac fide; adit ad Dionem, & ait: ³ eum [in] magno periculo esse propter offensionem populi, & odium militum: quod nullo modo evitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet + illi inimicum: ⁵ quem, si invenisset idoneum, ⁶ facile omnium animos cogniturum, adver-

¹ Callicrates] Callippum nominant Plutarchus, Diodorus, Athenaeus, Suidas, & Plato. Schottus. Ridiculus est Lambinus, cui credibile est, hunc Callicratem Callippi fratrem fuisse, & Nepotem pro Callippo fratrem Callippi sumfisse: quemadmodum Poetae interdum Pollucem pro Castore appellant. Nam hujus five Callicratis five Callippi fratrem Philostratum, vel, ut vulgo legitur, Philocratem noster vocat, infra cap. 9, 1. Bofius. Leid. Chalycrates. Voss. A. Chalicrates.

² Civis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso venerat] Sic & Plutarchus pag. 981. & Plato epist. 7. et si nomen ejus fratrisque reticet. Bof.

³ Eum in mag. periculo esse] Ms. noster cum Schoppii codice legit eum magno periculo esse. Ernstius. Mff. Bayer. Boecl. & Ernst. aberat praepositio, quomodo & supra cap. 2, 4. ac alibi locutus. v. Ind. voce esse. mox Boecl. & odio militum. Ab ed. Longol. Td & aberat. Bofius. In abest etiam a Voss. B. & mox pro edium, odio,

⁴ Illi inimicum] Illi aberat Leid. sed vix potest abesse. Bofius. Agnoscit illi Leid. m. item. Voss. A. B.

⁵ Quem si invenisset idoneum, facile &c.] Q. Edd. qui se sim. illi inimicum, quem invenisset idoneum, fa-

cile om. animos cogniturum, &c. Unde Lambinus cum Puteano malebat, nisi alicui suorum negocium daret, quem invenisset. idoneum: qui se simul. illi inimicum: sic om. an. fac. cogniturum. Turbas has dedit omiffa in quibusdam libris particula se: quae si retineatur, omnia plana sunt. Bofius.

⁶ Facile omnium animos cogniturum] Non admodum dissimili arte usus Augustus apud Suetonium cap. 15. & Latinus Latiaris apud Tacitum 4, A. 68. & 69. Eadem fraude perit Datames, infra 14, 10. & 11. Bofius.

⁷ Dissidenti] Dan. dissidentis. An fuit, quo inimico ejus dissidentes suos sensus apert. forent. Bofius. Pro quod Leid. qui. pro dissidenti Leid. & Voss. B. dissidentis.

⁸ Excipit has partes Callicrates] Hunc actum veluti Persona egregie sustinere gnara in se transfert. Elegans tralatio non ab iis qui pilam aut aliquid simile traditum excipiunt, pro ut docet Lambinus; sed a scena five histrionibus, quorum hae vel illae sunt partes: & hic vel ille hujus vel istius *ὑποκριτῆρος* partes excipit atque agit. Valer. Max. v. c. 111. 4. Impetratis detestabilis ministerii partibus. Conjungit crebro Cicero Personam & Partes, ut pro Archia: Nisi hanc personam & has par-

adversariosque sublaturum, quod inimici ejus⁷ diffiden-
 ti suos sensus aperturi forent. Tali consilio probato⁸ ex-
 cipit has partes ipse Callicrates, & se armat impru-
 dentia Dionis: ad eum interficiendum socios conqui-
 rit. adversarios ejus convenit,¹ conjurationem con-
 firmat.² Res multis consciis quae gereretur,³ elata⁴
 refertur ad Aristomachen sororem Dionis, uxoremque
 Areten. Illae timore perterritae⁴ conveniunt, cu-
 jus

tes possem sustinere. Et ut heic Ne-
 pos excipere partes; ita ille susci-
 pere dicit. Epistolis ad Familiares;
*De me autem suscipe paullisper partes
 meas, & eum te esse finge qui ego sum.*
 Et in Verrem: *Cum tuas partes sus-
 scipio, cur tuam onus sustineo?* Gebh.
 Leid. m. exceptit, item Voss A. B.
 Eandem temporis enallagen inven-
 nimus in Mss. Leid. & Voss. A. C.
 Miltiad. cap. 8. n. 3. *Non erat enim
 vi consecutus sed suorum voluntate,
 eamque potestatem bonitate retinebat.*
 Sic cap. 9, n. 4. hujus vitae elegit
 quidem retineri potest, assentiente
 etiam Cod. meo Leidensi, licet
 statim sequatur *hisque dat negotium.*
 in Timotheo cap. 3. e Cod. P. Dan.
 & Voss. A. *se recipit, literasque A-
 thenas publice misit.* De hac elegan-
 tia latissime egerunt cl. Cortius ad
 Sallust. Catil. c. 12. n. 1. & Tib.
 Wopkens Lib. 3. Lect. Tullian. cap.
 7. pag. 279.

1 *Conjurationem*] Exc. Dan. &
 aliquot edd. *conjuratione*: quod Lam-
 binus exponerebat *συμμορία*, jureju-
 rando communi. Est sane eum in
 modum loquutus alibi Noster, cum
confirmare exercitum dixit 17, 2, 5.
confirmare insulas, 5, 2, 4. *confirmare*
fiat 6, 1, 5. Nihil tamen secius al-
 terum praefero. Dicitur vero, ut
confirmare amicitiam, pacem, & apud

Nostrium 23, 1, 3. *confirmare odium.*
 Bofius. Leid. m. *conjuratione.*

2 *Res multis consciis*] *Plutarchus:*
 ἔντων δὲ πλείονων ἐκ τῆς κατανόου τις πρὸς
 ἑαυτοῦ. Bofius.

3 *Elata*] Caef. l. 1. de B. G. c. 46.
*Posteaquam in vulgus militum elatum
 est, qua arrogantia in colloquio Ariovistus
 usus.* Gebh. Supra ad 1, 3, 6. Bofius.
Pro refertur Leid. & Voss. A. B.
desertur. *Deserre & referre* saepius
 in Mss. confunduntur, ut in Timo-
 theo etiam videbimus cap. 1. n. 3.
 & in Sallustio Jugurth. cap. 12. in
 fine. Quid? si hic legamus *desertur.*
 Sic Livius L. 2. cap. 4. *Postquam da-
 tas sensit, rem ad consules detulit.*
 Justinus Lib. 43. cap. 4. *Ille rem sta-
 tim ad magistratus desert.* Adde no-
 tas clarissimi Burmanni ad Ovidium
 L. 3. Art. Amat. vs. 700.

4 *Conveniunt*] *Subaudi eum.* Simi-
 lis ellipsis mox c. 9, 5. *miseranda vita,*
sub. eorum. adde Ind. v. *Ellipsis.* Hu-
 jus rei ignoratione factum credo, ut
pro cuius, quod in melioribus libris
 legitur, alii reponerent, *quod ejus.*
 Bofius. Hujusmodi ellipticae locu-
 tiones Nostro sunt propriae. Sic in
 Themistocle cap. 9. *Quod aetate pro-
 ximus erat, qui illorum temporum hi-
 storiam reliquerunt.* Vide & ad c. 9,
 n. 5. hujus vitae. Sed ne plura ad-
 dam, consule, Lector J. Fr. Gro-
 novium

ius de periculo timebant. At ille ¹ negat a Callicrate fieri sibi insidias, sed illa, quae ² agerentur, fieri praecepto suo. Mulieres nihilo secius Callicratem in aedem Proserpinae deducunt, ac ³ jurare cogunt, ⁴ nihil ab illo periculi fore Dioni. Illè hac religione non modo [⁵ ab incepto] non deterritus, sed ad maturandum concitatus est, verens, ne prius consilium suum aperiretur, quam conata perfecisset.

CAP.

novium ad Livium. Lib. 6. cap. 4. cl. Burmannum ad Phaedrum Lib. 3. fab. 2. v. 17. Corrium ad Salustium Catilin. c. 13. n. 2. & Tib. Wopkens L. 2. Lect. Tullian. c. 10. pag. 181. De similibus ad Alcibiad. cap. 9. egimus.

¹ Negat a Callicr. fieri sibi insidias] Aliter Plutarchus in Apophthegmatis: eum noluisse inquirere, quod diceret, moriendum potius esse, quam vivendum; ubi non ab hostibus modo, sed etiam ab amicis esset cavendum. Id quod etiam in vita Dionis innuit, causamque fuisse conjicit, quod necem Heraclidis, ut aliquam vitae suae adpersam labem, moleste ferret. adde Valerium Max. 3. 8. ext. 5. Bofius.

² Agerentur] Mf. Boecl. gererentur. bene. sic paullo ante. res multis consciis, quae gereretur. Occasionem corruptelae praebere potuit, quod errore librarii in aliquo codice scriptum esset gerentur. Unde alii fecerunt agerentur. Bofius. Leid. m. agerentur. item. Voss. A. sed B. gererentur.

³ Jurare cogunt] Magno, ut vocabatur, jurejurando praestito: quod quo ritu fieret, docet Plutarchus pag. 982. qui addit Callippum adfuisse ipsas, & rem infanciam obtulisse fidem, quam ipsi vellent. Bof.

⁴ Nihil ab illo periculi fore Dioni] Mf. nunquid a. i. p. fore. D. Fortasse leg. foret. Boeclerus. Bofius.

⁵ Ab incepto] Aberat Mf. Leid. & Boecl. Bofius. Agnoscit tamen Leid. meus, sed abest Vossianis A. B. pro non deterritus idem B. non est deterritus.

¹ Die festo] ΕΥ ΤΩΝ ΚΟΡΕΙΩΝ, festo Proserpinae, (de quo Meursius Graeciae feriatae lib. 4.) ejus scilicet deae, per quam juraverat, quem diem caedi singulari consilio destinarat, fortassis, ut appareret, quanti religionem faceret Auctor Plutarchus pag. 982. Apti autem caedibus Principum dies festi. Sic ipso festo Nativitatis Domini Leo Armenius a conjuratis interfectus est, ut narant Zonaras, Cedrenus, & prolixè Gensius, Graecus scriptor hucusque ineditus, a nobis aliquando, si DEUS vitam ac subsidia necessaria concesserit, publicandus, extremo libro 1. Boeclerian. Bofius.

² In conclavi edito] Alto, sublimi. Tacit. 5. Annal. cap. 21. Quoties super negotio consultaret, edita domus parte ac liberti unius conscientia utebatur. Gebh. Solebant veteres, cum vacare precibus, aut sine arbitris agere vellent, in editum locum ascendere, vel etiam huic rei peculiare conclave in superiori parte

C A P. I X.

Hac mente proximo ¹ die festo, cum a conventu ¹ remotum se Dion domi teneret, atque ² in conclavi edito recubisset; ³ consciis loca munitiora oppidi ⁴ tradit; domum custodibus sepit, ⁵ a foribus qui

domus habere. De Juditha lugente, historia ejus, cap. VIII, 5. *In superioribus domus suae fecit sibi secretum cubiculum.* Actor. x, 9. *Ascendit Petrus in superiora domus, ut oraret.* De Augusto Suetonius c. 72. *Si quando quid secreto aut sine interpellatione agere proposuisset, erat illi locus in edito singularis.* De Tiberio Tacitus 6. A. 21, 1. *Quoties super negotio consultaret, edita domus parte utebatur.* Ceterum Plutarchus ait, Dionem ἐν ἀμικρατὶ κλίμας τινὰς ἔχοντι cum amicis confedissee. *Bosius.*

³ *Consciis loca munitiora oppidi tradit, &c.]* Vulgo sic editur hic locus: *consciis loca munitiora oppidi tradidit, domum custodibus sepit, a foribus qui non discederent, certos praefecit; navem triremem armatis ornat, Philocratiq; fratri suo tradit.* Sed Lambino videbatur hoc potius ordine legendus: *domum custodibus sepisset, certos praefecisset, a foribus qui non discederent: consciis loca munitiora oppidi tradit, navem triremem armatis ornat, &c.* Namque & Plutarchi, inquit, verba hoc significant, Dionem custodibus domum sepissee, certos praefecisse, qui a foribus & fenestris non discederent: & ipsius Cornelii infra v: 6. *Namque illi ipsi custodes si propitia fuissent voluntate, &c. Tradit autem, nempe Callicrates.* Atque hoc ait & Cl. Puteano venisse in mentem. Miror profecto

utriusque ἀλλήλων. Quid enim clarior, quam Plutarchum tradere, eos qui domum cinxere, foribusque & fenestris adstitere, e conjuratis fuisse, nec a Dione praefectos, sed de Callippi sententia eo se contulisse? Οὐτως δ, inquit, πλείων ἐν τῇ κοινῳνίᾳ τῆ περὶ τὸ, οἱ μὲν ἔξω τῶν οἰκίας παύσαντων, οἱ δὲ περὶ ταῖς θύραις τῶν οἰκίας καὶ ταῖς θυραῖσι ἴσαν. Practerea quis non vider, haec omnia, ut vulgo leguntur, de Philostrato accipi posse, immo debere? Nihil igitur in ordine verborum, nec in verbis ipsis prioribus quicquam eo, quo Lambinus vult, modo mutandum est. Alia tamen ratione corrigenda fuere, ut sibi invicem responderent, id quod scriptorum codicum auctoritate feci: ut e sequentibus apparebit. *Bosius.*

³ *Consciis]* Boecl. & Leid. addunt *facinoris.* sed vereor ne glossēma sit. Supra c. 8, 4. *Res multis consciis quas gereretur.* Bosius. Leid. meus *cum sociis* Voss. A. *consciis* B, *consciis.*

⁴ *Tradit]* Sic Dan. & Boecl. & mox *sepit* Dan. & Leid. *Bosius.* *Tradit* etiam Leid. m. pro *custodibus* Voss. B. *custodiis.*

⁵ *A foribus qui non discedant]* Ita recte Dan. & Boecl. pro eo quod vulgo est *discederent*, vel *discedebant.* In cod. Boecl. etiam diserte fuit *praeficit.* Bosius. *Discedant* etiam Leid.

qui non discedant, certos praeficit: ¹ navem triremem armatis ornat, ² Philostrateque fratri suo tradit: eamque in portu agitari jubet, ut si exercere remiges vellet: cogitans, si forte consiliis obstiterit

for-

Leid. m. & Voss. A. B. Pro certos Voss. B. ceteros. & pro praeficit, praeficit.

[*1 Navem triremem armatis ornat*]
Mf. Boecl. una voce auctius: *navem armatam triremes armatis ornat*. Quae vox si recipienda, navem armatam vocat, instrumentis & apparatu nautico instructam, ac navigationi paratam. Caesar B. G. 3, 13. *Ipsorum* (Venetorum) *naves ad hunc modum factae*, armataeque erant. *Carinae aliquanto planiores, &c. anchorae, pro funibus, ferreis catenis revinctae; pelles pro velis, &c.* nam arma dicta instrumenta nautica, quae & armamenta, ac Graecis ὄπλα. Unde easdem naves Caesar cap. 14. *omni genere armorum ornatisimas*; & Lucretius 2, 24. *classem ornatum armis* dixit. Vide eruditiss. Schefferum nostrum *de Militia navali veter.* 1, 4. & in *Addendis ad 2, 5. pag. 333.* Bofius. Vossian. B. *Navem armatam triremes armatis ornat.* *Arma* pro instrumentis nauticis saepissime posuere. Vide Servium ad Virgil. 1. Aen. vf. 187. unde *armare classem* Eidem 1. 4. Aen. vf. 299. Adde Cl. Burm. ad Ovidium l. 2. Art. Amat. vf. 50. ἑποπλισσομένη de navis armatura. sive pro constituere, praeparare necessaria navi, dixit Apoll. Rhod. l. 1. Argon. vf. 332, pro quo ἑποπλισσομένη τὰ πλοῖα ἢ μὲν ἢν dixerat Homerus Odyss. O. vf. 218. ubi vide Scholia; ita ἑρτα ἢνδε vocantur navis armamenta, unde & pro ipsa navi. Vide Schol. Pindari

O. Nem. 4. vf. 15, & ἑρταῖν pro instruere, armare navim. Apollon. Rhod. 1. Argon. vf. 235. quomodo & ἑρταῖν de navis armamentis dicitur. Vide Elfner. ad Acta Apost. cap. 27. vf. 19. unde & ipse Thucydides ἑρταῖν pro naves necessariis armis sive armamentis instruere adhibuit L. 1. cap. 29. l. 14. ibi enim Graecus interpret recte a Grammio refutatur. quo sensu Lucianus Lib. 2. V. H. p. m. 745. τῶν ναυῶν ἑρταζομένον ἴδωρ τοῦ ὄπλοῦ ἀλλοῖον ἐμπαλασσοῦν; ἢ τὰ αὐτὰ ὄπλα εἶναι. quae omnia e re militari sunt desumpta. Pro *ornat* Boeclerus conjicit legendum *ornare*. *ornare* saepius cum *onerare*, *armare* confunditur. vide Nob. Heins & cl. Burm. ad Ovid. Ep. 9. Heroid. vf. 103. Attamen nondum adduci possum, ut vulgaram lectionem rejiciam plurimorum Mss. codicum auctoritate firmatam. ut hic *armatis ornat*, ita *armatis invaderet* dixit Justinus L. 43. cap. 4. nisi quis ibi malit cum Oron. *armis invaderet*. Si *armatis* retinendum, subintelligenda praepositio *cum*, saepius in talibus omitti solita. Vide J. Perizon. ad Sancti Minerv. Lib. 4. cap. 6. n. 18. & Graevium ad Ciceron. L. 4. ad Attic. Ep. 3. p. 367.

[*2 Philostrateque*] Ita hoc nomen scriptum fuit in Mss. Dan. Boecl. & quos Schottus inspexit. Et fuit sane Athenis, unde hi duo fratres orti, frequens. Tres enim hoc nomine Sophistas Athenienses Suidas me-

fortuna, ut haberet, ¹ qua fugeret ad salutem. Suorum autem e numero ² Zacynthios adolescentes quosdam ³ eligit, cum audacissimos, tum viribus maximis: hisque dat negotium, ad Dionem eant inermes, sic uti conveniendi ejus gratia viderentur venire. hi propter notitiam sunt intromissi. At illi, ⁴ ut limen ejus ⁵ intrarunt, ⁶ foribus obseratis in lecto
cu-

memorat. vulgo erat *Philocrati* vel *Philocrato*. mox Boecl. *tradidit*. facili errore ex soni affinitate. *Bosius*. Leid. m. item Voss. A. *Philostratosque*. Voss. B. *Philostratosque*. Pro *si forte consiliis obst.* Leid. *si a consiliis obst.*

¹ *Qua fugeret*] Ita Cod. Dan. Subaudiendum est *navi*, vel aliquid simile. vulgati: *quo*. quod non bene congruit illis *ad salutem*. *Bosius*. Mei tamen codices *quo*.

² *Zacynthios adolescentes*) Ζακύνθιοι etiam *Plutarchus*. Ζακύνθιος μισοφόρος *Dio* vocat. Eosque haud dubie *Dion* e *Zacyntho* adduxerat. In ea enim Insula, ut iidem scriptores tradunt, milites congregavit, ac inde in *Siciliam* trajecit. Frustra igitur sunt, qui *Saguntinos* reponi volunt. nam, quod in quibusd. Mss. inventum est *Saguntinos*, a librariis est, quibus ex historia Romana notiores *Saguntini*, quam *Zacynthii*: *Zaguntios* autem, quod in Dan. fuit, a vera lectione parum distat. *Bosius*. Leid. m. *Zaguntinos*. & Voss. A. sed B. *Zachyntinos*. Oxon. *Saguntinos*.

³ *Eligit*] Sic rescripsi e Ms. Boecl. Et sequitur statim: *hisque dat negotium*. ut aberat eodem Boecl. & Leid. E quo posteriore & sic uti, reposui. Cum vulgo legatur *sic ut*, *Lambinus* mallet *ut si*: nil tamen mutat. neque opus est. *Bosius*. Voss.

A. B. *eligit*. sed Leid. *elegit*. vide ad c. 8. n. 2. ut abest & a Leid. m. item Voss. A. B. Sed pro *eant* B. *erant*. Jam saepius vidimus *ut* in Mss. desiderari, cujus Ellipsis elegantiam satis ad *Miltiad.* monstravimus. Denique pro *conveniendi gratia* Leid. *conveniendi ejus gratia*.

⁴ *Intrarunt*] Dan. *intrarant*. *Bosius*. Leid. & Voss. B. *intrarunt*. A. *intrarant*, sed supra notatum erat *intrarunt*.

⁵ *Foribus obseratis*] Eos, qui foris erant, attraxisse & continuisse fores, ait *Plutarchus*: οἱ μὲν ἔξω ἐπιμαρτυροῦντες τὰς θύρας κλειόμενοι. *Bosius*.

¹ *Colligant*] *Plutarchus*: καλεῖται ἐπεισῶντο καὶ συνέλθειν (seu ut non male *Lambinus*, συνελθεῖν) αὐτῶν. *Bos.*

² *Sicut ante*] Saepe addunt q. edd. *Bosius*. Abest *saepe* a Voss. B.

³ *Singularis potentia*] Etiam ex hoc loco licet intelligere, hujus libri auctorem non vixisse aetate *Theodosii*, neque omnino ullius superiorum Imperatorum, sed in libertate fuisse educatum, & tyrannidi ac regiae potestati fuisse inimicum acerrimum. *Lambinus*.

⁴ *Miseranda vita*, qui se metui quam anari maluit] Pertinet huc illud dirum & abominandum: *Oderint, dum metuant*, Sullano saeculo scriptum, ut *Seneca* Lib. 1. de ira cap. 16. ait. ubi vide *Interpretes*, &

cubantem invadunt: ¹ colligant, fit strepitus, adeo
 ut exaudiri posset foris. Hic, ² sicut ante dictum
 est, quam invisā sit ³ singularis potentia, & ⁴ mise-
 randa vita, qui se metui, quam amari malunt, ⁵ cui-
 vis facile intellectu fuit. Namque illi ipsi custodes,
 si ⁶ propitia fuissent voluntate, foribus effractis fer-
 vare eum potuissent, quod illi inermes telum foris
 flagitantes vivum tenebant. cui quum succurreret ne-
 mo, ⁷ Lyco quidam Syracusanus per fenestras gla-
 dium dedit, quo Dion interfectus est.

CAP.

& quae ego ibidem notavi *Ernstius*.

4 *Miseranda vita, qui se*] *Ellip-
 sis*, ut supra c. 8, 4. *Bosius*. Voss.
 B. pro *qui se*, quae.

5 *Cuius facti. int. f.*] Sic *Mss.*
 meliores, corrupte *Longolius*: *cu-
 jus fac. intellectu fuit*. *Bosius*.

6 *Propitia*] *Alii libri propria*. Ut
 propria voluntas sit dedita & non
 alienata. *Quidam propitia pronaque*.
Gebhardus. Pro *fuissent* Voss. A.
fuisset.

7 *Lyco*] *Λύκων Plutarcho*. Itaque
 mera librarii aberratio est, quod
 in *Dan.* fuit *Lygo*. *Bosius*. Voss. A.
 & *Leid.* *Lygo*, sed B. *Ligo*.

8 *Dilato*] *Flacc. L. 1 Argon*.
 v. 753.

— *Rrgemque fragor per moenia
 differt*.

*Mille cetero viros. Et jam dare iussa
 vocatis*.

*Apul. L. 5. Metam. sat est, quod
 ipsae videntur, quae vidisse poenituit,
 nedum ut genitoribus Et omnibus popu-
 lis tam beatus ejus differamus praeco-
 nium*. *Gebh.* Dissipato: sic a. legen-
 dum, non *delato*. *Lambinus*. v. *Ind.*
Bosius. Pro *introisset* Voss. A. B. *in-
 troisset* pro *dilato* *Leid.* Voss. A.
 & B. *delato*. De & di centies in com-
 positis confunduntur a librariis, ut

in *demittere dimittere, deicere disji-
 cere, deripere diripere & similibus*,
 vide, praeter plures alios, etiam *cl.*
Muncker. ad *Hyginum fab. 59.* ita-
 que solenni variatione *deferre* hic
 confunditur cum *differre*. at hic *di-
 lato* retinendum. *Differre* enim no-
 tat spargere, dissipare per omnes vic-
 cos. Vide *Schopp.* ad *Phaedr. L.*
2. fab. 5. v. 11. Interpretes ad *Ju-
 stinum L. 6. cap. 11.* *Passerat.* ad
Propert. 1, 4, 21. & *Cl. Burm.* ad
Valer. Flaccum L. 1. Argon. vs.
753. *Deferre* vero notat rem vel
 clanculum auditam vel jam dissi-
 patam alteri, & praesertim iis, quo-
 rum scire interest, indicare. *Li-
 vius Lib. 2. cap. 37.* *Consules quum
 ad Patres rem dubiam sub auctore certo
 detulissent.* *L. 3. c. 4.* *Nec dum ma-
 tura re, quom defectiorem parari de-
 latum ad senatum esset.* *Noster in
 Themist. cap. 7.* *Apud eos contendit
 falsa his esse delata.* Vide ad *cap. 8.*
n. 4. hujus vitae.

9 *Inmerentes*] *Alii addunt iner-
 mes.* Sed illud tribus *Mss.* abesse,
 ait *Schottus*. nec fuit in *Dan.* *Leid.*
Boecl. De re ipsa nihil *Plutarcho*.
Bosius. Ejiciendum putat quoque
Gebhardus. Voss. A. *irruentes*.
 10 *Mirabiliter*] *Est vocabulum
 aevi*

C A P. X.

Confecta caede quum multitudo visendi gratia intro-
 1 **C**isset, nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur.
 nam celeri rumore ⁸ dilato, Dioni vim allatam, mul-
 ti concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi
 falsa suspicione ducti, ⁹ immerentes ut sceleratos oc-
 cidunt. Hujus de morte ut palam factum est, ¹⁰ mi-
 2 rabiliter vulgi ¹ mutata est voluntas. ² Nam qui vi-
 vum eum *tyrannum* vocitarant, eundem *liberatorem*
patriae tyrannique expulsores praedicabant. Sic subito
 misericordia odio successerat, ut eum suo sanguine,
 3 si possent, ab ⁴ Acheronte cuperent redimere. Ita-
 3 que

aevi Ciceroniani proprium. *Ernstius.*

1 *Mutata*] Sic libri meliores. Lambinus edidit: *immutata*. Bosius. Leid. Voss. A. B. *mutata*.

2 *Nam qui vivum tyrannum vocitarant, eundem liberatore patriae, &c.*] Neque de hoc quicquam *Plutarchus* & *Diodorus*, sed hic principatum excepisse *Callippum* ac per XIII. menses tenuisse, ille initio quidem, cum *Dionem* interfecisset, inclutum, & rerum summa *Syraculis* positum, ait; sed paullo post poenas dedisse, eodemque, quo *Dion*, gladio interfectum. *Bosius*. Voss. B. pro *eundem*, *iisdem*.

3 *Si possent ab Acheronte redimere*] *Transpositio* non est in elegans animadversa *P. Danieli*; *Ut eum suo sanguine ab Acheronte, si possent, cuperent redimere.* [quomodo & *Gifanius*. e suo cod. laudat, *Ind. Lucret. v. Acheruns.*] Verum ista poenitentia fera plerumque magnos viros comitatur incassum, nonnunquam autem illorum posteritati & cognati-

tioni expedit. *Infra 13, 4, 1. Hujus post mortem cum populum judicii sui poeniteret, &c.* *Polyaeus* l. 5. in *Gelcone*: τῶν τελευτῶν οἱ Καρχηδόνιοι πολλὰς ἠτλήθησαν, ἢ ἀλῶνας κινδυνώσαντες μετῆλθον ἐπὶ τῆς Γεσκωνῆς φυγῆς, ἢ τῆς ἀνακλιῶσθαι τῶν Ἀμικυ. Ἀλλὰ ἂν μὲν Ἀμικυαν τεθυκότα ἐχ' εἴορτε ἢ ἀνακλιῶσθαι. Ubi *ἀνακλιῶσθαι* est revocare ab inferis. *Vulcatius Gallicanus* *Avidio Cassio* c. 12. *Utinam possem multos etiam ab inferis excitare.* Ex *Cicerone* pro *M. Marcello*: *Non dubito, quin multos, si fieri posset, &c. Caesar ab inferis excitaret.* At qui reducuntur, dicuntur ἀναθεραμῖν ἐξ ἄδης. *Gebhard*. *Transpositionem* hanc confirmat *Voss. A.*

4 *Acheronte*] MS. *Gif. Acheronte*, ut apud *Lucretium* & *Plautum*. *Bos.*

5 *In urbe celeberrimo loco elatus*] *Observa consuetudinem sepeliendi cadavera intra urbes. Timoleontis quoque corpus in Syracusarum foro sepultum fuit, ut Plutarchus in Timoleontis vita testatur. Legimus*

que ⁵ in urbe ⁶ celeberrimo loco ⁷ elatus, publice ⁸ sepul-

tamen apud *Ciceronem in Tuscul. quaest.* Archimedis sepulchrum fuisse ad Agragianas portas inter vepres, quod ille se invenisse gloriatur. Themistocles in foro Magnesia sepultus fuit, ut *Plutarchus* scriptum reliquit. *Idem in Catone Uticensi*, Caepionem, Catonis fratrem, in foro Aeni Thraciae urbis sepulchrum ait. Sic & Publicolam Romae juxta Veliam (vide in *Publicolae vita*.) Syllam, & Juliam Pompeji uxorem, in Campo Martio. *Lege eundem in Sylla: & Pompejo. Virgilius libro 11. Aeneidos*, sepeliendorum intra urbes cadaverum antiquam fuisse consuetudinem innuit his versibus:

Innumeras struxere pyras, & corpora partim

*Multa virum terrae infodiunt, arve-
laque partim*

*Finitimos tollunt in agros, urbiq;ve
remitunt.*

In quem locum *Servius* sic ait: **URBIQUE REMITTUNT.** *Deest. UNICUIQUE: & meminit antiquae consuetudinis: nam ante etiam homines in civitate sepeliebantur: quod postea Duellio Consule Senatus prohibuit, & sanxit, ne quis in urbe sepeliretur. Unde Imperatores, & virgines Vestae, quia legibus non tenerentur, in civitate habent sepulchra. Denique etiam nocentes virgines Vestae, licet virgines, tamen intra urbem in campo scelerato obruebantur. Haec Servius. Sed suspectus mihi est hic Servii locus, & errore non videtur vacare: nam quantum attinet ad Segatus consultum, quo cautum dicit, ne quis in urbe sepeliretur: hoc non Duellio consule sed multo antea. Et. im video.*

Nam *Duilius, sive Caeso Duilius*, una cum *L. Papyrio Crasso* post defossam Vestalem consulatum obtinuit, ut *Livius lib. 8.* testatur, eo loci, ubi Aufonium bellum describit. Prohibitum vero fuerat, in urbe sepelire, multo tempore ante, jure Decemvirali. *Cicero lib. 2. de Legibus: HOMINEM MORTUUM, inquit Lex in duodecim tabulis, IN URBE NE SEPELITO, NEVE URITO. Credo, vel propter ignis periculum. Quod autem addit, NEVE URITO; indicat, non qui vatur sepeliri, sed qui humetur. Haestenus Cicero. Quod jus XII. tabularum, sive Decemvirale, multis ante annis (ut apud eundem *Livium libro 3.* legere licet) Romae extabat. Retulit *Gellius 20, 1.* anno post Romam conditam cccxii. tabulas compositas scriptasque fuisse. Et si alii ccciii. scribant. Invenio tamen alium quendam Caesonem Duilium, a *Livio citato lib. 3.* inter Decemviros, qui duas tabulas, decem priorum Decemvirorum tabulis addiderunt, connumerari: quem fortasse significare voluit *Servius*, cujus contextus corruptus sit. Superius libro 2. *Livius* meminit *M. Duellii Tribuni. Campum sceleratum quem Servius intra urbem locat, Livius extra posuisse videtur, sic inquit de Vestali: Facto judicio, viva sub terram ad portam Collinam dextra via strata defossa scelerato campo. &c. Alii tamen sceleratum campum, intra portam Collinam (haec autem postea Salaria dicta est) agnoscunt, quibus *Andreas Fulvius lib. 1. Antiq. urbis Rom.* astipulatur. Permissum fuisse quibusdam**

Ro-

pulchri monumento donatus est. Diem obiit circiter

an-

Romae sepeliri, & quam ob causam id liceret, dicit *Cicero loco citato*, & *Plutarchus in Publicola*, & *Problemate* 78. Quibus in locis *Plutarchus* id minime fuisse sua aetate servatum, dicit. Quare autem in urbibus antiqui cadavera sepeliri non permetterent, docemur in *Justiniani Imperatoris Codice*, sub titulo *De relig. & sumpt. fun. Mortuorum*. Scilicet, ne sanctum municipiorum jus pollueretur, vel ne funestarentur sacra civitatis, ut inquit *Julius Paulus sententiarum lib. primo*, sub titulo *De sepulchris & lugendis*. Quamobrem Divus Hadrianus, rescripto poenam statuit aureorum quadraginta fisco inferendam, quam multari voluit tam eos, qui in urbe sepelissent, quam in magistratus, qui id fieri paterentur: locumque publicari & corpus exhumari transferrique iussit: ut *Ulpianus* auctor est *l. 3. ff. de sepulchro violato*. Quod autem mortuorum corpora, & reliquiae, sepulchraque polluere crederentur, haec sunt argumento. Ut retulit *Gellius* 10, 15. Flamen Dialis locum, in quo bustum esset, nunquam ingrediebarur, mortuumque nunquam attingebat. Reliqui quoque homines, funus exsecuti non sacrificabant. auctor *Servius ad eum locum Virgilii Aeneid. 11.*

Aeneas quamquam sociis dare tempus humanis, &c.

Unde expiationis gratia (quod *Festus* scriptum reliquit) ignem supergrediebantur, aqua aspersi. Portae civitatis ab aliquibus sanctae habitae non sunt ea de causa, quod per eas mortuorum cadavera efferrentur. *Plutarchus Problemate* 25. Mortuos mortuorumque ossa, at-

que adeo sepulchra polluere, & Hebraei multo antiquiores censuerunt, ut *Numer. 19.* & *Hagei 2.* cernere est. *Hesiodus* quoque ex eadem ratione sepulchrum infame nuncupavit: sic enim inquit *in opera & die:*

Μὴ δ' ἀπὸ δυσφημίου τάφῳ ἀποκίσθηται

Ἐπισημαίνεν Ἰσχυρὸς, ἀπὸ ἀδανείων ἀπὸ δαιμόνων.

Redeo ad superiora. *Strabo lib. 10.* intra Delon mortuos aut sepelire aut cremare, fas non fuisse literis prodidit. *Plutarchus in Arato Sicyonio* ait, intra Sicyonis moenia, veteri lege, cui & superstitio accessisset, neminem humari licuisse, humatum vero fuisse intra urbem Arati cadaver Apollinis responso. *Servius Sulpitius ad Ciceronem* scribens *libro 4. epistolarum Ciceronis*, quae familiares inscribuntur, loquens de M. Marcello a P. Magio Chilone interfecto; Athenis quoque neminem humari potuisse demonstrat. Scribunt nonnulli ideo extra moenia mortuos sepeliri; construique sepulchra consuevisse, ut cives, si quando hostes adventassent, sepulchrorum cura & amore impulsis, praeter timore, ne illa diruerentur, cadaveraque eruerentur ad vim non solum a muris, sed etiam suburbiis, atque adeo agris ipsis propulsandam, alacriores, ardentioresque redderentur. Sed quamquam apud Athenienses, aliosque nonnullos Graecos hac fortasse ratione sepulchra in suburbiis agrisque constructa sunt: non ideo praedictae rationi locus negatur. Sane apud Lacedaemonios, religionis pollutionisque causa, intra urbem ante Lycur-

T 2

cur-

annos quinquaginta quinque natus; quartum post annum, quam ex Peloponneso in Siciliam redierat.

curgi leges, cadavera non fuisse sepulta, *Plutarchus in Lycurgo* demonstrat. Quam superstitionem ab eo sublatam eodem loco & in *Institutis Laconicis* testatur. *Magnus*. Plura de hac re *Kirchmannus lib. 2. de funerib. Rom. capp. 20, 21, 25, 26.* *Bosius*.

6 *Celeberrimo loco*] In foro, ut suspicatur *Kirchmannus 2. de Fun. Rom. 26.* Nam & istic Graeci claros viros sepelire soliti sunt. *Loccenius*. *Lambinus* malebat, in urbis celeberrimo loco. sine causa. *Bosius*. idem jam monuit *Gebhard*.

7 *Elatus publice, sep. mon. don.*] Sic *Lambinus* distinxit hunc locum. Malim tamen, ut est in vet. editionibus: celeberr. loco elatus, publice sepulchri monum, don. est. Publice. i.

e. publico sumtu. Confer. 3, 3, 3. & 20, 5, 4. *Bos.* Quam distinctionem etiam praefero: *Dioni* enim publicis sumptibus sepulchri monumentum exstructum est, quasi, dum pro patria pugnaretur, in bello caesus esset. Quem morem Athenis usitatum docet *Scholias* *Aristophanis* in *Ranis* vs. 426.

8 *Sepulchri monumento*] *Lambinus* vocem sepulchri suppositam, defendamque putat. Atqui sic & *Cicero* loquitur *Tuscul. 1, 14.* *Quid ipsa sepulchrorum monumenta, quid elegia significant, nisi nos futura etiam cogitare?* *Bosius*. Pro quam ex Peloponneso *Leid.* *Qui ex Peloponneso*, *Voss.* A. B. *Peloponneso*.

XI. IPHICRATES.

CAP. I.

I^r IPHICRATES ATHENIENSIS ² non tam magnitudine rerum gestarum, ³ quam disciplina mili-

Initium hujus ita scribendum est. *Iphicrates Atheniensis*. *Gebhard*. Unde dicitur docet *Cael. Rhodigin. lib. 5. Lect. Antiq. cap. 5. Ernst*.

DE IPHICRATE vide *Aristotelm Rhetoricis*, *Diodorum Siculum 13, 14, 15, 16.* *Plutarchum* passim. *Xenophonem Histor. Graec. Aeschinem de falsa legatione* & in *Ctesiphontem, Polyenium 3. Athenacium 4. & 12. Sui-*

dam. Frontinum passim, *Justinum 6, 5.* *Boecler.* adde *Demosthenem Exord. 50. Orat. contra Midiam. & Orat. contra Aristocratem.* *Bosius*.

1 *Iphicrates*] *Timothei* filium facere videtur *Pausaniae* *Boeoticis*: *Ἰφικράτης ὁ Τιμοβίου πελοποννησίου ἡγεμῶνος Ἰωνίας ἐξ ἑνὸς Ἰφικράτου, ὁμοειπέος τοῦ Θελαίου* nisi tamen aliquid excidit, quo collegam vel successorem (nam utrum-

militari nobilitatus est. Fuit enim talis dux, 4 ut non solum aetatis suae cum primis compararetur, sed ne

uerumque verum) Timothei fuisse Iphicratem significetur. *Bos. Leid. Hiphicrates.*

2 *Non tam magnitudine rerum gest. quam disc. mil.]* Consensu Codicum Mss. quorum nullus τὸ ἔγγενος agnoscit excogitatum a Longolio; a Lambino vero auide arreptum, & uberiore corruptionis indole propagatum. Nam quod Iphicratem putant fuisse tutoris filium, errant; quoniam nulum Atticum non intellexerunt. Quod aptos admodum calceos militi invenerit, inde forsitan eo cavillo est aspersus. *Diodorus. lib. 15. Τὰς τῶν ὑποδύσων τοῖς στρατιώταις ἐκλυτὰς ἐκ κέρως ἐπιπίσας, τοῖς μίχρῃ τὴν ἱρικερατῖδας ἀπ' ἐκείνης καλυμμένας.* Gebhardus Mf. noster Codex ine legere jubet *non tam genere quam magnitudine rerum gestarum, disciplinaeque militari nobilitatus est.* Quae Schoppii conjecturam lib. 4. Verif. cap. 18. confirmant. *Ernstius.* Sic Mss. Dan. Leid. Bavarici, & quos *Magius, Savaro, Schottus* inspexere: itemque nonnullae edd. vet. & ultima Boecleri. In aliis legitur: *non tam genere aut magnitud. rerum gest. quam disc. mil.* Vel, ut Longolus edidit, *non tam genere, quam magn. rerum gestarum, quam disciplina militari.* Schoppius *Virifimil. 4, 18.* legebat: *non tam genere, quam magn. rerum gest. & disc. mil.* Amplif. vero *Ernstius* e suo codice: *non tam genere, quam magn. rerum gest. disciplinaeque mil.* Sed τὸ ἔγγενος jam *Magius* ac *Schottus* in vitis libris nuper intrusum; Gebhardus a Longolio excogitatum, a Lambino auide arreptum, & uberiore corruptionis in-

dole propagatum, censuerunt. nescio, quam bene. Certe in Ernstiano codice fuisse videtur. Et vix dubito, scriptam lectionem sequutos, qui olim sic ediderunt. Praeterea subinde Noster *genus eorum*, quorum viras tradit, memorat. vide 1, 1, 1, 2, 1, 2, 7, 1, 2, 8, 1, 3, 10, 1, 1, 15, 2, 1, 18, 1, 2, 25, 1, 1. Denique non admodum claro fuisse genere Iphicratem, vel inde colligas, quod *Plutarchus in Apophthegmatis* eum contentum fuisse ait, quod cerdonis (κευλοτόμης) filius haberetur; cumque Harmodius, unus de prisca illius Harmodii posteris, ei generis ignobilitatem exprobraret, respondisse: *Τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμῆς γένεσσι ἀρχεται, τὸ δ' οὐδὲν ἐν σοὶ παύεται.* Quare nolim pro certo affirmare, τὸ ἔγγενος suppositum esse. Fortassis autem Nepos scripsit: *non tam genere, quam virtute, non tam magnitudine rerum gestarum, quam disc. mil. nobilitatus est;* illaque repetitio vocum non tam occasionem praebuit, ut in aliis codicibus totum membrum prius, in aliis pars ejus a descriptoribus omitteretur. Sane *virtutem admirabilem* in eo fuisse, *Justinus* ait 6, 9, 3. Non pugnato tamen, si quis plerorumque librorum scripturam praeferat. *Bosius*

3 *Quam disciplina militari]* *Justinus* 6, 5. in Iphicrate non solum Imperatorias, sed & Oratorias artes fuisse dicit: *viginti* vero annos natum, Imperatorem factum. *Plutarchus in Politicis* de Iphicrate, quod ad Oratoriam facultatem spectat, sic loquitur; *Iphicrates vero meditando declamandoque domi, plerisque audien-*

ne de majoribus natu quidem quisquam antepone-
 2 tur. Multum vero in bello ¹ versatus, saepe exerci-
 tibus praefuit; ² nusquam ³ culpa [sua] male rem ges-
 sit, ⁴ semper consilio vicit; ⁵ tantumque eo valuit,
⁶ ut multa in re militari partim nova attulerit, par-
 tim

tibus, derisui habitus est. Nam etsi
 eloquens erat, beneque & apte orare
 sciebat, debuit tamen gloriam eam
 quaerere, quae republica pace & bello
 administranda comparari & gigni so-
 let: caeterum ejuscemodi scholas & stu-
 dia Rhetoribus & Sophistis concedere.
 Haec Plutarchus Hujus strategemata
 legas apud Frontinum 1, 4, 7.
 1, 5, 24 1, 6, 3. 2, 1, 5. & 6. 2, 5.
 42 2, 12, 4 Magius. Adde 3, 12, 2.
 & 4, 7, 23. Bofius.

4 Ut non solum aetatis suae cum pri-
 mis compararetur, &c.] Justinus 6,
 5, 3. & 4. Hujus adolescentis supra ae-
 tatem virtus admirabilis fuit: nec un-
 quam ante eum Athenienses inter tot
 tantosque duces aut spei majoris, aut
 indolis maturioris imperatorem habue-
 runt. Bofius. Pro majoribus natu qui-
 dem Voss. A. majoribus quidem natu.

1 Versatus] Sic Edd. ult. Boecl.
 Aliae pleraeque: est versatus. Et
 sic solet Nepos Bofius.

2 Nusquam culpa male rem gessit]
 Recte addidit culpa quippe omnino
 nusquam male rem gessisse, affir-
 mare non poterat. nam aliquando
 victum, ἠττηδίντα, in locum aspe-
 rum, & plenum arboribus fugisse.
 e Polyaeo lib. 3. comm. 6. cognoscimus.
 In Aegypto quoque, sed Pharnabazi
 culpa, cum male rem ges-
 sisse, Diodorus 15. docet. Denique
 quo tempore Lacedaemonis subsidio
 adversus Thebanos missus est,
 ab eo omnia partim temere, partim
 nullo cum fructu gesta esse refert,
 exemplisque declarat Xenophon hist.]

Graec. 6. extr. Bofius.

3 Culpa [sua] Sua addunt Mss. Gif.
 Dan. & Ed. Longolii, sed ab aliis
 abest. Bofius.

4 Semper consilio vicit] Diodorus
 Lib. 13. Οὐτὸς γὰρ ᾤχεσθ' ἄσπετον
 ἀντιπρὸς τὴν ἀρχαίαν ἐργασίαν. Gebhardus.
 Hanc phrasin illustravit. J Fr.
 Gronovius ad Justinum L. 2. c. 13.

5 Tantum eo valuit] Idem. ποιεῖ
 πᾶσαν ἐπίνοιαν ἀγαθῶν φέρει κερδέως
 διαδοχῶν. Gebhard. Leid. Tantum con-
 valuit.


6 Ut multa in re militari &c.]
 Consentanea his tradit Diodorus 15,
 44 ex iisdem historicis descripta,
 unde Noster expressit. Lamb. M.
 Boecl. aberat multa, & potest ab-
 esse. Bofius.

7 Brevibus] Sic Dan. & ed. ult.
 Boecl. Alii, brevibusque. Bof. Mox
 Leid. minutis gladiisque.

8 E contrario] Lambinus edidit
 contrario: ut 18, 1, 5. Sed tamen ita
 & 22, 1, 2. locutus. Nec aliter Mss.
 Bavarici. Bofius.

9 Postea peltastae] Cum antea, Dio-
 doro teste, a clypeis ἐπίπτα voca-
 rentur. adde Ind. Bofius. De Peltis
 & Peltastis multi multa. Pedites a
 Thracibus fuere dicti Peltastae. Thu-
 cyd. L. 2. cap. 29. L. 78. ubi Scho-
 liastes dicit πέλτα, ἀσπίς τετραγώνη.
 Sed Peltas Amazonum turris
 lunatas docebant Cerda ad Virgil.
 1. Aen. vl. 494 qui ostendit plu-
 res alias gentes Peltis fuisse usas:
 & ccl. Drakenburgius ad Siliam I-
 talicum L. 2. vl. 80.

tim meliora fecerit. Namque ille pedestria arma mu-
 3 tavit, quum ante illum imperatorem maximis clypeis,
 7 brevibus hastis, minutis gladiis uterentur. Ille ^s e
 contrario peltam pro parma fecit, a quo ⁹ postea *pel-*
tastae pedites appellantur; ut ad motus concursusque
 essent leviores. ¹ Hastae modum duplicavit: gladios
 longiores fecit. ² idem genus loricarum mutavit, &
 pro ³ fertis atque aeneis + linteas dedit. Quo facto ⁴
 expe-



¹ Hastae modum duplicavit, gla-
 dios longiores fecit] Macedones ta-
 men ante eum longis ejusmodi has-
 tis usi sunt, ut Dio nos docet in
 Caracalla. Germanos quoque simi-
 les habuisse hastas Tacitus scribit
 Lib. De morib. Germanor. De a-
 liis hujus ducis inventis, vide Plu-

tarchum & Suidam. *Ernst.* Immo,
 si *Diodoro* credimus, hastas sesqui-
 pla magnitudine auxit, gladios au-
 tem fere duplices fecit: ἡὐξήσατο τὰ
 μὲν δόρυα ἡμιόλιον μέρηδες, τὰ δὲ ἔριφί
 κείδη διπλάσια κεραικωτά. *Bosius.*

² Idem loricar. genus mutavit] Nihil de lorice *Diodorus*: sed cal-
 ceamenta militibus fecisse ait Iphi-
 cratem, quae solutu facilia ac le-
 via essent: atque ad sua usque tem-
 pora *Iphicratides* vocata sint. Ms.
 Boeckl. aberat mutavit. *Bosius.* l. eid.
Idemque lor. g. Mutavit abest a Voss.
 A. B. & Leidensi.

³ *Sertis*] Ms. & Editio Veneta
Savaroni inspecta pro *sertis* atque
aeneis, ut sint *sertis loricae* confertae
 hamis & laminis. *Gebhardus.* Sic
 diserte Mss. Bavarici, Dan. Boeckl.
 Schotti, & quos Savaro inspexit,
 cum editione Veneta. *Sertis* autem
 loricas *Savaro* exponit, confertas
 hamis & laminis, quarum mentio
 apud *Virgilium Aen.* 3, 447. & 5.
 259. Graeci *Σέρτιος ἀνοδιστορε* vo-
 cant. de iis *Lud. de la Cerda* in *Com-*
ment. ad Virgilii s. Aeneidas. & *Li-*
psius de Militia Rom. 3, 6. adde *Ind.*
Vulgati ferreis habent: pro qua vo-
 ce quis credat librarios *sertis* suppo-
 suisse? aut *confertas loricas*. Graecis
 Romanisque usitatas nostrum heic
 omisisse? Erant enim haec ditiorum:

expeditiores milites reddidit. nam¹ pondere detracto,² quod aequè corpus tegetet & leve esset, curavit.

CAP. II.

I³ Bellum cum Thracibus gessit: + Scuthen socium Atheniensem in regnum restituit. ⁵ Apud Corinthum

sicut aeneae ferreaeque viliorum. v. *Lipf. l. c.* Bofius. *Sertis* Leid. & Voff. B.

4 *Lintearum*] Sic Mss. Alii *lineas*, quod perinde est. De lineis loricis ac thoracibus, & a quibus usurpatae sint, vide *Lazium de Rep. Rom.* 8, 16. *Torrentium ad Suetonii Galb.* 19. *Lipf de Mil. Rom.* 3, 6. *Dauqueian ad lib.* 3. *Silii pag.* 120. & ibi laudatos. Quomodo confectae fuerint, disquirunt praeter *Lipsum l. c.* *Villiomarus adversus Titium* 2, 19. *Casaubonus ad Sueton. l. c.* & *Oliv.* *Ferrarius de re vestiaria parte 2. lib.* 4, 11. *Bof. Lintearum* Voff. B. *lintheas*. A. & Oxon. *lintearum*. Pro *dedit* Leid. *desedit*. Pro *expeditiores* Voff. B. *expeditores*.

1 *Pondere detr.*] Bavar. 1. *pondere tantum detr.* Bofius.

2 *Quod aequè c. t.*] Sic Mss. & Edd. Vett. nisi quod nonnullae & Bavar. 2. *quodque c. t.* *Lambinus* tamen, *invitis* libris, & nulla necessitate edidit, *ut aequè c. tegerent, & leves essent.* nam sic, inquit, legendum esse, & *Diodori verba & scripturae varietas, & sententia, declarant.* Hoc enim significat, *loricas ab Iphicrate repertas, pondere detracto, nihilominus corpus texisse, quam antiquas, & fuisse praeter ea leviores.* Atqui non sola loricarum mutatione id effectum Nepos significat; sed univèrse illa mutatione armorum pedestrium. *Diodorus* autem tantum-

modo de scutis ait, *Iphicratem duo praecipue hac innovatione spectasse, ut & corpus satis tegeretur, & peltis utentes propter levitatem plane motu faciles essent; τῆς σκέπης ἕνεκα τὰ σώματα, καὶ τὴ δύναμιν τῶν χειρῶν τοῖς πέλταις διὰ τὴν κρότην πανταχῶς ἰσχυρῶς ὑπάρχειν.* Loricarum ne meminit quidem. *Bofius*.

3 *Bellum cum Thracibus*] Vel ex *Frontino* 1, 6, 3. *Iphicratem* bellum adversus Thracas gessisse intelligere licet. Exstat & aliud ejusdem strategema in eodem apud eundem 2, 12, 4. (& rursus aliud 1, 5, 24.) Praeterea *Aeschines in orat. παρὶ πατρῶν*, non longe a principio ait, *Iphicratem Imperatorem ab Atheniensibus suffragio esse creatam adversus Amphipolin, quae est urbs Thraciae.* *Xenophon hist. Gr.* 4. extr. tradit, *Iphicratem* occiso *Thrasibulo*, in Thraciam ab Atheniensibus missum esse, ibique cum *Lacedaemoniis*, duce *Anaxibio*, commisso praelio superiore discessisse: *Anaxibiumque* occubuisse cum cc. *Lacedaemoniis*, & *X. harmotis*: quo facto, *Iphicratem* in *Chersonesus* revertisse, quod & *Frontinus* 2, 5, 42. retulit. Postremo *Polyaenus* 3. profert aliquot strategemata, quibus in Thracia usus sit. *Lambinus*.

4 *Scuthen*] Sic legendum, non *Scothim*, quomodo habent exempla *Venera & Florentina.* *Scuthen* autem

rinthum ¹ tanta severitate exercitui praefuit, ² ut nullae unquam in Graecia neque exercitiores copiae, neque magis dicto audientes fuerint duci: in eamque consuetudinem ³ adduxit, ut, quum proelii ⁴ signum ab imperatore effet datum, ⁵ sine ducis opera sic ordinatae consisterent, ut singuli ab peritissimo imperatore dispositi viderentur. Hoc exercitu ⁶ moram ⁷ Lacedaemoniorum ⁸ interceptit: ⁹ quod maxime

tem & Medocum, Thraciae reges, commemorat *Diodorus Sic.* 14. & Thrasibulum cum eis societatem fecisse tradit. Sed *Polyaenus* 7. hunc Seuthen Chersobleptis praefectum tantum, non etiam regem fuisse significat. *Lambinus*. *Seuthem* Voss. A. item Leid.

⁵ Apud *Corinthum*] Meminit *Diodorus* 14. & *Polyaen.* 3. *commate* 28. *Bos.*

¹ Tanta severitate exercitui praefuit] Vel unum severitatis exemplum pro multis sit. Quum praefidio Corinthum teneret, & sub adventum hostium ipse vigiliis circumirer, vigilem quem dormientem videret, transfixit cuspide. quod factum quibusdam tanquam saevum increpantibus: *Qualem invenit, inquit, talem reliquit.* *Frontinus Strateg.* 3, 1, 2. *Loccenius.*

² Ut nullae unquam in Graecia exercitiores copiae essent] Nec mirum, quum nunquam pateretur eos oriri, sed etiam extra bellum castra movere, arbores caedere, fossas ducere, vasa colligere & transferre curaret: ne per otium rebus novis aut luxui studerent. In castris vero quiescentes varie exercuit, dum quasi hostiles insidias, transfugia, irruptiones, terrores finxit: ut si tale quid serio & in bello accideret, praeparati essent, neq; ut re

subita percellerentur. *Polyaenus* 3. *comm.* 32. & 35. *Loccenius*, Quae de duplici negatione apud Latinos Graecorum more fortius negante disputavit *Hoogstratanus* ad h. l. latius illustrant, quos laudat *Cor.* ad *Sallust.* *Jugurth.* c. 13. n. 5.

³ Adduxit] *Msc.* Leid. *induxit.* *mox mss.* *Dan.* & *Boecl.* sic ordinatae. *Bosius.*

⁴ Sine ducis opera sic ordinatae consisterent, ut singuli ab peritissimo imperatore dispositi viderentur] *Manufer.* *Lib.* sic ordinate consisterent. *Curtius.* l. 3. cap. 6. *Obsistere, circuire, discurrere in cornu, mutare pugnam non duces magis quam milites calet.* *Gebhardus.* Ut miles absque ducis opera ordinatus consistat, singulari industria & exercitatione opus est. quales etiam Macedonicos & Hannibalis milites fuisse, scriptores testantur, *Curtius* 7, 2, 13, 14. *Livius.* 27. *Locc. Bos. Ab Leid.* & *Voss. A. B.*

⁵ Moram Laced.] *Morae* quoque non semel meminit *Diodor.* l. 13. & *Lib.* 15. *Consule v. cl. J. Meursium Lib.* 1. *Attic. Lect.* cap. 15. *Gebhardus.* Sic vocabantur cohortes Lacedaemoniorum. v. *Ind. Bosius.*

⁶ Lacedaemoniorum] Ita & alii. *mox nominandi, praeter unum Pausaniam, qui moram Amyclaeorum a Lacedaemoniis domum dimisso-*

xime tota celebratum est Graecia. ¹ Iterum eodem bello omnes copias eorum fugavit. quo facto magnam adeptus est gloriam. ² Quum Artaxerxes Aegyptio regi bellum inferre ³ voluit, Iphicratem ab Atheniensibus ⁴ petivit ducem, quem praeficeret exercitui

¹ con-

rum, cujus & Xenophon meminit, trucidatam scribit.

7 Interfecit] Pro intercepto. Alii libri interfecit, quod supra Aristide probavi & explicavi. Gebhard. Sic Mss. Dan. Put. Schottii, Leid. itemque Ed. Ven. ac ultima Boecl. & e vestigijs Bavarici 1. qui interfuit exhibebat, Schoppius verisimil 4, 18. Videnturque favere Pausanias Laconicis, Aeschyne adversus Ctesiphontem, Plutarchus libro, bellone an pace clavieres fuerint Athenienses; ac prolixè Xenophon hist. Gr. 4. qui omnes cohortem eam, aut magnam ejus partem, occisam, ajunt. Praeterea similiter 3, 2, 1. barbarorum exercitus interfectus dicitur. Nondum tamen a me impetrare possum, ut plane rejiciendum, ac a librariis profectum putem rō intercepto, quod in optimo libro Savaronis, Bavarico 2. ac plerisque edd. vett. reperitum est. Neque enim tam vulgo notus fuit elegantissimus vocis hujus usus, ut credibile sit, eam ab imperitis librariis pro notissima suppositam. Et intercepti quoque dicuntur copiae, quas ex improvviso deprehensas hostis, antequam destinata perficiant, opprimit, delerque: quod huic morae accidisse, Xenophon & Pausanias docent. Tacitus Agric. 5, 4. trucidati veterani, in caesae coloniae, ntercepti exercitus. Neque enim adsentire possum viro optimo, intersepti legenti. Respicit Tacitus id quod Ann. 14, 32, 7. nar-

raverat, victorem Britannum Petilio Ceriali, legato legionis novae, in subsidium veteranis coloniam Camalodunensem incolentibus adventanti, obvium, fuisse legionem, & quod perditum, interfecisse. Idem c. 28. 4. de cohorte Ulypiorum patriam repente: pro praedonibus habiti, primum a Suetis, mox a Frisus intercepti sunt. Florus 3, 4, 4. de Scordiscis: Non fesus ab his, aut fugatus, sed omnino totus interceptus exercitus, quem duxerat Cato. De navibus hoc sensu Justinus 4, 1, 16. a coeuntibus in se promontorijs Italiae Siciliaeque, solida intercipi absuoni-que navigia. De uno homine Suetonius Julio c. 20: interceptisse venena indicem creditur. Et Tacitus de Agricola, cap. 43, 3. Augebat miserationem constans rumor, veneno interceptum. E quibus locis manifestum est, eleganter & more veterum scriptorum interceptam dici moram, quae in via praeter opinionem oppressa & magnam partem caesa fuit. Non contendam tamen cum quocumque, cui potior videbitur lectio altera. Bos. Intercepto Leid. & Voss. A. & ita legendum esse docet cl. Dukerus ad Florum lib. 3. cap. 4. §. 4.

8 Quod maxime] Sic Mss. Dan. & alii. Longolius una voce auctius: quod ipsum maxime. Bofius.

1 Iterum eodem bello] Nec ubi, nec quando hoc praelium commissum, usquam reperire se, ait Lambinus, nisi forte id significet, quod narrat

conductio, cujus numerus² duodecim millium fuit, quem quidem sic omni disciplina militari erudit, ut, quemadmodum quondam *Fabiani* milites Romani appellati sunt, sic *Iphicratenses* apud Graecos in summa laude fuerint. 4 Idem subsidio Lacedaemoniis pro-

narrat *Xenophon* 6. de reb. Graec. non longe admodum a principio, Iphicratem decem triremibus, quae a Dionysio Lacedaemoniis Anippo duce subsidio mittebantur, non longe a Cephalenia una cum viris omnibus interceptis, & navibus xc. ex Corcyra adsumtis, in Cephaleniam navigasse, & ab illius insulae civitatibus pecunias partim libentibus obruisse, partim invitis extorsisse, iisque rebus gestis agros Lacedaemoniorum populatum esse ac vastasse, urbesque adversariorum Atheniensibus voluntarias adjunxisse: quae noluerint se dedere, iis bellum intulisse. Sed dubito, an hoc sit omnes Lacedaemoniorum copias fugare: quibus verbis haud dubie praelium aliquod indicatur. *Bosius*. Pro *Adeptus est gloriam* Voss. A. *Adeptus gloriam*.

2 *Cum Artaxerxes Aegyptio regi*] Acori, qui bellum aduersus Persas comparabat. v. *Diodor* 15. Meminit expeditionis hujus & *Polyaenus* 3, in *Iphicrate*, comm. 38. *Bosius*.

3 *Voluit*] Q. edd. *voluisset*. *Bosius*. Voss. A. *noluit*. Pro *petiuit duces* Voss. A. *duces petiuit*. B. *duces petit*.

4 *Petiuit duces*] *Diodorus* l. 15. ἡ ἀγορὴ ἐστὶν μεταπειμπῶν ἐπὶ τῷ στρατηγῶν ἕκαστος ἐτάχθη δὲ τῶν ἐστρατηγῶν ἀγῶν. *Gebhardus*.

1 *Conductio*] *Mercede collecto*, non domestico. *Curt.* L. 3. princip.

Ad conducendum ex Peloponneso militem Cleandro cum pecunia missa. *Ibid.* cap. 6. *Argentum istud atque aurum, ad conducendum militem mitte. Conducere ergo est Graecorum ἐμολογεῖν vel εἶνε μισθουσαί. Infra Damae, ex Graecia conductorum tria millia*. *Gebhardus*. *Mss.* *Magio*, *Savaroni*, *Danieli*, aliique visi; & *Bavar.* 1. *suffragantibus plerisque editoribus nuperis conductio*. Sic *conductitias catervas* dixit 11, 1, 2. vulgo & in *Bavar.* 2. erat *conducto*. *Graecos intelligi*, inde apparet, quod *Diodorus* eos *barbaricis*, quibus *Pharnabazus* praecerat, opponit. *Bosius*. Voss. A. *conducto*. item *Leid.* 2 *Duodecim millium*] Imo 20000. si *Diodoro* credimus *Bosius*.

3 *Quem quidem*] Voss. B. *quosque*. pro *omni disciplina* Idem *omnium disciplina*, sed in marg. notatum erat; *al. omni disciplina*. Pro *fuerint* *Leid.* & Voss. A. B. *fuerunt*. In *summa laude esse proba est locutio* pro summis efferi laudibus, rota *Graecia* fama celebrari maxime. vide *cl. Cort.* ad *Ciceron.* *Lib.* 2. ad *Fam.* *Ep.* 3. n. 5. Quanto opere vero Romanis *Atticorum* dictionis placuerint, vel ex hac ipsa patet *phraologia*. Sic enim *Herodotus* L. 3. cap. 74. ἔσται ἐς αἰὶν μεγίστη ἡ Περσικὴ ἐκ Περσῶν. Et ita passim ἐν τῷ ἑνὶ γινώσκου pro *honorari*. Vide *cl. Perizon.* ad *Aelian.* L. 2. V. H. cap. 32. n. 7.

4 *Idem subsidio Laced. prof.*] *Post cladem Leuetricam*, victoribus *The-*

profectus, Epaminondae retardavit¹ inceptus: nam nisi ejus adventus appropinquasset, non prius Thebani Sparta abscessissent, quam captam incendio delessent.

CAP. III.

Fuit autem² & animo magno, & corpore, imperatoriaque forma, ut ipse aspectu cuius injiceret ad-

Thebanis, quorum dux erat Epaminondas: qua accepta Lacedaemoniorum opes afflictæ sunt. *Lambinus*. Admiranda heic cum fortunæ vicissitudo, dum Spartani auxilium ab Atheniensibus petunt, quorum paullo ante muros diruerant, totamque urbem excindere voluerant: tum magnitudo animi Atheniensium, qui pristinarum injuriarum immemores, nec potentia Thebanorum deterriti, auxilium non denegant. quod, hac rec memorata, observavit *Diodorus Siculus* 15. *Bosius*.

¹ *Inceptus*] Vulgo editur *impetus*. Sed in Mss. Schotti disertè fuit *inceptus*: quomodo & e suis codd. legunt *Savaro*, & *Gifanius* in *Observation. Ling. Lat.* pag. 114. Etiam *Exc. Dan.* *interceptus* habent, quod sine dubio ex altero corruptum. Itaque non dubitavi scriptam lectionem reponere. Dictum vero, ut *amissus*, & similia, de quibus diximus ad 7. 6. 2. Alibi *incepta* dixit. v. *Ind. Bosius*. *Leid. inceptus*. *Voff. A. inceptus*. Vide & *Bosium* ad *Ciceronem* L. 4. ad *Atticum* Ep. 2. *Si neque populi jussu, neque plebis scitu pro scito*. Sic *ausus* pro *ausum*. v. *cl. Burm.* ad *Ovid.* xi. *Metam.* 242. & consule, quos laudat *cl. Ou-*

dendorpius ad *Front.* L. 2. *Strateg.* cap. 5. n. 113.

² *Et animo magno & corpore, imperatoriaque forma, ut ipso aspectu cuius injiceret. admirat. sui*] Corporis dignitas duci admirationem tam apud suos, quam apud hostes conciliat. *Tacitus* 13, 8, 4. *Ne si ad accipiendas copias Syriam intravisset Corbulo, omnium ora in se converteret, corpore ingens, verbis magnificus, & super experientiam sapientiamque etiam specie inaniam validus*. De *Caecina* idem 2. H. 30, 3. *Claudianus* 1. de laudibus *Stiliconis*:

Jam tunc conspectus, jam tunc venerabilis ibas,

Spondebatque ducem celsi nitor igneus orbis,

Membrorumque modus, qualem nec carmina fingunt

Semideis quacunque alte graderere per urbes.

Cedentes spatii assurgentesque videbas.

Julius Capitolinus de *Pertinace* c. 12. *Fuit autem senex venerabilis, immissa barba, reflexo capillo, habitudine corporis pinguiore, ventre prominulo, statura imperatoria*. *Justin.* L. 13. cap. 1. de *Amicis Alexandri*. *Gebhard* *Livius* 28. de *Massinissa*: *Ceperat jam ante Numidam ex fama*

admirationem sui. ¹ Sed in labore ² remissus nimis, ³ parumque patiens, ut *Theopompus* memoriae prodidit: bonus vero civis, fideque magna. quod cum in aliis rebus declaravit, tum maxime in Amyntae Macedonis liberis tuendis. Namque ³ Eurydice mater Perdic-

cae

rerum gestarum admiratio viri (P. Scipionis) substitueratque animo speciem quoque corporis amplam ac magnificam. Ita est, ut Tacitus ait, Hist.

1, 7, 5. Imperatores forma ac decore corporis mos est vulgi comparare. Sed maxime commendatur forma ex dignitate constanti, de qua Vellejus 2, 29, 4. & in eum Boeclerus Loccenius. Quae his Trebellii Pollion. verbis recte explicantur. ea corporis magnitudine, ut dignus videretur imperio. Loquitur de Cello. Spartianus de Aelio Vero scribit, eum fuisse pulchritudinis regiae. & in Pertinace pro imperatoria forma dicit, statura imperatoria. Ernstius.

1 Sed in labore remissus nimis, parumque patiens] Insignem heic contradictionem deprehendisse sibi visus est Nobiliss. Barthius in *comm. ad Statii Thebaid.* 5, 145. Neque enim hoc convenire ait cum iis, quae initio vitae hujus scribuntur: ac minime remissi & laboris impatientis hominis esse ita instruere, docere, constituere militem. Praeterea ab strenuissimo & exercitatissimo duce Iphicrate hanc noram amoliri ipsius sermonem, quo pigrityae in agendo, celeritatis in loquendo arguit Pharnabazum, apud *Diodorum Sicul.* 15. dicens se mirari, quomodo in sermonibus quidem celer, in operibus autem tardus esset. Quomodo enim, quo ore, qua fronte tanto barbaro suum vitium exprobrare ausum, nisi ipsemet laboris & stre-

nuitatis sibi conscius fuisset? Mentitum itaque malignum scriptorem *Theopompum*, & qui malignantem sequatur, auctorem nostrum. De *Theopompo* non pugnabo: potuit is heic quoque maledicus esse, at non ideo mentitus fuerit & Noster, qui haec fide illius refert, nequiquam suum judicium interponens: fatisque cavit sibi, cum addidit, *Theopompum* ita memoriae prodidisse; quam maledicentiae jam supra 7, 11, 1. arguerat. Fortasse tamen nec *Theopompus* mentitus est. Neque enim ex iis, quae sub initium vitae hujus narrantur, efficitur, ut Iphicrates laborum valde patiens fuerit. Potuit disciplina militari nobilitari; potuit saepe exercitiis praeesse, consilio valere, copias exercitatus habere, omnique disciplina militari erudire; & tamen in labore remissus nimis parumque patiens esse. Nec enim haec inter se pugnant. Pharnabazo autem non impatientiam laboris, sed tarditatem exprobravit: quae duo diversa vitia esse, nemo negaverit. *B. f.*

2 Remissus nimis] Exc. Dan. transponunt, nimis remissus. mox q. edd. declaraverit; sed libri meliores declaravit. *Bosius. Leid. & Voss. B. declaravit.* Pro Amyntae *Voss. A. & B. Amyntae.* Pro Eurydice. *Leid. Erudice Voss. A. Eurydice.* Pro Perdiccae *Voss. A. Perdiccae.* Pro liberis *Leid. & Voss. A. B. pueris.* & pro Iphicrate *Voss. B. Iphicraten.*

3 Eurydice] Explicatius haec *Aeschinus*

caec & Philippi, ¹ cum his duobus pueris, Amynta mortuo, ad Iphicratem confugit, ejusque opibus defensa est. ² Vixit ad senectutem, placatis in se suorum civium animis. ³ Causam capitis semel dixit, ⁴ bello sociali, simul cum Timotheo, eoque judicio est ⁵ absolutus.

schines Orat. de falsa legat. haud longe a principio. Bostius.

¹ *Cum his duobus pueris]* Habuit tamen ex Amynta tres filios, Alexandrum, Perdiccam & Philippum, Alexandri magni Macedonis patrem; & filiam Euryonem. Justin. Lib. 7. cap. 4. Ernst.

² *Vixit ad senectutem, placatis in se suor. civ. animis]* Causam habes apud Cl. Boeckl. Comment. p. 67. Bof.

³ *Causam capitis semel dixit, bello sociali]* Accusatus proditionis, quod Charcti collegae, socios rebelles adorturo, obsequi noluisse, *infra* 13, 3, 4. *Diodorus* 16. Meminere accusationis hujus a Charete & Aristophonte institutae, & *Aristoteles Rhetor* 2, 23. *Quintilianus* *insit orat.* 5, 12. *Plutarchus* in *Apophthegm. regum & ducum* pag. 187. *Polyaenus* 3. *comm.* 29. ac *Hortassii* & *comm.* 15. & 16. *Εισαγγελίας* reum fuisse, rationemque imperii militaris reddere justum, ait *Dionysius Halicarnasensis* libro de antiquis Oratoribus Atticis, in Lybia: *ὡς τὰς συμμικτὰ πόλεμω τῶν εισαγγελίαν ἱερομένην ἠγάγεσαν, ἢ τὰς ἐυδίας ὑπέλαβον τῆς στρατηγίας, ὡς ἐξ αὐτῶν γίνονται τὰ λόγια καταρατίς.* E quo loco simul apparet, apologiam ejus *Dionysii* aetate superfluisse. Qualis autem fuerit *εἰσαγγελίας* *διὰν*, ex *Harpocrate*, *Polluce* 8, 6. *Demosthene* orat. *contra Timocratem*, & orat. in *Euergium* & *Mnesibulum* docet *Petrus Commentar. in Leges Attic.* 7, 13. *Nuperus* annota-

tor ait, *Pausaniam* Boeoticis hanc causae hujus aetate causam allegare, quod successori exercitum non tradidisset. Nollem factum. De *Epaminonda* enim, non de *Iphicrate*, *Pausanias* refert, eum causam capitis dixisse, *δὲ τῆς ἰσοκρατίας ἐξουσίας ἰδὲ τῆς χεῖρας.* quod etiam *Noster* 15, 8, narrat. Et quomodo *ἰσοκρατίαν*, ultra permissum tempus *Iphicrates* potuit, qui nunquam Boeotorum, sed semel *Perfarum*, plerumque *Atheniensium*, & quidem contra Boeotos ipsos sive *Thebanos*, (ut vel e *cap.* 2, 5. cognoscere est) aliquando dux fuit? scio, quid vir docto erroris hujus occasionem praebuerit: sed eum facile praecavere poterat, si Graecum textum inspexisset. quamquam & Latina versio satis plana est. *Bostius.*

³ *Causam capitis semel dixit]* Non pugnant haec cum iis, quae tradit *Diodorus* 15. *Iphicratem* accusatum esse a *Pharnabazo*, quod ejus culpa *Aegyptum* capere non potuerit. Non enim dicit *Diodorus*, *Iphicratem* reum fuisse, & causam dixisse apud cives suos, accusante *Pharnabazo*: sed primum, missos esse legatos a *Pharnabazo*, qui *Iphicratem* accusarent; deinde, *Athenienses* *Perfis* respondisse, se de *Iphicrate* supplicium sumpturos, si eum peccasse comperissent; postremo, ipsos *Iphicratem* brevi post tempore classi praefecisse. *Lambinus.*

³ *Causam dixit]* De *Iphicratis* clod-

lutus. Menesthea filium reliquit, ¹ ex Thressa natum, ² Coti regis filia. Is quum interrogaretur, utrum ³ pluris patrem matremne faceret; matrem, inquit. ⁴ Id quum omnibus mirum videretur: at ille, merito, inquit, facio. Nam ⁵ pater, quantum in se

eloquentia plura e Dionysio Halicarnasaeo atque Aristide περι τῆς Ἰφικράτους colligit Muretus 7. Var. lect. 32. Schottus.

4 Bello sociali] In quod incidunt Athenienses, cum Chii, Rhodii, Coi & Byzantini ab iis descivissent, ut Diodorus tradit. Ejus mentio & in Chabria c. 4, 1. Buchnerus.

5 Absolutus] Causam apud civis suos simul cum Timotheo dixisse Iphicratem, & multatos esse, tradit Diodorus lib. 26. Polyaeus cum Nostro congruens, Iphicratem & accusatum esse significat, & absolutum. Lambinus. Quo strategemate judicium sit sententia absolutus, refert Polyaeus lib. 7. Strateg. ac de Latinis Seneca rhetor lib 7. Excerpt. declinat. 5. Schottus.

1 Ex Thressa natum] Expellatur illud natum: ignotum libris antiquis, scribendum quoque Coti, quod Neptos Graecolatina terminatione formet. Sic in Timotheo libri Mf. Adversum Cotum bella gessit. Gebhard. Alii codd. (ut Bavarici) Tharsa: nonnulli vero Tharsa habent. Magnus. Longolius ipsum quoque Iphicratem Thressa matre natum vult, seductus corrupta lectione loci Senecae lib. de constantia sapientis c. 18. ubi vulgo legitur, At Iphicrates, cui mater barbara & Thressa objiciebatur. sed e Mf. melioribus & Laertio legendum, Antistheni mater barbar. &c. jam Lipsius monuit. Turpius

adhuc lapsus est Schottus, qui hunc Senecae locum ad filium Iphicratis retulit Ceterum τὴν natum aberat ab ed. Ultraject. judicio Schotti & Gebhardi recte. sed ita plane & alibi loquitur. 15, 10, 2. qui talem ex te natum relicturus sis. Bofius. Pro Menesthea Leid. Voff. A. & B. Menestha. Pro Thressa Voff. A. Tharsa. Leid. & B. Tarsa.

2 Coti regis filia] Cujus, generi sui, imperium quomodo adversus ipsos Athenienses defenderit, quamque nullam ab eo gratiam retulerit, narrat Demosthenes orat. advers. Aristocratem, pag. 447. Convivium nuptiale ex Anaxandride describit Athenaeus 4, 3. Recte a. Mf. Coti. v. ad 2, 1, 1. Bofius. Leid. & Voff. A. Coti.

3 Pluris] Dan. & Bavar. 1. plus: mox Longolius an matrem: ed. ult. Boecl. matremve. Sed matremne Dan. & Lambin. Voff. B. utrum plus patrem matremve faceret. Pro matrem, inquit. Leid. patrem, inquit.

4 Id quum omnibus mirum videretur: at ille, merito, inquit] Aberant haec a Mf. Bavar. 1. credo, ob repetitionem τὴν inquit. Bofius.

5 Pater quant. in se fuit Thracem me gen.] Sensus iste: pater quantum in se fuit, Thracem potius quam Atheniensem ideo genuit, quia e barbaris uxorem duxit: mater autem non ex suo sanguine Thracem, sed ex Atheniensi viri complexu Atheniensem gignere studuit.

se fuit, Thracem ¹ me genuit: ² contra ea mater Atheniensem.

duit. Perstringit patris cum barbara matrimonium: cujus solius sit ea culpa, non matris, si quid hic indignum moribus Graecorum aut opprobrio: obnoxium objiciebatur enim Iphicrati, quod matrem haberet *Thressam* Boeclerus. Simile responsum Timothei apud *Athenaëum* 13, 5. qui cum aliquando irrideretur, quod matre *Thressa* & meretrice genitus esset: respondit: *ἡ χάρειν γὰρ αὐτῆν εἶδα, ἢ ἂν εἰ αὐτῆν κέρωνος εἴποι ἴσως.* *Bosius.* Locum *Athenaëi* adduxerat jam *Gebhardus.* Pro *pater* *Leid.* *mater.*

¹ *Me genuit*] *Mf.* *Bavaricus* vestustior: *me genuit, creavit.* An igitur *ἡ genuit* glossema est, auctor autem scripsit *me creavit*, eodem sensu? quomodo hac voce subinde veteres usi. *Livius* 1, 3. *Silvius* *Acneam filium creat; ἔς deinde*

Latinum Silvium. *Phaedrus* 1, 7, 9. *Quidnam futurum est, si crearit liberos?* *Idem* 3, 16, 11. *quem crearet masculus, Beneficium magnum sane natali dedit.* *Virgilius* *Aen.* 10, 705. *Et face praegnans Cisseis regina Parith creat.* *Ibid.* v. 543. *Vulcani stirps creatus.* v. 517. *Sulmone* *creatos quatuor hic juvenes &c.* *Florus* 1, 6, 1. *Nec obscuritas inhibuit, quamvis matre serva creatum.* *Bosius.* *Leid.* & *Voss.* *A. genuit vel creavit.* Verbum vero *creare*, si ita legendum statuas, & de patre & de matre adhibet *Noster*, & certe de utroque dicitur. Vide *cl.* *Burmann.* ad *Phaedrum* *Lib.* 1. *fab.* 6. & ad *L.* 3. *f.* 15. *v.* 14.

² *Contra ea*] *Sic Dan.* *Alii, contra.* *Bosius.* *Voss.* *A. contra ea.* *Pro mater* *Leid.* *pater.*

XII. CHABRIAS.

CAP. I.

CHABRIAS ATHENIENSIS. Hic quoque ¹ in summis habitus est ducibus: resque multas memoria dignas gessit. Sed ex his elucet maxime inventum ejus ² in praelio, quod apud Thebas fecit, quum ³ Boetiis subsidio venisset. Namque ⁴ in eo victoria fidente summo duce Agesilao, fugatis jam ab ² eo conductitiis catervis, reliquam phalangem ⁵ loco vetuit

¹ CHABRIAM amplius narraverunt Diodorus Siculus 15. & 16. Xenophon hist. Graec. 5. Plutarchus in Phocione. Demosth. contra Leptin. Polytaen. 2. Athenaeus 12. Frontin. 1, 4, 14. & 2, 12, 12. Boecl.

² In praelio, quod ap. Thebas] De quo Diodorus libro 15, 32. Polytaenus 2. in Agesilao num. 2. Bosius.

³ Boetiis] Leid. & Voss. A. B. Boetiis.

⁴ In eo victoriae fidente summo duce Agesilao] Sic Lambinus edidit, cum in omnibus vulgatis legeretur, in ea victoria fidentem summum ducem Agesilao. Et vix aliter legi potest, nam non ea nullus hinc locus: cum nihil de victoria Agesilao praecesserit. Immo nendum is vicerat. Legendum igitur, in eo; praelio scilicet, quae vox praecesserat. Victoria fidere est, ut recte Lambinus interpretatur, victoriam sibi promittere, certam de victoria fiduciam concipere. v. Ind. Boecleri codex habet: in ea auctoritate fidentem summum ducem Agesilao. An legendum: in eo auctoritate fidente &c. Sed magis placet emendatio Lam-

bini, tot codicum consensu nixa. Bosius. Leid. & Voss. A. In ea victoria fidentem summum ducem Agesilao B. in ea auctoritate fidentem summum ducem. Pro phalangem Voss. B. phalangem.

⁵ Loco vetuit cedere] Polytaenus μετὰ τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ μὴ εἰς ἴσχυρα. Bos.

⁶ Obnixoque genu scuto] I. e. obfirmato genu ad scutum. Videatur a Probo dictum esse obscurius, quod expressit Diodorus 13. ἢ τὰς ἀσπίδας αὐτῶν τὸ γένυ κληθῆναι; & clypeis ad genu acclimatis. Et Polytaenus [ex emendatione Casauboni] τὰς ἀσπίδας αὐτῶν γένυ αὐτοσχευαμέναις, clypeis ad genu firmiter acclimatis. Planus explicatiusque dixisset, obnixoque genu in scuto. Lambinus. Polytaenus 2. Strateg. 2. σακκίον κήμα ἢ μάχης, statoriae vel statoriae pugnae figuram appellat. Hinc putat Lambinus fluxisse institutum militum Romanorum, ut triarii genibus flexis intra scuta subsiderent. Ad testimonium citat illud Vegetii L. de re milit. 20. Triarii genibus flexis intra scuta solebant subsidere. Scopum & fructum hujus rei addit Vegetius: ne stantes vulnerarentur.

vetuit cedere, ⁶ obnixoque genu scuto, ¹ projecta
[que] hasta impetum excipere hostium docuit. ² Id
novum Agesilaus contuens, ³ progredi non est ausus,
³ suosque jam incurrentes + tuba revocavit. Hoc ut-
que eo ⁵ tota Graecia fama celebratum est, ut illo
statu

venientibus telis, & ut, cum necessitas postulasset, tanquam recreati a labore, vehementius hostes invaderent. Vel, ut 2, 16. scribit, si prima acies esset victa, ab his quasi de integro repararetur pugna. Sed alia & diversa haec ratio triariorum Romanorum, alia Graecorum militum ex instituto Chabriae erat. quod etiam Stewechius in comment. suo ad dictum lib. 2, cap. 16. Vegetii vidit; unde ait: Sed strategema illud (Chabriae) triariis Romanis quidam vir doctus (per hunc Lambinum signare videtur) accommodare voluit. Sed errare ipsum ex hoc loco facile intelligere est. Quod quum Stewechius fufius non ostendat, ego explicatius dabo. Milites Chabriae obnixo genu scuto protensa hasta stabant, ut eo commodius hostilis phalangis impetum exciperent & sustinerent: quod etiam Polyaeus dicto loco confirmat. Triarii vero Romani genu dextro innixi, sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas sub erecta cuspide in terra fixas tenentes, sub vexillis confidebant: dum vel hastati, qui primi pugnam inibant, vel principes, qui robustioris aetatis, & a principio gladii pugnabant, cum hoste dimicabant: quorum subsidio, tertio ordine dispositi erant, & in eorum vicem locumque parati. Si apud hastatos ac principes parum prospere pugnatum esset, tunc demum triarii ad nutum ducis consurgebant

ad pugnandum. Triarii enim erant veterani spectatae virtutis, ad quos rebus ferme desperatis velut ad extremum subsidium refugiebant, ut observat Dionysius Halicarn. 5. Antig. Rom. 15. & 8: 98. Inde rem ad Triarios rediisse, cum laboratur, pro verbo increbuit, ut praeter Lipsium Valtrinus 5. de milit. R. 3. docet. Haec ergo tam distincta & diversa confundi non debent, nec alterum ab altero deduci. Loccenius

1 Projectaque hasta] Si locus emendatus est (ut mihi quidem videtur) projecta positum pro porrecta, seu ante erecta, ἀποσπασμένη ἀπὸ τοῦ σώματος. Sic Sisenna lib. 2. apud Maerob. 6, 4. scutis projectis. Idem: projectis ramis. M. Tullius de signis: sed quod erat ejusmodi loco, & ita projecta in altum. Idem in orat ad Q. fratrem lib. 3. brachium procerius projectum, quasi quoddam telum orationis. Quidam legi volunt porrecta. Ego nihil mutō. Lambinus. Polyaeus dixit τὰ δέξιμα ὄψα ἀποσπασμένης: Diodorus ἐν ὀψίῳ τῶν δέξιμα μὲν. Mff. Dan. & Boecl. projecta hasta, absque copula. Et potest abesse. Barthius conjiciebat leg. scutoque projecto, hasta imp. exc. Sed repugnant Diodorus & Polyaeus, qui clypeos ad genu acclinatos dicunt. Bosius. Leid. Voss. A. & B. Projecta hasta. Projicere hastam i. e. protrudere. Graecis ἀποσπασμένην vid. Celeb. Perizon. ad Aelian. L. 2. V. H. cap. 44. hinc projectus pro extenso.

statu Chabrias sibi statuam fieri voluerit, quae publice ei ab Atheniensibus ¹ in foro constituta est. Ex quo factum est, ut postea athletae, ² ceterique artifices ³ his statibus in statuis ponendis uterentur, ⁴ in quibus victoriam essent adepti.

tento, antejahto, promo. Vide Celeb. Burmann. ad Valer. Flaccum L. 4. Argon. v. 268.

² *Id novum Agefilatus contuens]* Sic rescripti auctoritate codicum Dan. Leid. & Boecler. Et si postremus aliquot vocibus auctior, habet: *Id novum cernens, Agefilaus, contuens id. progr. n. e. a.* Adscripserat aliquis in ora *cernens*, explicaturus *contuens*. Id postea textui, & alieno quidem loco, intrusum est. Est autem *contuens* idem ac contemplatus, speculatus, accurate & veluti fixo oculo inspiciens. Sic *contueri solem immobilibus oculis*, Plinius dixit N. H. 7, 2. Bosius. Voss. B. *Id novum cernens Agefilaus contuens.*

³ *Progredi non est ausus]* Non ex ignavo timore, sed quod militaris artis esset, hostium robur cavere; ut Polyaeus dicto loco refert. Equidem non minor est prudentia cedendi tempus nosse, si non tantis viribus valeas; aut, si subita quaedam ac nova militi objiciantur, quibus insuetus facile turbari possit; quam pugnandi tempus perspicere, si vires & caetera recte respondeant. Polybius lib. 1. legendus. Lucien.

⁴ *Tuba revocavit. ed. m. 7, 1. d. n. 4. n. 4. 2. 1. 2.*

⁵ *Tota Graecia]* Libri P. Danieli inspecti *Et tota Graecia fama celebratum est.* Gebh. Sic MII Et similiter locutus praef. 5. & 11, 2, 3. Alii, in *Graecia*, quod etiam nuperrima editio Belgica retinuit. Bosius. Leid. Voss. A. & B. *Tota Grae-*

cia fama celebratum est. mox sibi abest a Leid. & Voss. A.

¹ *In foro]* Veteri scilicet, ubi & aliae illustrium virorum statuae & omnia rerum praeclararum (ut *Aeschines* ait adv. Ctesiph.) monumenta collocata, vide Meursii *Ceramicum geminum* cap. 16. Bosius.

² *Ceterique artifices]* Scenicos & musicos sive Dionysiacos atque pantomimos intelligi, ait *Pet. Faber* lib. 2. *Agonistic. sine capitis* 20. Bos.

³ *His statibus in stat. pon. ut]* *Mire* vetus meus liber confirmat Claudii Puteani emendationem, quam Lambinus acceptat, una tamen voce mutata ita legit; *iisdem statibus in statuis ponendis uterentur, in quibus victoriam essent adepti.* Non quod omnes victores obvixto genu scuto projectaque hasta fingi voluerint, sed unusquisque eo in statu, in quo fuerat, cum victoriam obtinuerit. *Ernstius.* Mf. *Ernstii: iisdem statibus in statuis pon. ut.* Pavar. vetustior: *his statibus pon. ut.* Plerique alii: *his stantibus statuis.* Bosius. Leid. Voss. A. & B. *stantibus.*

⁴ *In quibus victoriam essent adepti]* Sic recte emendavit *Claud. Puteanus*, probantibus *Lambino* & *Pet. Fabro* l. 2. Confirmatque hanc correctionem & e suo codice *Ernstius*, in quo diserte scriptum, *in quibus.* Vulgati, etiam optimi coeteroqui, codices habent: *cum victor. est. ad.* quod plane ineptum est. Quis enim credat, omnium artificum statuas eo statu effictas, qui non nisi

1 Chabrias autem multa in Europa bella administra-
vit, quum dux Atheniensium esset: ¹ in Aegypto
sua sponte gessit. nam ² Nectanebum adjectum profe-
ctus, regnum ei constituit. ³ Fecit idem Cypri,
² ⁴ sed publice ab Atheniensibus Euagorae adjutor da-
tus: neque prius inde discessit, quam totam insulam
bello

militi aut gladiatori vel pugili con-
veniebat? aut omnes etiam gladiato-
res talibus statuis fictos, quali Cha-
brias? Id tantum imitati sunt, ut quo
quisque statu vicisset, eo sibi vellet
fieri statusus. Eruditissimus, nobisque
amicissimus vir, *fo. Schefferus* idcirco
putabat pro *cum* scribendum *quomodo*;
suspiciatus initio fuisse *quom*, cum
adjecto puncto. Quid si a *Nepote*
scriptum sit, in quibus fuissent, *cum*
victor. ess. ad? ut a librariis alibi illa
in quibus, alibi *ro cum*, ubique ver-
bum fuissent, aut simile aliud, om-
missum fuerit? *Bosius. Leid. pro in*
quibus, cum. Voss. A. quum B. cum.

1 In Aegypto sua sponte gessit] Edi-
derat Longolius sua sp. quaedam gessit.
Inde confestim Lambinus, homo
ad mutandum *ἐπιπορεύων*, *mul-*
ta intrusit. Neutrum vero neque *mul-*
ta, neque *quaedam* agnoscunt libri ca-
lamo picti. illud *multa* ex praecedenti
intelligitur. *Gebb. Mf. Vet. in contra-*
ria haec currit omnia, dum legit,
nulla in Aegypto sua sp. gessit. verum
contra fidem historicam. Credo
igitur Nepotem scripsisse: *nonnulla*
in Aegypto sua sponte gessit. Quae
Lambinus mutavit in *multa*. Non
enim addit, unde hanc vocem sum-
ferit. *Ernst.* Aberat utrumque edi-
tionibus Aldi ac Jensonis, itemque
Mff. Magii, Danielis, Leid. Boecl.

Bavarico utroque & Ernstiano. Ita-
que non dubitavi expungere. Ernstianus tamen praefixum habebat
nulla. Unde ille *nonnulla* faciebat.
Bavaricus antiquior: in *Aeg. bellum*
sua sp. g. Utrobique scilicet libra-
rius, qui non vidit, aut *ro multa*
e praecedentibus repetendum, aut
bellum subaudiendum esse, de suo
supplere voluit, quod de esse opinaba-
tur. *Bosius. Multa* abest a Voss. A. B.
& Leid.

2 Nectanebum] Plutarchus in *Age-*
filao Νεκτανάβου perpetuo vocat. *Poly-*
aenus lib. 2. in Agesilao vocat *Νεκτι-*
ναβου. Idem *L. 3.* perhibet Cha-
briam Thamo adfuisse, & Thamus
erit, quem Plutarchus aliique Tachum
vocant. *Gebhardus. Exc. Dan.*
Nektenebin habent. Quidam, *Magis*
teste, *Nektenebum.* *Bavar. 1. Ne-*
ktenebmi: alter, *Neptenebum.* *Dio-*
doro est *Νεκτανάβου,* aut *Νεκτανάβου.*
Ceterum alii Tacho, seu, ut *Poly-*
aenus vocat, Thamo, non *Nec-*
tanabo, Chabriam adfuisse scri-
bunt. *V. Diod. 15. & Polyen. 3.*
Fuit autem Nectanebus Tachi regis
Aegyptii, vel, ut alii volunt, fra-
tris fororisve ejus, filius, & Ta-
chum regno expulerat. *Bosius. Leid.*
Hefteben. Voss. A. & B. *Nektenebmi.*
De errore, quem hic commisit *Nep-*
pos, egit *Celeb. J. Perizonius ad*
Aeli-

bello devinceret. qua ex re Athenienses magnam gloriam sunt adepti. Interim ¹ bellum inter Aegyptios ³ & Persas conflatum est. ² Athenienses ³ cum Artaxerxe societatem habebant; Lacedaemonii cum Aegyptiis, ⁴ a quibus magnas praedas Agefilaus rex eorum faciebat. Id intuens Chabrias, quum in re nul-

la

Aelianum L. 5. V. H. cap. 1. ubi citat *Nectanebin*. Mox ei abest a Voss. B.

³ *Fecit idem Cypru*] Negat hanc de re quidquam se reperisse *Lambinus*, praeter id, quod est apud *Diodorum* 16. Sed quoniam is Phocionem, non Chabriam cum Euagora Cyprum expugnasse scribit: credibile censet, *Diodorum* vel *Phocionem* pro *Chabria* posuisse, forte comite illius; vel alium historicum, quam noster, secutum. Atque is alius Euagoras fuit, postquam frustra paternum regnum recuperare conatus esset, in Cypro, quo ex Asia confugerat, capitali supplicio adfectus; ut ex eodem *Diodoro* cognoscere est ad annum 3. *Olympiadis* 107. Noster autem haud dubie de eo Euagora loquitur, qui restitutus in regnum suum Olympiade xevii, universam Insulam in ditionem suam vindicare instituit, & paulo post ab Artaxerxe bello vexatus fuit. Huic in auxilium ab Atheniensibus missum Chabriam, diserte scribit *Xenophon*. 3. *hist. Gr.* haud longe ab initio: *μὲν γὰρ αὐτὰ ἕταρ ἔπειτα ἔπειτα ἔπειτα ἔπειτα ἔπειτα*. Meminit subsidii ab Atheniensibus Euagorae missi & *Lysias* orat. pro *Aristophanis* bonis cap. 6. *Bosius*.

⁴ *Sed publice*] Publico nomine, auspiciis. Opponitur hoc illi, quod supra dixit *sua sponte*. Possis & pro nam interpretari, sed si post τὸ *Cypri* legas punctum. *Buchnerus*.

¹ *Bellum inter Aegypt. & Persas conflatum est*] Sic loquitur *Hirtius* lib. 8. cap. 6. *Sub tempus aestivorum nullum summum bellum posse conflare*. Et initio de Bello Alexandrino. *Eumene, Interim conflagravit illa bella*. Loquitur ita quoque *Paterculus*. L. 2. *Cicero vero de Aruspicum responsis; Clodius nefarias cum multis scelerum passiones societatesque conflagavit. & in Antonium: Ille quum exercitum nullum haberet, magnum repente conflagavit*. *Gebhard*. De quo *Diodorus* 15. *Plutarchus Agefilaus*. *Bosius*.

² *Athenienses*] Copula, quae in editis habetur, aberat *Miss. Dan.* & *Boecl. Bene*. sic enim solet *Nepos*. mox *Msc. Boecl. Id metuens*. *Bosius*. *Voss. A. B. conflatum est. Athenienses*; copula etiam ommissa. *idmetuens* pro *id intuens* exhibet etiam *Voss. B.*

³ *Cum Artaxerxe*] I. e. Artaxerxe *Mnemone*, de quo *Tenuil. ad Frontinum* L. 2. *Strateg. cap. 3. n. 49.*

⁴ *A quibus magnas praedas Agefilaus rex. eor. fac.*] Redigebat atque agebat. *Facere praedas* non est obvium in Latinis scriptoribus. Invenio tamen apud *Tullium* in *Verrem*. *Maximos quasvis praedasque fecisse*. *Gebh.* An ab Aegyptiis? Ita videtur, si vera lectio est. Atqui *Agefilaus pedestribus eorum copiis praefuit*, ut mox additur. Quomodo ergo praedas ab iis egit? *Clariss.*

V 3

Schef

la Agefilao cederet¹ sua sponte eos adiutum profectus Aegyptiae classi praefuit: ² pedestribus copiis Agefilaus.

CAP. III.

Tum praefecti³ regis Persiae legatos miserunt Athenas questum, quod Chabrias adversum regem bellum gereret cum Aegyptiis. Athenienses⁴ diem certam Chabriae praestituerunt, quam ante domum nisi

Schefferus idcirco non a quibus, sed quibus, omisla praepositione, legendum censebat. *Bosius*. Vide Indicem.

¹ *Sua sponte*] Injussio populi, vid. ad vers. 1. Non itaque adversatur *Diodoro* (ut *Lambino* visum) qui ab *Acoride* arcessitum ait. *Bos.*

² *Pedestribus copiis*] Quorum? an Aegyptiorum, sicut *Chabrias* classi Aegyptiae? videtur vis oppositionis exigere. *Scheffer.*

³ *Regis Persiae*] *Bavar.* uterque *Persae*. *Boecler.* quoque *Persae*. quomodo & alibi legitur apud nostrum. *Bosius*. *Leid.* *Regii Perses*. *Voss.* A. B. *regis Persae*.

⁴ *Diem praestituerunt*] Diem praefiniverunt, elegantia Romana. *Curt.* Lib. 3. pr. *Postquam nihil inde praesidii mittebatur, ad praestituram diem permisere Regi.* *Cicer.* *Tuscul.* *Quaest.* *Natura dedit usuram vitae, tanquam pecuniae, nulla praestituta die.* Idem in *Verrem.* *Diem praestituit operi faciendo Cal. Decembr.* *Dies autem praestituta est in Aegyptiis.* *Gebhard V. Ind. Cod. Dan.* *praestiterunt.* *Bosius.* *Leid.* & *Voss.* A. *Praestiterunt.* Vide cl. *Oudend* ad *Frontinum.* L. 1. cap. 2. *Strateg.*

E. 6. n. 25.

⁵ *Denuntiarunt*] Id est, minati sunt. Hanc enim vim habet hic praepositio *de*, ut notet minis additis indicere, *Livius* Lib. 3. cap. 46. *Denuntiare se Iulio similibusque Iulii.* *Florus* Lib. 1. cap. 17. n. 3. *Ut senatus Consuli denuntiaret, ne tantum periculi ingredi auderet.* *Justinus* Lib. 6. cap. 2. *Quibus futuris impetui finis denuntiabatur.* Plura adderem, quae jam occupavit. cl. *Torrenius* ad *Valerium Maximum* L. 1. cap. 7. n. 37. ideoque ad ejus *Viri* notas *Lectorem* relego.

⁶ *Non enim*] *Totus hic locus, ut jam Longolio* aliisque observatum, e *Theopompo* desumptus videtur, cujus verba exstant apud *Athenaeum* 12, 8. *Mox Cod. Dan.* *suorum civitatum, ἐπιμαρτυροῦσιν, ut videtur.* *Bosius.*

⁷ *Et indugebat sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset effugere*] *Maximos* quandoque duces haut ita reformidasse delicias exemplo huius aliorumque probat *Lud. Cacl.* *Rhodigin* Lib. 9. *Lecl.* *Antiq.* Cap. xi. *Ernst.*

⁸ *Est enim*] *Alii concisus ediderunt.* *Est enim hoc commune in magnis liberisque civit.* *Veruntamen vulgatam*

nisi redisset, capitis se illum damnaturos⁵ denuntiarunt. Hoc ille nuntio Athenas rediit, neque ibi diutius est moratus, quam fuit necesse. ⁶ Non enim ² libenter erat ante oculos civium suorum: quod & vivebat laute, ⁷ & indulgebat sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset effugere. ⁸ Est enim hoc ³ commune vitium in magnis liberisque civitatibus, ¹ ut invidia gloriae comes fit, ² & libenter de his detrahant, ³ quos eminere videant altius: ⁴ neque animo

gatam lectionem ac sententiam adstruit Tacit. Agr. 1, 1. Quotiens magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium parvis magnisque civitatibus commune, ignorantiam recti & invidiam. Gebhardus. Idem Ann. 3, 10, 4. odium & invidiam apud multos valere. De populo Atheniensis seorsim Livius 45. Populus Atheniensis lacerare invidia principes suos suetus. Ea invidia ex dissimilitudine morum ac fortunae oritur. Loccen.

1 Ut invidia gloriae comes sit] Salustius Catil. Meminisse post gloriam invidiam sequi. Schottus. Exc. Dan. habent. ut invidiae gloria comes sit. Bofius. Leid. Et invidia gloriae comes sit. Voss. A. Ut invidiae gloriae comes sit. sed supra notatum erat invidia. B. ut invidiae gloria comes sit.

2 Et libenter de his detrahunt] Quidam libri, libenter iis detrahunt. Sed interpolatum ignoratione elegantissimi modi loquendi. Cicero enim pro Rabirio, detrahere de aliquo & eum in invidiam vocare dixit, & Quintus frater, sermo eorum, qui de se detrahere volunt. Infra Timoleonte, cum quidam Lamestii similis, nomine Demaretus in concione populi de rebus gestis ejus detrahere coepisset Ammian. Marcell. Lib. 30.

cap. 29. de fortibus detrahebatur, ut solus videretur bonis artibus eminere. dein quidam detrahant, ut necetur & sit. Gebhardus. Vide Ind. detrahere. Membranae Bavar. Schoppio verisim. 2, 3. teste: de iis detrahant. Bofius.

3 Quos eminere videant altius] Omnium librorum consensus praefert eminere, ἕξουον ἐμμενα. Aurel. Victor. cap. 39. In Diocletiano, Quo mihi mirum videtur nobilitatis plerisque superbiam dare: quae gentis patriciae memor, molestiarum, quae agitatur, remedio eminere plerisque plerisque habet. V. Tacit. Lib. 2. Historiar. cap. 20. ad quem Lipsius, Nepotis locum contendit. Gebhardus. Sic Mss. meliores, Schoppio, Gebhardo aliisque probantibus. Aurel. Victor. in Diocletiano: Nobilitas gentis patriciae memor, molestiarum, quae agitatur, remedio eminere plerisque plerisque habet. Vulgo erat, quos emergere vident altius. De re, similis existat locus apud Tacitum hist. 2, 20, 4. ubi Lippian vide. Bofius. Leid. & Voss. A. emergere.

4. Neque animo aequo pauperes] Vulgi hic ingenium expressit quoque Sallustius Catil. bell. 27. Semper in civitate, quibus opes nullae sunt, bonis invident, malos excollunt: ve-

mo aequo pauperes alienam¹ opulentium² intuuntur fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat,³ plurimum aberat. Neque vero solus ille aberat Athenis libenter,⁴ sed omnes fere principes fecerunt idem: quod tantum se ab invidia putabant⁶ futuros, quantum a conspectu suorum recessissent. Itaque Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timo-

tem odere, nova exceptant. Conf. Boecl. in Herod. pag. 451. Bofius.

1 *Opulentium*] Ita rescribendum esse dudum & nisi fallor, princeps e Gifanii libro indicavit Schoppius Lib. 2. Verisim. cap. 3. adstruit Savaro, approbat P. Daniel, ob-signat denique Schottus. *Opulens* pro *opulentus* ex Aufonio notant; nescio an & hoc Eidylio 2. *Non opulens nec egens parvus sine sordibus egi.* Addo, me quoque observasse ex Livio, sic lib. 43. *Eadem aestate, qua in Thebessiam equistri pugna vicere Romani, legatus in Illyricum a consule missus, opulentia duo opida vi atque armis coegit in deditioem.* Gebhard. Ita dudum e libris suis emendarunt Gifanius Ind. Lucret. v. *suarviloquens*, Schoppius *verisim.* 2, 3. *Pet. Daniel*, Savaro, Schottus. Lambinus habet *opulentum*. *Opulens* pro *opulentus* etiam Livius, alique veterum dixere. v. Ind. Bofius.

2 *Intuuntur*] Fidenter ita rescripti auctoritate codicum, quibus Gifanius, P. Daniel, Lambinus, Schoppius ac Schottus usi. Plane sic Terentius Heaut. 2, 3, 23. *qui intuirur nos.* Et Plautus Mostell. 3, 2, 150. *multam equidem illic cornicem intuor.* Apud eundem legimus *obtuor*, *con-tuor*, & simplex *tuor* apud Lucretium saepissime. Statim Mfc. Boecl. *quoad licebat*, omissio provocabulo. Bo-

sius. Leid. & Voss. B. *intuuntur.* Pro *quoad*. Leid. *quo* & ita Voss. A. B. quid si inde conficiamus *quod ei licebat* pro quando, quamdiu ei licebat? Vide cl. Graevium ad Ciceron. L. 4. ad Atticum Epist. 10. sed hanc conjecturam nemini obrudam. Idem tamen conjiciunt Bofius in Themist. cap. 9. n. 3. e Mf. Boecleri *quod mihi necesse fuit.* & Gronovius ad Epaminond. cap. 2. n. 5. *Quod stans* pro *quoad stans*. quam conjecturam ibi firmat Codex meus Vossianus B.

3 *Plurimum aberat*] I. e. plerumque, *ὡς ἔστι τὸ πλείον.* Lamb. Causam continuo subjungit *Nepos* ipse: at mihi in mentem venit quoque alia, nim. magnos viros vitato assidue fastidio auctoritatem & desiderium in animis civium quaesivisse absentia. Livius 35, 10. *Accedebat, quod alter decimum jam prope annum assiduus in oculus hominum fuerat: quae res minus verendos magnos homines ipsa satietate facit.* Gebhardus.

4 *Sed omnes f. pr. fecerunt idem*] Haec duo postrema inculcata esse quis non videat? & a nostris aberant membranis: tamen inficias ire non possum, luxuriantem esse hujus dictionem, a qua multa, ni fides religioque tractandorum scriptorum vetet, refecare possis. *Schottus*

motheus Lesbi, Chares in Sigaeo. ¹ Dissimilis quidem Chares eorum factis & moribus, sed tamen Athenis & honoratus & potens.

CAP. IV.

Chabrias autem periit ² bello sociali tali modo. ¹ Oppugnabant Athenienses Chium. erat in classe Cha-

rus. Reciderem libenter postremas duas vuculas, quandoquidem in libro Schotti nusquam comparent, sunt enim & supervacaneae & venustatem dictionis collinunt. Gebhard. Quamquam libenter reseraret Gebhardus, tanquam supervacanea, & venustatem dictionis collinentia, & mihi quoque valde suspecta sint, non tamen ausus sum expungere, cum in optimis codicibus legantur. Bofius.

5 Quod tantum se ab invidia] Probe notetur, quod remedium fecerint invidiae effugiendae magni ac prudentes viri: nempe subductionem sui ab oculis vulgi lividi, & omnibus obrectantis. Suetonius de Jul. Caesare c. 4. Gaeterum composita seditione civili Cornelium Dolabellam, consularem & triumphalem virum repetundarum postularunt: absolutoque Rhodium secedere statuit, & ad declinandam invidiam &c. Gebhard. Similis locus Livii lib. 3. Tantum se ab injuria abesse rati, quantum a coetu congressuque impotentiorum dominorum se amovissent. Loccenius.

6 Futuros] Sic edd. vet. & novissima Boecleri. alii abfuturos Lambinus tuetur afuturos, quomodo Cicero Tusc. 5. a gloria se afuisse; Et Horatius Sat. I. 4. quod vitium procul a fore chartis. mox in Msc. Dan. fuit

recesserint. Et statim: Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbo, Chares Sigaeo. quomodo jam ante Gifanius e cod. suo legerat in Ind. Lucret. v. Thrace. Bofius. Leid. Voss. A. & B. futuros. praeferrem tamen abfuturos. Vide ad Miltiad. cap. 4. Leid. & Voss. B. Lesbo, Chares Sigaeo.

¹ Dissimilis quidem Chares] De Charete ex Ephoro & Theopompo quaedam Athenaeus, tardum & seignem fuisse dicens, & voluptarium. Demosthenes & Aeschines in orationibus suis saepe Charetem aut nominatim commemorantes, aut tacito nomine deferentes, significant eum parum strenuum fuisse imperatorem, ejusque culpa cladem ad Chaeroneam, victore Philippo, fuisse acceptam. Diodorus Siculus 15. extr. dicit, eum fuisse ignavum & timidum in hostes, injustum in socios. Idem lib. 16. diserte ait, Charetem non fuisse quolibet alio forte oblato imperatorem nec in re gerenda, neque in consilio capiendo meliorem. Commemorat eum Xenophon aliquoties 7. de reb. Graec. Lambinus. add. Plutarch. apophthegm. reg. & infra 13, 3, 1. Pro eorum factis, alii: horum factis, vel: horum & factis. Bofius. Voss. B. eorum.

² Bello sociali] Sup. ad 11, 3, 3. Bofius.

Charias ¹ privatus, sed omnes, ² qui in magistratu erant, auctoritate anteibat; eumque magis milites, ² ³ quam qui praeerant, aspiciebant. Quae res ei maturavit mortem. ⁴ Nam dum primus ⁵ studet portum intrare, & gubernatorem jubet eo dirigere navem, ipse sibi pernicii fuit. ⁶ Quum enim eo penetrasset, ceterae non sunt secutae. Quo facto circumfusus hostium

¹ Privatus] Epaminonda. erat enim ibi privatus numero militum. Gebhard. Aliter Diodorus 16, 7. qui classi eum praefuisse, Charetem vero terrestrem exercitum rexisse tradit. Bofius.

² Qui in magistratu erant] Optima est locutio, cui privatum esse opponitur. Livius Lib. 6. cap. 6. Senatus Diis agere gratias, quod Camillus in magistratu esset. Dictatorem quippe dicendum eum fuisse, si privatus esset. Adde cl. Oudendorp. ad Frontin. L. 4. Strateg. cap. 5. n. 62.

³ Quam qui praeerant, aspiciebant] Quod Catullo, ni fallor, est respiciant id est, observabant. Ernst. Subintellige eos, ut 10, 9, 5. &c. Aspiciant autem, est, reverebantur, honorabant. Tacitus asperare dixit. Ann. 1, 4, 1. omnes exuta aequalitate iussa principis asperare. Sic intueri apud Livium 37, 54. Pro dignitate & gloria apud omne genus humanum, quod vestrum nomen imperiumque juxta ac Deos immortales jam pridem intuetur, pugnastis. Bos. Sic Graecis saltem in suis pro deos venerari. Sophocl. Antig. vs. 935. vid. Cuperum L. 2. Obs. cap. 1. alia exempla huc spectantia daturum. mox ei abest a Leid. & pro maturavit mortem Voss. B. mortem maturavit.

⁴ Nam dum primus] Fuit enim

in periculis adeundis calidior quam cautior; in aliis segnis & tardus, v. Phitarch. Phocione pag. 744. Bofius.

⁵ Studet] Smides, festinat. Datame. Hac delatus in Cilician, egressus inde, dies noctesque iter faciens Favum transit, eoque, quo studuerat, venit. Pelopida, qui, cum tempore ipso, quo studuerant, pervenissent. hinc studium, σπουδή, festinatio. Caesar. lib. 7. Comment. cap. 41. f. summo studio militum ante ortum solis in castra pervenit. Lib. 3. Civil. cap. 24. Illi studio incitati incautius sequebantur. Val. Lib. 3. cap. 2, 23. Cum Pompeii praefectus jussu ejus, summo studio & magno militum numero ad id capiendum mitteretur. Gebhard. Copula & abest a Leid. & Voss. B.

⁶ Quum enim eo penetrasset] Eo significatu multoties verbo penetrare utitur Curt. pro penitus aut interior subire, lib. 4. cap. 12. Ille utendum animis, dum spe calerent, vultus ad Pelusii ostium penetrat. Lib. 5. cap. 17. In rupium cacuminibus extrateli jactum Barbari stabant de industria quieti, & paventibus similes, donec in artissimas fauces penetrat agmen. Lib. 6. cap. 22. Torrentesque & cluvies iter morabantur, nullo tamen hoste obvio penetravit. Cicero pro Archia. Cupere debemus, quo minus

stium concursu, quum fortissime pugnaret, ¹ navis rostro percussa, coepit ² fidere. ³ Hinc refugere quum ³ posset, si se in mare dejecisset, quod suberat classis Atheniensium, quae exciperet ⁴ natantis: perire maluit, quam ⁵ armis abjectis navem relinquere, ⁶ in qua fuerat vectus. Id ceteri facere noluerunt, qui **nando**

manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare. Gebhardus.

¹ Navis rostro percussa] Navis Chabriae rostro adversariae navis icta. Lambinus.

² Sidere] Pro subsidere ac demergi. Non dissimulabo, meo in cod. scriptum fuisse *fidere*: ut *fidere* reperisse librarius videatur. Retinco tamen *fidere*. Peto Albinovanus apud Senecam Rhet. *Suasor.* 1. *Fam. sidere limo Navigia, Et rapido desertam suamine classem.* Schott. *Fidere* etiam Voss. A.

³ Hinc refugere quum posset] Correctio Lambini nihili, menti adversa Cornelii. Vult enim Nepos effugere exitum Chabriam potuisse: nempe si armis exutis atque abjectis in mare se immisisset, & natando parumper ad haud procul stantem Atheniensium classem successisset. *Hinc cum refugere posset, si se in mare abjecisset.* Gebhardus. Plane non opus est Magii emendatione, qua non expungit, si cum Lambino & aliis legimus, *nisi se in mare dejecisset.* Ernst. Sic dilerte codex Gifanii. Codices quoque Dan. & (teste Piccarto *Pericul. Critic. cap. 10*) Bavarici: *Hinc cum refugere posset; Piccarto & Gebhardo probantibus.* Itaque non dubitavi negandi particulam expungere: praesertim cum sensus id requireret. Lambinus corrigebat: *hinc cum ref. non p. nisi se*

in mare dejec. quod recte Gebhardus, ut Cornelii menti adversum, rejicit. Vult enim, inquit, Nepos, effugere exitum Chabriam potuisse: nempe si armis exutis atque abjectis in mare se immisisset, & natando parumper ad haud procul stantem Atheniensium classem successisset. *Bosius.* Voss. B. *Hinc refugere cum non posset. pro in mare Voss. B. in mari.*

⁴ Natantis] Sic quoque e suis codd. Gifanii ac Pet. Daniel emendarunt. Vulgo est *natantem.* Est autem accusativus antiquus. *Fosius.* *Leid. natantis.* Pro *exciperet* Voss. A. *acciperet.* Sed *exciperet* retinendum. Livius Lib. 4. cap. 19. *Quem quum ictum equo dejecisset; confestim Et ipse hasta immixtus se in pedes excepit.* Vid. Servium ad Virgil. 3. Aen. v. 317.

⁵ Armis abjectis] Quod est flagitium militare & capitis poena expiandum. Nam strenui laudis ac decoris studiosi milites, aequae ut membrorum, imo pene ut animae suae curam gerunt. Diodorus 14. *Τῶν δὲ φευγόντων οὐκ ἔπρατον οἱ ἑβραιοὶ ἀνδρείοτατοι μὲν τῶν ἑλλήνων διέχεοντο, τῶν πανοπλιῶν ἐν ἰσθμῷ τῶν φυγῶν ἀεὶ λεμῶντες.* Seneca (epist. 120.) de Horatio Coelice: *Non minus sollicitus ut armatus, quam ut salvus exiret.* de Hispanis Justinus 44. 2. 5. *Plurimis militares equi Et arma sanguine cariora.* de Catonis filio vide Justin. 33, 2, 3. & 4. Valer. Maxim.

nando in tutum pervenerunt. At ille praestare honestam mortem existimans turpi vitae, comminus pugnans telis hostium interfectus est.

3, 2, 16. Gebhardus. Adde Stewech. not. in Veget. 2, 14. Bernegg. quaest. miscell. 29. ac not. ad Justin. 33, 2, 3. & Petiti comment. ad Leges Attic. pag. 517. Bosius.

6 In qua fuerat vestus] Haec glossema esse censet Oudendorpius.

1 Ille praestare honestam mortem existimans turpi vitae] Pene ad verbum Antigono Polyaeus lib. 4. Comm.

5. τὸ ζῆν ἀλγῶν τὸ θνήσκον ἀνδρείως κίεράττερον ἢ κέρει. Tacitus Agric.

33, 11. Proinde & honesta mors turpi vita potior, & incolumitas ac decus eodem loco sita sunt. P. Syrus: Vita hominis brevis; ideo honesta mors est immortalitas. Sallustius Jug. 106.

Sulla a Mauro rogatus, uti noctu clam profugeret: incertae ac forsitan post paulo morbo interiturae vitae parcere turpi fuga recusat. Tali animo fuerunt quidam apud Caesarem centuriones, 6. Comm. 40. Centuriones, inquit, quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum, causa virtutis in superiores erant ordines hujus legionis traducti, ne ante partem rei militaris laudem amitterent, fortissime pugnantes conciderunt. Plane ex mente Chabriae Isocrates

Panegyrico: ἢ δ' ἀνδρῶν τοῖς κελοῖς ἢ ἀγαθοῖς αἰρετώτερον ὂν καλῶς θποθῆναι, ἢ ζῆν αἰχρῶς. Argute & masculce Valer. 3, 2, 14. Cato, inquit, constantissime in gladium incumbendo,

magnum hominibus documentum dedisti, quanto potior esse debeat probis dignitas sine vita, quam vita sine dignitate. At ignavi plures qualemcumque vitam honesta morte aestimant, ut loquitur Darius apud Curtium 5, 8, 6. Gebb. Pylades in Euripidis Oreste actu 4.

Καλῶς θανόντας, ἢ κελῶς σπασσῆσθαι. Potius honeste morientes, quam turpiter vitae superstites. Polybius lib. 11.

Qui in rebus gerendis versantur, non praelii aleam temere subeunt, eorum, qui salutem suam fidei ipsorum commiserunt, spem fallent, nec cupidi vitae praeterquam decet (φιλοζωῆς τῶν τὸ θῆν) turpitudinis ac ignominiae notam sibi inurent. Plutarchus tamen in vita Phocionis refert, Chabriam imperatorii muneris oblitum, se temere periculis objectasse. Cum enim in pugna navali pro exponendo in terram milite audacius in hostes occurrentes se effudisset, pugnantem confossum esse. Laccen. Ceterum Chabria periiit archonte Cephisodoro Olympiadi cv. anno tertio. Gebhard. Sepulcrum ejus existabat Athenis extra oppidum in Ceramico, teste Pausania de quo lapides filius Ctesippus vendebar, ut haberet, quod voluptatibus insumeret. Testis Athenaeus 4. vide Meursii Ceramicum cap. 21. Bosius. Leid. & Voss. B. p. h. m. existimans turpi vitae.

XIII. TIMOTHEUS.

CAP. I.

TIMOTHEUS, ² CONONIS F. ATHENI-
 TENSIS. Hic a patre acceptam gloriam mul-
 tis auxit virtutibus. fuit enim ³ disertus, impiger,
 laboriosus, rei militaris peritus, neque minus civi-
 tatis regendae. ⁴ Multa hujus sunt praeclare facta, ²
 sed haec maxime illustria. ⁵ Olynthios & Byzantios
 bello subegit. ⁶ Samum cepit, in qua oppugnanda
 supe-

¹ DE TIMOTHEO vide Dio-
 dorum Sic. 15. & 16. Xenoph. 5. &
 6. Athenaeum 13. Suidam. Plutarchum
 in Syll. Aelian. var. hist. 2, 10. Cicer.
 saepius. Frontin. 1, 2, 11, & 2, 5, 47.
 Polyæn. 3. Demosth. orat. *περὶ τῆς ἐν*
Χερσονήσῳ. Boeclerus.

² Cononis F.] Ex Thressa, scro-
 to quidem publico; sed quae postea
 exemplar clarissimum modestiae
 evasit. Timotheus autem cum ma-
 tris conditio sibi objiceretur; Atqui,
 inquit, *per eam sum Cononis filius.*
 auctor Athenaeus 13, 13. Longolius.

³ Disertus] *Demosthenes orat.* 8.
 & Cicero 3. de Oratore, Isocratis fu-
 isse auditorem, testantur. Magius.

⁴ Multa hujus sunt praeclare fa-
 cta] Sic loquitur Livius L. 3. cap.
 47. *Nec alium virum esse, cujus stre-
 nue ac ferociter facta in bello plura*
memorari possent. Sic bene facta vete-
res dixerunt. Vide Broukhuif. ad Prop.
 L. 2. El. 1. v. 24.

⁵ Olynthios & Byzant.] De O-
 lynthiis quia Diodorus non meminit,
 animi pendet Lambinus. sed memi-
 nit Aristoteles, seu quisquis est au-
 ctor, 2. Oeconom. 23. ut & de Samo

& Corcyra. Item *Demosthenes Olynth.*
 2. ibidemque *Ulpianus*. Vide viras
 comparatas nostras *Olymp. civ.*
 anno 1. extr. *Schottus*. Forfan huc
 quoque pertinet, quod de Olyn-
 thiorum equitatu narrat *Polyaenus 3.*
in Timotheo commate 7. *Bosius*.

⁶ Samum cepit] Meminit *Polyaenus l. c. comm. 9. & 10.* Mox *Exc.*
Dan. & membranae Schotti: in quo
oppugnando. quod ille dictum vult
 pro quo bello, inepte. Si recipi de-
 bet, poterit commode ad *Samum*
 referri, quae vox terminatione ma-
 sculina videtur esse; ut *Sestius, Por-*
tus, & quorundam sententia Les-
bis, Abydus, Corinthus. de quibus
Vossium vide 1. de analogia 12. Nil
 tamen mutare audeo. *Bosius*. Leid.
 etiam in quo oppugnando. Sic *Cod.*
Leid. Voss. A. C. & P. Dan. in
Milt. cap. 2. Chersoneso tali modo con-
stituto. pro constituta. *Leid. Cod. in*
Pausania cap. 3. n. 2. pro veste Me-
dica exhibet *veste Medico* Unde pa-
 tet variare genera *Mss. Codices.*
 Sed *Viro docto* ad *Milt. l. 1.* hanc
 Codicum scripturam probanti *Syn-*
 thesis quaedam inesse videtur in h.
 1. &

superiore bello Athenienses mille & ducenta talenta consumferant. id ille sine ulla publica impensa populo restituit. Adversum ¹ Cotym bella gessit, ² ab eoque mille & ducenta talenta praedae in publicum ³ detulit. ³ Cyzicum obsidione liberavit, ⁴ Ariobarzani simul cum Agefilao auxilio profectus est: a quo quum Laco pecuniam numeratam accepisset, ille cives suos agro

l. & Miltiadis, sed Bosii sententiam amplector.

¹ Cotym] Exc. Dan. Cotum, ut supra Coti 11, 3, 4. Bosius. Pro hanc ille Leid. & Voss. B. id ille. pro adversum Voss. A. adversus. pro Cotym, Cholum.

² Ab eo mille & ducenta tal. praedae in publ. detulit] Secus hodie nostris moribus, quibus praeda cedit ignavissimo cuique tribunorum aut centurionum: vilissima quaeque, & istis Thrafonibus fastidita, militari turbae relinquuntur. Cum bella non privata auctoritate, non privato sumtu gerantur, cur belli fructum ad se privato sumtu gerantur, cur belli fructum ad se privati rapiant? Sancta ergo & merito suscipienda antiquitas, quae *honestius bella gessit, quam nunc amicitias coluntur*. Justinus 15, 2, 9. Praedam autem ac manubias ad publicum usum, ornatum atque splendorem civitatum converterunt prisca, atque inde sacra atque profana monumenta extruxerunt. Diodorus 11 *ὁ πρῶτος ἔπειτα ἡρώδης ὁ Περσῶν ἐν μέρει τῶν λαυρῶν κρητιστικῆς τοῦ ἀγροῦ ἐξέλιξεν ἐν Κόρῳ*. Frontinus de Aquae ductibus, *Post annos XL. quam Appia perducta est, anno ab urbe condita cccclxxxix. M. Curius Dentatus Anionis, qui nunc dicitur Vetus, aquam perducendam in Urbem ex ma-*

nibus de Pyrrho captis curavit, Sp. Carbilio, L. Papirio iterum coss. Cicero contra Kullum, Si est aequum praedas ac manubias suas Imperatores non in monumenta decorum immortalium, neque in Urbis ornamenta conferre; sed ad Decenviros, tanquam dominos reportare. Gebhardus. Vide de tota hac re Grotium de J. B. & P. 3, 6, 14. seqq. Pro detulit alii habent retulit. Bosius. Detulit, ut Leid. & Voss. A. (praeter B. qui retulit profert) in textum recepi fretus auctoritate cl. Graevii hoc verbum egregie illustrantis ad Ciceron. L. 2. de Offic. cap. 22. Sic detulisse pro retulisse, consentientibus Mss. quatuor, legendum est in Valerio Maximo L. 5. cap. 6. Exempl. 8. ubi vide cl. Torrenii notas.

³ Cyzicum] Diodorus Sic. 15. Bosius. Voss. A. Cyzicum.

⁴ Ariobarzani] Regis Pers. Satriapae in Lydia: qui Mithridate mortuo, regnum Ponti obtinuerat: de quo & Probus in Datame. Nulla autem de hoc bello, neque apud Plutarchum mentio fit, quod sciam. Lambin.

⁵ Ferre possit] In Mf. Cod. reperio hoc una litera auctius. *Cajus partem domum suam ferre possent*. In alio libro ad oram scriptum est. *quisque ferre possit*. Utraque lectio haec ad cives refert. Errss. Omnino le-

agro atque urbibus augeri maluit, quam id fumere, cujus partem domum suam s̄ ferre possit. Itaque accepit 1 Crithoten & Sestum.

C A P. II.

Idem 2 classi praefectus 3 circumvehens Peloponnesum, Laconicam populatus, classem eorum fugavit.

legendum cenſeo *poſſent*, ut erat in Codice Ernſtiano: vel, ut erat in ora alterius ſcriptum, *quisque ferre poſſet*. Non id vult *Nepos*, Chabriam ſibi nil fumere voluiſſe: (quod nec Ageſilao imputat:) ſed maluſſe, ut Athenienſes agro & urbibus, quas tota civitas poſſideret, quam pecunia (ut per Ageſilaum Lacedaemonii) qua inter ci- ves diſtributa, ſuam quiſque partem domum aſportare queat, ditarentur. *Boſ. Leid.* etiam *poſſent*.

1 *Crithotem & Sestum*] Abrahamus Ortelius locum ſe ignorare fa- retur, conjicitque Abydi Synonymum. Lambino & Schotto heic aqua haeret, quorum heic penitus ſilentio deſperationis indice medi- cinam admovere inſuper habet: ille vero audacior *Erythinos* excogitat Paphlagoniae urbem, vel *Cteſiphontem*. Laudo voluntatem, de ſucceſſu penes peritiores iudicium eſto. P. Danielis excerpta habent *Erithonem*, & *Sestum*: mutata modo litterula Giſanii codex *Crithonem*. Unde lego: Itaque accepit *Crithotem & Sestum*: Eſt vero *Crithote* urbs Helleſponti in Cherſoneſo Thraciae, quam & ante hac Athenienſes, Miltiadis comites, teſte Suida, incoluerunt. *Gebhard*. Vulgo legitur: *Erichthonem & Sestum*. De *Sesto* res clara. Eſt enim urbs ad Helleſpon-

tum Abydo objecta, Leandri & Herus amoribus nobilis. Sed *Erichthonem* ignorare fatetur *Ortelius*, conjicitque Abydi Synonymum. Nec ullibi, quod ſciam, id nomen urbis occurrit. *Lambino* quoque & *Schotto* aqua haeret: niſi quod ille *Erythinos* Paphlagoniae urbem, vel *Cteſiphontem*, excogitabat. Exc. Dan. *Erithonem*: *Mſſ. Giſ. Sch. Leid.* *Crithonem*, Unde *Gebhardus* emendabat *Crithotem*, quod reponere non ſum veritus. Eſt autem *Crithote* urbs Helleſponti in Cherſoneſo Thracica, *Scylaci* (ſive quicumque illius *peripli* auctor eſt) itemque *Straboni lib. 10. Marciano Heraclotae*, ſeu potius *Scymno Chio*, in *periegeſi*, *Plinio nat. hiſt. 4. 11. Stephano de urbibus*, & *Suidae* memorata: qui poſtremus ab Athenienſibus cum Miltiade profectis inhabitatam ait. *Boſ. Pro Erichthonem Leid. Chrythonem. Voſſ. A. Critonem. Voſſ. B. Erichthonem. pro Sestum Voſſ. A. B. Sestum.*

2 *Classi praef.*] *Mſ. Boecl. classi praef.* *Boſius*. Omnes mei codices *classi praefectus*.

3 *Circumvehens*] *Lambinus* mallet *circumiens*. Sed alterum tuerur *Salmaſius in prolegomenis ad Solinum pag. 15. Boſius*. Nulla hic eſt *Mſſ. Codicum* varietas, & cur dubitaverit *Lambinus*, neſcio. *Sueton. in J. Caefare cap. 37. Gallici triumphi die*

vit. ¹ Corcyram sub imperium Atheniensium rede-
git: sociosque idem adjunxit Epirotas, ² Athama-
nas, Chaonas, omnesque eas gentes, quae mare il-
lud

die Velabrum praetervehens A. Gel-
lius Lib. 2. N. A. cap. 2. *In equo
vehens venit.* ubi vide Gronovii
notas. Quoties vero Latini Grae-
cos imitati Activis pro Passivis fue-
rint usi, inter omnes satis constat
ex J. Fr. Gronovio ad Livium Lib.
2. cap. 19. qui plura exempla
Nostrum auctorem illustrantia de-
dit. ex Amplissimo Cupero L. 2.
obs. cap. 20. & cl. Oudendorpio
ad Lucanum L. 1. vs. 102 item
alii, quos enumerando lectorem
defatigare nolumus. De Graecis
etiam res nota, qui centies verba
Ακτινα pro Passivis, & Mediis sub-
intellecto *ἰαντις*, adhibuere. Ad
lector Ill. Spanh. ad Callim. H.
Jov. vs. 55. Pro Mediis Activa sub-
intellecto Pronomine reciproco po-
uisse Atticos patet ex notissimo
illo verbo *καθίζεν* collocare in sella,
pro *sedere* usurpato. De quo ege-
runt Kusterus de verbis Mediis p.
103. Graevius ad Juliani Soloe-
cist. cap. 63. & J. Alberti ad Epist.
Pauli ad Hebraeos cap. 1. comm.
3. & infinitis aliis. Ut autem *ve-
here* sive *vehi* de equo, curru, & de
navi, sic *ἔχειν* & *ἔχειναι* apud
Graecos de curru & navi dicitur.
Vide Schol. Aristoph. Plut. vs. 1014.
Ubi de iis, qui curru vel navi vehun-
tur, ponitur. Contra Homerus Odyss.
ultima vs. 731. *μοσὶν ἔχειναι*, dixit.
& ut *ἔχειν* pro curru, v. Schol. Eur.
Medea vs. 1123. ita *ἔχειναι* & *ἔχειν* pro
ipsa navi. v. Stanlei ad Aeschylum.
Prom. v. 467. unde ad omnem forsan
difficultatem tollendam saepius, ἔ-

χει ἀματτων dixere, ut docet Ampl.
Cuperus L. 2. Obs. c. 10. (qui tam-
en & aliam hujus locutionis putat
esse causam) & *ἔχειναι ἰαντινόν* pro
curru Sophocles in *Electra* vs. 742.
qui contra *ἔχειναι ἰαντινόν* pro *navi*
dixit in *Trachin.* vs. 668. Praeter-
ea hic juvenis parum Latine do-
ctus forsan mirabitur, quod *eorum*
respondeat nomini generis facmini-
ni; sed haec elegantissima est synthe-
sis Graecis, ac Latinis usitata. in Al-
cibiade cap. 11. *Postquam inde en-
pulsus Thebas venerit adeo studiis eor-
um inservisse.* Plura hujus elegan-
tiae exempla dabunt Cortius ad
Ciceron. L. 1. ad Fam. Ep. 9. n.
34. & ad Sallust. Catilin. cap. 5.
n. 8. Eustathius ad Dionysium Pe-
riieg. vs. 350. Munkerus ad Anto-
ninum Liberalem fab. 37. J. Per-
izonius ad Aelianum L. 14. V. H.
cap. 15. & Dukerus ad Thucydi-
dem L. 1. c. 3. L. 53. Pro *Laconicam*
Leid. *Laconitem.* pro *sociosque idem*
Leid. *sociosque eidem.*

¹ *Corcyram sub imperium*] Sic quo-
que Xenophon 5. *hist. Gr.* & Aeschi-
nes *orat. adv. Ctesiph.* Bosius.

² *Athamanas*] Longolius, ejus-
que sublector Lambinus. *Acar-
nans* contra Mss. *Gebhard*. Sic disse-
rte Mss. & edd. vet. Etiam Exc.
Dan. *Athamattas* habent. Quare
nolui diutius hoc nomen exsulare,
immerito ejectum a Longolio ac
Lambino, quod Diodorus ait, Ti-
motheum etiam civitatibus Aca-
rnaniae persuasisse, ut sese ad Athe-
nienses applicarent. Neque enim,

lud : adjacent. Quo facto Lacedaemonii de diutina 2
contentione defluerunt, & sua sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt;

1 pa-

si Acarnanas Atheniensibus adjunxit, idcirco non adjunxit vicinos illis Athamanas. Fuere enim Athamanes Acarnaniae & Epiro vicini. *Plinius Nat. hist. 4.* postquam c. 1. de Epiro & Acarnania egerat: *caput 2.* sic inchoat: *Aetolorum populi Athamanes, Tymphaei, &c.* Athamanum regem Amyndrandum ab Aetolis *ex finitimis pacificatorem* adhibitum, *Livius* ait 27. 30. *Idem 38. 1.* Ne in Aetolia quidem res quietae fuerant, principio a gente Athamanum orto. Et passim Athamanes Aetolis jungit, tanquam vicinos. *Strabo 7. p. 222.* inter gentes Epiroticas supra Acarnaniam & Aetoliam sitas recenset. adde eundem p. 225. & lib. 9. p. 287. & 295. *Periegesis* sub *Marciani* nomine edita Thessaliae vicinam facit Athamaniam:

Τῆς Θεσσαλίας δ' ἐστὶν ἑμαρῶν ἡ Ἀθμανία.

Livius 32. 14. angustis faucibus a Thessalia dirimi scribit: *Ptolemaeus 3. 14.* ait, *Amphilocheis*, qui inter Thessaliam & Acarnaniam siti, orientaliores esse Athamanas. Haud procul igitur fuere Cephallenia insula supra Acarnaniam. Quod si in quibusdam Mss. codd. τὴν *Acarnanas* inveniretur, non abnuerim, si quis utrumque retinendum pater. *Bosius.* Voss. A. *Athamanias.*

1 *Adjacent*] Quae juxta mare illud sitae sunt. *Gebhard.* Mf. Dan. *adjacent*, corrupte, ut ille censebat. Possis tamen tueri, si dixeris, veteres verbo *jacere* etiam in tertia conjugatione usos, ut *stridere*, *fervere*, *convivere*, & similibus, de qui-

bus *Vossius de analogia 3. 35.* *Bosius.* Omnes mei Codices *adjacent.* recte vero haec verba explicuit *Gebhardus.* *Focere* est verbum Geographicum pro *situm esse.* Vide *Servium* ad *Virgil. 3. Aen. v. 692.*

Sicanio praetenta sinu jacet insula contra

Plemmyriam undosum.

Et Passeratium ad Propertium L. 1. El. 11. v. 2.

Qua jacet *Herculeis semita littoribus.* *Nepos* in *Datame* cap. 4. *Quae gens jacet supra Ciliciam.* *P. Mela L. 1. cap. 19.* Deinde propiores terrae iterum jacent, *excursusque* i. e. terrae ab utraque parte maris jacent sibi iterum propiores: Legente ita & explicante *Cel. J. Perizonio* in *Epist. 5. ad N. Heinsium. L. 1. cap. 7.* Hinc ad *Syrtim adjacent.* & ita *facpius* alibi. sic *κεῖσθαι* apud Graecos *Herodotus L. 1. cap. 178.* de *Babylone* *κῆρας ἐν πιδίῳ μεγάλῳ* *Aethanus* *Lib. 3. V. H. cap. 1.* ἔστι δὲ γὰρ μεταξὺ κείρων τὸ τὸ Ὀλίμπου ἢ τὸ Ὄσκι. & hinc *κεῖσθαι* pro *habitare* *Schol. Soph. Oed. Col. v. 392.* quomodo & hic *jacere* exponi potest. *Adjacent illud mare* praeterea pro *jacet* ad illud mare. Solebant Veteres praepositionem nomini detractam verbo adscribere. Vide *Servium* ad *Virgilium L. 1. Aen. v. 151. & 392. & ad 4. Aen. v. 493.*

— *Magicas invitam accingier artis.* De hoc loquendi modo multi multa. Consule *Lambinum* ad *Horat. 2. 7. 24.* *Heinsium* ad *Ovidium L. 3. Metam. v. 598.* *Schefferum* ad *Petron. Satyric. cap. 51.* *Broukhuisium*

¹ pacemque his legibus constituerunt, ut Athenienses mari duces essent. Quae victoria tantae fuit Atticis laetitiae, ² ut tum primum arae PACI publice
³ sint factae, eique deae pulvinar sit institutum. Cuius laudis ut memoria maneret, Timotheo publice
 statuam ³ in foro posuerunt: qui honos huic uni
⁴ ante hoc tempus contigit: ut, quum patri populus

statium ad Propertium, 1, 3, 12. Davies ad Caesarem L. 1. B. G. cap. 12. & J. Perizon. ad Sanctii Minervam L. 3. cap. 3. n. 6. & ad Eund. Libr. cap. 5. n. 2. hinc possumus probare scripturam Codd. Voss. A. & B. in Dione cap. 4. *Ut se superiore parte aedium dejecerit.* Quamvis Lectio cod. Leidensis se satis defendat aliis multis nostri Auctoris locis. Huc etiam spectat *adpellere naves terram pro ad terram.* vid. Cl. Oudendorp. ad Frontinum Lib. 3. c. 9. n. 27. Has locutiones apud Graecos saepius invenire licet. Consule Criticos ad Sophocl. Ajac. vs. 42. & 225. Eurip. Phoeniss. vs. 367. — *σὴ πίστις, ἧμ' εἰσὴγαγε Τέχην πατρῶα,* Tua fides, quae me ducit intra moenia paterna. In Hecuba vs. 339. *ἀεὶσπιτὴ γόνυ* prociat ad genu. in Oreste vs. 1077. *μὴ συνθημαίμι.* ne movere tecum, Homer. Iliad. v. vs. 129. *βιάν ἐκπίσεται ἑμῶν.* pro *ἀκίσεται* ἐκ τ' *δείας* φωνῆς. ut Schol. adde Ill. Spanhem. ad Callim. H. Del. vs. 248. Aelian. L. 1. V. H. cap. 15. *ἀπελάσαν αὐτῶν τ' ὀβόν.* pro *ἐλάσαν ἀπ' αὐτῶν*, ut monet ibi Cel. Perizonius. *Adjacere mari* defendit tamen Cl. Oudendorpius ad Frontinum L. 3. strateg. cap. 9. n. 31. Hic vero praeter Leid. etiam Voss. A. B. exhibent *mare adjacent.* Eodem modo dissentiant viri docti, rectiusne dicatur *imponere arce*

colle, an vero *colli, arci.* Vide Cl. Torrenjum ad Valerium Maximum Lib. 5. cap. 3. n. 86. sed hic sequor codd. Mss. fidem.

1 *Pacemque*] De qua Demosth. Or. de Corona Bostus.

2 *Ut tum primum arae Paci publice* s. f.] Atqui Plut. in Cimone tradit, arae pacis esse positas post victoriam illam Cimonis ad Eurymedontem parram contra Persas: quam pax illa omnium sermone celebrata consecuta est. Lambinus. Quidam ediderunt *publicae.* De *pulvinari* vid. Ind. Bostus. Graecis Diis suis Lectulos in templis sternere fuisse solitos Eruditi ad h. l. adnotant. Adde quod legitur apud Herodotum Lib. 1. cap. 181. & 182. Chaldaeos & Aegyptios Jovi in templo juxta mensam auream similes lectulos etiam stravisse. Caetera de lectisterniis sunt nota. Pro arae paci publice factae Leid. arae pacis publicae factae. quomodo Latini ac Graeci etiam fuerunt locuti. consule cl. Munckerum ad Hyginum fab. 40. & ad Antoninum Liberalem fab. 6. Jam citatum a cl. Oudendorpio ad J. Obsequentem de Prodigis cap. 108. *Cupressa simulacra Junonis Reginae posita.* Quamquam vulgatam lectionem nequaquam damnem, usus enim iste Dativi omnibus fatis notus est. Pro *pulvinar* idem Cod. *pulvina.*

statuam posuisset, filio quoque daret. Sic juxta posita recens filii, veterem patris renovavit memoriam.

CAP. III.

Hic quum esset magno natu, & magistratus ¹ gere-
re desisset, bello Athenienses undique premi sunt
coepti. Defecerat Samus: descierat Hellepontus:
Philippus jam tum valens [² Macedo] multa molie-
batur: cui oppositus Chares quum esset, ³ non satis in
eo praesidii putabatur. Fit Menestheus praetor, fi-
lius Iphicratis, gener Timothei, ⁴ & ut ad bellum
proficiscatur, decernitur. ⁵ Huic ⁶ in consilium dan-
tur

³ *In foro*] Veteri scilicet. vide *Meursii Ceramicum cap. 16.* & supra ad 12, 1, 3. *Pausanias in Atticis* prope porticum (quae regia dicta, & ingredienti Ceramicum prima occurrebat ad dextram) stetit *Cononem* & *Timotheum* ejus filium, tradit. Idem & in arce *Cecropia*, utramque positam, scribit. denuo *Mewsum* vide *cap. 3.* & in *Cecropia cap. 13.* *Bosius.*

⁴ *Ante hoc tempus*] *Cod. Boecl. ante id tempus.* *Bosius. Leid. meus,* & *Voss. B. etiam ante id tempus.* mox pro quoque daret *Voss. A. quod-que daret.*

¹ *Gerere desisset*] *Voss. B. Gerere desisset.* mox pro descierat, *desierat.*

² *Macedo*] Hanc vocem nobiliss. *Barthius.* adfectione alliterationis trajectam, censebat. Mihi non una causa suspecta est. *Cotym,* *Agefilaum,* *Jasonem* hac ipsa vita, & alibi alios, simpliciter nominat, non addito gentis nomine. Plerisque autem illis notior apud Romanos *Philippus* erat. Quoniam tamen in omnib. *codd. legitur,* satis

habui, si uncis includerem. mox *cod. Dan. molibatur: ἀρξυίας.* *Bos.*

³ *Non satis in eo*] Erat enim imprudens, stolidus, superbus, contumax, imperitus, & nihil prae milite quovis egregium habens. vide *Diodorum 16, 86.* & *sup. ad 12, 3, 4.* *Bosius.*

⁴ *Et ut ad bellum*] *Elegantius Mf. Boecler.* & quidam *Lambino* laudati: & *ad bell.* Sic solet *Nepos. Bosius.* Agnoscunt tamen hic *ut Leid.* & *Voss. A. B. paullo ante pro Menestheus Voss. A. Menestheus,* pro *Iphicratis, Hippocratis.* sed in marg. *al. Iphicratis.*

⁵ *Huic in consilium dantur duo usa & sapientia praestantes*] Nullo seculo a praefecturis bellicis atque ducatibus adolescentes exclusos esse video, sed crebro potius junioribus rei militaris summam fuisse commissam; quandoquidem non tam ductu, quam auspicio, res magnae geruntur: additis prudentia atque experientia gravibus legatis seu rectoribus, reperio. *Justinus 29, 1, 8. His regibus pueris etsi nulli senioris aetatis*

tur duo usu sapientiaque praestantes [¹ quorum consilio uteretur] pater & focer: quod in his ² tanta erat auctoritas, ut magna spes esset, per eos ³ amissa posse recuperari. ⁴ Hi quum Samum profecti essent, & eodem Chares, adventu eorum cognito, cum suis
copiis

tatis rectores erant. de Fabio Rulliano, qui legatus ire Fabio ad bellum difficile & periculosum faciendum gravatus est, *pene ipso durat axat animo sine corpore militaturus*, Valerius 5, 7, 1. Caesar 7, 76. *Comio Atrebatum Viridemarum & Eporedorigi Aeduis, Vergefillauno Arverno consobrino Vercingetorigis, summa imperii traditur: iis delecti ex civitatibus attribuentur, quorum consilio bellum administravetur*. De Aelio Sejano Praetorii praefecto, Druso filio rectore a Tiberio dato, Tacit. 1. A. 24, 3. Diodorus 16. Καταλιπὼν τῶν φωνῶν στρατηγὸν φάλακρον ἢ Ὀνομάρχου υἱὸν τὸ ἢ ἕβην πόλεμον ἐκχέουσιν, ἀντίπαιδα τῶν ἡλικίας ὄντα. Ὁ Ξηρατέσσοι δ' αὐτῶν ἐπιτροπὴν ἄμα ἢ στρατηγὸν Μνασίαν, ἕνα τῶν ἐαυτῶ φιλῶν. Tales autem, qui imperitoribus & junioribus adiunguntur, Marius apud Sallustium *Monitores* appellat. Scilicet, inquit, ut in tanta re ignarus omnium trepidet, festinet, sumat aliquem ex populo sui officii monitorem. Item *Custodes* Cicero: *Ad militiam euntibus dari solebant custodes, quibus primo anno regebantur*. Gebhard.

6 In consilium dant.] Msc. Boecl. in consilio d. mox alii; usu & sapientia. Ut nos edidimus, erat in Msc. Dan. & Boecl. *Bosius*. In consilio etiam Voss. B.

1 Quorum consilio uter.] Quid si legeremus? quorum auxilio uteretur quod Mf. liber fere jubet. Auxilium enim interdum significat con-

sensum ac suffragium. Quod Istorum filii non ignorant. *Ernstius*. *Lambinus* fassus τὸ ὄνομα λαῶν videri, vult esse ἕξ πτόνων seu ἕξ μνησίων. At *Schoppius paradox. litterar. epistola 5*, miratur, cum glossera tam putidum ejicere non ausum. Nolo negare, ut alios illius aevi, sic & Nepotem ea quandoque scripsisse, quae tautologiae speciem prae se ferunt (vide not. ad 2, 7, 2.) sed ut haec ab illius manu profecta credam, nondum a me impetrare possum; etiamsi cum codice *Ernstiano* legas, quorum auxilio uterentur. *Bosius*.

2 Tanta erat] Mf. Boecl. tanta esset. *Bosius*.

3 Amissa posse recuperari] In Attico. Ut eodem nuncio *Saufejus* fieret certior se patrimonium amississe & recuperasse. *Caesar*. L. 7. *Comm.* cap. 15. Quod se prope explorata victoria, celeriter amissa recuperaturos confidebant. *Curt.* L. 4. cap. 13. *Perpulit*, ne dubitarent ex turbe erumpere, & res amissas recuperare. *Justin.* Lib. 25. Tantus terror Gallici nominis, sive invicta armorum felicitas erat, ut aliter neque majestatem suam tutam, neque amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrantur. *Gebhardus*.

4 Hi quum Samum] *Diodorus Sic.* 15. non Menestheum cum Iphicrate & Timotheo classi praefuisse; sed Iphicratem & Charetem: neque illos Samum, sed Byzantium

copiis proficisceretur, ¹ ne quid absente se gestum videretur: accidit, quum ad insulam appropinquarent, ut ² magna tempestas oriretur: quam evitare duo veteres imperatores utile arbitrati, suam classem ³ suppresserunt. ⁴ At ille ⁵ temeraria usus ratione ⁶ non cessit majorum natu auctoritati: & ut in sua

navi

oppugnasse tradit. nisi forte quae ibi narrat *Diodorus*, alio tempore gesta sunt. *Lamb.* Mox *Exc. Dan.* illorum adventu cognito. *Bosius.* Illorum etiam *Leid.* meus.

1 *Ne quid absente se gestum videretur*] Ingenium ambitiosi ducis nobis delineat *Nepos*, qui spretis publicis privatam auctoritatem ac gloriam saltem spectant, ad eamque consequendam ruunt praecipites per damna & calamitates patriae. Talem quoque in *Pharnabazo* exhibet *Diodorus* 15. τὸ δ' Ἰσικράτης ἀγῶντι ἀντὶ δούλων τὴν πατρίαν μεθόρου, ἢ καὶ ἐκείνῳ ἐπαρθελοῦσθαι κερτήσθαι ἢ πάλαι, τὸ, τὸ θεῶσθαι αὐτὸν ἢ πῶς ἀρετῆν ἰσχυροῦσθαι, μὴ καὶ ἰδίαν καταγῆν πῶς αἰγυπτῶν. De *Fabio Valente* vid. *Tacit.* 2. H. 24. 2. *Gebhardus.*

2 *Magna tempestas*] *Diodor. Lib.* 15. ἦν περὶ τὸ Ἰσικράτην ἢ Τιμόθεον ἐναντιοῦσθαι διὰ τὸ μίσηθαι τὸ κλυδαῖον. *Gebh.*

3 *Suppresserunt*] A cursu ac progressu continuerunt. *Cod. Burgenfis*, teste *Magio*, represserunt. Et ita loquitur *M. Tullius Attico*: *Dubitavit nostrum nemi, quin Caesar itinera suppressisset, volare dicitur.* *Gebh.* Hinc *Florus Lib.* 1. cap. 13. n. 1. *Metaphorice.* Hic sive invidia Deum, sive fato, rapidissimus imperii cursus parumper Gallorum Senonum incursione supprimitur.

4 *At ille*] *Menesitheus* scilicet.

At *Diodorus* 16. haec omnia a *Charete* facta scribit. *Bosius.*

5 *Temeraria usus ratione*] Quomodo ratio temeraria esse potest? Nam temeritas est fortunae, ratio consilii & mentis. Ratio heic ponitur non pro potestate illa animi, qua differimus a mutis animantibus: sed pro modo & via agendi. Vel dicamus, ita dixisse rationem temerariam, quasi dixisset λόγον ἀλογον. i. e. rationem nec rationem. *Lambinus.* Temerarie egit. *Diodor. Lib.* 16. τὸ ἢ χεῖρτι ὄψιν εὐνοῦσθαι ναυμαχίαν. *Gebhard.*

6 *Ut in sua navi.*] Sic *membrae* *Schotti* ac *Bavaricae*, & *Edd.* *Ultraj.* *Lugdun.* ac *Germanicae* vett. Eoque *Schottus* refert *Caesaris* illius ad nautam: *Caesarem ferre fortunam ejus*; quodque in propriis navium *Fortuna* collocata: tum quod *Ulpianus* in *Olynth.* 2. *Demosthenis* ait, *Timotheum* usque eo fortunatarum fuisse, ut dormiens pingeretur reti urbes captans, addita muliere *FORTUNAE* titulo. Quae omnia ait vulgatarum magis lectionem tueri. *Piccartus* quoque *Pericul. Critic. c.* 10. censet ita suadere antecedentia & sequentia, idque locum inspecturo evidenter apparituum. At *Gebhardus* negat, quae *Schottus* attulit, scrupulum sibi eximere, quod videat ea omnia non magis referri posse ad *Timotheum*, quam ad *Iphicratem* aut *Mnesitheum*.

navi esset fortuna, quo contenderat, pervenit: eodemque ut sequerentur, ad Timotheum & Iphicratem nuntium misit. Hinc male re gesta, compluribus amissis navibus, eodem, unde erat profectus, se recepit, literasque Athenas publice misit, sibi proclive fuisse Samum capere, nisi a Timotheo & Iphicrate desertus esset. Ob eam rem in crimen vocabantur. Populus acer, suspicax, mobilis, adversarius, invidus etiam potentiae, domum revocat:

ac-

Si habuit, inquit, fortunam in navis prora, cur opinaretur se habere? Siquidem opinio rebus certis & in sensus incurvenibus non bene applicatur: sed notitia, sed scientia. Deinde quare impingatur Timotheo, quod temerarie Chares deliquit? Ille ut vetus & talium casuum providus cum Iphicrate classem cohibuit, ne fieret obnoxia tempestati ac discrimini maris: At hic temeraria ratione progressus est, quasi eventum ac successum haberet in potestate; quasi fortunae imperare posset, ut pro arbitrio ipsius conata secundaret. Haec ille. Mss. Dan. & alii, ac Edd. Ven. & Florent. habebant, ut in sua manu Unde Lambinus & alii; ut in sua manu: cujus sensum vide in Ind. v. fortuna. Eruditiss. Schefferus mallet: & ut si suae navi: perinde ac si sua navis haberet fortunam. Quodcumque eligas, sensus commodus erit: sed magis placet *in navi*. Quae Gebhardus objicit, tanti non sunt, ut ab ea sententia me demovere queant. Bofius. Quomodo Timotheum depinxerint veteres, docet nos Aelianus Lib. 13. V. H. cap. 43. ad quem Locum Celeb. J. Perizonius ostendit Pictores deceptos esse falso rumore ab ejus inimicis dilato, ipsumque Timotheum hanc fabulam aegre tulisse; vide ibi

plura. In sua manu Voss. A. & Leid. sed Voss. B. in sua navi. Quid si ut si in sua n. ut in Datame cap. 3. Ut si feram bestiam captam duceret.

1 Iphicratem] Voss. A. Hippocratem, supra notatum erat Hiphicratem. & paullo post pro Iphicrate, Hippocrate, iterumque Hiphicrate supra adscriptum.

2 Compluribus amissis navibus.] Quum ingenti orta procella & invita natura mari pugnare conatus esset, plures naves amisit; uti refert Diodorus lib. 16. Polybius lib. 1. Hist. p. m. 38, 39. Loccenius.

3 Eodem unde] Mf. Boecl. eo unde. mox Dan se recipit. Bofius. Recipit etiam Voss. A.

4 Literasque misit] Vide Ind. v. mittere. Bofius.

5 Sibi proclive fuisse Samum capere, nisi a Timotheo & Iphicrate desertus esset] Ingenium talium non melius novi depingere quam verbis Curtii 4, 3, 7. Tanta molis vix ulla vestigia invenit ab Arabia rediens Alexander. Hic (quod in adversis rebus solet fieri) alius in aliam culpam referant, quum omnes verius de sacra-
 16. Ο ἰσθρὸς χάρις δομαστρεῖν
 τοῖς στρατιώταις δὲ καὶ τοῖς συναρχόνταις
 αἰς ἀποδίτας, ἢ πρὸς τὸ δῆμον ἐξείη
 πρὸς

accusantur proditionis. ¹ Hoc iudicio damnatur Timotheus, lisque ejus ² aestimatur centum talentis. Ille odio ingratae civitatis coactus, Chalcedem se contulit.

C A P. IV.

Hujus post mortem ³ quum populum iudicii sui poeniteret, multae novem partes detraxit, & decem talenta Cononem filium ejus ad muri quadam

περὶ αὐτῶν, ὡς ἰγκαταλειπτῶν τῶν ναυμαχίαν. Gebhardus.

6 Ob eam rem &c.] Ita editio Basil. & cum Lambino recentiores plerique ediderunt. Longolius paullo aliter: ob eam rem in cr. voc. Nam pop. ac. susp. mob. adv. inv. etiam pot. confestim eus domum revocat. Mss. Burgenfis, Dan. Leid. Boecl. & edd. aliquot vet. hunc locum ita exhibent: Populus acer, suspicax, ob eamque rem mobilis, advers. inv. et. pot. in crimen vocabantur, (editi vocabantur) domum rev. acc. pr. corrupte, iudice nobiliss. Boeclero, sed unde fors non incommoda lectio prodire possit. Magius tentabat: populus &c. ad crimen vocabatur, h. e. ad obiretationem vel accusationem invitabatur ac excitabatur Crimen pro criminatione, ut apud Ciceronem pro Coelio: quod omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledicisque celebratum. adde 15, 7, 3. In Burgenfi tamen codice ait fuisse in crimen vocabant. Schottus & Savaro, quod miror, heic plane silent. Lambinus cum Cl. Puteano retento ordine Mss. codicum, unaque vocula addita, legit: adversarius, invidus etiam potentiae, quae in crimen vocabatur, dom. rev. Cl.

Schefferus scribendum censet: Pop. ac. susp. ob eamque rem mobilis, adversarius etiam potentiae. In crimen vocabantur, domum revocati accusantur proditionis. sensu, ut ait, aperto. Olim tentabam: invidus (etiam potentia in crimen vocabatur) domum rev. Sed, ut ingenue fatear, mihi, veteri formula, Non liquet. Bosius. Verba ob eam rem in crimen vocabantur absunt a Voss. B. sed Voss. A. & Leid. meus consentiunt Mss. a Bosio citatis.

1 Hoc iudicio damnatur Timotheus.] Qui ante ob felicitatem superbiens, arroganterque loquens dixit, felices rerum successus suos potius, quam fortunae esse. Vide Suidam & Leid. Cael. Rhodigin. L. 9. lect. antiq. cap. 18. Eristius.

2 Aestimatur] Voss. B. existimatur. & paullo ante pro proditionis, proditionis. pro Chalcedem Voss. A. Chalcedem.

3 Quum populum iudicii sui poeniteret] Conciliorum esset lectio: Hujus post mortem quum populum iudicii sui poeniteret. Quandoquidem Codex Burgenfis, & Vet. P. Daniel. populum ingerunt. ita est: ingratarum lapsae mentis errorem poenitentia sequitur, ut loquitur Valer. Maximus. Gebh. Sic Mss. Burgenfis, Dan.

dam partem reficiendam iussit dare. in quo ¹ fortunae varietas est animadversa. Nam quos avus Conon muros ex hostium praeda patriae restituerat, eosdem nepos, cum summa ignominia familiae, ex sua re ² familiari reficere coactus est. Timothei autem moderatae sapientisque vitae ² quum pleraque possimus proferre testimonia, uno erimus contenti; quod ex eo facile conjici poterit, quam charus suis fuerit. Quum Athenis adolescentulus causam diceret, non solum amici privatique hospites ad eum defendendum convenerunt, sed etiam in eis ³ Jason tyrannus, qui illo

& Leid. nisi quod hic postremus poenitebat praefert. Lamb. & alii: Huj. post mort. populus cum jud. s. poeniteret. Bofius.

¹ Fortunae varietas] Vita Attici c. 10, ² tanta varietas in his temporibus. fuit fortunae. Nam libenter comparo has cum illa vita, ut appareat cuius, eandem dictionis esse indolem, ac proinde unum eundemque & harum & illius Vitae scriptorem. Curt. L. 4. cap. 41. Urbs & vetustate originis & crebra fortunae varietate ad memoriam posteritatis insignis. Cicero de divinat. varietas est propria fortunae. Idem ad Lucejum, Nihil aptius est ad delectationem lectoris, quam temporum varietates fortunaeque vicissitudines. Val. Max. 6. cap. 9. 8. Porus ipso, si quis modo mutis rebus inest sensus, tantam in eodem homine varietatem status admiratos arbitror. Gebhardus.

² Quum pleraque possimus] Non video cur mutari debeat vox pleraque; quae non modo in vet. edd. sed etiam in Excerptis Dan. legitur. quanquam nec alteram lectionem improbo, complura possimus, vel,

ut alii, cum plura possimus. Mox Mf. Boecl. qui ex eo. Unde is conjicit legendum, quia ex eo. Bofius. Voff. A. quum pleraque B. complura. pro pessimus B. possimus.

³ Jason tyrannus] Insulciunt alii Thessalorum, alii Thessaliae. Gebhard. Mf. Dan. & Leid. addunt Thessaliae; alii Thessalorum. Fuit autem Pharrum in Thessalia tyrannus, memoratus Diodoro 15. & 16. Isocrati or. ad Philippum, Polyaeo 6. Valerio Max. 1. 8. 6. & 9, 10 ext. 2. Plutarcho in apophth. & praescept. pol. Aeliano in Taciticis, inprimis Xenophonti h. Gr. 6. Bofius.

⁴ Sine ullo praesidio] Quod tueretur contra obviam vim. Darame. ad quem cum venisset sine praesidio. Artico. praesidium ei misit. Tacit. de Morib. Germ. cap. 13. in pace decus, in bello praesidium. Germani peregrino vocabulo *conton* appellamus. Graeci *παροπιστον* Curt. L. 3. cap. 2. praesidio Sagittariorum prosequente. Tacit. 1. Annal. cap. 39. Legatos praesidio auxiliarium Equitum dimittit. Sallust. Jugurth. se a patre Boccho obviam illis simul & praesidio missum. Gebh. Venit adest a Voff. B.

¹ Quam

illo tempore fuit omnium potentissimus. Hic quum³ in patria sine latellitibus se tutum non arbitraretur, Athenas & sine ullo praesidio venit: tantique hospitium fecit, ut mallet se capitis periculum adire,¹ quam Timotheo de fama dimicanti deesse. Hunc adversus tamen Timotheus postea populi jussu bellum gessit: patriaeque sanctiora jura, quam hospitii, esse duxit.² Haec extrema fuit aetas imperatorum Atheniensium, Iphicratis, Chabriae, Timothei: neque post illorum obitum quisquam dux in illa urbe fuit dignus memoria.

¹ *Quam Timotheo de fama dimicanti deesse*] Locutio e foro desumpta. hinc Florus L. 3. cap. 11. n. 6. *Itaque dii foederum ultores, nec insidias, nec virtuti hospitium defuerunt.* L. 4. cap. 9. n. 2. *Nec ille defuit vitis, quin periret.* Id est, ut cl. Duker recte explicat, ille vitis suis adjuyit interitum suum. Justinus L. 1. cap. 9. *Quibus ne ipsi quidem animus, in auxilium defuit.* Cicero 4. ad Fam. Ep. 7. *sed tamen consilio, studio, Marcello non desumus.* pro quo abesse veteres etiam dixerunt. Vide Cortium ad Sallust. Cat. cap. 20. n. 16. & Tib. Wopkens L. 1. Lect. Tull. cap. 6. Et his contrarium est adesse, ut notum est.

² *Patriaeque sanctiora jura quam hospitii*] Illa enim his nos arctius obligant; illa publico, & communi, haec privato & inter paucos vinculo. C. Martius apud Tullium ep. fam. 10, 28. *Amplius patriam amicitiae praefereendam esse.* Scipio Afric. apud Justinum 31, 7, 5. *Privata beneficia a rebus publicis secreta esse.*

Plura Cicero in Laelio, aliique Loccenius. Sic Demosthenes, (ut & ait Aeschinus or. *περὶ τῆς ἰσθμῆος*) hoc ei maledicti loco objiciens dixit se anteponeere salutem civitatis hospitali mensae. Lambinus. Alii habent, *Patriae enim.* A. cod. Dan. utraque particula aberat. Bosius. *Quae* abest a Leid.

³ *Haec extrema fuit aetas*] Quae Philippum Macedonibus, & Dionysium Syracusanis imperitabat: quae Athenienses cum sociis Chii, Rhodiis, Cois, & Byzantinis, qui ab eis defecerant, bellum, ducibus Chabria, Charete, Iphicrate & Timotheo, gerebant, quod sociale appellatur & anno quarto, metu potentiae regis Persarum, quem Chares, injuria affectum contra Athenienses provocaverat, aequis conditionibus compositum est. Id quod scribunt Diod. Sicul. L. 16. & Corn. Noster in vit. imperatorum jam dictorum. Ernstius Sic fere Diodorus quoque 15, 7, 8. & Justinus 6, 9. Bosius.

XIV. DATAMES.

CAP. I.

1² Venio nunc ad fortissimum virum, maximique consilii, omnium barbarorum: exceptis duobus Karthaginensibus, Hamilcare, & Hannibale,
 3 de

DE DATAMIS rebus quaedam vide apud *Diodor. Sicul.* 15. *Polyaen.* 7. *Frontin.* 2, 7, 9. *Boeclerus.* Meminit ejus & *Aeneas in commentar. poliorcetico cap.* 40. *Bosius.*

1 *Datames*] *C. Barthius adverb.* Lib. 52. cap. 14. *Casterum & in Datamis & in aliis omnibus vitis duo diversi scriptores maxime apparent, quod non poterit non videre, qui plura- sin exactius considerabit. Itaque nos epitomen Nepotis clare agnoscimus.* Ast ego *Barthium* non primum existisse arbitror, qui exacte phrasas hujus scriptoris examinavit. Fecerunt id tum multi praestantes doctrina ac judicio viri, tum imprimis *Gifanius* ac *Schoppius*, qui si tantam inaequalitatem deprehendissent, certe judicium suum non suppressissent. Ego, qui data opera loquendi modos ac genera in vicem comparata, fortassis etiam ad nauaseam *Leclori* ingessi, comperi non ovum ovo esse similis, quam omnes viginii quatuor inter se sibi *Vitas.* Pro materia quidem interdum aliter loquitur, sed ramen ut eandem loquendi scaturiginem agnoscat: & prout res gestae hujus vel illius Excellentis viri sunt amplae ac notae; ita diligentiam intendit. Cur autem *Datamis* vitam curatius elaboravit, praecipui in ve-

stibulo dicere. *Gebhardus.* Vir infinitae lectionis *C. Barthius Adverb.* 52, 14. hanc unam ex omnibus excellentium imp. vitis a manu *Nepotis*, ceteras ab alio in epitomen contractas, idque ex styli diversitate manifestum esse, censer. Sed hoc *Gebhardus* & alii strenue negant. Vide testimonia & judicia huic editioni praemissa. *Bosius.*

2 Venio nunc] Hanc totam transitionem vet. membranae *Timotheo* annectunt, omnesque adeo edd. extra *Lambinianam*; idque, si *Schottum* sequimur, rectius, *Tranquilli* more aliorumque, & ipsius adeo *Nepotis*, qui a patria parentibusque vitam cujusque auspiciatur. *Gebhardus* inde incipit: *De quo hoc plura referemus.* Ceteri vero hinc: *Datames* patre *Camissare* &c. quod nobis rectius videtur. Locus 21, 3, 5. plane dissimilis est, neque cum praesenti comparandus. Est autem in hac vita textus passim e *Msc. codice Cl. Boecleri* emendatus: quod semel monuisse suffecerit. *Bosius.* Consentunt *Leid.* & *Voss.* A. B. Pro *Karthaginiensibus* *Leid.* & *Voss.* B. *Karthaginiensibus.* pro *Hamilcare* & *Hannibale* *Leid.* & *Voss.* A. *Amitcare* & *Anybale.*

3 De quo hoc plura referemus] In *Mf. Dan.* fuit: *De hoc plura feremus.*
 Bc.

de quo hoc plura referemus: quod & ¹ obscuriora sunt ejus gesta pleraque, & ea, quae ² prospere ei cesserunt, non magnitudine copiarum, sed consilii, quo tantum non omnes superabat, acciderunt, quorum nisi ⁴ ratio explicata fuerit, res apparere non pote-

Bosius. Voss. A. *De quo hoc plura feremus.* B. *De quo haec plura feremus.* mox pro pleraque Voss. B. pluraque.

¹ *Obscuriora sunt ejus gesta pleraque*] Rationem addit Lambinus hanc: quia pauca tantum de Heroe hoc leguntur apud Diodorum Siculum, Polyaeum & Frontinum. Quibus Barthius 52. Advers. 14. annumerat Aeneam Tacticum, a Casaubono editum. Longolius putavit praeter Frontinum neminem Datamis facere mentionem. Magius & Savaron addunt Polyaeum. Beyrlingio vero quid venerit in mentem, quando in *Perfidia* citat Plutarchum in *Datami*, ego profecto nescio. *Ernstius*. A paucis leviter solum delibata, non exposita plenius. Quod nisi noster auctor inter Latinos fecisset, idem tumulus, qui corpus Datamis contexit, etiam nomen ejus & memoriam obruisset. Quanti ergo literarum & scriptorum monumenta facienda sint, quibus illustrium virorum res gestae conservantur, vult hinc liquet. Confer *Horatium lib. 4. od. 8. & 9. Val. Max. 8, 14. Loccen.*

² *Prospere ei cesserunt.*] Hanc locutionem illustratam videbis a Cl. Dukero ad *Florum L. 2. c. 17 n. 13.* itaque bene se habet locus *Sallustii in Carilina cap. 26. n. 5. Neque insidiae, quas Consulibus in campo fecerat, prospere cessere.*

³ *Quo tantum omnes*] Correctio cl. Tevenini, cui plautum utraque ma-

nu dat Lambin. *Quo tantum non omnes superabat.* alias editum fuerat, quo tamen omnes superabat. sed Cl. Barthius Adv. Lib. 52. cap. 14. suspicatur legendum *quo tandem omnes superavit.* Gebh. Ita Locum corruptum emendasse Clementem Teveninum testatur Lambinus. Qui, uti & recentiores, quos ego quidem viderim, omnes constanter ita legunt: unum si excipiam C. Barthium, immensae lectionis virum. Is enim loco citato, pro *tantum non* mavult scribi *tandem*, suasque, quas habet rationes, ibidem adducit. Pro quo in postrema editione Boecleri est: *quo tum omnes.* *Ernstius*. Sic cod. Boecl. Ceteri MSS. & editi, *quo tamen o. s.* Unde *Clem. Teveninus* fecit, *quo tantum non omnes s.* quem reliqui fere fecuti sunt: nisi quod Barthius l. c. mallet, *quo tandem o. s.* reprehensus idcirco a *Reinesio* in *adv. epistola 67. ad Rupertum.* Vidi, qui *tantum* legeret, atque exponeret *maximopere, adeo, in tantum.* Sed praestae lectionem codicis Boecl. retinere. Ut *tum* sit, ea aetate id cum ira exaratum esset *is*, librarii mutarunt in *is*, atque hinc vulgatum *tamen* natum est. *Bisius*. Leid. meus *tamen.* Voss. A. & B. *tum.* Sed *tantum non* retinendum est. Indicat enim Auctor Datamem consilii magnitudine propemodum omnes superasse. Adi J. F. Gronovium ad *Livium L. 4. cap. 2.*

3 poterunt. DATAMES patre ¹ Camissare, natione Care, matre Scythissa natus, primum militum numero fuit apud Artaxerxem, eorum, qui regiam ² tuebantur. Pater ejus Camissares quod & manu fortis & bello strenuus, & regi multis locis fidelis erat repertus, ³ habuit provinciam partem Ciliciae juxta ⁴ Cappadociam, quam incolunt Leucosyri. Datames militare munus fungens primum, qualis esset, ⁴ aperuit in bello, ⁵ quod rex adversus Cadusios gessit. Namque hic ⁶ multis millibus regionum interfectis,

4 Ratio] V. Ind. ratio gestorum. Bofius.

1 Camissare] Msc. Dan. ubique Camisarem. scribit. Bofius. Pro Datames Leid. Dathames. pro Camissare, Chamissare. Voss. A. Camisare. B. Chamissare. pro Care Leid. & Voss. A. B. Chare. pro natione Voss. B. nactione. pro Scythissa Voss. A. Scythissa.

2 Tuebantur] Voss. A. turbantur. mox pro quod, quia.

3 Hab. provinciam partem Ciliciae] Potius dixisset Provinciam Nepos. Et si Ciliciam habuit provinciam, cur situm addit & nomen Populi, quem regere jussus Camissares? quare leg. habuit provinciam partem Ciliciae. Gebh. Sic Mss. Dan. ac Schotti, probantibus recentioribus plerisque: cum vox partem alias abfit. Et sane si totam Ciliciam rexit, neque opus erat situm ac nomen populi addere; & Nepos dixisset potius hab. provinciam Ciliciam. Diodorus tamen lib. 15. totam Cappadociam ei videtur tribuere. Nam ejus praefectum Datamen facit: is vero paternam provinciam, ut noster mox ait, accepit. Nisi forte Cappadociae praefectura postea Datami addita est. Bofius. Partem agnoscunt Leid. & Voss. A. & B.

4 Aperuit] Praefero aperuit, clare demonstravit ac patefecit. Gebh. Sic rescripti, sequutus codices Dan. ac Sch. & editionem Ultraj. ac judicium Schotti, Gebhardi & Buchneri. Est autem idem ac clare demonstravit, patefecit. v. Ind. Vulgo erat apparuit. Bofius. Pro bello Leid. meus & Voss. A. B. in bello. pro aperuit Voss. B. apparuit.

5 Quod rex adv. Cadusios] Vid. Plutarchus Artaxerxe. Bofius. Pro Cadusios Voss. A. Gadusios B. Cadusios.

6 Multis millib. region. interfectis] Nescio, unde proreperit haec lectio. Longolianae monetae illa est. Namque, hic multis millibus hostium, regionum quoque non paucis interfectis. quam ferme sequitur Lambinus. At si non pauci regionum militum caesi sunt, Cadmea stetit victoria, & varia Datami opera jactatur. Quocirca invehenda Lectio V. Cod. Multis millibus interfectis magni fuit ejus opera. Magnam Cadusii stragem Datamis opera acceperunt; exinde magnam gratiam atque auctoritatem sibi comparavit. Gebhard. Ita quoque in Schoppii duobus libris veteribus fuit. quod in alis Codd. Lambinus etiam observavit.

Prior

magni fuit ejus opera. quo factum est, ut, quum in eo bello cecidisset Camissares, ¹ paterna ei traderetur provincia.

CAP. II.

Pari se virtute postea praebuit, quum ² Autophrades jussu regis bello persequeretur ³ eos, qui de-

fe-

Prior Boecleri editio & aliorum plenius legunt: *Namque hic multis millibus hostium & regionum interfectis.* Ubi notandum est, exempla, quae legunt, *multis millibus hostium & regionum*, semper addere: *quoque non paucis interfectis*: quae autem *hostium* tollunt, tollere etiam: *quoque non paucis*. Coloniensem editionem ego praefero caeteris: quae ira habet, *Namque hic multis millibus hostium, regionum quoque non paucis interfectis.* Atque sic Nepos inter gregarios & selectos, sive regio distinguit. *Ernstius. Longolius* multa haec addidit. Edidit enim: *multis mill. hostium, regionum quoque non paucis, interfectis.* quod etiam *Ernstio* placebat. *Lambinus* autem, *mult. mill. hostium & regionum.* Ut nos edidimus, legitur in *Mss. Boecl. Leid. & duobus Bavaricis, Schoppio Verisimil. 3, 12.* laudatis. A *Mf. Dan.* etiam *regionum* aberat, idque probat *Gebh.* Nam si non pauci regionum militum, inquit, caesi sunt, *Cadmaea* fuit victoria, & vane *Datami* opera jactatur. Sed potuit etiam in pugna minus prospera, vim hostium diutius sustinendo, aut in ulciscenda suorum caede, magni ejus opera esse. *Bosius. Leid. meus. Multis militibus regionum interfectis Voss. A. multis militibus interfectis. B. multis militibus regio-*

rum interfectis. mox ut abest a meo *Leidenfi.*

¹ *Paterna ei traderetur provincia*] Majorum ac parentum memoria gratiaque multi ea consequuntur, ad quae caeteroqui per indignitatem suam adspirare non audent. *Tacitus 3, Hist. 86, 1. de Virellio: Consulatum, sacerdotia, nomen locumque inter primores, nulla sua industria, sed cuncta Patris claritudine adeptus.* Factum hoc omni aevo & in omni gente. De Germanis *Tacitus cap. 13, 4. Insignis nobilitas, aut magna Patrum merita, Principis dignationem etiam adolescentulis assignant.* *Datames* autem non solum paternis incubuit meritis; sed suam industriam atque virtutem adjunxerat. *Gebhardus.*

² *Autophrades*] *Lydiae satrapes, seu praefectus, de quo Diodorus lib. 15.* hanc ipsam historiam narrans, sed paullo aliter, ut mox referemus. *Lambin. Leid. meus Antiochyodates.* Vide *Cl. Oudendorp. ad Frontin. L. 1. Strateg. cap. 4. Ex. 5.*

³ *Eos qui defecerant*] *Lycios, Pifidas, Pamphylios, Cilices, Syros, Phoenices, & propemodum omnes maritimos populos, inquit Diodorus 15.* Sed quod dicit *Probus, Autophradatem* jussum esse a rege eos bello prosequi, qui ab ipso defecerant;

fecerant. Namque ¹ ejus opera hostes, quum castra jam intrassent, profligati sunt, exercitusque reliquus ² conservatus regis est. qua ex re majoribus rebus ³ praecessit coepit. Erat eo tempore ⁴ Thyus dynastes Paphlagoniae, antiquo genere natus a Pylaemene illo, quem Homerus Troico bello ⁵ a Patroclo interfectum ait. Is ⁶ regi dicto audiens non erat. quam ob causam bello eum persequi constituit, eique rei

praecerant, Diodorus tradit, Autophradatem unum fuisse ex iis, qui a rege Perfarum defecerant. Lambin.

¹ *Ejus opera*] Propius ad genium Nepotis Mf. Dan. *hujus opera*; sc. Datamis. Bofius.

² *Conservatus regis est*] V. Cod. *conservatus regis est*. forte. *Exercitusque reliquus conservatus regi est*. Gebh. Sic quoque Exc. Dan. Similiter Mf. Leid. *cons. est regis*. Unde Gebhardus conjiciebat leg. *cons. regi est*. Mihi *regis* glossēma videtur. Mox alii, *praecessit coeperat*. Bofius.

³ *Thyus dynastes Paphlagoniae*] In caesicis libris *Thyus* appellari norat P. Dan. Lambin. mallet *Thys* vel *Thus*. Gebh. In Mf. Dan. ubique *Thyus* scribitur. Lambinus mallet *Thys* vel *Thus*. Θδς enim a Graecis dicitur. Meminit ejus Athenaeus 4, 10. & 10, 3. De *dynastiae* vocabulo v. Ind. Mox in Mf. Gif. & Exc. Dan. erat *antiquo genere ortus*. non male. Bofius. Leid. meus & Voss. B. *Thyus* Voss. A. *Thyius*. Qui & pro *dynastes*, male *dynastes*; Graece enim *δυναστis*. *Dynastiae* olim reges vocabantur, ut recte ad h. l. ex Strabone Lib. 9. pag. 636. adnotat Magius; ita Jupiter, qui inprimis *βασιλεύς* fuit appellatus, ut docet ill. Spanhemius ad Aristophanis Plutum vs. 1096,

& ἀναξ βασιλεύς, διοπότης ἀναξ. & inprimis ἀν ἀναξ. vide Eund. ad Callim. H. Jov. vs. 2. alio nomine *δυναστε* vocatur a Sophocle in Antigone vs. 617.

— ἀρχαίς ἢ χρόνῳ ΔΥΝΑΣΤΑΞ
Κατίχεις Οὐλύμπι
Μαρμαρέουσαν ἀρχαίαν.

Deinde *Dynastias* & *Reges* saepius Graeci ac Latini conjungere fuere soliti, ita tamen, ut aliquid discriminis interesse videatur. Consultat Lector Cl. Dukerum ad Florum L. 4. cap. 2. n. 44. Antiquo itaque more Noster *Dynasten* vocavit *archontem*, *regem*. Omnes enim, qui ab antiquis jam temporibus imperium in Paphlagonas tenuere, *reges Paphlagonum* fuere dicti, vel *archontes*. Apollon. Rhod. 2. Argon. vs. 358.

Παρθαζόνων, τοῖσιν τ' ἐστὶν ἘΜ-
ΒΑΣΙΛΕΥΣΕ

Πρώτα Πέλοψ.

Justinus Lib. 37. cap. ult. *Atque ita filium suum mutato nomine Pylaemenem Paphlagonum regum nomine appellat*. Pylaemenem Paphlagonum *ἀρχόν* vocavit Homerus Iliad. 5. vs. 577.

⁴ *A Patroclo interfectum*] Errat; aut contextus librariorum in scitria fuit depravatus; siquidem nusquam apud *Homerum* legitur, Patroclum

praefecit Datamem propinquum Paphlagonis. namque ex fratre & sorore erant nati. quam ob causam Datames¹ omnia primum experiri voluit, ut sine armis propinquum ad officium reduceret. Ad quem quum venisset sine praesidio, quod ab amico nullas vereretur insidias, paene interiit. nam Thyus eum clam interficere voluit. Erat mater cum Datame,⁴ amita Paphlagonis. ea, quid ageretur, rescit,² filiumque monuit. Ille fuga periculum evitavit,³ bellum-

Pylaemenem interfecisse; sed bene *Iliad.* π. *Pyraechmenem*, non Paphlagonum, sed Paconum ducem. *Pylaemenem* vero *Homerus Iliad.* ε. v. 576. & seq. non a Patroclo, sed a Menelao occisum dicit. Verum dixerit aliquis, Probum heic de *Pyraechmene* loquutum, ideoque legendum a *Pyraechmene*. Respondeo, Probum loqui de Paphlagonem, non autem Pacone. Thyum enim dynasten Paphlagoniae, quae regio est minoris Asiae, ab hoc originem duxisse ait. Paconia vero, unde *Pyraechmen* advenerat, regio Macedoniae, longe nimium distat, estque in Europa. *Magius*. Erroris nequaquam absolvunt *Nosstrum Lambinus & Cellarius* ad h. l. *Bongarsius* ad *Justinum* 37, 4; 8. & cl. *Burmans* ad *Ovidium Ep.* 1. *Heroid.* v. 15.

5 *Regi*] Sic disertè *Mf. Dan.* & ed. *Ultraj.* Eodem modo & alibi noster locutus. vid. *Ind.* Alii *reges*. *Bosius*. *Voss.* tamen A. & B. *regis*.

1 *Omnia primum experiri vol.*] Confugiendum est ad disceptationem, antequam armis utamur, & ultimo abrupto. *Tullius 1. offic. Vegetius de art. milit.* 3, 9. *Loccenius*. Adde 27, 2. & ibi notas, ac *Ind.*

experiri. A. *Mff. Boecl. & Leid.* omnia aberat. Fortasse non male. *Bosius*. Omnia etiam aberat a *Voss.* A. B. Omnia primum experiri proverbialis est locutio *Terent. Andr.* 11, 1, 11. Omnia experiri certum est prius, quam pereo. vide ibi *Donati* notas. Alterum *Terentii* locum jam adduxit *Lambinus*. eodem modo extrema omnia experiri, ultima experiri dixerunt *Veteres*. Vide *Cort.* ad *Sallust. Catil.* cap. 26. n. 5. & de ipsa hac phrasi egit *Casaubonus* ad *Ciceronem L. 1. ad Atticum Ep.* 3. Si quis tamen deleri vult omnia, per me licet. Quam ob causam aberat a *Leidenf. meo.* mox pro vereretur *Voss. B. revereretur.*

2 *Filiumque*] *Longolius* addit, ut sibi a Thyo careret. quod *glossema* cenfeo. *Bosius*.

3 *Bellumque indixit Thyo*] *Consobrino* suo. *Lambinus* Thyum hunc & Datamen vocat *patrueles*, cum amittini sint. L. 1. D. de *Gradib.* aff. *Ernstius*. In *Mf. Dan.* fuit *Thyuni*. Mox *Mf. Schotti* aberat ab. Unde is suspicabatur Graeco more dixisse: cum *Ariobarzani praef. Lyd. desertus esset*. Mihi durius videretur. *Bosius*. *Voss. A.* pro *Thyo*, *Thymi*; sed in marg. al. *Thio*. B. *Thiu*. mox pro cum ab *Ariobarzane* *Leid.* cum *Aria-*

lumque indixit Thyo. in quo quum ab Ariobarzane praefecto Lydiae & Ioniae totiusque Phrygiae desertus esset, ¹ nihilo segnus perseveravit, vivumque Thyum cepit cum uxore & liberis.

C A P. III.

Cujus facti ² ne prius fama ad regem, quam ipse perveniret, dedit operam. Itaque omnibus inficiis, eo, ubi erat rex, venit: posteroque die Thyum, hominem maximi corporis, terribilique facie, quod & niger, & capillo longo, ³ barbaque erat promissa,

Ariobarzane. & pro Totiusque Phrygiae desertus esset Voss. B. Totiusque Phrygiae dejectus esset desertus.

¹ Nihilo segnus perseveravit] Schottus sequius, vel secius. Non audeo nudam conjecturam sine codicum assensu amplecti. Vult dicere: auxiliorum frustratio non segnorem reddidit Datamem, quin solus suis viribus Thyn persequi, & ad officium reducere perseveraret. Curtius 4, 6, 25. *Betim egregia edita pugna, multisque vulneribus confectum deseruerant sui, nec tamen segnus praelium capebat.* Sallustius Jugurtha: *Magna atque insolita re percussi, nihilo segnus bellum parare.* 3, 6, 1. *Nec hac re segniores Poenicis exercitibus intulit manus.* Gebhardus. *Secius* tamen cum heic, tum apud Ovidium *Metam.* 2, 809. *Virgil. Aen.* 7. *Silium* 7. & 10. *Columellam* 3, 4. ubi pariter *segnus* legitur, scribendum esse, etiam nobiliss. Heinsius censet in *notis ad Ovidii locum jam laudatum.* Bosius. *Segnius* Leid. & Voss. A. B. Itaque contra Mss. Codicum auctoritatem heic *secius* non intrudam. Consule cl. Cortium ad

Sallust. Jugurth. cap. 75. n. 10. aliud quid est in Miltiade cap. 2. n. 3. ubi *eo secius* defendi. Vitiose in Edit. Hack. *divum* pro *vivum*.

² Ne prius fama] Voluit ergo & auctor & nuncius venire. vide *Curtium* 3, 7, 7. Gebhardus.

³ Barbaque promissa] Adprobant libri & censes *promissa*. Justinus 4, 4, 1. *capillo barbaque* promissis Tacitus 2. A. 39, 3. *donec crimem barbaramque* promitteret. Varro, *Quod non erant in Graecia coma* promissa, *rasa barba, pallia* trabentes. Vide Nonium, qui *promittere* exponit ad *magnitudinem nutrire*. Gebhardus. Etiam Festus: *Promissus capillus dicitur longus. item barba* promissa, *velut porro* missa. Caesar B. Gall. 5, 14. de Britannis: *capilloque sunt* promisso. Non repugnabo tamen, si quis malit cum *Gisano Ind. Lucret. v. prolixus*, & plerisque scriptis ac editis libris *re prolixa* retinere: cum & *Virgilius* ita locutus fuerit. *Bosius* Leid. & Voss. A. *prolixa*. B. *prolixa*. *promissa* praefert Cellarius, & tenetur *Tennilius ad Frontin. L. 4. Stratag. cap. 5. n. 19.* & Heinsius ad *Ovid.*

missa, optima veste ¹ textit, quam satrapae regii gerere consueverant: ² ornavitque etiam torque, & armillis aureis, ceteroque regio cultu: ipse ³ agresti duplici amiculo circumdatus, hirtaque tunica, gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam, ⁴ sinistra copulam, qua ⁵ vinctum ante se Thyum agebat, ut si ⁶ feram bestiam captam duceret.

Ovid. L. 4. Trist. El. 2. vs. 34. Praeterea notandum juvenibus est, quod Nepos hic jungat diversos casus, *hominem magni corporis terribilique facie*, sed sciendam, id non insolitum esse optimis scriptoribus. Consulant Cortium ad Sallust. Catil. cap. 25. n. 2.

¹ *Textit*] Sic & Gif. cod. Alii *contexit*. Mf. Dan. utrumque aberat. In eodem mox erat *consueverant*. Bosius Voff. A. *contexit*. Sed Leid. & Voff. B. *textit*. Pro *ornavit* Voff. B. *ornavitque*, ut hic a Bosio editum est. pro *armillis* Voff. A. *armillis*. pro *caeteraque* Voff. B. *caeteraque*.

² *Ornavitque etiam torque*] Nempe aureo, qui in sine regum erat apud Persas. Qui deinde transit ad Principes Constantinopolitanos, luxu & mollitia omnibus Asiae regibus non inferiores. Vide Barthium Lib. 8. Advers. cap. 15. De *armillis*, cum erudite de iis scripserit Cl. D. Thomas Bartholinus amicus ob raram doctrinam & probitatem mihi carissimus, nihil haec addo, sed antiquitatum studiosos ad ejus schedion relego. *Ernstius*.

³ *Agresti duplici amiculo*] v. Ind. v. *amiculum*. Bosius. Bosius recte edidit, sicuti legitur in Vossiano Codice B. sed in Leid. meo & Voff. A. *agresti duplicique amiculo*. Saepius duo epitheta uni substantivo jungi solent. vide Celeb. Broukhuis, ad

Tibull. L. 3. El. 5. v. 22. & Cort. ad Sallust. Catil. cap. 19. n. 5. De loco Virgilii, quem e L. 3. Aen. vs. 70. adduxit Broukhuisius, consulendi sunt Eruditi in Obs. Miscell. pro Julio & Augusto A. 1732. p. 10, 11, & 12.

⁴ *Sinistra copulam*] Vinculum; *ἰμάκτρα* Ovid.

Copula detrahitur canibus. Apul. lib. 9. Metam. *Pectora copulae sparteae tritura continua exulcerati*. Polyæn. Lib. 3. in Iphicrate Comm. 62. *Ὁ δὲ τοῖς κοῦρεσάταις ἔχουσι ἀγκυλάτων ζυμῶν παρὶσσοῦ ὁ ἐξ ἰμάκτρων ὀπίσω τῆ χειρὸν δεδεσμένον*. Accius in Phoenissis: *Ab torque proram; ac supra tortas copulas*. Gebh. Copulam esse vinculum illud, quo canes venatici neantur, ut imperio contineantur, non obscure docent Ovidiana haec 7. Metam.

— *Copula detrahitur canibus*. Unde Germanicum die *Koppel*. *Ernstius*.

⁵ *Vinctum*] Schotti Liber ac Longolii, item Vossianus B. *Vinctum*. Sed nihil mutandum. Quoties vero haec duae voces in Mss. permutantur, docebunt eximii Interpretes ad Ovidium L. xi. Metam. vs. 238. & Drakenburg. ad Silium Italicum L. 6. vs. 348.

⁶ *Feram bestiam*] Hygin. fab. 50. *Qui feras bestias ad currium junxisset*. unde patet, sub fera absolute posita

3 ret. Quem quum omnes¹ prospicerent propter novitatem ornatus, ignotamque formam, ob eamque rem magnus esset concursus,² fuit non nemo, qui agnosceret Thyum, regique nuntiaret. Primo³ non ac-
4 credidit. Itaque Pharnabazum misit exploratum: a quo ut rem gestam comperit, statim admitti iussit, magnopere delectatus cum facto, tum ornatu: inprimis quod + nobilis rex in potestatem inopinanti venerat. Itaque magnifice Datamem donatum ad exercitum

fitā subintelligendam bestiam esse, vide Sanctium in Minerva. L. 4. c. 4. pag. 558. & sub *fero*, si de bestiis agitur, cervum, leonem vel equum. v. Interpr. ad Phaedr. L. 1. fab. 12.

1 *Prospicerent*] Mss. Dan. Boecl. & q. ed. *aspicerent*. Dan. *conspicerent*: haud dubie ignorantia elegantissimi loquendi modi. *Prospicere aliquem*, vel *aliquid*, est desuper, vel e longinquo, vel cum cura inspicere. Petronius: *summo de vertice montis Hesperiae campos late prospexit*. Parili modo *prospicere fluctus* Lucanus dixit: *vela, mare, freta*, Ovidius: ut observatum nobilissimo Heinsio ad illud Claudiani lib. 2. in pr. Consul. Stilic. v. 253.

ne litore toto

Prospicerem dubiis venturam Saronia ventis.

Idem Claudianus de VI. Conf. Honorii v. 179. *Hoc Deus effulgens habitu prospexit (Heinsius mallet prospexit) emites Dejezia cervice Getas*. Eodem modo Cicero Verr. 2. dixit *aliquem producere in conspectum populi*. Bostius. In Hannibale cap. 12. *Puer ab janua prospiciens Hannibali dixit plures praeter consuetudinem armatos apparere*. Vide Cl. Burmannum ad Phaedrum L. 2. fab. 5. v. 10. & Schefferum ad L. 1. fab. 17. v. 9.

2 *Fuit nomen qui agnosce. Thyum, regique nunt.*] Schoppius veram lectionem autumat, *qui agnosceret Thyum regique nuntiaret*. quam Savaro illico intulit vindicavitque contextui Nepotis. Mihi probatur Longolii & Mendoziani codicis scriptura, *Fuit nemo non, qui agnosceret Thyum, regique nuntiaret*. quam & praecedentia & consequentia confirmant: *Concursus* (quasi dicat) factus est magnus ob insolitam speciem adducti, & cum propius inspexissent, plurimi agnoverunt, remque regi nuntiaverunt, quam ille primo non credidit. *Gebb.* Sic jam olim e membranarum Bavaricis emendavit Schoppius 5. *Verism.* 12. firmantque Mss. Dan. Boecler. & Ed. Ultrajectina. *Gebhardo* probatur Longolii & Mendoziana codicis scriptura: *Fuit nemo non qui agn. Thyum, regique nunt.* quam, inquit, & praecedentia & consequentia confirmant. Q. d. *Concursus* factus est magnus ob insolitam speciem adducti, & cum propius inspexissent, plurimi agnoverunt, &c. *Lambinus* & alii legunt: *Fuit nemo qui agn. Th. qui non regi nunt.* Sed nostra lectio commodissima omnium est. *Bostius*. *Nemo non Leid.* & *Voss. A.* sed *B. nomen*.

3 *Non accreditit*] *Petulantia ista cor.*

citum misit, ¹ qui tum contrahebatur duce Pharnabazo & Tithrauste ad bellum Aegyptium, parique cum, arque illos, imperio esse iussit. Postea vero, quam Pharnabazum rex revocavit, illi ² summa imperii tradita est.

C A P. IV.

Hic quum maximo studio compararet exercitum, ³ Aegyptumque proficisci pararet: subito a rege litterae sunt ei missae, ⁴ ut Aspim aggredere, qui Cataoniam tenebat. quae gens jacet supra Ciliciam, con-

correctorum, qui perperam distraherunt, quod auctor conjunxit. *primo non accredit.* Gebh. Quomodo Lucretius Lib. 3, 870. (ubi vide Giphanei collectan.) loquitur & Plautus, ut nihil dicam de Columella. Mf. meus Cod. cum duobus Schoppii & Savaronis libris habet: *ac primo non accredit.* In priore Boecleri edit. legitur: *Ac primo non credit.* Ernstius. Sic itidem e Mff. Bavar. emendavit Schoppius l. e. & e suis P. Daniel. Savaro. Schottus, Boeclerus, adficiente & Gebhardo. Vulgo erat: *Ac primo non credit.* Mf. Ernstii: *Ac primo non accredit.* Uti autem & alii hoc verbo. v. Ind. Bofius. *Accredit* Leid. & Voff. A. B. Mox pro *misit exploratum* Voff. B. *exploratum misit.* pro *delectatus* Idem *delectatus est.*

⁴ *Nobilis*] Sic legendum potius, quam quomodo habent alii libri, *non vilis rex.* Erat enim a Pylamene illo Homero progenitus. Lambinus. *Non vilis* Leid. meus. Pro *inopinanti* Voff. B. *inopinati.* De hac voce disputantem audi cl. Oudendorpiam ad Frontinum L. 3.

Strateg. cap. 1. Ex. 2.

¹ *Qui tum contrahebatur*] Sive in Phrygia, cui Pharnabazus praeerat: sive in Syria, ad quam usque praefectura Phrygiae pertinebat: & unde brevior erat trajectio in Aegyptum. Vide Lambinum n. 42. & 44. Bofius. Leid. pro *Tithrauste*, *Tysiasse*. Voff. A. & B. *Tithrauste*.

² *Summa imperii tradita est*] Mf. Boecl. *summa imperia tradita* Dan. *summa imp. tradita sunt.* Rectum puto *summa imperii tradita.* Sic alibi locutus. v. Ind. Bofius. Leid. meus & Voff. A. *summa imperii tradita est.* sed B. *summa imperia tradita.*

³ *Hic quum maximo studio*] Id est, ut Cicero eam vocem interpretatur, cum assidua & vehementi ad illud bellum magna cum voluptate applicata occupatione i. de Invent. Graeci dicunt *ἡσυχία* & *μετὰ σπουδῆς.* Ernstius.

⁴ *Ut Aspim*] Leid. meus aut *Aspim.* pro *Cataoniam*, *Cathoniam.* Voff. A. *Catoniam.* pro *confinis.* Voff. A. *confinis.*

confinis Cappadociae. Namque ¹ Aspis saltuosam regionem, castellisque munitam incolens, non solum ² imperio regis non parebat; sed etiam finitimas regiones ² vexabat, & ³ quae regi portarentur, abripiebat. Datames, etsi longe aberat ab his regionibus, & a majore re abstrahebatur; tamen regis voluntati morem gerendum putavit. Itaque cum paucis, fed

¹ *Aspis]* Aberat Mf. Leidens. Bofius.

² *Vexabat]* Devastabat atque infensabat incursionibus ac direptionibus. Eodem modo loquitur paullo inferius hac vita & Timoleont. *Siciliam multos annos bello vexatam.* Curr. l. 3. cap. 29. *Tanta enim multitudini, utique, cum jam hiems instaret, in regione vasta, & invicem a suis atque hoste vexata non suffectura alimenta.* Caesar Lib. 1. de Bell. Gall. cap. 14. *Quod Aeduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexassent.* Ibidem Lib. 2. cap. 4. *Qui patrum nostrorum memoria omnia Gallia vexata Teutonos Cimbroque intra fines suos ingredi prohibuerint.* Lib. 4. cap. 15. *Ubi supplicia cruciatusque Gallorum veriti, quorum agros vexaverant.* Lib. 6. cap. 43. *Caesar ad vexandos rursus hostes profectus.* Ubi Graecus interpretis verbum vexare reddidit per *δευάζειν*, modo per *διδύειν*, modo per *ἀνίσταειν*. Cicero in Catilinam, *Cum de lo vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt.* Et in Verrem, *Agros vectigales vexatos atque exinanitos a Verre; populatam vexatamque provinciam.* Gebhard. Virg. 4 Aen. vl. 615.

At bello audacis populi vexatus & armis.

Ad quem locum Servius. *Vexatus,*

hoc loco, graviter vastatus. Cicero L. 2. ad Fam. Ep. 10. *Interea cum meis copiis omnibus vexavi Amantioses, hostes sempiternos.* & Cicero passim *vexare*, cum *vastare*, *divipere* & *spoliare* solet jungere. Vide modo Actionem tertiam in Verrem cap. 8. in fine. cap. 10. & 12. & A Gell. L. 2. cap. 6. p. 136. hinc *Vexari* dicuntur, qui dira patiuntur aut fatigantur, Livius l. 5. cap. 2. dixit de Romanis militibus hyeme continuare militiam coactis, *Vexari praeterea & subigi multo acrius, quam Vejentes* Ovid. l. 2. Trist. El. Ul. vl. 318.

Cir non, Argolicis potius quae concidit armis,

Vexata est iterum carmine Troja meo?

Ubi *Vexari* de materia, quae ob Auctoribus ad fatietatem tractata saepius lectores fatigavit, sumi docet Cl. Burmannus, & in genere *vexari* pro fatigari, unde *vexatio* pro nimio labore, & inde orta fatigatione, poni, late ostendit Cl. Oudendorpius ad Frontinum l. 1. cap. 4. Ex. 5. Et per eandem metaphoram a belli moribus desumptam *vexare pecuniam* pro lacerare dixit Sallustius Catil. cap. 20. 12. ubi vide Cl. Cortii notas. Ex hoc vero verbo iterum videmus, Auctores fere semper de belli & maris tempestatibus

sed viris fortibus, navem conscendit: ¹ existimans, id quod accidit, ² facilius se imprudentem parva manu oppressurum, ³ quam paratum, quamvis magno exercitu. Hac delatus ⁴ in Ciliciam, egressus inde, ⁵ dies 4 noctesque iter faciens, Taurum transiit, eoque, quo studuerat, venit: quaerit, quibus locis sit Alpīs: cognoscit, haud longe abesse, profectumque eum venatum.

eodem modo loqui solere, nam proprie etiam de navi, quae saevis procellis jactatur, usurpassē veteres patet ex multis auctorum locis. Consule Cl. Burmannum ad Phaedrum Lib. 4. fab. 16. vs. 3.

³ Quae regi portarentur, arripiebat] Portoria ac reditus regis intercipiebat. Et hanc interpretationem adjuvat Polyaeus l. 7. in Mithridate: κέρμας κερτίσσει, κερτίσσει, φόρος ἕρπασσι, λείαν ἔλασεν. Vel quae ad regios usus mittebantur, involabat: τὸς κομισάντας τὰ χεῖματα σιμῶλας. Cicero in Verrem: Frumentum aversum a Rep. abreptum ab avatoribus. Gebhardus. In Ms. Boecl. fuit arripiebat, quomodo & Longolius edidit. Bofius. Leid. meus & Voss. A. B. arripiebat.

¹ Existimans, id quod accidit] Leid. & Voss. B. Existimans, quod accidit sed Voss. A. existimans, id quod accidit. Vide quae dixi ad praefat. p. 7. ubi pro At id quidem, id quod facile substitui posset, quamvis vulgata lectio probae sit notae, Livius l. 7. cap. 2. Idem scilicet, id quod enim tum erant, suorum carminum aetor.

² Se imprudentem] Quae vulgo adduntur, & imparatum, aberant a Ms. Bavaricis, Savar. & Boecl. Utrumque tamen conjungitur infra 17, 2, 2. qui locus, opinor, glossa

femati h. l. occasionem dedit. nam ne genuina esse credam, facit etiam τὸ paratum, quod statim sequitur. Paulo ante id aberat cod. Boecl. in illis, id quod accid. Bofius. Et imparatum abest etiam a Leid. meo & Voss. A. B.

³ Quam paratum] Alii, Et imparatum. Abfuisse autem haec duo vocabula a Ms. libris refert Schoppius 3. Verisim. 12. Ernestius.

⁴ In Ciliciam egressus] Leid. meus Ciliciam. Sic in Cimone cap. 3. n. ult. Leid. meus & omnes Vossiani Cyprum pro in Cyprum exhibent. & in Epaminonda cap. 3. Ms. Boecl. & Voss. B. legunt Cum Peloponnesum exercitum duxisset. Vide Perizon. ad Val. Maxim. 2, 4, 4. & Cort. ad Sallust. Jugurth. cap. 7. n. 2. More Graecorum Eurip. Hecub. 1260. Ναυγελήων γῆς ἔρως Ἑλλάδος. Pind. O. Pyth. 4. v. 90. τὰδὲ τὴν τιμὰν εἰδὼν Νᾶσον ἰλθόντες. 568. Ἡδὲς ἦδὲ Λιβύας πᾶσι. Vide Lamb. Bos. de Ell. l. Gr. p. 267. Contra urbium nominibus saepe addi praepositiones, docent Cl. Oudendorpius ad Frontinum l. 1. strateg. cap. 3. n. 19. & Cortius ad Sallust. Catilin. cap. 40. n. 5.

⁵ Dies noctisque] Ms. B. dies noctes. Statim Exc. Dan. quae dum speculatur; & cum eis. Bofius. Voss. B. etiam dies noctes.

tum. quem dum speculatur, adventus ejus causa cognoscitur. ¹ Pisidas, cum iis, quos secum habebat, ad resistendum Aspis comparat. Id Datames ubi audivit, ² arma sumit, suosque sequi jubet: ipse equo concitato ad hostem vehitur. quem procul Aspis conspiciens ³ ad se ferentem, pertimescit, ⁴ atque a conatu resistendi deterritus, sese dedit. Hunc Datames victum ad regem ducendum tradit Mithridati.

CAP.

¹ Pisidas] Leid. *Piscidas*. & pro iis, eis.

² *Arma sumit, suosque s. j.*] Sic Mss. Gif. Leid. Boecl. In vulgatis erat: *arma capit, suos s. j.* Bostius. Leid. meus & Voss. A. *arma capit*. B. *summit* pro *sumit*. & Cod. P. Dan. *sumit*. *Sumere arma*, quod in plerisque Codicibus Mss. reperitur, non est, quod rejiciamus, cum sit phrasia latinissima. Justinus Lib. 2. cap. 4. *Horum uxores, cum viderent, exsilio additam orbitatem, arma sumunt*. Val. Flaccus L. 5. Argonaut. vs. 638.

— *Et sumtis decernimus armis.*

Livius Lib. 2. cap. 43. *Ab Aequis arma sumta*. Lib. 3. c. 17. *Suberent Tribuni, quoniam in Ap. Herdonium vetarent, in P. Valerium consulem sumi arma*. Cap. 19. *Tusculi antequam Romae sumta sunt arma, vide Wasse in Indice Sallustiano: cui contrarium est Ponere arma: Livius Lib. 3. cap. 17. Postquam arma poni, & discedere homines ab stationibus nuntiatum est*. Lib. 8. cap. 4. *Respondemusque Romanis, nos, ubi invenerint, posituros arma*. Cic. 10. ad Fam. Ep. 6. *Qui aut positus armis pacem petere debent*. Eodem modo, quo *sumere bellum* & *ponere* opponi solent. Livius Lib. 8. cap. 4. *Bellis propriis ponendis sumendisque,*

Consule Broukhuisium ad Propertium L. 2. El. 1. vs. 36. Quid vero sit *sumere bellum*, docet cl. Dukerius ad Florum L. 4. cap. 12. n. 24. Attamen *capere arma*, ut in Vulg. Edd. legitur, & auctoritate Codd. Leid. & Voss. A. firmatur, satis defendi potest, exiisdem Livii, & aliorum auctorum locis infinitis.

³ *Ad se ferentem*] V. Ind. *ferre*. Mox Mss. Gif. Schott. Dan. Boecl. *sese dedit*. Bostius. Leid. meus, in *se ferentem*. sed Voss. A. B. caeterique *Ad se ferentem*. *Ferri in aliquem pro ruere* latine sciencibus nota phrasia est. Virg. 3. Georg. vs. 236.

Signa morvet, praeceptisque oblitum fertur in hostem.

Verum praepositio *Ad pro in* poni solet Virgil. L. 4. Aen. vs. 425.

Non ego cum Danais Trojanam exscindere gentem

Aulide Furavi, classemque ad Pergama misi.

Ubi vide notas Servii. Sic *venire, ire ad aliquem pro in aliquem*, animo scilicet irato & hostili impetu. Aedificis Virum Celeberrimum P. Burmannum ad Phaedrum Lib. 1. Fab. 21. vs. 5. & ad L. 4. Fab. 3. vs. 5.

⁴ *Atque a conatu resistendi det.*] Mf. meus Leidensis legit *Atque a conato resistendi det*. Sic Vossianus C. in Multiade cap. 4. *Hoc tumulto*

A. 40.

CAP. V.

Haec dum geruntur, Artaxerxes reminiscens, a 1
 quanto bello, ad quam parvam rem principem
 ducum misisset, 2 se ipse reprehendit, & nuntium ad
 exercitum 3 Acen misit, quod nondum Datamem
 profectum putabat, 4 qui diceret, ne ab exercitu di-
 scederet. 5 Hic priusquam perveniret, quo erat pro-
 fectus, in itinere convenit, qui Aspim ducebant.
 Qua celeritate quum magnam benevolentiam regis Da- 2
 tames consecutus esset, 5 non minorem invidiam auli-
 corum

*Athenienses tam propinquo, tamque
 magno permoti, pro tumultu, quam
 scripturam esse archaicam docue-
 runt eruditi, consule cl. Muncke-
 rum ad Hyginum Fab. 40. Vulga-
 tam tamen lectionem praeferrem.*

1 *Seipsum reprehendit*] Leid. meus
 & Voss. B. *se ipse reprehendit.* ele-
 ganter ut solet Noster. vide, quae
 congesti ad Pausaniae vitam cap. 4.
 n. 3. Cicero L. 2. de Divinatione
 cap. 55. *Atque a se ipse discessit.* U-
 tramque tamen dicitur, ut recte doc-
 cent viri, a me ad Pauf. l. l. producti.

2 *Acen*] Legendum esse *Acen*
 docti viri dudum pervicerunt. *Gebb.*
Sic dudum viri docti & heic &
comm. 5. legendum censuerunt. In
plerisque Mss. acem fuit. Unde
Lambinus primum Acaem vel A-
acem; postremo Carem fecit. Est
autem Ace Phoeniciae civitas, post-
ea Ptolemae dicta, ut e Scylace,
Strabone, Plinio, Stephano, Harpo-
cratione, Suida aliisque cognoscimus:
in sacris literis Acha, Josepho An-
tig. Jud. 5. 1. & 8. 2. tam in editis
quam Mss. codd. Acha, hodie A-
ere. De quo vid. Doctiss. Bocharti
Canaan lib. 1. 27. Sed apud Jose-

phum, si quidem de eadem urbe
loquitur, videtur legendum A'xon.
 Sane posteriore loco in optimo co-
 dice Caesareo pro τῶν περὶ ἀγῶν
 παλαιῶν legitur τῶν περὶ ἀγῶν παλαιῶν.
 ut primitus videatur scriptum fuisse
 τῶν περὶ ἀγῶν Βοστῶν. Leid. meus
 Achrem. Voss. A & B. Acem. Pro
 nandum Voss. A. non.

3 *Quis diceret*] Alii, qui ei d'c.
 Unde Lambinus conjiciebat leg. edi-
 ceret. Bofius. *Ei abest a Leid. meo,*
 & Voss. A.

4 *Hic priusquam*] Editio Oxon.
Hic, priusquam. Pro erat profectus
 Leid. meus erat profecturus. pro be-
 nevolentiam Voss. B. *benivolentiam.*
 pro quod illum unum pluris Leidi
 meus quod illum pluris. Voss. B.
 qui illum unum pluris. pro Pandates
 Leid. & Voss. A. Pandantes.

5 *Non minorem invidiam aulicorum
 excepit*] Fuit, cum legendum
 putarem, non minor eum invidia au-
 lic. exc. Sic enim solent Latini scri-
 ptores. Nunc nihil muto. *Excipere*
 est suscipere. Plane sic Curtius 6,
 10, 18. *Quid inimicitiarum creditus*
excepturum (me) fuisset, se infortu-
laefferan? Bofius.

corum exceptit, qui illum unum pluris, quam se omnes, fieri videbant. Quo facto cuncti ad eum operandum consenserunt. Haec Pandates, gazae custos regiae, amicus Datami, ¹ per scripta ei mittit. in quibus docet, ² eum magno fore periculo, si quid ⁴ illo imperante in Aegypto adversi accidisset. Namque eam esse ³ consuetudinem regiam, ut casus adversos homi-

¹ Per scripta] Sive legas per scripta unica voce, sive per scripta divisim, non multum interest. Gebhard.

² Eum magno fore periculo] Particulam in, quae in aliis editionibus legitur, non reperio in Ms. Cod. eamque a vetustioribus membranis abfuisse, & abesse debere scribit Schoppius L. 4. Verisim. cap. 14. Ernsius. Sic meliores libri, omisso in, quod vulgo additur. v. Ind. v. esse Bofius. Praepositionem in tamen addunt Leid. meus & Voff. B. sed eodem redit. Vide J. Fr. Gronovium ad Livium 2, 23. si praepositionem deas.

³ Consuetud. regiam] Expressi lectionem optimorum Mss. Dan. & Boecl. quae vix a librariis fuerit. Vulgo est consuet. regum. Bof. Leid. meus & Voff. A. regum B. regiam. Jam vidimus hoc adjectivum a Mss. Codicum descriptoribus in genitivum regis, ut hic in regum mutari ad Miltiad. cap. 7. n. 3. & in Lyfandro cap. 4. n. 1. pro satrapis regii Voff. C. satrapis regis. in Conon. cap. 4. n. 3. pro regis opibus Cod. Dan. & Voff. A. regis opibus.

⁴ Fortunae suae] V. Ind. in fortuna regum. Bofius.

⁵ Quo fieri, ut facile imp.] Sic Mss. Dan. & Leid. Vulgo est, quo facile fieri, ut impell. Bofius.

⁶ Quorum ductu res male gestae

nuncientur] Apud Carthaginienfis erat capitale si, quamvis prospere, tamen malo consilio rem duce gestissent. Manlius apud Livium 38, 48. Apud Carthaginienfes in cruce tolli imperatores dicuntur, si prospere evocentur, pravo consilio rem gesserunt. Non vero apud Romanos. Fabius apud Livium 8, 33. Populi, penes quos potestas omnium rerum esset, ne iram quidem unquam atrocior rem fuisse in eos, qui temeritate atque incitua exercitus amississent, quam ut pecunia eos mulcicaret. capite angustum ob rem bello male gestam, de imperatore nullum ad eam diem esse. Loccenius.

⁷ Quibus rex maxime obediat] Non cepit hunc locum Lambinus; utpote qui in monumentis veterum attendebat potius verba, quam rerum majestatem. Exponit enim obedire hoc loco videri idem valere, quod *παύειν*, credere & fidem habere, sequi alicujus consilium & fidem. Nugae. Ingenium & conditionem regum *εὐκατάσταται*, inque scenam producit Pandates, qui inane tantum nomen possident. reipsa autem sunt subjecti atque obediunt vel uxoribus, vel spadonibus, vel alii cuidam nebuloni: qui Principem ceu *ἀντίματον*, quovolunt, impellunt. De eadem re in eundem modum loquitur Diodorus 17. *ἀντίματῶν*

manibus tribuant, secundos & fortunae suae. ⁵ quo fieri, ut facile impellantur ad eorum perniciem, ⁶ quorum ductu res male gestae nuntientur. Illum hoc majore fore in discrimine, quod ⁷ quibus rex maxime obediat, eos habeat inimicissimos. Talibus ille ⁸ litteris cognitis, quum jam ad exercitum ⁹ Acen venisset, quod non ignorabat ea vere scripta, desciscere a re-

ge

Βαζώας ἢ τὸς ἀδελφός (Arxis) ὄντας
 πῶς περιλάσ, ἑπὶς μοιραθίς ὁ νονήτη
 μῆνοι ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ γένου. De e-
 jusdem Bagoae Eunuchi potentia
 idem l. 16. Ὁ ἦ Βαζώας ἐν ταῖς ἀνω
 αὐτοκρατίας ἀπάντα τῶν βασιδῶν διακυ-
 κῶς, τοσούτον ἰσχυρὸν διὰ τῶν ποδῶν ἔ-
 μίντορα κινῶνται ἢ πρὸς τῶν, ὡς ἢ
 βασιδίας κῆρυ εἶναι, ἢ μὲν δὲν πρὸς
 τῶν ἔ Ἀρταξέρξην ἀνω ἢ ἐν αὐτῶν γνά-
 μως, ἢ μετὰ τῶν ἐκείνη τελευτῶν τῶν
 διαδόχων αὐτῶν βασιδίας ἑπὶς ἀπεδῆκτος,
 ἢ πάντα βασιδίας εἶχε πῶν τῶν αὐτοκρα-
 τίας. Quid autem est aliud μὲν δὲν
 πρὸς τῶν ἀνω γνάμωσ hujus vel illius,
 quam obedere? quam esse manci-
 pium vilissimi tenebrionis, quem
 rex ipse ex infimis sordibus produ-
 xit? aut, ut Justinus loquitur 13,
 2. 12. sub persona regis indignarum
 subijci imperio? Apud Tacitum Clau-
 dijus obtemperabat Agrippinae 12.
 A. 59, 1. Item libertis. Juvenalis
 Sat. 14.

Indulsi Caesar cui Claudius omnia,
 cujus

Paruit imperiis, uxorem occidere
 jussus.

Nero eisdem Agrippinae 13. A 7, 4
 apud Nepotem Philippus Aridaeus
 Polyperchonti, 19, 3, 3. vide Ju-
 stin. 13, 2, 11. Apud Tacitum iterum
 aula Parthica & novo rege potie-
 batur Abdageses 6. A. 43, 2. Gal-
 ba obnoxius erat T. Vinnio, La-

coni & Icelo, 1. H. 13, 1. quos
 ideo nunquam non adhaerentes pae-
 dagogos vulgo appellabant. Suetonius
 c. 14. Ptolomaeus Jubae filius li-
 bertis, 4. A. 23, 2. Apud Zonaram
 tomo 3. Nicephoro Botoniatae Im-
 peratori imperant, pro libidine
 miscentes omnia, Borilus & Ger-
 manus servi. Audiamus Plinium,
 qui huic loco luculentam accendit
 facem Panegy. c. 88. Plerique Prin-
 cipes cum essent civium domini, liber-
 torum erant servi: horum consiliis,
 horum nutu regebantur; per hos audi-
 ebant; per hos loquebantur; per hos
 praeturae etiam & sacerdotia & con-
 sulatus, imo & ab ipsis, petebantur.
 Dein Tacitum 12, A. 3, 4. Sed ni-
 hil arduum videbatur in animo prin-
 cipis, cui non iudicium, non odium
 erat, nisi indita & iussa. Gebhardus.
 Adde alia apud Ill. Forstnerum not.
 ad 4. Ann. Taciti pag. 313. Piccar-
 tum Observ. 15, 9. Lipsium 3. polit.
 8, 8. & 9. Pro obedat & habeat, in
 Mf. Boecl. est obediebat, & habebat.
 Bosius.

8 Literis cognitis] Voss. B. cogni-
 tis.

9 Acen] Vide supra ad vs. 1. In
 Mf. Burgensi, Dan. Boecl. erat
 Ageen. In q. edd. Agnae. Bosius.
 Leid. m. Agron. Voss. A. Ageen. B.
 Ageen.

ge constituit. neque tamen quicquam fecit, quod
 6 fide sua esset indignum. Nam¹ Mandroblem Magne-
 tem exercitui praefecit: ipse cum suis in Cappado-
 ciam discedit; conjunctamque huic Paphlagoniam
 occupat; celans, qua voluntate esset in regem: clam
 cum Ariobarzane facit amicitiam, manum comparat,
 urbes munitas² suis tuendas tradit.

CAP. VI.

1 Sed haec propter hiemale tempus minus³ prospere
 4 procedebant. Audit, 5 Pisidas quasdam copias
 adversus se parare, filium eo⁶ Arsifideum cum exercitu
 mit-

1 *Mandroblem*] Sic, *Magio* teste, codd. Burgenfis & Venetus, itemque Mf. Dan. At vet. edd. *Androblem*, *Androdem* vel *Mandrodem*. Lambinus *Androdem* tuetur: quem ceteri fere sequuti sunt. *Bosius*. Leid. m. *Mandrodem* Voss. A. *Mandroblem*, *Magnetem*.

2 *Suis tuendas tradit*] Leid. m. *tradit suis tuendas*.

3 *Prospere*] Vide, utrum legi debeat *propere*. Schefferus.

4 *Procedebant*] Placet lectio a Schotto producta *procedebant*, quamvis sonus asperior nonnihil offendere videatur, a quo tamen historici non semper abhorrent; & quem Poetae vitare non possunt: sic quoque loquitur Cato lib. 5. Origin. apud Gellium lib. 7. cap. 3. *Quia haec res tam secunde processerit*, quamquam ibi aliter legendum censent doctissimi P. Scriverius. *Gebb.* Sic Mss. Dan. Schott. Boecl. Similiter Cato apud Gellium 7, 3. *quia haec res tam secunde processit*. Tacitus 15. 60, 3. *ut ferro grassaretur, quando venenum non processerat*. Longolius,

Lambinus, & alii *succedebant*. *Bos.* Cl. Wasse ad Sallust. Catilin. cap. 33. censet, si *procedebant* retineas, *prospere* delendum, si vero *prospere* retineas, *cedebant* legendum. Leid. m. & Voss. A. B. *procedebant*. quam lectionem videtur tueri Curtius ad Eund. cap. 1. n. 5. Livius L. 1. cap. 57, ubi id parum processit. *Wassii* conjecturam confirmant, quos laudat cl. Dukerus ad Florum L. 2. cap. 17. n. 13. sed licet *prospere cedere* dicatur, cur tamen *prospere procedere* uti non liceat, causam video nullam.

5 *Pisidas*] Aliter *Diodorus* 15. Persas Artabazo duce in Cappadociam irrupisse, adversus eos Datamem exercitum eduxisse. *Bosius*. Leid. m. *Physidas*.

6 *Arsifidacum*] Vitiose *Aridacum*, reponendum *Arsifidacum*, quod verisimilius est, & fultum auctoritate librorum Mendozae Savaronis & Longolii. *Gebb.* Ita Mss. Dan. Savar. Schott. Boecl. ac Ed. Ultraj. Pro quo vulgati libri *Aridacum*, quod nomen Persis usitatum fuisse.

mittit. Cadit in praelio adolescens; proficiscitur eo pater, non ita cum magna manu, celans quantum vulnus accepisset; quod prius ad hostem pervenire cupiebat, quam de re male gesta fama ad suos perveniret: ne cognita filii morte animi debilitarentur militum. Quo contenderat, pervenit, ¹ hisque locis ² castra ponit, ³ ut neque ⁴ circumiri multitudo adversariorum posset, neque impediri, quo minus ad dimicandum manum haberet expeditam. Erat cum eo ⁵ Mithrobarzanes focer ejus, praefectus equitum. ⁶ Is desperatis generi rebus ad hostes transfugit. Id Datames ut audivit, sensit, ⁷ si in turbam exiisset, ⁸ ab homine tam necessario se relictum, futurum, ut

ce-

cognoscimus ex *Estherae* 9, 9. Bos. Leid. m. & Voss. A. B. *Arvidaeum*. pro *proficiscitur*. Voss. A. *proficiscitur*.

¹ *His que locis*] Scribendum *his que*, i. e. *usque*. Schefferus.

² *Ut neque circumiri*] Non exigua pars artis militaris est, idonea castris loca eligere, quae salubria sint; adversus hostium insultum & alias difficultates ligni, pabuli, aquae cura, & ad excursum nostrorum militum prompta. De quibus *Onofandrum Strategici* cap. 8, 9, 10. *Vegetion* 1, 21, 22, 23, 24, 25. & *Scip. Amiratam* *diff. pol. ad Tacitum* 19, 9. consulere operae erit. *Loecenius*.

³ *Circumiri multitudo*] Sic libri omnes, eodemque modo *Cicero Phil.* 13. *Lambinus* tamen edidit *circ. a multitudo*. Idem paullo post, quo minus ipse ad *dimic.* *Bosius*. *Circumiri* Leid. & Voss. A. sed *B. circumiri*. quam *lectionem* citat & probat: *Celeb. J. Broukhufius* ad *Propertium* Lib. 2. El. 4. vs. 26.

Cujus non hederæ circumiere caput. Sed utrumque recte scribi docent, quos laudavi ad *Themistocli*. cap. 3.

ubi si *maius* etiam *circumiretur*, per me licet. Interea observa *Lector*, *Codicem Chartaceum Vossii* litera *B.* distinctum semper proferre *circuire*, ut & in hac *vita* cap. 7. n. 3. pro *circumiretur*, iterum *circumiretur* exhibet.

⁴ *Mithrobarzanes*] Voss. A. *Methrobarzanes*, ut & paullo post *Methrobarzaniem*.

⁵ *Si in turbam exiisset*] Si pervulgatum esset. *Sueton. Galba* cap. 20. *Quod ante paucos dies exierat in vulgus*. Sic in *Nerone* cap. 53. *Exiit opinio*. pro *pervulgata* est. *Gebhard*. Vide *Bosii* indicem.

⁶ *Ab hom. tam necess. se relictum, futurum ut ce.*] Expunge substantivum *esse*, invecum a male feriatibus correctoribus. Caeterum verbum *relinquere* heic usurpat pro *deserere*. *Tacit. Lib. 14. Annal. cap. 56.* *Non tua moderatio, si reddideris pectoniam; nec quies, si reliqueris Principem: sed mea avaritia, meae crudelitatis metus in ore omnium versabitur.* Idem lib. 4. *Histor. cap. 77. Ita nunciate Vespasiano, vel quod proprius est*

4 ceteri consilium sequerentur. ¹ in vulgus edit: suo jussu Mithrobarzanem profectum ² pro perfuga, quo facilius receptus interficeret hostes. quare relinqui eum non par esse, ³ sed omnes confestim sequi. quod si animo strenuo fecissent, futurum, ut adversarii non possent resistere, quum & intra vallum & foris caederentur. Hac re probata, exercitum educit, Mithrobarzanem persequitur. ⁴ qui tantum quod ad hostes pervenerat, Datames signa inferri jubet.

Pi-

est Civili & Classico, relictum a vobis in aciem ducem. Frontin. lib. 2. cap. 7. Annibalem venientem in Italiam tria millia Carpetanorum reliquerunt. Justin. lib. 22. cap. 8. m. Bis se a rege suo in mediis hostibus relictos proclamantes. Paternulus lib. 2. cap. 84. Multa, inquit Coponius, me hercules fecit Antonius pridie quam tu illum relinqueres. Curtius lib. 7. Postquam adventare Alexandrum compertum est, in suos quisque vicis dilapsi Bessium reliquerunt. Respondet Graecorum ΚΑΤΑΛΕΙΠΕΙΝ Polyæn. lib. 1. Polydor. αὐτόμολον ἐπιμύσει ἀγέλλοντα, ὅτι σασιάζουσι δὴ ἐν μεταλήψει ἀλλήλων. Verum & antiquissimi ita loquebantur. Ennius Cresiphonte

— sin est probus.

Cur talem invitum invitam cogis relinquerere.

Gobb. Longolius edidit se iri relictum: Lambinus se relictum esse. Sed a Mss. Dan. Schotti & uno Schoppii, utrumque aberat, quomodo nos edidimus. Schoppius mallet sese vel. Bos. Abest & a Leid. meo, & Voss. A. B. Caeterum recte explicuit Gebhardus relictum per desertum. Virgil. lib. 2. Aen. vs. 357.

— Catulique relictii

Faucibus expectant ficcis.

Relinquerere & deserere jungit Cicero

lib. 2. Tusculan. Quæst. cap. 14. Haec enim te, nisi ita facies, custos dignitatis, relinquet & deseret. Latius hoc verbum illustravit Celeberrimus P. Burmannus ad Petronium Satyric. cap. 91. p. 441. Signa relinquerere pro deserere veteres dixisse docet Cortius ad Sallust. Catil. cap. 9. n. 4.

¹ In vulgus edit] Datamen non mentitum fuisse existimo propter §. 60. cap. 16. Introductionis ad veram vitam. Eristius.

² Pro perfuga] Voss. B. profuga, forsitan pro pro profuga. profuga & perfuga in Mss. saepius confunduntur. Vide Cl. Oudendorp. ad Frontin. lib. 1. Strat. cap. 6. n. 4.

³ Sed omnes conf. sequi] Cod. Boecl. & quidam editi: & omnes. Bosius. Leid. m. & Voss. B. & omnes. Mox pro quem & intra vallum Leid. & Voss. B. Cum & intra vallum. Voss. A. cum & inter vallum.

⁴ Qui tantum quod ad hostes perven.] P. Daniel probat hanc lectionem, Qui vix dum ad hostes pervenerat. cum tamen vocula vix veteribus libris absit. Schottus quoque temeritatem Lambinianam flagellat praelato ex libris scriptis: Qui dum ad hostes pervenerat. Gebh. Lambinus legit: qui tantum quod ad hostes

fer-

Pisidae nova re commoti, in opinionem adducuntur, perfugas mala fide¹ compositoque fecisse, ut recepti, essent majori calamitati. Primum eos adoriuntur. Illi quum, quid ageretur, aut quare fieret, ignorant, coacti sunt cum eis pugnare, ad quos transierant; ab hisque stare, quos² reliquerant. quibus quum neutri parcerent, celeriter sunt concisi. Reliquos Pisidas resistentes Datames invadit: primo impetu pellit, fugientes persequitur, multos interficit, castra hostium capit. ³ Tali consilio uno tempore

pervenerat, quod etiam in Ms. lib. reperio. Confer id cum Schottiana lectione & judica; adde tamen prius rationes a Lambino allatas. *Ernstius*. Sic Lambinus emendavit, praecautibus, ut arbitror, libris. *Ernstius* certe in suo diserte sic scriptum reperit. Tueturque hanc lectionem & princeps Criticorum *Gronovius* ad *Livii* 33, 4. Vestigia illius etiam deprehendas in ed. *Ultraject.* & *Mf. Leidensi*. Nam illa: *qui tantum non ad h. p.* Hic, *persequitur tantum. Qui cum ad h. p.* In quibusdam fuit: *qui tantum dum ad h. p.* At *Mff. Dan. & Sch.* diserte; *qui dum ad h. p.* Unde *Magius* cudit *qui tum*; alii *qui vix dum*. A cod. *Boecl.* etiam pronomen aberat hoc modo: *dum ad hostes perv.* quae ipsa varietas indicium est corruptelae. Adde *Ind. v. tantum*. *Bosius*. *Leid. m. qui dum* *Voss. A. tantum qui dum* *B. tantum dum*. *Tantum quid* legit etiam *Cellarius* ad h. l. quem consulere, ut & *Menurium* ad *Ciceronem*. 7. ad *Fam. Ep. 23.* & *cl. Graevium* ad *Luciani soloecismam* cap. 1. Mox pro *Datames* *Voss. B. Datame*.

¹ *Compositoque fecisse*] *Composita & comparata* prius inter se frau-

de, sic componere *Tacit.* 3. *Annal.* cap. 40. *si secretis colloquiis, ferocissimoque adsumpto, aut quibus ob egestatem ac metum ex flagitiis maxima peccandi necessitudo,* componunt. *Florus Belgas, Sacrovir propiores Gallias concire.* Vide nostra ad *Tacitum*. *Accius Agamemnone:*

Sic quorum animus atroci junctus malitia est,

Composita dicta e pectore evolvunt suo;

Quae cum componas, dicta factis discrepant. *Gebhardus*.

Hinc componere insidias pro struere, moliri, machinari, ut docet *Elegantissimus Broukhuisius* ad *Tibull.* L. 1. *El.* 7. *vf.* 3.

² *Reliquerant*] *Voss. B. reliquerat. Transferant* h. l. ponitur pro transferant ut docet *Cl. Oudendorpius* ad *Frontin.* L. 3. *strateg.* cap. 16. n. 22. Mox *cogitatum* pro *expogitatum* posuit *Noster*, vide *Cl. Scheff.* ad *Phaedr.* L. 3. in *prol.* n. 42. *suam* ante *perniciem* abest *Vossiano B.*

³ *Tali consilio*] Referunt hoc & *Frontinus Strateg.* 2, 7, 9. & *Polyaenus* 7. *Diodorus Sic.* 15. Sed & hi tres a *Probo*, & ipsi inter se dissident, ac discrepant tum nominibus,

& proditores perculit, & hostes profligavit: & quod ad perniciem fuerat cogitatum, id ad salutem convertit. Quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum, neque celerius factum usquam legimus.

CAP. VII.

Ab hoc tamen viro ¹ Scismas ² maximo natu filius descivit, ad regemque transiit, & de defectione patris detulit. quo nuntio Artaxerxes commotus, quod intelligebat sibi cum viro ³ forti ac strenuo negotium esse, qui, quum cogitasset, facere auderet, & prius cogitare, quam conari, consuesset; ⁴ Autophra-

bus, tum etiam totius rei gestae narratione. *Lambinus.*

¹ *Scismas*] Credo potius membranis nominantibus *Sysmas*, nam Perficis nominibus hoc propius est. Dein statim lege adque regem Gebh. Mfc. Dan. *Sysmas*. quod, ut recte Gebhardus censet, Perficis nominibus propius. Est enim idem quod *Sisimes* apud Lucianum de amicitia, *Sisines* apud Josephum 11, 4. & *Sisenes* Curtio 3, 7, 11. & 15. *Astimes* Arriano 1, 8. *Bysius*.

² *Maximo natu*] Sic Mss. Vulgo: *maximus natu*: quomodo inf. 17, 1, 3. loquutus est. Statim Gebhardus e Mfc. Dan. legit, *adque regem*. *Bofius*. Vide quae dixi ad Pausan. cap. 5. n. 3. & Cell. ad h. l. Mox pro defectione patris detulit Leid. m. *defectionem patris detulit*.

³ *Forti ac strenuo*] Coniungit quoque Epaminonda; Pelopidas vir fortis ac strenuus. Gebh.

⁴ *Autophradatem*] Leid. m. *Androphadatem*, & mox *Antrophrates*.

⁵ *Locum delegit talem, ut neque circumiretur, &c.*] Consilium in loco compensat multitudinem co-

pisarum; & quod deest naturae, subministrat ratio. Clarioribus & aptioribus verbis nemo protulerit, quam Curtius, hujus in acie ordinanda praecepti causas: *Parmenio*, inquit 3, 7, 8. *non altum locum praelio aptiorem esse censebat, quippe illic utriusque regis copias numero futuras pares; cum angustiae multitudinem non caperent.* Polyaeus l. 1. *Ασπίδος εν διαμεπίλαις παραλαζάμβοις τῆ συνότητι τῶ χωρῆς ἐπινοῖσι τὸ πλεονεξῆς βαρβαρῶν.* Quae verba ferme repetuntur lib. 2. in *Cleandrida* com. 2. Utilitas ergo prima est angustiarum, quod hostilem multitudinem reddant inutilem: *Nepos* infra *Eumene*. Curtius 6, 1, 10. *Caeterum angustiae loci, in quo haeserat pugna, non patiebatur totis ingredi viribus: Spectabant ergo plures, quam inievant praelium.* Vide *Frontinum* 2, 2, 13. Altera, quod paucitatem tueantur, & propemodum indemnem praestent. *Polyaeus* l. 1. in *Brasida*: *ἢ γὰρ συνχωρεῖα ἐν ἀπείροισι ὄντας ἐν ἑλαφῆν.* Itaque si meliores locorum angustiis adiuti, quamvis pluribus opponantur, caedes ibi exsistit, non pugna. *Clarum*

tophradatem in Cappadociam mittit. Hic ne intrare posset saltum, in quo Ciliciae portae sunt sitae, Datames praecipue studuit. Sed tam subito copias contrahere non potuit. a qua re depulsus, cum ea manu, quam contraxerat, locum delegit talem, ut neque circumiretur ab hostibus, neque praeteriret adversarius, quin ancipitibus locis premeretur: & si dimicare cum eo vellet, non multum obesse multitudo hostium suae paucitati posset.

CAP. VIII.

Haec etsi Autophradates videbat, tamen statuit con-

rum hoc fit exemplis Clearchi & Agesilai apud eundem. Curtius 3, 3, 38. Darius tantae multitudinis rex, loci, in quo pugnavit, angustiis redactus est ad paucitatem, quam in hoste contemserat. Vide Frontin. 2, 2, 13. Annibal cum patentibus campis invictus perstaret, angustiis locorum se posse vinci docuit. Auctor de viris illustribus, c. 45. Neque aliter equitatus Mithridatis copiosissimus & robustissimus superari potuit, quam a Flavio Fimbria in angustiis redigerentur, in quibus, teste Frontino. 3, 17, 5. caesus est. Gebhardus. Adde not. ad 1, 5, 3. & 4. Bofius. Pro delegit Cod. P. Dan. delegit. mox pro circumiretur Voss. B. circumiretur.

1 Ancipitibus locis] Supra Themistocle ancipiti premerentur periculo. Caesar. Lib. 7. Comm. 80. Nostros premi multitudine viderent Gebh. V. not. ad 2, 3, 3. Mox in omnibus fere libris legitur si dimicare eo vellet: quod Lambinus exponit, ob eam causam. ridicule. Bofius. Dimicare eo Etiam Leid. m. & Voss. A. Pro obesse Voss. B. deesse.

2 Tamen statuit congregari, quam &c.] Lambinus satis de suo rursus addidisse ait. factum nollem. redundat enim satis. neque enim ignorare potuit Graecorum litterarum peritissimus, Graecos μάλλον, eorumque exemplo Latinos historicos id potius vel magis exaudire. Ut hoc loco membranae fidem faciunt nostrae ac Gifanii, editionesque extra Lambinianam omnes, Longolii, Magii, Ultrajecti. & Savaronis. Observat id elegantissimus Muretus ad Terentiani Eunuchi prologum e Nonio Marcello, exemplisque illustrat Comici illud:

Si quisquam est qui placere se studeat bonis,

Quam plurimis. —

boni enim pauci improbis, qui plures, obijciuntur. Plautus in Rudente: Tacita bona est mulier semper, quam loquens. Polybius: Αἰδουμένη τοῦ πολέμου κηχαυόνης, ἕως δαυί. Acaciae bello magis gaudebant, quam convivio. Plura congescit V. Cl. Ant. Augustinus lib. 6. emendation. c. 8. Schottus. adde Vossium de constructione cap. 61. Bofius. Satis abest & a Leid. meo

C. P.

congregari, quam cum tantis copiis refugere, ¹ aut
² tam diu uno loco sedere. Habebat barbarorum equi-
 tum viginti, peditum centum millia, quos illi ² Car-
 dacas appellant. ejusdemque generis III. funditorum.
 Praeterea Cappadocum octo, Armeniorum decem,
 Paphlagonum quinque, Phrygum decem, Lydorum
 quinque, ³ Aspendiorum & Pisidarum circiter tria,
 Cilicum duo, ⁴ * Captianorum totidem, ex Graecia
¹ con-

C. P. Dan. & Voss. A. quam lecti-
 onem tacite probat Celeb. J. Perizonius ad Sanctii Minervam Lib.
 4 cap. 7. n. 4. hunc locum ad usum
 hujus Ellipsis monstrandum adferens. De hac Ellipsi Graecis Latinisque usitatissima Consulendi sunt
 Lamb. Bos. de Ell. L. Gr. p. 327,
 328. & 329. & Curtius ad Sallust.
 B. Catil. cap. 8. n. 1. cap. 9. n. 5.
 & in fine, & ad cap. 20. n. 17.

¹ Aut tam diu uno loco sedere] Quia inopia commeatuum, & morbis exercitus diminueretur. Eandem rationem regerit Darius Graecis apud Curtium l. c. Trahendi vero, inquit, belli vix ullam esse rationem. Tanta enim multitudini, utique cum jam hyems instaret, in regione vasta & invicem a suis atque hoste vexata, non sufficiens alimenta. Porro eleganter adhibet verbum sedere ut priores scriptores solent, pro otiosum & sine fructu quietum aliquo loco subsistere. Curt. Lib. 4. cap. 99. *Mavaens segnis in eo, quem occupaverat, tranquillo sedit contentus non lacessi.* Liv. Lib. 2. 1. *Stultitia est sedendo, aut votis debellari credere posse.* Cicero Epist. *si ventis essent, nos hic Corcyrae non sederemus.* Gebhard. Adde Vossium ad Val. Maximum L. 7. cap. 4. Ex. 5. n. 42. & Graevium in Lestion. Hesiodaeis cap. 12.

² Cardacas] Primus, nisi fallor, Barn. Briffonius pro *Gardatas*, quod in plerisque libris legitur, *Cardacas* reponendum esse monuit lib. 3. de regno Pers. quam emendationem Schottus Gifaniani codicis, in quo *Gardacas* legitur, & veterum Graecorum auctoritate confirmat. Erant autem *Kardakas* genus militum apud Persas, ut Strabone 1. Eustathio ad Iliad. 2, 869. & Ammonio de diff. diction. Graec. cognoscimus. Meminerit & Plutarchus lib. 8. *ὅτι ἐν ἰσθμῷ τοῦ Ἰσθμοῦ τῶν Ἰσθμίων, Polybius 5, Arrianus 2. de gestis Alex. ac Pausanias: e junioribus Caesius Rhodig. 18. 1. Strabo a *καρδάκας* dicitos ait, quod τὸ ἀνδραγωγὸς ἢ πολέμου delinget: Hesychius a gente vel loco. Bosius. Leid. m. *Cardagtas*. Voss. A. *Gardatas*. B. *Gardetas*.*

³ Aspendiorum] Pamphiliae populi *Aspendi* ab *Aspendo* ejus provinciae oppido, ad fluvium Eurymodonta sito. Gebhard.

⁴ Captianorum] Schottus divinat *Caspianorum*. sed non hoc probat Ortelius, hanc ob causam, quod caeteri populi, quos Nepos illo loco recenset, omnes in Asia minore sint. Gebhardus. Ignotus Geographis populus. Quare Schottus verebatur, ne trajecta esset littera, reponendumque fortasse *Caspianorum*; de qui-

1 conductorum tria [millia]: levis armaturae maximum numerum. Has adversus copias spes omnis consistebat Datami in se locique natura. namque hujus partem non habebat vicefimam militum. Quibus fretus confligit, adversariorumque multa millia concidit; 2 quum de ipsius exercitu non amplius hominum mille cecidisset. Quam ob causam postero die

tro

quibus Strabo 11. 151. ἡ τὴν Ἀλκωνῶν χεῖρας ἢ ἢ Καρμανῶν, τὸ Καρμῆ ἰβύσε ἐκείνου: Stephanus in Καρμῆ: γίνονται ἢ Καρμανῶν ἐν τῷ Καρμῆ, ὡς Καρμῆς. Ac meminit Caspiae gentis & Plinius 6, 15. atque portis & mari nomen dedisse. sicuti Caspiorum, occidentalia Mediae ad Armeniam tenentium, Ptolemaeus 6, 2. Negat tamen Ortelius in Thesawo Geographico, Caspianorum heic legendum esse; quod ceteri populi, quos Nepos hoc loco recenset, omnes in Asia minore sint, Caspiani vero ad mare Caspium. Verum demus id Ortelio; an idcirco nulli ex Asia majore adesse potuere? Ciliciae vicina est Armenia; Armeniae Caspii. Non igitur nimium a Cilicia distabant. Multo minus certe, quam Caspiani, a Caspa urbe Africae dicti, quos alii reponi volunt. Et quis credat, ex una Africae urbe, aut unius urbis territorio, duo millia militum in Asiam concessisse? Bosius.

1 Conductorum tria millia] A Mf. Dan. millia aberat. Et potest abesse. Bosius. Nec reperitur in Voss. B. Leid. m. ita exhibet. Tria millia funditorum. Praeterea Cappadocum octo millia. Armeniorum decem, Paphlagonum quinque, Phrygum decem millia, Lydorum quinque millia, Aspendiorum & Pisidarum circiter tria millia. Pro praeter Cappadocum, ut

Mattaire edidit, Leid. m. & Voss. A. B. praeterea Cappadocum, sed Voss. A. Cappadocum. Pro Aspendiorum Voss. B. Aspendorum. Mox pro vicefimam Voss. A. vicefimam, sed Leid. & Voss. B. vigesimam. Nescio an alibi monuerim, Codicem Membranaceum Vossii litera A distinctum semper milia, ut & h. l. & mille, pro mille & millia exhibere, quod tandem hic non praetermittendum duxi, ne in posterum obliviscar. Sic quoque in aliorum auctorum Codicibus Mf. exarari, idque ex antiquissimo veterum usu, docet nos celeb. Broukhuisus ad Propertium Lib. 1. El. 5. vs. 10.

2 Quum de ipsius exercitu non amplius hom. mille cecid.] Aberant haec Mf. Leidensi. Q. edd. cecidissent. Bosius. Leid. m. & Voss. A. & C. P. Dan. cecidisset. sed B. cecidissent. Si cecidissent legas, subintelligi homines censet Celeb. J. Perizonius ad Sanctii Minervam L. 4. c. 4. pag. 612. Attamen cum Bosio praeferrim cecidisset adductus optimorum codicum auctoritate: vide quae Clar. Periz. de voce mille disputat usque ad pag. 616. Praeterea Non amplius hominum mille, Juvenes scire oportet poni pro non amplius quam hominum mille, vel hominum mille, sed non amplius. Sic Florus II. 2, 19. Et haec & trecenta amplius castris vastata sunt. III. 9, 6. Sexaginta amplius

Z

plus

tropaeum posuit, quo loco pridie ¹ pugnatum erat.
 4 Hinc quum castra movisset, ² semperque inferior copiiis, superior omnibus praeliis discederet: quod nunquam manum confereret, ³ nisi quum adversarios locorum angustis clausisset; quod ⁴ perito regionum
 5 ⁵ callideque cogitanti saepe accidebat: Authophradates, quum bellum duci majore regis calamitate, quam adversariorum, videret, ⁶ ad pacem amicitiamque
 6 hortatus est, ut cum rege in gratiam rediret. Quam ille etsi fidam non fore putabat, tamen conditionem accepit, seque ad Artaxerxem legatos missurum dixit. Sic bellum, quod rex adversus Datamem susce-

perat,

plus millium fecit exercitum. & cap. 20. n. 3. Quum statim decem amplius millia coissent hominum. IV. 2, 44. Trecenta amplius millia. & ita alii passim. Adeant Clar. Curtium ad Sallust. Catil. cap. 59. n. 6. amplius idem quod plus esse docet Doctiff. Snakenburg ad Curtium Lib. VIII. cap. 10 n. 36. Inspiciant etiam, quae differunt de non amplius, non minus Perizonius ad Sanctii Mineram Lib. 4. cap. 2. pag. 530.

¹ *Pugnatum erat]* Ita quoque Dan. Alii est. Longolius & Lambinus verbum plane omittunt. Bofius. Graecos eo loco, quo pugnauerant, tropaea ponere fuisse solitos praeter Nostrum testantur etiam alii. Vide Stewechium ad Vegetium L. 2. de Re Milit. cap. 7. p. 147. & Perizonium in Animadvers. Histor. cap. 7. p. 239. De ipsa voce adeundus est Scholiastes Aristophanis in Plauto vs. 453. qui tamen, quam Diodorus Siculus, temporum distinctionem non facit. Pro *pugnatum est* Voss. A. *pugnatum erat.* Cod. m. Leid. omittit verbum substantivum.

² *Semperque inf copiiis, super. enim. prael. discederet]* Ita M. bene. Editio etiam Brixiae per Jacob. Britannicum anno MCCCCLD. impressa omittit quidem *semperque*, sed cetera eodem modo exprimit. Boeclerus. Vulgati: *ut inferior copiiis, ita superior enim. prael. discedebat* Bofius. Leid. m. *Hinc quum castra movisset, erat inferior copiiis, superior omnibus praeliis, semperque discederet, quod nunquam manum confereret, nisi cum adversarios l. a. c. Voss. A. Hinc quum castra movisset, semperque inferior copiiis, superior omnibus praeliis discederet, q. n. m. c. nisi cum adv. l. a. c.*

³ *Nisi cum advers.]* Inserunt ³ cum Mss. Dan. & Boecl. nam vulgo deest. Bofius.

⁴ *Perito regionum]* Peritia locorum duci & militibus magno ad res prosperas gerendas adjumento est: contra ignorata locorum natura & discrimina magno incommodo. quod argumentum accurate tradant Strabo lib. 1. Geographiae pag. 9. ed. Casaub. Aeneas commentar. Tacit. p. 131. Vegetius de re mil. 3, 6. Locentius,

perat, sedatum. Autophradates in Phrygiam se recepit.

CAP. IX.

At rex, quod implacabile odium in Datamem suscepserat, postquam bello cum opprimi non posse animadvertit, insidiis interficere studuit. quas ille plerasque vitavit. Sicut quum nunciatum esset, quosdam sibi insidiari, qui in amicorum erant numero: de quibus, quod inimici detulerant, neque credendum, neque negligendum putavit. experiri voluit verum falsumne esset relatum. Itaque eo profectus est,

cenius. Longolius edidit: quod quidem perito. Bofius.

5 Callideque cogitanti] v. comm. Boecleri p. 37. seqq. Bofius.

6 Ad pacem amicitiamque hortatus est, ut cum rege in gratiam rediret.] Tautologiae haec speciem habent. Et a cod. Dan. ad aberat. Leidensis: ut cum rege in amicitiam rediret. Quae faciunt, ut glossema subesse purem, Neporemque scripsisse, hortatus est, ut cum rege in gratiam rediret. Addidit aliquis interpretamentum: pacem, amicitiam, quae postea in textum recepta. Bofius. Leid. m. Pacem amicitiamque hortatus est. & ita quoque Voss. A. & B. Hortari pacem & amicitiam pro ad pacem & amicitiam satis defendi potest, consule Celeb. Burmannum ad Ovid. Epist. 19. Heroid. vs. 187. quare si quis quatuor dictos codices secutus hic ad deleteret, me haberet consentientem. Sequentia verba mihi quidem suspecta sunt. Omnes tamen, quos vidi, codices exhibent, uti hodie editur. Similis tautologia in Miltiade cap.

1. n. 2. Ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt, qui considerent Apollinem. Interpretes vexavit.

1 Sedatum] Est, addit Dan. Bofius. Est abest & a Leid. meo Voss. A. & B. Vide notata ad Aristid. cap. 3. n. 3. Sedatum bellam proba locutio, & Ciceroniana, quam restituere Ovidio lib. 3. Trist. El. 12. vs. 17. conatur Cl. Burmannus hoc modo

Otia sunt illic: junctaque ex ordine ludi

Sedant verbosi garrula bella fori. Pro Autophradates Leid. m. Autophradates. pro Phrygiam Voss. A. Phrygiam.

2 At rex] Voss. B. Atque rex.

3 Quum nunciatum esset.] Dan. cum ei nunc. esset. Rem ipsam narrat & Polyenus 7. 4. Bofius. Ei exhibent Leid. & Voss. A. Mox pro detulerant Leid. m. detulerunt. ut & Vossiani A. B.

4 Verum falsumne] Lambinus coniecit leg. verumne an falsum: iovitis libris. Dictum, ut apud Cicero-nem: aequum sit an iniquum: & similia.

est, ¹ quo itinere futuras insidias dixerant. Sed ² elegit ³ corpore & statura simillimum sui, ⁴ eique vestitum suum dedit, atque ⁵ eo loco ire, quo ipse consueverat, iussit. Ipse autem ⁶ ornatu [vestituque] militari inter corporis custodes iter facere coepit. At insidiatores, postquam in eum locum agmen pervenit, decepti ordine atque vestitu, ⁷ in eum faciunt impetum, qui ⁸ suppositus erat. Praedixerat autem

milia. *Bosius*. Omnes, quos vidi, codices vulgatam tuentur lectionem. *Ovidius Epist. XI I. Heroid. VI. 149.*

Cura minor e pueris, iustus studio ne videndi,

Constitit ad geminae limina prima foris.

Ubi consule Celeberrimi P. Burmanni notas, & Cortii ad Sallust. *Catilin. cap. 52. n. 10.*

¹ *Quo itin. futuras insidias*] P. Daniel testatur libris veteribus abesse verbum *evenire* post insidias. At Schottus membranis suis agnoscit profiteretur. Utrumque & *futuras* & *evenire* supposititium censeo. Nam cum exscriptorum quidam aliquid abesse suspicarentur; hi *futuras*; illi *evenire*; isti utrumque vocabulum intruserunt. *Gebhardus*. *Lambinus*: *in quo itin.* *Mss. Schotti* & *Boecl.* itemque *Longolius* & *Magius* addunt *evenire*. *Gebhardus* utrumque, & *futuras* & *evenire*, supposititium censet: nam cum exscriptorum quidam aliquid abesse suspicarentur: hos *futuras*; illos *evenire*; istos utrumque vocabulum intrusisse. sed vix ita loquutus fuerit *Nepos*. *Bosius*. Pro illi *Leid. m. evenire*. ut & *Voss. A. B.* pro *quo itinere* *Leid.* & *Voss. A.* *in quo itinere*. pro *dixerant* *Voss. B.* *dixerat*. pro

consueverat *Leid. consuerat*. *Voss. A. consuerat*.

² *Elegit corpore & statura simill. sui, eique vestitum suum dedit*] Utraque apta ad fallendum, praesertim quibus & statura & vestitus non erant incognita. *Curtius 8, 13, 21. Attalum & aequalem sibi & haud disparem habitu oris & corporis, utique cum procul viseretur, veste regia exornat, praebiturum speciem ipsum regem illi ripae praesidere, nec agitare de transitu.* *Gebhardus*.

³ *Corpore & statura sim. sui*] Ita & *Mss. Bavar. ac Leid.* Alii *corpus vel corporis statura s. s. Bosius*.

⁴ *Eique vestitum suum dedit*] Simile exemplum legimus *1. Regum cap. 22, 30.* de Achabo, qui Josephatum rogabat, ut habitum mutaret, iphusque Achabi regis Israelis vestitum indueret. *Ernstius*. Principes & Duces nonnunquam personam suam alieno vestitu dissimulare vel in bello consueverunt, ne facile pateant hostilibus insidiis: vel in pace, ut ad afflictorum subsidium, vel sui emendandi causa, ignorati famam de se consulant, quod tamen non semper aequum est. *Annibal* mutando nunc vestem, nunc tegumenta capitis, ab insidiis Gallorum se munivit. *Livius 22.* Sed Achabo infelicitet

autem his Datames, cum quibus iter faciebat, ut parati essent facere, quod ipsum vidissent. Ipse, ut concurrentes infidiatores animadvertit, tela in eos conjecit. Hoc idem quum universi fecissent, priusquam pervenirent ad eum, quem aggredi volebant, confixi ceciderunt.

CAP. X.

Hic tamen tam callidus vir extremo tempore captus

evenit, 1. *Reg. ult. vers. 30. & seqq.* Loccenius. Alia exempla collegit. *Freimbemius ad Curtii 8, 13, 21. Bos.* 5 *Eo loco*] Ea parte agminis, qua ipse ut dux solebat conspicitur, ut patet ex eo, quod mox sequitur, *decepti ordine.* Quare male Lambinus *eo loci* legit, atque exponit *in eum locum.* Bosius.

6 *Ornatu vestituque milit.*] Magna hoc loco varietas in libris scriptis. Mihi non absurda videtur, quam scripturam excerpta P. Danieli attestantur, *ipse autem ornatus vestituque militari.* Nam neque insignibus, neque vestitu Imperatorio usus est Datames. Diversitatem Lectionum require apud Schottum. *Gebhardus.* Lectio optimorum libb. *Gifan. & Dan.* non absurda visa *Gebhardo.* Nam neque insignibus, inquit, neque vestitu imperatorio usus est Datames. Pleraque edd. *ornatus vestitu milit.* Mf. Schotti; *ornatu vestitu mil.* Mihi rectum videtur, quod in Ed. *Ultraj.* legitur, *ornatu militari.* Ut *in vestitu,* glossema sit, e praeced. & conseqq. intrusum: quod postea tot varietates peperit. Faver huic lectioni *Polyaenus 7, 4.* qui tantum *armaturae* meminit: *ἄλλος δὲ σπουδάζει τῆ ἀντι*

πανοπλίας. ἐν ἄλλῃ δ' αὐτὸς ἐπινοήσων. Bosius. Vide ad Hann. cap. 4. n. 1.

7 *In eum faciunt impetum*] Voss. B. *Faciunt impetum in eum.*

8 *Suppositus*] Frustra tentat Schottus *suppositus* supponere, ac discrimen inter utrumque constituere. M. Tullius in Verrem: *Ut ille suppositus facile & libenter se illum, qui non erat, esse simularet.* Gebhardus. Mox ab aliis edd. *his abest* in illis, *praedix. autem his Dat.* Bosius.

1 *Parati essent facere*] Leid. *impatati. Parati facere* pro ad faciendum. Virgil. 5. Aen. vf. 108. — *Pars & certare parati.* Ubi Servius. *Hoc est parati ad certandum.* Lucan. l. 1. vf. 351.

Detrahimus dominos tibi servire paratae.

Phaedrus l. 2. fab. 4. vf. 15. *Aquila est parata rapere porcellos tibi.* Plura exempla dabit Cl. Cortius ad Sallust. B. Jugurth. cap. 46. n. 5.

2 *Confixi cecidit*] Malo hoc, quam Schotti *concederunt*, ut viretur alliteratio. *Gebhardus.* Voss. A. *concederunt.*

3 *Captus est Mithridatis dolo*] Rem, sed paullo aliter, narrat *Polyaenus* quoque lib. 7. in *Mithridate*, *comno.* 1. Bosius.

ptus est Mithridatis, Ariobarzani filii, dolo. Namque is pollicitus est regi, se cum interfecturum, ¹ si ei rex permitteret, ut, quodcunque vellet, liceret impune facere: ² fidemque de ea re, more Persarum, ² extra dedisset. ³ Hanc ut accepit a rege missam, copias parat, & absens amicitiam cum Datame facit, ¹ regis

¹ Si ei rex permitteret] Sic malo cum Exc. Dan. quam, ut vulgo legitur, promitteret. quod haud dubie e mentione fidei & dextrae datae natum est. Polyaeus hac de re nihil: tantum ait iussim a rege Mithridatem aut occidere Datamem, aut adducere. mox Mf. Boecler. abest facere: potestque abesse. Bossius. Leid. m. Voss. A. & B. promitteret. Facere abest a Vossiano B. pro quodcunque vellet Leid. m. Quodcunque vi vellet.

² Fidemque de ea re more Persarum dextra dedisset] In toto praene orbe ἡδὲ ὅτι πιστὴ καὶ συνθήκαι βεβαιαὶ τὰς διζήτας δίδοναι ἀλλήλοις, inquit auctor Scholiorum in Aristophanis Nubes. At apud Persas fides dextra data omni juramento sanctior ducebatur atque conservabatur. Diodorus 16, 34. Ἐπὶ τῷ δὲ τῷ Σουλταλίωνος ὡς καὶ δεξιῶν λαβεῖν ὁ Μέντωρ ἠξίωσεν, ὅτι τῶν τοῦ ὁ μὲν βασιλεὺς ἀργαλεῖς ὡς καὶ πιστοτέρως παρέδουκε τὴν Σουλταλίωνα τοῖς ὑποκρίταις, καὶ προστάταις ἀεικεῖν τῶν κεραλιῶν. Ἐπει δὲ ἀπαρχὴν ὁ Σουλταλίων ὅτι τῶν τιμωρίων τοῦτον ἐπίκει, ἐπεὶ σὺ ἡσθ, ὦ βασιλεῦ, περὶ τῆς δὲ δίκης ὁ μὲν τοῦ Μέντωρ δουλέωσεν ἀπῶνα καταπερῆσαι διὰ τὸ μὴ δῶναι τῶν πιστῶν, ἔδιν μὴ σωτηλέως ἢ ἐπαρχολογῶν. Πάλιν ἀνάστας τῶν μετακρίσεων, καὶ μετακρίσεων τῶν ὑποκρίτων, ἀεικεῖν προστάταις, καὶ τῶν δεξιῶν ἰδικίας τῶν Σουλταλίων. Ἐστὶ δὲ ὁ πιστῶν αὐτῆν βεβαιωτῆτι ὡς τῶν πύκτων. Cur-

tius 6, 4, 14. Nec dubitabat Alexander fidem, quo Persae modo accipiebant, dare: in violationem, si venisset, fore. Illud autem non satis assequor, an Reges praesentibus, quibus fidem suam obstrictum ibant, dextram dextrae jungerent, an verius dextrae simulacrum donarent, sic in eum usum more gentis fabre factum. Junxisse dextras dextris praesentibus colligo ex loco Josephi [antiquit. Jud. 18, 12.] ὁ δὲ inquit, [Ἀραβῶν] τῆς πατρὸς θεὸς ἐπῶμυτο, μηδὲν κακὸν δεξοῦν αὐτὸς, καὶ τῶν δεξιῶν ἰδίῳ, ἐπεὶ μίγνυται ὡς πᾶσι τοῖς ἐνεῖν βαρβάρους παρεδεδωκεν τὴν δεξοῦν γίνεσθαι τῶν ὁμιλῶν. Quomodo vero absentibus fidem dextra dabant? Num per eos, qui ad eam accipiendam missi? Stabilire haec videtur Xenophon 6. Cyropaediae: μόνον καὶ σὺ ἡμῖν θεῶν τὰ πιστὰ ποίησον, δεξιῶντες δὲς, ἵνα φερούμεν καὶ τοῖς ἄλλοις ταῦτα, εἴπω ἂν αὐτῶν λαλοῦμεν ὡς σὺ. Polyaeus 7. δεξιῶν αὐτοῖς ἐπέμψεν Περσικῶ. Clarius Justinus 11, 15, 13. In quam rem unicam pignus fidei regiae dextram se ferendam Alexandro dare. Gebhardus. Vide & Freinshem. ad Curtii I. l. Locus Scholiastae Aristophan. Nub. vf. 81. etiam citatur a Salvagnio ad Ovidii Ibin. vf. 528. Hinc δεξιῶν a Graecis pro foederibus ponuntur. ut docet Clar. Potterus ad Lycophron. vf. 51.

³ Hanc

1 regis provincias vexat, castella expugnat, magnas
 2 praedas capit: quarum partem suis dispertit, par-
 tem ad Datamem mittit. pari modo complura castel-
 la ei tradit. Haec diu faciendo, persuasit homini, se
 3 infinitum adversus regem 4 suscepisse bellum; quum
 nihilo magis, ne quam suspicionem illi praeberet in-
 fidia-

3 *Hanc ut accepit a rege missam, copias parat*] Malim legere caeteris jugulatis. *Hanc ut accepit, copias parat, & absens amicitiam cum Datame facit.* sed Cl. Barthius *Advers.* lib. 52. cap. 14. Aldi lectionem probat. *Hanc ut recepit a rege missam.* Gebhardus. Eadem fere Emtius heic adnotavit. *Longolius* edidit: *Hanc ut recepit a rege, inimicitiam adversus regem simulat, copias parat.* Lambinus: *hanc ut accepit, simulat se suscepisse cum rege inimicitias, copias parat.* quam lectionem fere nuperi editores retinuerunt. Sed quae de simulata inimicitia dicuntur, absunt libris: desumpta, ut arbitror, e *Polyaeno*, qui ait, Mithridatem etiam ipsum simulasse, se defecturum a rege. *ἡ ἀποστασία ἢ ἀπὸ τοῦ βασιλέως ἐγένετο.* Ut nos edidimus, legitur in Mss. Schoppio laudatis, & Boecleriano. Nec valde discrepat editio Aldina, *Barthio advers.* 52, 14. probata: *hanc ut recepit a rege missam.* A Mss. Gif. Savar. (in quibus & recepit erat) itemque Schotti, etiam *missam* aberat, Schotti iudicio recte. Gebhardus adhuc plura jugulanda censet, legitque, *Hanc ut accepit, copias parat.* Sed illud a rege consensus librorum facile tuetur, et *missam* quoque verisimilius est ignoratione Perfici ritus (de quo Gebhardus. *nota praeced.*) omisum, quam insertum a librariis esse. Quae vero praeterea *Longolius* & *Lambinus*

intruserunt, hoc ipso *vobis* suam produnt, quod a Mss. omnibus & vet. edd. absunt. *Bosius.* Leid. m. & Voss. A. *Hanc ut recepit a rege, copias parat.* B. *Hanc ut accepit, a rege missas copias parat.*

1 *Regis provincias vexat*] Sic Dan. & Leid melius quam alii *provinciam*. Quae enim unica illa regis provincia? *Bosius.* Voss. B. etiam *provincias*. quam lectionem probat Cl. Oudendorpius ad *Frontinum* lib. 4. *Strateg.* cap. 3. n. 34.

2 *Praedas capit*] Audaciae *Lambiniana*e propages est, *Magnas praedas agit.* *Geninum* est *capit.* Gebhardus. sic Mss. & edd. vet. tuenturque Schottus ac Gebhardus. Quod in aliis legitur, *agit*, *Lambiniana*e audaciae propago est. Statim pro *partem* Mss. Leid. & Boecl. utrobique *partim*. quod etiam priore loco *Exc.* Dan. habent. nam posteriore corrupte *pariter* legunt. Est autem accusandi casus anriquet elatus. De quo *Schoppius* in *Grammat. Institut.* pag. 47. & *Vossius* de *constru.* c. 65. Adde *Gellium* 10, 13. & celeberr. *Gronovium Observat.* 3, 2. *Bosius.* Leid. m. & Voss. A. B. *capit.* itaque retinendam hanc duco lectionem, licet *praedas agere* Latinissima sit phrasus, ut jam docuit summus *Gronovius* ad *Justinum* lib. 22. cap. 6. n. 8. Pro *partem* Voss. B. in utroque loco *partim*.

3 *Infinitum bellum*] Irreconciliable,
 Z 4

fidiarum, neque colloquium ejus petivit, neque in conspectum venire studuit. Sic absens amicitiam gerebat, ut non beneficiis mutuis, sed odio communi, quod erga regem susceperant, ¹ contineri viderentur.

CAP. XI.

Id quum satisse confirmasse arbitratus est, certio-
rem facit Datamem, ² tempus esse majores exercitus pa-
rari, ³ bellum cum ipso rege suscipi: de qua re, si ei
videretur, quo loco vellet, in colloquium veniret.
Probata re, colloquendi tempus fumitur, locusque
quo

bile, & alterutrius exitio termi-
nandum, ἀδελφῶν, vel δῖον ἀρε-
στοῖν Homero. Gebhardus. Voss. A.
na infinitum.

⁴ Suscepisse bellum] Atqui non-
dum bellum susceperat; inquit Lam-
binus, quia cap. 11, 1. certio-
rem facit Datamen, tempus esse, bellum cum
ipso rege suscipi. Quare corrigit, su-
scepisse odium. Verum vox ipso satis
indicat, ibi de nova ratione belli
suscipiendi sermonem esse. Nempe
hactenus provincias vexaverat, ca-
stella expugnaverat, praedas cepe-
rat: nunc ipsum Regem adgredi-
endum esse monet. Bosius. Voss. B.
suscepit. paullo post pro petiuit Leid.
m. penituit.

¹ Contineri] Arcissime cohae-
rere. supra Lyfandro; nisi qui aut
ejus hospitio contineretur. Gebhardus.
v. ad Lyf. cap. 1. n. 5.

² Tempus esse exercitus parari] Vir-
gil. 5. Aen. vs. 638. Jam tempus
agere. Terentius Andria 4, 1, 7. Ubi
tempus est promissa perfici. Vide J.
Fr. Gronov. ad Livium lib. 6. c. 18.

³ Bellum cum ipso rege] Vulgo
abest ipso, e. Miss. Dan. & Boecl.

restitutum. Habent etiam vulgati,
& bellum mox Schotto rectius vide-
tur, quod in scriptis repperit, de-
que ea re. quomodo & Boecl. habet.
Statim ~~in~~ loco a vulgatis abest: sed
erat in Miss. Dan. Sch. Leid. Boecl.
Bosius. Leid. m. & Voss. A. etiam
Deque ea re, probante Cl. Wasse
ad Sallust. Catilin. cap. 49. p. 146.
qui Nostrom auctorem, si scripse-
rit qua de re haud Latine locutum
fuisse contendit, quum deque ea re
vetus sit formula. Concedo veterem
hanc esse formulam, & a Waffio
videtur stare ipse Nepos in Pho-
cione cap. 3. Deque ea re legatos ad
Polyperchonem misit. attamen vulga-
ta lectio satis defendi potest, si ex-
plicemus de qua re &c. in colloquium
veniret, pro deque ea re se in collo-
quium venturum esse. Quomodo Ci-
cero saepius locutus est. Vide Tib.
Wopkens lib. 2. Lektion. Tullian.
cap. 14 pag. 208. & seqq. Caete-
rum voce res loco pronominis uti-
tur Noster, ut & mox re probata.
Vide Corr. ad Ciceron. 1. ad Fam.
Ep. 8. n. 2. pro quocumque vellet
Leid. m. quocumque loco vellet.

quo conveniretur. Huc Mithridates ¹ cum uno, cui ² maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, compluribusque locis separatim gladios obruit, eaque loca diligenter notat. Ipso autem ³ colloquendi die, utrique, locum qui explorarent, ⁴ atque ipsos scrutarentur, mittunt. Deinde ⁵ ipsi sunt congressi. Hic quum aliquandiu in colloquio fuissent, & diversi discessissent, jamque procul Datames abesset: Mithridates priusquam ad suos perveniret, ne quam ⁶ suspicionem pareret, in eundem locum revertitur, atque

1 *Cum uno*] Abest a Leid. m. & maximam a Voss B.

2 *Maximam*] Abest Mf. Boecl. Alii *maxime*. Sed ita quoque supra locutus Nepos 10, 5, 6. Statim in Mf. Gif. & aliis: ipso autem colloquii die. Bofius.

3 *Colloquendi die*] Colloquii Gifanii codex & alii. Gebhardus.

4 *Atque ipsos scrutarentur*] Nullum colloquium unquam commissum sine excussione seu scrutatione, antiquitus fuit, ne quis sicam aliudve telum occulto abditum loco stringeret. Quod Latini *scrutari*, praetentare atque excutere, Graeci ἐξουραίνω, ἐκρούω & ἐπιτάσσω appellunt, vide Sueton. Claudio c. 35. Scrutatio autem ista fiebat per delectos invicem utriusque partis. verbi gratia: Datami delectus excutiebat Mithridatem; & contra hujus explorator Datamen. Isti officio destinatos Polyaeus vocat ἀγέλλες, qui non solum vestes pertrastabant, sed penitus detrahebant. Docet me hoc Polyaeus 3. in Iphigrate, Comm. 40. ἱκετάτης ἐν Σοῦζαζα, καὶ ἰδὲ τὸν ὀύραν πᾶσι ποταμῶν σπειλάδι βελήμους, δι' ἀγέλλων ἡρῶνσαν ἀγέλλες, καὶ τὰ σώματα ἐξουραίνωσαν. Et l. 7. in Mithridate comm.

1. Ἄρρω δὲ τότε συνελθὲντος γυμνάσιον ἀμύθητα μετὰ τὸν χρόνον. Justinus 38, 1, 9. Solicitato juvene ad colloquium, cum ferrum occultatum inter fascias gereret, scrutatori ab Ariarabae regio more missō, curiosus immo ventrem pertrastanti ait, caveret, ne aliud telum inveniret, quam quaereret. Sic paedagogus Sarpedon Catonem ad Sullam semper excussum adduxit, Val. Max. 3, 3, 2. Imo ex perpetuo metu Alexander Phereus non prius se lecto uxoris Thisbes committebat, quam a stipatoribus diligenter esset scrutatus. Item Dionysius superior neutrius unquam sine Aristomaches Suracusanae five Chloridis Locrensis, nisi excussae, complexum petiit, ut refert idem 9, 13 ext. 5. Gebh. Adde Ind. v. *scrutari*. Bof.

5 *Ipsi sunt congressi*] Sic & Dan. Vulgo τὸ ἰπσὶ abest. mox. Dan. Boecl. *diverse*. Bofius. Voss. B. etiam *diverse*; sed *diverse* retinendum est: quem loquendi modum illustravit Cl. Cortius ad Sallustium B. Catilin. cap. 2. n. 1.

6 *Suspicionem pareret*] In Editione Lugdunensi editum est *pararet*, qua auctoritate nescio, omnes enim, vel a me, vel ab aliis collati *pareret* exhibent.

que ibi, ¹ ubi telum erat impositum, refedit, ut si a lassitudine cuperet acquiescere: Datamemque revocavit, simulans, se quiddam in colloquio esse oblitum.
 4 Interim telum, quod latebat, protulit, nudatumque vagina veste texit, ac Datami venienti ait, ² digredientem se animadvertisse, locum quendam, qui erat

¹ Ubi telum erat impositum] Telum est omne, quo quis cominus eminusve se defendere potest, & telum pro gladio videretur usurpasse Ovidius Epistola Phillidis.

Heu patior telis vulnera facta meis.
 Quod proverbium alibi ita variavit:

Heu gladium ad miseræ vulnera
 nostra dedi.

Gebhardus. Lambinum, qui negat gladium recte dici telum, Cl. Boeclerus recte reprehendit, Cujus argumento ego Virgilii Auctoritatem addo, qui 9. Aeneid. ita canit:

At non hoc telum, mea quod vi
 dextera versat,

Effugies.

Ad quem versum Servius haec notat: Telum pro gladio posuisse illud significat, quod infert paullo post confurgit in enses. Vide l. si. calvitur. 233. §. telum 2. D. De Verb. signif. & ibid. Interpretes. Ernestius. Libri alii impositum. Gebhardus. Quod Lambinus heic Nepotem male vocabulo teli usum arguit, non intelligo, quid velit. Ait: Gladii non sunt tela: neque gladiatorum appellatione tela continentur. Certe gladios esse, i. e. contineri sub telorum vocabulo, notius, quam ut heic ostendi debeat. quidni igitur gladius telum appellaretur? cum & pugio, & quod genus armorum non? sub telis com-

prehendatur. Boeclerus. adde not. Ernestii advers. seq. Pro impositum Dan. impositum; vulgati positum. Statim Mf. Boecl. ut si lassit. cup. acq. Datamem revocavit. deinde: se quiddam in coll. obl. Pro quiddam alii quoddam. Longol. cujusdam. Ed. Veneta quaedam. Bosius. Leid. m. & Voss. B. impositum. Pro a Lassitudine Leid. m. & Voss. A. B. lassitudine Praepositionem tamen defendunt Cellarius ad h. l. & Cortius ad Sallustium B. Catilin. cap. 4. n. 1. Pro quiddam Leid. & Voss. A. quaedam B. quoddam.

² Digredientem se animadv.] Pro quo Meus Cod. legit. Digredientem animadvertisse. Ernestius. Ita referendum, Schoppius monuit Verisimil. 3, 12. cum vulgo legeretur, digredientium, se animadv. Jam enim ante, inquit, digressi erant, & iterum nunc coibant. Firmat correctionem Mf. Ernestianus; in quo fuit; digredientem animadvertisse. Mox Mf. Boecl. quem cum digito demonstraret. Bosius. Pro esse idoneum Voss. B. idoneum. pro monstraret Leid. m. & Voss. A. demonstraret. pro ille consp. Voss. B. illi consp. pro aversum, adversum, quae duae voces saepius, in Mf. confunduntur. v. Cl. Oudendorp ad Lucan. lib. 1. vs. 54. & ad lib. 8. vs. 337. & alibi, & ad Froninum lib. 2. Strat. cap. 2. n. 33. Broukh. ad Tibull. lib. 3. El. 5. v. 6

erat in conspectu, ad castra ponenda esse idoneum. Quem quum digito monstraret, & ille conspiceret, aversum ferro transfixit: priusque, quam quisquam posset succurrere, interfecit. Ita vir, qui multos consilio, neminem perfidia ceperat, simulata captus est amicitia.

5. vf. 14. *Impia in adversos solvimus ora deos.* Ubi Elegantiss. Broukh. recte jubet scribendum *aversos*, id est iratos. Consule Cl. Duk. ad Florum lib. 2. cap. 6. n. 20. Vide & Cl. Graevium ad Caput 12. ejusdem libri n. 5. Ubi tamen pro *aversos* vel *asperos* vel *avrios*, id est, sublimes, altos substituit Cl. Withofius in specim. Gunther. cap. 3. pag. 79. Hic vero *aversum* nequaquam in *adversum* mutandum; *aversum* enim hic notat a tergo, id est, vultum retro flexum habentem, sive corpore a Mithridate averso. Cui contrarium est *adversus*. Unde *adversa vulnera*, quæ in pectore, vel, anteriore corporis parte accipiuntur. *aversa* in tergo, de quibus

late egere Cl. Cortius ad Sallustium B. Catil. cap. 61. n. 3. & ad Jugurth. cap. 85. n. 29. & Cellarius ad Curtium lib. 3. cap. 11. §. 9. quibus adde J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris Illustr. c. 24. n. 2. Vocem *aversus* recte explicuit Oudendorpius ad Lucanum lib. 9. vf. 682. Quod attinet lectionem *digito demonstraret*, ea facile admitti potest. Sueton. August. cap. 45. *Quod spectatorem, a quo exhibebatur, demonstrasset digito, conspicuumque fecisset.* Cicero cap. 8. in somnium Scipionis; *Non ea figura, quæ digito demonstrari potest.* Ubi tamen Aldus Manurius docet, in duobus MSS. *monstrari* scriptum existare.

XV. EPAMINONDAS.

CAP. I.

EPAMINONDAS 2 POLYMNI F. THE-
EBANUS. De hoc priusquam scribamus, haec
3 praecipienda videntur lectoribus, 4 ne alienos mo-
res ad suos referant; neve ea, quae ipsis leviora sunt,
pari

1 EPAMINONDAM memo-
rant *Plutarchus in Pelopida* & passim,
Diodorus Siculus 15. *Xenophon* 6. &
7. *Hist. Graecae*, *Pausanias in Arca-*
diciis, *Aelianus var. hist.* & *Cicero*
saepius, *Polyaenus* 2. *Frontinus* sae-
pe. *Justinus* 6, 4. item 6, 7. & 8.
Valerius Max. 3, 2. ext. 5, 3, 7. ext.
5. *Boeclerus*. Illis scriptoribus,
qui res gestas Epaminondae nar-
rant, & a Dn. Boeclero citantur,
adde *Suidam* in voce Ἐπαμινώνας
& ibid. *Notas Aemilii Porti. Ern-*
stius. Adde *Polybium* 9. (qui cum
Hannibale comparat pag. 346.)
Diodorum Sicul. lib. 6. in *Excerptis*
Peirescianis, pag. 247. (ubi elogium
ejus habes) *Nummum in collectione hi-*
storiarum ad συντάξιν Gregorii Na-
zianzeni, pag. 133, edit. *Anglic.* &
Suidam. Nummus penes me est e-
legantissimus, sed recentior ut ar-
bitror, in cujus antica parte caput
Epaminondae cum literis: ΕΠΑΜΙ-
ΝΟΝΔΑΣ ΘΗΒΑΙΟΣ. In postica,
figura militaris ad arma sedens, ac
sinistra lauream tenens: ante eam
columna, cui galea imposta, &
serpens circumvolvitur, cum armis:
subtus, ΚΑΤΑ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝ. *Bos-*
2 *Polymni*] Dixi aliquid ad Ae-
lijani V. H. l. 2. cap. 43. si recte

memini. Nam ibidem ejus pater
vocabatur Πολύματις. Lib. vero 11.
cap. 9. Πολύματις. Adeo ut mihi subo-
lescat Nepotem Latina terminatione
formasse Graecum; sicut supra in
Neoclus pro Neocles, & infra Pro-
clus pro Proclis, item Periclus pro
Periclis. *Gebhard*. Dicitur ut *Neocli*,
Procli, *Pericli*, &c. de quibus ad 2,
1, 1. & 7, 3, 2. Nam Graece est
πολύματις apud *Aelianum hist. var.*
lib. 3, 17. lib. 11, 9. & ex emen-
datione *Cl. Schefferi*, lib. 2, 43, a
πολύματις, quod patri ejus nomen
fuit. Mox *Msc. Boecl. De quo pri-*
usq. ser. Bosius. Leid. m. Polymni.
Voss. B. Polymni. pro Epaminondas
Voss. A. & B. Epaminondas pro de
hoc *Voss. B. de quo.*

3 *Praecipienda videntur lectoribus*]
Arguit μημιμονικῶ ἀμαρτήματις Ne-
potem *H. Magius*; quoniam eadem
in praefatione scripta reliquerit. At
in mentem ipsi venire debuerat,
praefationem demum Nepoti abso-
lutis omnibus Illustrium virorum
vitis fuisse elaboratam. *Gebhardus.*

4 *Ne alienos mores ad suos referant*]
Ne mores alienos sive alienae gen-
tis meriantur atque aestiment ex
suae civitatis aut gentis moribus.
Gebh. v. sup. ad praef. 2, 3. Bosius.

pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur. Scimus enim ¹ musicen nostris moribus abesse a principis persona, ² saltare vero etiam in vitiis poni. ³ quae omnia apud Graecos & grata, & laude digna ducuntur.

Quum

¹ *Musicen nostris moribus*] Haec ad vetus aevum spectant. nam poëta mutatum fuit. In his artibus omnibus eruditus fuit Antoninus Philosophus, & Alexander Severus. *Buchnerus*. Romanorum moribus, olim cantare etiam ingenuis, licet privatis hominibus, indignum visum est, teste *Macrobio Saturnal.* 2, 10. quidni Principibus? De Principe Nerone *Tacitus Annal.* 4, 14, 1. *Nec minus faedam (illi) studium, cithara ludicrum in modum canere, cum coenaret.* Non ab omnibus tamen Romanis inter turpia habitum fuisse, *Macrobius dicto loco* in aliquot exemplis ostendit. Equidem si rem recte aestimemus, decantare Dei laudes & heroum res gestas, animumque liberali musica vel per se, vel alios cantantes audiendo, suo tempore reficere, non magis ingenuis, & ipsis Principibus, quam cuicumque hominum generi, indecorum est. Dei enim honori & honestae hominum recreationi, mentisque agitationi haec ars reperita est, & sic Principes omni aevo eam usurparunt. Sed *Tacitus* in Nerone *foedum studium* damnabat, quod ut artifices *citharaedico habitu*, ut *Lipsius* ex veteribus Neronis nummis ad istum locum observat, citharam percuteret, & quod in albo *prostitutum citharaedorum nomen suum adscribi juberet*, ut *Suetonius in Nerone cap. 21.* refert; atque sic foedum in modum se prostitueret, & ut mollem artificem se ostentaret.

Confer *Lipsium in Notis ad polit.* 1, 10, 17. *Loccenius*. Pro a principis persona *Voss. B.* ab principis persona.

² *Saltare etiam in vitiis poni*] Apud priscos Romanos, praesertim viros principes & magnates, de quibus hic inprimis sermo est, olim in vitiis ponebatur. Auctores habemus *Macrobius dicto loco*, & *Joannem Sarisberiensem de nugis Curialium* 8, 12. idem adferentes. Non tamen ubique & apud omnes vitio ducebatur. Quin inter conspicuas & probas personas aliqua ejus cura fuit, sed non curiosa, usque ad artis perfectionem. Unde illud est *Sallustii* de *Sempronia*: *Psallere & saltare elegantius quam necesse est probae.* Vide etiam *Horat.* 3. od. 6. *Loccenius*. Adde *Cl. Cortium* ad *Sall. Catil.* cap. 25. n. 2. Pro etiam *Voss. B.* vero etiam.

³ *Quae omnia apud Gr.*] Apud Graecos musicam & saltationem in honore & pretio fuisse, vel ex *Platone* intelligere licet, qui multis locis eas commemorat & commendat, *Socratemque* utramque didicisse atque usurpasse scribit. Sed de musica, constat, eam nobilium virorum filios aequae ut grammaticam, discere consuevisse. *Aristoteles* quidem docet multis verbis *lib. 8. polit.* [cap. 2, 5, 6, 7.] musicam artem ad liberorum hominum vitae degendae rationem & consuetudinem esse utilem: immo non esse necessariam neque utilem, sed liberalem atque honestam; *utilitatem*

enim

3 Quum autem exprimere imaginem consuetudinis atque vite velimus Epaminondae, nihil videmur debere

enim & fructum, inquit ille, ubique consecrari, non convenit viris magnanimis & liberalibus. Itaque accepimus, Herculem & Achillem musica esse usos, quorum magister fuit Chiron, centaurorum sapientissimus, ac iustissimus, cum esset musicae simul, & medicinae, & iustitiae doctor insignis & praecellens. Quamvis autem musicae cognitio apud Graecos laudi duceretur, ut contra ignorantio probro verberetur; ex quo Themistocles, quod lyram in convivio recusasset, habitus est indoctior: non tamen omnibus organis in musica discenda & tractanda uti honestum erat. verbi gratia, tiliarum usus illiberalis habebatur: & tibiae rejicit & improbat *Aristoteles eodem libro* [cap. 6.] Itaque accepimus, Alcibiadem cum primum ad disciplinas se contulit, caetera musicae genera didicisse, caeteraque organa recepisse, atque approbasse: tibiae vero aspernatum esse, quod lyra quidem & pleetra nullam neque figuram, neque formam, quae liberum deceat, partem corrumpant, aut deformant: tibiae vero hominis, eas ore instantis, speciem ita diducant atque immutent, ut ne familiarissimi quidem interdum agnoscant. Praeterea lyra quidem cum eo, qui ea utitur, consonat, concinit, &, paene dicam, colloquitur: tibia vero homini tibia canenti os obturat, vocem intercludit, sermonem adimit. Quare, inquit Alcibiades, *tibia canant Thebanorum filii: non enim loqui sciunt. nos autem Athenienses, quibus, ut a patribus accepimus, Minerva est princeps,*

atque antistes Apollo deus patrius, quorum alter *Maviam* vibicinem pelle excuit, altera tibiae abjecit, lyra ac caeteris libero dignis organis utamur. Sed *Athenaenus lib. 4. extr.* ait scriptum esse a *Chamaeleonte* quidem *Heracleota*, *Lacedaemonios* tibia discere solitos, & *Heracleotas*, qui Pontum incolunt, & viros Atheniensium clarissimos, *Calliam* *Hipponici* fil. & *Critiam* *Callaeschri*: a *Davide* vero, etiam *Alcibiadem* tibia canendi scientiam a Pronomo didicisse; ab *Aristoxeno*, *Epaminondam* *Thebanum* apud *Olympiodorum*, & *Orthagoram*, huic scientiae operam dedisse, multosque *Pythagoricos*, & *Archytam* ipsum, eandem artem didicisse atque exercuisse. *M. Tullius* vero *lib. 1. Tusc.* *Epaminondam* non tibia, sed fidiibus praecclare cecinisse dicit. Quod autem ad saltationem attinet, iidem erant olim saltatores & philosophi. Itaque refert *Athenaenus libro 1.* philosophum *Pythagoreum* quendam, *Memphim* cognomine, disciplinam *Pythagoream*, quae silentio continetur, saltando planius demonstrasse, quam qui artem dicendi profitentur, verbis explicare possent: & *Telestem* *Aeschili* saltatorem, tantum fuisse saltandi artificem, ut *tragoediam* quendam totam saltando exprimeret, doceret, ac declararet. *Proteum* non aliam ob causam rerum variarum speciem, formamque induisse ferunt, quam quod saltando omnium rerum, omniumque animantium formas referret, ita ut & aquae humorem, & leonis iracundiam, & pardalæ feri-

bere praetermittere, quod pertineat ad eam declarandam. + Quare dicemus primum de genere ejus: de-
inde

feritatem, & ignis celeritatem, & arboris agitationem, motionis pernicitate imitaretur. Empusa, quam putant vulgo spectrum fuisse, mulier salatrix fuit, quae celerissimo pedum, totiusque corporis motu, varias rerum formas spectantium oculis objiceret. Corybantes, quos fabulantur poëtae vagitum Jovis nascentis ab auribus Saturni avertisse; Castor & Pollux, quorum alterum equitem, alterum pugilem fuisse memoriae proditum est; Orpheus, Musaeus, Bacchus ipse, praestantes saltatores fuerunt. Plura autem de musica, & saltatione qui cognoscere volet, legat *Plutarchi librum de musica*, & *Luciani de saltatione*, & *Albenaei lib. 14.* Laudat & *Polybius* multis verbis musicam *libro 4. Ephor.* refellens, qui scripsit musicam initio esse comparatam ac repertam ad homines capiendos & fallendos: & *Plato libro 4. de republica* & *Aristoteles lib. 8. polit. a capite 3. usque ad extrem.* *Lambinus.* adde de musica *Vossium lib. de quattuor artib. popular. cap. 4. n. 22.* & *deina.* de saltatione *Neursum lib. de orchestra Graecorum.* Bos. Musice a Graecis tanti fuit aestimata, ut inter artes liberales fere prima habita fuerit, unde saepius cum *litteris* non solum jungi, verum etiam pro artibus liberalibus poni solet. Consule *Celeb. J. Perizonium.* ad *Aelian. lib. 7. V. H. cap. 15.* & ad *lib. 12. cap. 50.* hinc *Cimoni* a *Stesimbrotro* suo aequali fuit convicium factum, quod constaret, *αὐτὸν εἶναι ΜΟΥΣΙΚΗΝ, ἢ τὸ ἀλλό τι μάθημα τῆ ἐλευθερίαν ἢ τοῖς Ἕλλησιν ἐπιχωμαζόντων ἐνδιδάχθαι, ut*

adnotat *Plutarchus* in *Cimone* pag. m. 480. E. & verbum *ἐνδιδάχθαι* vertendum ibi est per *probe instructum esse*, propter praepositionem *ἐν* vim in compositis augmentem, quomodo *ἐξ ἡ Καδύων* apud *Herodotum* lib. 3. cap. 132. pro *ita sanare, ut nihil morbi sit residuum.* *ἐξ ἑξέων* pro *majorem in modum valere.* v. *Perizon.* ad *Aelian. lib. 6. V. H. cap. 13. n. 3.* *ἐξυραίνων* pro *pertereere.* ad *lib. 12. cap. 57. n. 7.* *ἐκικάν* pro *ταίσις ἰπικρατίων* *Schol. Thucyd. lib. 1. cap. 3. n. 56.* Itaque si liberaliter educti vellent censerī, non leviter hac scientia imbuti, sed probe eruditi esse debebant Graeci. Et hi summis in *Rep.* honoribus ducebantur digni, quoniam iidem habebantur & viri iusti & honesti & perquam probi, quo egregius *Aristophanis* facit locus in *Ranis* vs. 739. & seqq. & *Pindarus O. Pyth. 10. vs. 57.* & seqq. *Hyperboreos* dicit musicam simul & justitiam exercuisse. *Lege* de artis hujus praestantia *Quinctilian. lib. 1. Instit. Orator. cap. 10.* nec mirari debemus, Graecos in tantis deliciis Musicen habuisse, quoniam pars erat sacrorum: *Hymni* enim, quos in laudem Deorum suorum composuerant, ad *Citharam* & *Chordarum* sonum cantabantur. Itaque *Epaminondas* noster forsan *Alexandri Macedonis* instar, inprimis citharizando & chordarum ad sonum cantando dedit operam, ut deos suos hymnis ad *Citharam* cantatis celebraret. Vide *Illustr. Spanhem.* ad *Callim. H. Del. vs. 302.* Eadem de saltatione dici possunt, praeterea enim

hy-

inde¹ quibus disciplinis & a quibus sit eruditus: tum de moribus, ingeniique facultatibus; & si qua alia² digna memoria erunt: postremo de rebus gestis, quae³ a plurimis omnium anteponuntur virtutibus.

CAP.

hymnos canentes saltabant tam viri quam foeminae in Deorum suorum honorem, & quidem optimi habebantur hymni, qui cum saltatione erant conjuncti. Vide Eundem Virum incomparabilem l. c. v. 306. 311. & 312. & alibi, ut & ad Apoll. v. 8. unde isti χοροὶ κίχλοι, de quibus egit Cel. J. Perizonius ad Aelian. lib. 10. V. H. cap. 6. n. 3. Magistro Graecis opus fuisse, ad hanc artem rite percipiendam, facile conjici potest, quia in istis choreis saltatio fiebat concinno pedum motu vel gressu, ad rythmum disposito, qui Graecis vocabatur *βασίς*. Vide Spanh. ad Callim. H. Apoll. v. 12. & ad Aristoph. Nub. v. 638. unde ἐμβαίβην pro χορεύειν. v. Schol. Aristoph. Ran. v. 379. Praeterea major brachiorum quam pedum movendorum habebatur ratio. V. Cl. Graev. in Lect. Hesiod. c. 21. & forsitan hic Calliphro fuit chori dux, vel magister, qui hunc brachiorum pedumque motum Epaminondam nostrum docuit. nam διδασκαλία ad id erant instituta. V. Ill. Spanh. ad Call. H. Dian. v. 266. Haec adduxi, ut originem mulices saltationisque apud Graecos ostenderem, de aliis saltationum generibus, quae ex isto ritu sacro promanarunt, abunde alii egerunt, quae quidem etiam alias ob causas addidisse Epaminondam negare non ausim, quum Nepos noster in Praefatione in genere dixerit eam saltasse *εὐμμοδῶς*, i.

e. ad omnes modos & numeros apte concinneque, ut Buchnerus explicat. Meam tamen conjecturam confirmat solum ejus natale Baecho sacrum (vide Schol. Pind. O. Pyth. 2. v. 6. Triclin. ad Sophocl. Antigon. v. 1134. Horatium lib. 1. O. 7. v. 3. aliosque) qui Choreis maxime fuit cultus, unde χοροποιός vocatur ab Aristoph. Ran. v. 411. Pro gratia Leid. m. & Voss. A. B. *gratia*. pro *videmur debere* Voss. B. *videmur velle*.

4 *Quare dicemus*] Vide quam accurate de Epaminonda dicturum se promittat: quod in aliis non fecit. Sed majore diligentia opus erat, quod major esset, qui describeretur. Sane Cicero Epaminondam principem Graeciae appellat *Tuscul.* 1. 2. & *summum omnis Graeciae virum* de orat. 3. 34. *Buchn.* Pro *primum* Voss. B. *primus*.

1 *Quibus discipl.*] Mf. Boecl. de *disciplinis*. Bofius.

2 *Digna memoria*] Inter quae referenda sunt dicta ejus illustria, non infimos certe animi atque ingenii ipsius testes, quae refert Plutarch. *Soph.* *βασις* 70. *Ernstius*. V. *not.* *Boecleri ad praef.* 1. Bofius. Voss. B. *memoria digna*.

3 *A plurimis*] Immittenda praepositio *a*, ut sententiae ambiguitas evitetur. Notarunt quoque P. Daniel, Savaro, & Schottus. *Diodor.* Lib. 15. *Ἐκίτως κ' ἑτέροις ἰπποκράτους συντίλεισι.* Gebh. Praepositionem habent optimi libri, Gif.

Sav.

CAP. III.

Natus igitur ¹ patre, quo diximus, honesto genere, pauper jam a majoribus relictus. ² Eruditus autem sic, ut nemo Thebanus magis. nam & citharizare, & cantare ad chordarum sonum doctus est ³ a Dionysio: qui non minore fuit in musicis gloria, ⁴ quam Damon, aut Lamprus; quorum pervulgata sunt

Sav. Dan. Leid. Vulgo abest. Cod. Boecl. una voce auctius: *quae a plurimis pluribus omn.* non male. *Bosius.* Praepositio abest a meo Leidensi. Voss. B. *quae a plurimis pluribus omn.* Anteponiuntur exhibent omnes mei Codices; in Edd. tamen Londin. & Oxon. editum est *anteponitur.* De re consule P. Manutium ad Ciceron. Lib. 5. ad Famil. Ep. 12. p. 235. & J. Perizonium ad Aelianum lib. 7. V. H. cap. 14. n. 17.

¹ *Patre honesto genere]* Mediocri & humili. Nam Latini, quorum parentes obscuros dicere nolunt ac viles, vocant *honestos*, gratia quadam sermonis. *Aelianus* Polymnim scribit existisse ἀπαῖν, lib. 12. *Var.* 43. ἡ Ἐπαμινondas ὁ πατρὸς ἐν ἀπαῖς. Cicero Tusc. quaest. *Qui quum esset bonis parentibus, atque honesto loco natus.* Gebhardus.

² *Eruditus autem sic]* Diod. l. 15. μὲν γὰρ ἐν τοῦ τοῦ πατρὸς παιδείας. Justinus 6, 8, 9. *Fam literarum studium, jam philosophiae doctrina tanta, ut mirabile videretur, inde tam insignis militiae scientia homini inter literas nato* Quod probe noetur contra Cyclopes aevi nostri, qui virtutem militare literarum studiis vociferantur remitti ac languescere. Contra sensit prudentissimus scriptor *Diodorus Siculus*, qui doctrinae

beneficio Epaminondam tantum bellatorem tamque prudentem imperatorem evasisse asseverat. *Τηλικούτα*, inquit, *παρὰ δέξας διαπράξατο δὲ τῶν ἀρχόντων, ἵν' αὐτῶν ἐν παύσει αἰετῶν ἕποντο πλεονεξίᾳ.* Gebh. Si quis autem videre cupit, quantum conferat philosophia ad rem militarem, legat *Chionis Platonici ad Matridem epistolam.* Lambinus. Exstat ea inter epistolas Graecorum ab *Aldo* editas. Quae nam autem disciplinae duci necessariae, quae inutiles ac noxiae sint, de eo exstat proluxa disputatio *Naudaei lib. 2. de studio militari sect. 2. & 3.* *Bosius.* Inter philosophos, qui militarunt, & Remp. simul gesserunt, Epaminondam recenser *Aelianus* 7. V. H. 14. Lib. 3. c. 17.

³ *A Dionysio]* Fuit hic Lyriffes Thebanus excellens. Auctor *Plutarchus* in lib. qui inscribitur *Musica.* Magius.

⁴ *Quam Damon aut Lamprus]* Damon hic fuit Atheniensis, qui teste *Plutarcho* l. c. Lydiam harmoniam remissam excogitasse fertur. Ejusdem Damonis meminerant *Plato dialogo de Repub.* 4. [*& in Lachete ac Alcibiade*] & *Athenaeus* 14, 11. *Lamprus* a *Plutarcho* eod. loco inter eos, qui lyricorum pulsaminum praestantes habiti sunt, refertur. *Plato* tamen hunc imperitum fuisse

sunt nomina: ¹ [carmina] cantare tibiis ² ab Olympiodoro, saltare a Calliphronē. At Philosophiae ³ praeceptorem habuit Lysim Tarentinum, Pythagoreum: cui quidem sic fuit deditus, ut adolescens + trifstem & severum senem omnibus aequalibus suis in familiaritate antepotuerit: neque prius eum a se dimiserit,

musicum demonstrat in *Menexeno*. Lamprī item meminit *Athenaeus* 1, 16. & 2, 2. Magius. Voss. B. *Damī*. Pro *Lamprus* Leid. *Lampus*. pro *pervulgata* Voss. A. *pervigata*.

¹ *Carmina*] Aberat Mss. Dan. & Leid. & suscebat etiam Gebhardus. Vix dubito quin glossēma sit. *Bosius*. *Carmina* abest etiam a Leid. m. Pro *Calliphronē* Voss. A. *Calliphronē*.

² *Ab Olympiodoro*] Et ab Orthogora, vide supra ad 15, 1, 3. *Bos*.

³ *Præcept. hab. Lysim Tarent*] *Ira Cicero* 3. de *Orat.* 34 & 1. *Offi.* 44. *Diodorus Sic.* l. 6. in *Exc. Peiresc.* pag. 147. *Pausanias Boeoticis*, *Aelianus var.* 3. 17. *Malchus* sive *Porphyrius extrema vita Pythagorae*, *Jamblichus in ejusd. argumenti opere* c. 35. &c. Qui omnes *Lysidem* sive *Lysim*, quomodo & in Mss. Dan. correctum erat; non, ut in plerisque Mss. & vet. edd. *Nepotis* legitur, *Lysiam*, vocant. Ejus epistola ad *Hipparchum* quendam legitur inter epistolas *Graecorum* ab *Aldo* editas, itemque inter fragmenta *Pythagoricorum*, cum *Laërtio Casauboni* edita: & paullo aliter apud *Jamblichum* l. c. cap. 17. ubi vide notas *Jo. Arerii Theodoretī* p. 80. Alia de *Lyfide* habes apud eundem *Jamblichum* d. cap. 35. & c. 30. p. 162. & *Porphyrium* l. c. p. 36. ed. *Rittershusii*, cujus ibi notas vide. Ceterum *Nomus* in *collectione & expositione historiarum*, quartum *Gregorius*

Naxianzennus orat. 1. in *Julianum* nemit, cap. 19. *Epaminondam* *Philolai* *Pythagorici* discipulum facit. ὁ Ἐπαμειώνδας τὸ γινῶσθαι ἐν θεσπιάῳ, ὁ ἀεισιόσας ἐν τῷ λευτεριῷ πολίῳ, μαδύτης γερύμῳ. *Philolai* τὸ Πυθαγορείου. *Bos*. Leid. & Voss. A. B. *Lysiam*.

⁴ *Trifstem & severum senem*] Ex tota phrasi indices magis ac magis deprehendo, *Ciceroni* aetate proximum hunc auctorem extitisse, eumque ipsum esse *Cornelium Nepotem*. Nam & ille *trifstis* eodem significatu frequentat & *severus* adjungit. De *Clarīs Oratoribus*: *Trifste & severum dicendi genus*. De *Oratore*: *Severus ac trifstis virtus*. De *Aruspicum Responsis*: *Trifstia autem & in omni re severitas absit*. De *Clarīs Oratoribus*: *Homo ipsa trifstia & severitate popularis*. *Tacitus* 16, 22. *Et habet sectatores, vel potius satellites qui nondum contumaciam sententiarum, sed habitum vulturnaque ejus sectantur rigidi & trifstes, qui tibi lasciviam exprobrent*. *Capitolinus Antonino Pio*: *Atulius Fulvius, qui & ipse fuit consul, homo trifstis & integer*. Vulgo talem *melancholicum* appellamus: *Graeci* σκυδραπόν, *Diogenes Laërtius*: Σκυδρῶν ἢ τὰς ἀνά σκυδρατῆς ἢ σκυδρατῆς ἀεί, ὡς πρὸς αὐτὸ συντυχὲς λέγειν ἢ Πλάτων, Σκυδρατῆς, δὴς χάρις. *Gebhardus*. Vocem *trifstis* illustravit *Celeb. J. Perizonius* in *Epist.* 3, ad *N. Heinsium*. *Senem* *Noster* vocat *Lysim*, non

rit, ¹ quam in doctrinis tanto antecesserit condiscipulos, ut facile intelligi posset, pari modo superaturum ³ omnes in ceteris artibus. Atque haec ad nostram consuetudinem sunt levia, & potius contemnenda: ² at in Graecia utique olim magnae laudi erant. ³ Postquam ephebus factus est, & ⁴ palaestrae dare operam coepit: ⁵ non tam magnitudini virium servivit, quam

ve-

non propter aetatem, sed quia philosophus fuit: omnes enim olim philosophi hoc titulo fueri insigniti. Propertius lib. 2. El. 25. vs. 30.

Quid tua Socraticis tibi nunc sapientia Libris

Proderit? aut rerum dicere posse vias?

Aut quid Lucreti tibi prosunt carmina lecta?

Nil iuvat in magno vester amore senex.

Ubi vide Passeratii notas. Phaedrus lib. 2. in Prol. vs. 8. de Aesopo. Equidem omni cura morem servabo senis. ubi Cl. Schefferus consulendus. Pro anteposuerit Leid. m. compisuerit.

¹ *Quam in doct. tanto antecesserit*] Sic Mf. Boecl. & ed. Paris. Vulgo est, *quam doct. antecessit*. mox Dan. possit. Bosius. Praepositio in abest a meo Leidensi, quam tamen Vossiani A. & B. agnoscunt. & pro antecessit Voss. B. antecesserit. Antecedere vero pro antecellere optimos scriptores posuisse ex hoc ipso etiam Auctoris loco docet Cl. Daviesius ad Ciceron. Lib. 1. Academic. cap. 1. Pro discipulos Voss. A. discipulis, sed supra notarum erat discipulos.

² *In Graecia magnae laudi er.*] Non est dissimulandum, membranarum Schotti laudi h. l. abfuisse, & di-phthongo ae. superscriptum i. U-

Noster scripsisse videatur, in Graecia magni erant: quomodo 9, 1, 1. & 14, 1, 4. locutus est. Bosius.

³ *Postquam eph. f. e.*] Msc. Boecl. corrupte. *Post ephebus est factus*. Bosius. sic etiam Voss. B.

⁴ *Palaestrae*] Nam inter quatuor artes, quibus apud Graecos pueri atque adolescentes exercebantur, etiam gymnastice erat: de qua post Hier. Mercurialem, Pet. Fabrum aliosque accurate Vossius lib. de quatuor artib. popular. cap. 3. Bosius.

⁵ *Non tam magnitudini virium*] Quae Imperatori non tantopere sunt necessariae, neque in ipso requirendae. Nam Ducis in consilio posita est virtus militum, teste P. Syro Mimo, Auctor de viris ill. c. 35. Scipio Asiaticus frater Africani infirmo corpore, tamen in Africa virtutis nomine a fratre laudatus. Aliter tamen censet Onosander, laudatque robur Trajani Plinius junior panegyrico. Gebhardus.

⁶ *Illam enim ad Athletarum usum, hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere.*] Voss. B. non inveniuste; *Illam enim Athletarum usum, hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere.* Saepe Latini praepositiones in priori membro omittere solent. Vid. Cel. Burm. ad Ovidium 1. Art. Amat. vs. 333. & Bentleum ad Horatium lib. 3. Carm. Ode 25. vs. 2.

Aa 2

Grac-

velocitati. ⁶ illam enim ad athletarum usum; hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimum currendo & luctando, ad eum finem, ¹ quoad stans complecti posset, atque contendere. ² In armis plurimum studii consumebat.

CAP.

Graccorum imitatione. Pindarus Olymp. 2. vs. 109. ἼCor δὲ ὑψηλοῦ ἀνεί ἸCa δ' EN ἠμύγειν ἀνεί ἔχοντες, ita & O. Pyth. 4. vs. 232. nec non O. Pyth. 5. vs. 93. Καὶ Δαυδάσμων, ENτ' Ἀγῆσι, καὶ Ζαθία Πύθοι.

[¹ Quoad stans compl. poss.] Clar. Dn. Boeclerus ad hunc locum notat, Cl. Freinshemium legendum existimare: *quo adstans*. Verum ita ante multos annos emendavit Schoppius lib. 3. Verisim. cap. 4. & ego in Ms. meo libro reperi, qui cum Schoppii veteribus codicibus in plerisque consentit. *Ernst. Schoppius verisimil.* 3. 4. cum libris Bavaricis & quibusdam edd. vet. mallet *quo adstans*, quomodo & *Freinshemius* legendum existimabat, sed sensu diverso. Nam *quoad adstans* exponebat *coram factus, prope hostem positus*; ut sensus sit, non modo currere didicisse Epaminondam; sed etiam luctari, quo adstans & prope hostem positus eum complecti atque cum eo contendere posset. Schoppii vero sententia *adstans* idem fuerit quod *stans*, ut in Priapaeis: *Auctinum sterilis dubus adstans*. & apud Plautum Aulul. 1, 1, 17. *Istic adstato*. Jacentes enim, inquit; & stantes luctari solebant. de quo *P. Faber Agonist.* 1, 10. & *Mercurialis de Arte Gymnast.* 1, 8. In Ms. Boecleri fuit: *currendo* (omissa voce *luctando*) *ad eum finem, quod stans compl. p. a. c.* Vir celeberrimus, & de literis humanioribus, si quis a-

lius, nuper & de me seorsim praecclare meritus, *Jo. Fr. Gronovius*, nil mutandum existimabat. Apponam verba ejus ex epistola ante complures annos ad celeberr. *Boeclerum* scripta: Memini, inquit, olim tecum egisse me de verbis in *Epaminonda* cap. 2. Itaque exercebatur plurimum &c. Ubi nihil placebat mutari: Duplex erat lucta; erecta quae peragebatur a stantibus, & *voluptaria* jacentium. Quin etiam vulgo acrius & vehementius agentes videntur non cum casu fecisse finem repugnandi, sed tum quoque laborasse, ut secum detractum adversarium, si forte, succumbere cogerent. Quo alludens Justinus lib. 31. *Cum Romano, seu occupaveris prior aliqua, seu viceris, tum etiam cum victo & jacente luctandum esse*. Ab illo igitur sive altero genere, sive nimirum conatu luctandi abstinuisset Epaminondam, usumque lucta haecenus, seu certamen eousque produxisse, quousque stans & erectus, nondum jacens aut genibus nixus, adversarium complecti & nodis stringere & parem illi praestare posset. Jacentis enim illam contentionem ad studium & spectaculum pertinere judicavit, & illorum esse, qui in luctando nihil praeter praesentem victoriam & athletae nomen spectarent: ipse autem palaestra se castigabat, non propter campum, nec ut secum comparatum omnino vinceret; sed

CAP. III.

Ad hanc corporis firmitatem ² plurima etiam ani-
mi bona accefferant. Erat enim ³ modestus pru-
dens,

ut exerceretur in praefens, in posterum melior agiliorque miles esset. De compacto igitur cum luctatore seu palaestrita egit, ut, si alteruter supplantatus collaberetur, ambo certaminis desinerent. *Usque ad eum finem*, non est ea de causa, sed *hucusque*: ut Ciceroni act. 1. in Verrem: *Mansit in conditione & patto usque ad eum finem, dum iudices rejecti essent. Quae verba perperam sollicitantur a viris doctis, Lib. 1. de nat. deorum: Quid dicam, quantus amor bestiarum sit in educandis custodiendisque iis, quae procreaverunt, usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere. Quod si plures Mss. adfirmarent quod stans, forsan rejiciendum non esset. Scis enim Terentio & Ciceroni & similibus saepe poni *quod* pro *quoad* vel *quantum* ad. Haec Gronovius. Quod Nepos haec dixit usque in eum finem, pro eo cap. 9. 3. usque eo posuit: usque eo retinuit, quoad renunciatum est vicisse Boeotios. Qui locus receptam lectionem, meo quidem iudicio, mire confirmat. Cicero alibi dixit *ad eum finem*. v. Ind. A Leid. tamen aberant illa *ad eum finem*. Bof. Leid. m. *quo astans*. Voss. A. *quo adstans*. B. *quod stans*. cui lectioni & ego faveo, licet nil mutem; vide ad Chab. 3, 3 *Stare* vero proprie ad *Luctam* illam erectam respiciens hic utitur Noster. Hinc etiam *Luctatores stare* dicuntur, qui eum, quem cepere locum, obtinent. Vide Elegantiss. Eroukhufium*

ad Tibullum lib. 3. El. 6. vs. 4. & Manurium ad Ciceronem lib. 1. ad Fam. Ep 4.

² *In armis*] Mf. Dan. addit *vero*, non male. *Bofius*. *Vero* etiam Leid. m. Voss. A. & B. qui pro *consumebat*, *consumabat*.

¹ *Ad hanc corp. firm.*] Voss. A. *At hanc corp. firm.*

² *Plurima animi bona.*] *φωσισ* *πλεονηματα* *αρετων* *αρετων*. Diodor. lib. 15. Gebhardus.

³ *Modestus*] Epaminondas modestus fuit in muniis citra ambitum & fastum susceptis gestisque, in cultu corporis, & sensu de se moderato. Munia humiliora non sprexit, donec ad majora se praepararet & adscenderet. Eadem ita gessit, ut ornamentum non accipere, sed dare ipsi dignitati videretur. *Fufinus* 6, 8, 8. *Valer. Max.* 3, 7. ext. 5. Simplici veste & victu utebatur, *Aelian. Var. histor.* 5, 5. *Plutarch. in Lycurg.* Arma magis ad usum, quam ornamentum habebat. Attico adolescente ensis Epaminondae capulam irridente, velut ex vilissimo ligno rudem & inelaboratum; *atqui*, inquit Epaminondas, *dum pugnabimus, capuli quidem periculum non facies; ferrum autem non poenitendum tibi videbitur. Synes. in orat. de regno.* Postridie pugnae Leuciricae, cum ante serena & exporrecta fronte solitus esset in publicum prodire, subtristis & humilis processit. Interrogantibus amicis, *namquid ipsi adversum acci-*
disca,

dens, gravis, ¹ temporibus sapienter utens, peritus belli, fortis manu, animo maximo: adeo ² veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur. Idem continens, clemens, patiensque admirandum in modum: ³ non solum populi, sed etiam amicorum ferens injurias: inprimisque commissa celans; quod interdum non minus prodest, quam diserte dicere. ⁴ Studiosus audiendi. ex hoc enim facillime disci arbitrabatur. Itaque quum in circulum venisset, in quo aut de republica disputaretur, aut de philosophia sermo ha-

bc.

disset. Ille, Nihil, inquit, sed heri me sensi animo fuisse, quam par sit, solutioe & laetioe: quocirca hesterni gaudii intemperantiam hodierna castigo tristitia. Plut. Apopth. Haec de modestiae ejus exemplis. Loccenius. adde not. ad 1. 1. 1. Bostius. Pro item continens quod in Hackiana Editione conspicitur, omnes Codices idem continent. pro admirandum in modum Voss. B admirum in modum. pro inprimisque comm. Leid. m. inprimis comm.

1 *Temporibus sapienter utens]* Versum heic imprudenti excidisse Nepoti adnotavit Lambinus. Bostius.

2 *Veritatis diligens]* De Aristide simile quid refert Plutarchus. Bos.

3 *Non solum populi, sed etiam amicorum ferens injurias]* Leves injurias silentio & contentu, graves non acerbè ultus est, sed jure depulit. Quod ex Pythagorae disciplina habuisse videtur, cujus hoc est scitum apud Stobaeum: *Magna est peritia aliorum ferre imperitiam. Quale tamen non cuivis ingenium est. Loccenius.*

4 *Studiosus audiendi]* Ex consuetudine enim fortasse, licet jam eruditus, morem tacendi in disciplina Pythagorica receptum liben-

ter servabat; & silentio facile disci arbitrabatur: nam silentio parari sapientiam Pythagorici censuerunt; ideoque non minus, quam biennium, discentes audiendo tacebant. Lege *A. Gellium* 1. 9, Magius. Immo plerique quinquennium integrum silebant. De quo silentio post alios accurate egit celeberr. Schefferus noster lib. *de natura & constitut. philosophiae Pythagor.* cap. 12. *Plutarchus in Socr.* Genio ait, Epaminondam fuisse ἀπληστον τῆ μαθητικῆς ἀρετῆς ἢ ἀνεγὰδης. Bostius.

5 *Ad finem sermo esset adductus]* Lambinus perductus positurus a Schotto rejicitur. Libri scripti adductus. Plutarch. ibid. ait fuisse Epaminondam ἀπληστον τῆ μαθητικῆς ἀρετῆς ἢ ἀνεγὰδης Gebhardus. Lambinus putat rectius legi: perductus: nulla necessitate, cum etiam Cicero adducere dixerit pro perducere. lib. de senect. Simili virtute praeditus fuit Diogenes, de quo Laetius scribit, quod, cum Antisthenes eum ab auditorio arcere veller, baculumque jam intendisset, dixerit: *Caedes non enim ita durum baculum reperies, qui me abs te, quam diu sermonem habueris, abigere possit.* in Vita Diog.

Er-

beretur, nunquam inde prius discessit, quam ⁵ ad finem sermo esset adductus. ¹ Paupertatem adeo ² facile perpeffus est, ut de republ. nihil praeter gloriam ceperit. ³ Amicorum in se tuendo caruit facultatibus. ⁴ fide ad alios sublevandos saepe sic usus est, ut possit judicari, omnia ei cum amicis fuisse communia. Nam quum aut civium suorum aliquis ab hostibus esset captus, aut virgo amici nubilis ⁵ propter pau-

Ernstius. Lambinus mallet perductus. Sed ita Mss. plerique, ut Dan. Leid. & Schotto visi Longolus edidit *deductus. v. not. Ernstii.* Bofius. Leid. m. *eductus.* Voff. A. *deductus* B. *aductus* pro *adductus*.

¹ Paupertatem] *Fufinus* 6, 8, 6. *Pecuniae adeo parcus* (i. e. non cupidus) fuit, ut *sumtus fieri deesset.* *Gloriae quoque non cupidior, quam pecuniae.* *Frontinus* 4, 3, 6. *Tantae abstinentiae fuit, ut in suppellectili ejus praeter abonum & veru unicum nihil inveniretur.* *Aelianus* 5, 5. unam habuisse vestem scribit, eamque sordidam, adde eundem 2, 43. & 9, 11. *Appulejus in apologia, strenuam ei paupertatem tribuit.*

² Facile perpeffus] *Facilem eam, levem ac tolerabilem philosophando faciens, ut ait Plutarchus Pelopida, ubi plura in hanc rem.* Inter eos qui tenuissime parcissimeque vixerunt, recensetur ab *Athenaeo* 10, 3. Ceterum etiam haec patientia magnam gloriam parit. *Tacitus* 4, 44, 1. *Lentulo super consulatum & triumphalia de Getulis gloriae fuerat bene tolerata paupertas.* Unde *Aristides* dixit, plus gloriandum sibi egestatis causa, quam *Calliae* pecuniae: quippe paupertatem qui aegre ferret, ejus rarum esse exemplum. Refert ex *Aeschine* *Socratico* *Plutarchus* *Aristide.*

prope finem, & hinc docet, *Aristidem gloriam ex paupertate non minus, quam e tropaeis amasse, & cupivisse.* *Bofius.* *Adeo facile meo Leidenfi absunt.*

³ Amicorum in se tuendo caruit faculte.] *Alii libri caruerit. q. d. licet abstinerit & uti noluerit facultatibus.* *Gebhardus.* *Pelopidae inprimis, suas prolixè offerentis. vid. Plutarch. Pelopida pag. 279.* *Pro caruit* Mss. *Gif. Sch. ac, ut videtur, & Dan. caruerit.* Sed repugnant quae proxime sequuntur. *Bofius.* *Leid. m. caruerit.* *Pro possit judicari* *Leid. m. judicari posse.*

⁴ Fide ad alios sublev.] *Ut qui ficienti viam ad fontem monstrat, humanus quoque & beneficus est: ita quum Epaminondas ipse non haberet in bonis, unde benefacere posset egentibus, tamen eos ditioribus commendabat, & sic illorum ope eos sublevabat.* Hoc est quod *Perfa* apud *Xenoph. l. 5. de instit. Cyridicit: οτι ενδεεις εναι εν ανω χωρισ ενω, liberalitatem etiam sine auxo posse exerceri; nempe consilio & opera. qua de re videndus Tullius l. 2. offic. Loccenius. Videndus omnino Ambrosius lib. 2. de Officiis cap. 15. Quasi enim ex praeceptis exit Epaminondas. Buchnerus.*

⁵ Pr. paupert. collocari 2. p.] Sic Mss.

paupertatem collocari non posset, amicorum concilium habebat, & quantum quisque daret, pro cuiusque facultatibus imperabat. eamque summam ¹ quum faceret, priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quaerebat, ad eos, qui conferebant: cique ut ipsi numerarent, faciebat; ut ille, ad quem ea res perveniebat, ² sciret, quantum cuique deberet.

CAP. IV.

Tentata autem ejus est abstinentia ⁴ a Diomedonte Cyziceno. Namque is ⁵ rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat. Hic

Msc. Dan. & alii. Msc. Boecl. *quae pr. p. c. n. p. alii Cod. Magis teste, quam pr. paup. collocare non posset.* Bofius. Leid. m. & Voff. A. *Quam propter paupertatem collocare non posset.* Voff. B. *quae propter paupertatem collocari non posset.*

¹ *Quum faceret*] Msc. Dan. *cum fecerat.* bene. mox Lambinus & alii: *sciret quib. & quantum c. d.* Sed illa quib. & absunt meliorib. libris. Bofius. Leid. m. & Voff. A. etiam *fecerat.* paullo ante *pro concilium habebat* Voff. A. & B. *consilium habebat.* sed vulgaram lectionem utriusque hujus Codicis scripturae praefero. Vide Indicem Bofii & Cl. Oudendorp. ad Frontinum lib. 3. Strateg. cap. 2. n. 17.

² *Sciret quibus & quantum cuique deberet*] Scribendum Vet. libb. auctoritate. *sciret quantum cuique deberet.* Lectio vulgata est tradux Lambinianae. Gebb.

³ *Tentata autem ejus est abstinentia*] Voff. A. *temptata.* Est non reperitur in Voff. B. eleganter. Cicerone 1. ad Fam. Ep. 9. n. 33. *Ra-*

creati enim boni viri consulatu tuo, & constantissimis atque optimis actionibus tuis excitati, Cn. Pompejo praesertim ad causam adiuncto: subintellecto verbo substantivo, ita enim ibi ex Mss. legitur. Vide, quae congeffi ad Aristidem cap. 3. n. 3. mox pro & Micythum Leid. m. Admibitte Voff. A. Michitum B. Michithum. Verbum perducere proprium in hac re. Hyginus fab. 47. Phaedra Minois filia, Thesei uxor, Hippolytum privignum suum adamavit. Quem cum non potuisset ad suam perducere voluntatem.

⁴ *A Diomedonte*] Idem testantur Plutarchus apophth. reg. & Aelianus Var. H. 5, 5. A Jafone quoque Thessalorum tyranno tentatum, narrant Plutarchus l. c. & Aelianus 12, 9. ubi & de Pelopida, Phocione & Ephialte familia refert. Bofius.

⁵ *Rogatu Artaxerxis. Ep. pecunia corrump.*] Msc. Boecl. *rog. Artaxerxis regis Eo. corrump.*] omiffa voce pecunia. mox Msc. Dan. *Michitum: & statim Micythus ac Diomedonti & v. 2. si rex ea vult.* Bofius.

Hic magno cum pondere auri Thebas venit; & Micythum adolescentulum quinque talentis ad suam perduxit voluntatem: quem tum ¹ Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam convenit, & ² causam adventus Diomedontis ostendit. At ille ³ Diomedonte coram, *nihil*, inquit, *opus pecunia est. nam si ea rex vult, quae Thebanis sint utilia, gratis facere sum paratus: sin autem contraria, non habet auri atque argenti satis.* ⁴ Namque orbis terrarum divitias accipere nolo, ⁵ pro patriae caritate. ⁶ Te, qui me incognitum ⁷ ten-

¹ Epamin. plurimum diligebat] Videtur hic adolescentulus ab Epaminonda fuisse adamatus. Sed Athenaeus 13, 38. ex Theopompo Asopticum ab Epaminonda amatum fuisse refert. Consuevere namque Thebani pueros amare: unde cohors illa ex amatoribus & amatis, de qua Plutarchus in Pelopida. Hi tamen obsceni erant amatores. Xenophon in Symposio, & lib. de rep. Laecedaem. Sed Epaminondas neutiquam paedico videtur fuisse, cum Plutarchus in Pelopida & Probus in praesenti vita continentem eum fuisse dicant. Magius.

² Causam adventus Diomedontis ostendit] Ostendere hic notat dicere, declarare, docere. Vide viros Eximios Graevium in Lect. Hesiod. cap. 12. & in Addendis pag. 135. Curtium ad Cic. lib. 2. Fam. Ep. 3. n. 4. & P. Burm. ad Phaedr. l. 5. Prol. vf. 12.

³ Namque orbis terr. divit. accipere nolo pro pat. carit.] Abstinentiae Epaminondae & hoc esto testimonium: quum intellexisset scutiferum pecuniae plus aequo ab homine captivo exegisse: Redde, inquit, mihi scutum, tibi vero ipsi patrique caupo-

nam redime. Credebat hominem quaestui deditum, ad cauponandum quam belligerandum aptiorem fore. De mensa sua frugali solitus est dicere: Tale prandium non capit proditionem. Plutarchus in Lycargo. Loccenius. Ceterum haec verba absunt Ed. Ultraj. Sed libri agnoscunt. Lambino e Graecis expressa videntur, legendumque cum Cl. Puteana putat prae patr. car. quod etiam Schotto & Buchnero placebat. Sed nulla necessitate. v. Ind. pro. Bofius.

⁴ Pro caritate patriae] Alii legunt prae. sed pro non videtur mutandum, expressum ex avri. sic, avri χρυσῶν χάρις pro aureis aenea Xenophon Agesilao μάλα ἔκδοτον ποίων, αἷς ἔτε πᾶσαν τὴν γῆν διέταρον ἀπὸ πατρῶν. Curtius lib. 5. cap. 58. Quasque sedes elegeris, pro patria & domesticis rebus petitori. Gebh.

⁵ Te qui] Haec pars orationis Diomedonrem respicit: illa quae sequitur, Tu argentum h. v. ad Micythum pertinet. Boeclerus. Ceterum pro Te qui, Mss. Sch. tuque: Dan, tu quod non male. cod. Boecl. & Longol. tu qui. statim vulgo erat, tibi ignosco. mox alii: Et tu Micythe. Statim Mss. Boecl. ego tradam

tentasti, tuique similem existimasti, non miror: tibi que ignosco. sed egredere propere, ne alios corrumpas, quum me non potueris. ¹ Tu Micythe, argentum huic redde: ² nisi id confestim facis, ego te tradam magistratui. Hunc ³ Diomedon quum rogaret, ut tuto exire, suaque, quae ⁴ attulisset, liceret efferre: istud, inquit, faciam: neque tua causa, sed mea: ne, si tibi sit pecunia adempta, aliquis dicat, ⁴ id ad me ereptum pervenisse, quod

dam magistr. possis de argento capere. Bofius. Leid. m. tu qui, Quae Lectio non tam barbara est, quam videtur. Est genus dicendi, ut ajunt absolutum, quod Grammatici per syllepsin explicant, optimis utriusque linguae Auctoribus familiare. Consule Cl. Burmannum ad Petronium Satyric. cap. 60. pag. 303. & Cortium ad Ciceron. lib. 1. ad Fam. Ep. 8. n. 13. Voff. A. pro tentasti, temptasti. prone corrumpas Leid. & Voff. A. neque alios corrumpas.

¹ Tu argumentem huic redde] Vulgati libri I tu Micythe, quod correctores extuderunt ex scriptura Membranarum Et tu Micythe. Gebh.

² Aut nisi id confestim facis, ego te tradam magistratui] Videtur Belgicimus, sed revera est elegans loquendi modus Latinis usitatus, qui per verbum facere praecedentia significare solent. vide Cl. Burm. ad Ovidium Ep. 1. Heroid. vs. 103. & Tib. Wopkens lib. 1. Lect. Tull. cap. 3. Caeterum Aut abest Voffiano B. qui & pro ego te tradam, exhibet ego tradam. pro magistratui Leid. m. magistratu. Dativus antiquus, de quo latissime egere Tenulius & Oudendorpius ad Frontinum Lib. 2. Strateg. cap. 4. n. 52. nisi praeferas magistratibus. Vide quae

dicimus ad Pelopid. cap. 2. Tradere. etiam proprium in hac re est verbum. Hyginus fab. 27. Patitque, ut interficiendus sibi traderetur, aestimans Hippoten esse. In Phocione cap. 4. Inde judicio, legitimis quibusdam confectis, damnatus traditus est undecim veris, quod statim ipse explicat, quibus ad supplicium, more Atheniensium, publice dammati tradi solent. In custodiam tradere Veteres etiam dixere. vide Cl. Cortium ad Sallustium Catil. cap. 50. n. 3. Eodem modo Graeci verbum παραδίδωμι adhibuere. Vide Raphelium ad Euang. Joannis cap. 19. comm. 16. Ellnerum ad Euang. Lucae cap. 21. comm. 12. & Alberti ad Acta Apostol. cap. 8. comm. 3. Pro exire Leid. m. exiet Voff. A. & B. exiret. ³ Attulisset.] Exc. Dan. attulerat. Bofius. Voff. B. attulisset.

⁴ Id ad me erep.] Sic diserte Dan. habet. Boecl. id a me er. Longol. id me er. Ceteris fere abest rō id. Bofius. Leid. m. id me ereptum. Voff. A. ad id me ereptum. B. id a me ereptum. pro quae sisset Leid. & Voff. A. B. quae sisset.

¹ Quo se deduci] Ita rescripti auctoritate codd. Dan. & Boecl. Antea editi habent, duci. vide Ind. mox Dan. & Gebhardi V. L. pro adscend. habebant descendere, de qua voce diximus.

quod delatum accipere noluissem. A quo quum quaesisset, ¹ quo se deduci vellet; & ille, *Athenas*, dixisset: praesidium dedit, ut eo tuto perveniret. Neque vero id satis habuit, sed etiam ut inviolatus in navem ascenderet, per Chabriam Atheniensem, de quo supra mentionem fecimus, effecit. ² Abstinentiae erit hoc satis testimonium. Plurima quidem ³ proferre possemus, sed

ximus ad 2, 8, 6. Pro *effecit*, quod in Mss. Gif. & Schotti legitur, vulgariae edd. *curavit* ponunt, idque ante illa, *de quo sup. m. f.* Longolius procuravit. Bofius. Leid. & Voff. A. *deduci*. B. *duci*. Legendum *deduci*, *deducere* enim est de loco in alium locum ducere. saepius vero haec duo verba confunduntur. Vide Cort. ad Sallust. *Catilin.* cap. 55. n. 2. Mox pro *diceret*. Leid. m. & Voff. A. B. *dixisset*. pro *eo tuto* Leid. *ex tuto*. Caeterum Leid. m. & Voff. A. B. hic legunt *ascenderet*. Recte. De Mss. haec verba saepius confundentibus latissime jam egisse video Cl. Arntzenium ad Victorem de *Viris Illustr.* cap. 58, n. 3.

² *Abstinentiae*] De hac abstinentia sua ipse Epaminondas praeclare disputat apud *Plutarchum de genio Socratis* pag. 583. *Et seqq.* Imitatus eum Philopoemen est, sicut in aliis etiam hunc virum exemplum sibi proposuit vitae. *Plutarch. Philopoem.* pag. 357. B. 364. 365. Fuit ei & fortuna similis, & morte, vid. *Plutarch. pag. 363.* F. & cum casum ejus refert. *Buchnerus.*

² *Abstinentiae erit hoc satis testimonium*] Miserum *Lambinum!* qui statim, quae ipsius captio non est, aut delet aut supplet pessimo Latinae Linguae. Existimabar haec aliquid desiderari: quare liberaliter suppediat lectionem: *abstinentiae*

erit hoc satis magnum testimonium. Vel ordinat: *Hoc testimonium abstinentiae, quod exposuimus, satis erit.* Denique dicat corrigendum esse: *abstinentiae erit hoc satis testimonium.* Nugae. Solemne antiquioribus scriptoribus apponere nomen eo casu, quem vocabulum *satis* exigebat. cum regulariter dicendum fuisset *satis testimonium*, probe extulit Nepos: *abstinentiae erit hoc satis testimonium.* Ovidius?

Fortunamque dies habuit satis. Quod ex vetustis codicibus recte, nequicquam relatrantibus indoctis, restituit *Raphael Regius*. Cicer. l. 12. ad Atticum: *Si satis consilium qua de re haberem.* Cajus l. 19. ff. de Oper. Libert: *Satis tempus ad quamvis faciendum, unde alii possit, habebat.* Tacitus 12. 56. 2. *Sat tamen spatium amplexus ad vim remigii.* Ut ibi restitui. *Gebhardus.* Adde *Gruterum ad Plaut. Menaechm. prol. 16.* *Schoppium Grammat. philos. pag. 112.* *Phil. Pareum Lexico critico pag. 116.* & quae nos in *Indice.* In *observationibus Gifanii in Linguam Lat.* pag. 220. locus hic ita laudatur: *Abstinentis erat hoc satis testimonium.* Quod fateor me non capere. Nec additur, an in vet. lib. sic legerit. *Bofius.* Adde Cl. *Corrium ad Sallust. Catil. cap. 58. n. 9.* Eodem modo Graeci *ἀδίσ.* vide *Homerum Odyss. E. vl. 38, & Odyss. N. vl. 136.* A-pol-

fed modus adhibendus est : quoniam uno hoc volumine vitas excellentium virorum concludere constituimus : quorum separatim ¹ multis millibus versuum complures scriptores ante nos explicarunt.

CAP. V.

¹ Fuit & disertus, ut nemo Thebanus ei par esset eloquentia : neque minus ³ concinnus in brevitate respondendi, quam in perpetua oratione ornatus.

⁴ Habuit obtrectatorem Meneclidem quendam indidem

pollon. Rhod. i. Argonaut. vf. 1261. Eurip. in Phoeniss. 1241. & Ill. Spanh. ad Callim H. in Jovem. vf. 84.

³ Proferre] Aberat Msc. Boecl. non male. mox Dan. & alii codd. *vitam*: quod Magio emendatius videbatur. Et sane singulari numero etiam in *praefat. extr.* usus est Noster; vide quae ibi adnotavimus. mox alii *quas*, vel *quam separatim*: sed *quorum* etiam in Exc. Dan. & Ed. Aldina legitur. Post *excellentium virorum*, vulgati addunt *complurium*: quod Msc. Boecl. abest. Idem Msc. pro *concludere* legit *conducere*. Bofius. Proferre etiam abest Vossiano B. pro *vitae* Leid. m. & Voss. A. *vitam*. pro *complurium* Voss. A. *complurimum*, sed abest Vossiano B. qui pro *concludere* exhibet *conducere*. Pro *constituimus* Leid. *constituemus*.

¹ Multis millib. versuum] Sic solebant veteres ex versuum numero libri magnitudinem significare ac notare: fortasse ne quid alienum inculcaretur, ac supponeretur, vel ne quid detraheretur. V. Ind. *versus*. Ceterum hunc locum imitatus videtur auctor *epitomes ecclesiae* Hygini contra *haeresiarchas*, ante hos annos xxiv. primum a Sirmondo editae, in prooemio: *Sancti quique*

orthodoxi viri, suo quisque tempore in usucujusque haeresis ortum, & certamen, & exitum, per plurimos libros, & multa millia versuum conscripserunt. quae nos epitomantes iuvante Domino, hoc uno libello conclusimus. Bofius.

² Fuit & disertus, ut nemo Theb. ei p. e. el.] Idem Plutarchus in *praecipis Politic.* testatur: *Quod si forte causam dicturus, vel legationem obiturus, tu teipsum ad dicendum intelligas parum idoneum, virum dicendi peritum adiutorem tibi sociumque muneris adsciscas, ut Pelopidas Epaminondam. Eloquentiam Principis, ingens sibi & aliis in publico munere adjumentum esse, liquet. Laccenius. Cacterum Mf. Boecl. habet, ut nemo ex Thebanis p. eff. el. Exc. Dan. ut n. ei Thebanus. Bofius. Leid. m. ne nemo. sed Voss. A. B. ut nemo. Pro fuit & disertus Voss. B. fuit etiam disertus, cui & *quod* ei abest*

³ Concinnus] Cujus brevis responsio aptissime congrueret. M. Tullius de Finibus. *Aristo concinnus & elegans.* & de Oratore, *Concinna, distincta, ornata, festiva Oratio.* Gebh.

⁴ Habuit obtrectatorem Meneclidem quendam &c.] De Meneclide vid. Plutarchus *Pelopida*, & in *praecipis politicis.* Bofius.

dem Thebis, ¹ & adversarium in administranda republ. satis exercitatum in dicendo, ut Thebanum scilicet. namque ² illi genti plus inest [virium], quam ingenii. Is, quod in re militari florere Epaminonda ³ videbat, hortari solebat Thebanos, ut pacem bello anteferrent, ne illius imperatoris opera desideraretur. Huic ille; *fallis*, inquit, *verbo cives tuos, quod hos a bello* ⁴ *avocas.* ⁴ *otii enim nomine servitutem*

con-

¹ *Et adversarium*] Ita recte meliores libri, puta Dan. Leid. Boecl. Vulgo copula deest. *Bosius*. Pro *indidem* Voss. B. *indedem*. pro *adversarium in administranda* Leid. m. & *adversarium administranda*. pro *exercitatum* Voss. B. *exercitus*. forsitan pro *exercitum*, sed *exercitatum* praefendum. Vide Cl. Oudendorp. ad Frontinum lib. 2. Strateg. cap. 1. n. 30.

² *illi genti plus inest virium*] Ob crassum, ut volunt, aërem. Quod notus Horatii versus docet. [*epist.* 2, 1, 244.]

Boeotum in crasso jurares acre natum.

Et illud Tullii in lib. de Fato cap. 4. Athenis tenue coelum, ex quo etiam acutiores putantur Attici: crassum Thebis; itaque pingues Thebani & valentes. Tertullianus de anima cap. 20. Thebis hebetes & brutos nasci relatum est. Pindarus apud Strabonem l. 7. p. m. 321. olim porcos inde dictos notat. Attamen Epaminondas, Pelopidas, Ismenias, Cebes, Pindarus, omnes Thebani, satis ingeniosi fuerunt. Unde liquet, praeter coelum & patriae indolem, singulis naturam adhuc proprium aliquod suumque ingenium & affectus dare: ita ut sint crassae aliquae in tenui coelo mentes, & tenues in opaco: quod docte exquirunt *Barclajus* *Icon.*

anim. c. 10. Salmas. de amicis Climaet. p. 722. Sed & educatio multum hic potest. *Loccenius*. Adde *Besold. de natura populorum cap. 3.* & deinceps. *Torrent. commentar. ad Horat. p. 738.* De Boeotiorum ingenio etiam *Lambinus ad Horat. l. c.* & *Erasmus in adagiis* videri possunt. *avocō* dicitur putatos Thebanos, e *Demosthenis orat. pro pace* cognoscimus. *Bosius*. Adde *Eulstat. ad Dionysium Parieget. v. 426.* *Scholl. Apoll. Rhod. lib. 3.* *Argonaut. v. 1241.* *Tzetz. ad Lycophron. v. 433.* *Interpretes ad Aelian. l. 13. V. H. cap. 25.* & *Gebhardum ad Alcibiad. cap. 11. §. 3.*

³ *Avocas*] Mss. Boecl. & *Schotto* inspecti ac ed. Paris. *evocas*. quod tamen *Schotto* non sequitur. *Bosius*. Voss. A. & B. *evocas*. Haec verba saepius in Mss. confunduntur. Vide Cl. Graevium ad Cicronem 8. ad Famil. Ep. 11. & Cl. Oudendorp. ad Frontin. lib. 1. Strateg. cap. 4. n. 65.

⁴ *Otii nomine servit. conciliat*] Pacis falso nomine cives tuos alieno jugo ac dominationi subjecis. Cicero in Antonium: *cum his facta pax, non erit pax, sed pactio servitutis.* Infra *Timoleonte*. *Maximo bello tantum otii toti insulae conciliavit.* *Hamilcare: Tota Africa tantum otium*

rad-

concilias. Nam paritur pax bello. Itaque qui ea diuina volunt frui, bello exercitati esse debent. Quare se principes Graeciae esse vultis, ¹ castris est vobis utendum, ⁵ non palaestra. Idem ille Meneclides quum huic obijceret, ² quod liberos non haberet, neque uxorem duxisset; maximeque ³ insolentiam, quod sibi Agamemnonis ⁴ belli gloriam videretur consecutus: at ille, desine, inquit, Meneclida de uxore mihi exprobrare. nam nullius

in

reddidit. Caesar lib. 1. de B. Civil. cap. 5. Si qua hominum aequitate res ad otium deduci posset. Lib. 2. Civil. cap. 36. p. Erat in oppido multitudo insilens belli diuturnitate otii. Valer. Maxim. lib. 7. cap. 7. Tacit. lib. 15. Annal. cap. 6. Justin. lib. 6. cap. 9. Cicero Bruto: Eloquentia pacis est comes, otiique socia. Gebhardus. Sic M. Lepidus ad populum R. in fragm. Hist. Sallustii [c. 23.]: Ne nomina rerum ad ignaviam mutantes, otium pro servitio appellent. Petronius Turpilianus ad Tacit. A. 14, 39, 5. honestum pacis nomen segni otio imposuit. Civilis apud eundem H. 4, 17, 3. Simul se etis sermonibus admonebat malorum, quae tot annis perpessi, miseram servitutem falso pacem vocari. Loccen. Otium centies, uti & hic, pro pace usurpatur. Livius lib. 1. cap. 22. Senescere igitur civitatem otio ratus, undique materiam excitandi belli quaerebat. & ita lib. 3. cap. 30, 31, 65, & 68. lib. 4. cap. 28. In otio tumultuosi, in bello segnes. Justinus lib. 3. cap. 7. His malis fracti Lacedaemonii in annos triginta pepigerunt pacem, sed tam longum otium inimicitiae non tulerunt. Adi Manutium & Cortium ad Ciceron. lib. 2. ad Fam. Ep. 17. n. 8.

¹ Castris est vobis utendum] Voss. A. castris est nobis utendum. pro Meneclides Voss. B. Meneclides. & mox

pro Meneclide, & Meneclides Voss. A. & B. item Leid. m. Meneclida & Meneclidas. quam tuo absunt Vossianis A. & B.

² Quod liberos non haberet, neque uxorem duxisset] Vid. inf. ad cap. 10, 1. Bofius.

³ Insolentiam] Suppositum Lambino videtur; nec tamen delere audeo. Bofius.

⁴ Belli] Sic Mss. Dan. ac Schotto visi, & Ed. Ultraj. Vulgati, bello statim vulgo erat: desine, inquit, Meneclide. Nos auctoritatem codicum Dan. & Boecl. sequuti sumus. Meneclida, ut Atrida, Anchisa, Aecida, de quibus Vossius & de analogia 2, 2. ac 3. Illa quam tuo, quae vulgo voci minus subjunguntur, etiam Mss. Dan. Schott. Leid. & Ed. Ultraj. aberant. Schottus tamen perspicuitatis causa retinebat. Bofius. Bello etiam Leid. m. sed Vossiani A. & B. belli. quod praefereendum est. Passim apud Optimos Auctores duos vel plures Genitivos uni substantivo junctos reperies. In Pelopida cap. 2. ex Mss. ita legendum est Quorum imperii majestas neque ita multo post Leuctrica pugna ab hoc initio percussa cecidit. Vide Cel. Jac. Perizonium ad Sanctii Minervam lib. 2. cap. 3. n. 15. Cortium ad Sallustium B. Catil. cap. 23. n. 4.

ad

in ista re minus uti consilio volo. ¹ Habebat enim Meneclides suspicionem adulterii. *Quod autem me Agamemnonem aemulari putas,* ² falleris, namque ille cum universa Graecia vix decem annis ³ unam cepit urbem: ⁴ ego contra ex una urbe nostra, ⁵ dieque uno, totam Graeciam, Lacedaemonius fugatis, ⁶ liberavi.

C A P. VI.

Idem quum ⁷ in conventum venisset Arcadum, petens, ut societatem cum Thebanis & Argivis facerent: contraque ⁸ Callistratus Atheniensium legatus,

ad Jug. 30, 3. & ad Cic. 2. Fam. Ep. 13. n. 5. & Tib. Wopkens lib. 1. Lect. Tull. cap. 16. imitatione Graecorum. Vide Triclin. ad Sophocl. Antigon. vf. 1198.

¹ Habebat enim Menecl. suspicionem adult. Erat apud cives suos suspectus adulterii: adulterii suspicionem in civitate laborabat. Et est responsio acutissima, contra quam putat *Monstroliensis*. Nam qui consilio adulterorum in ducenda uxore utuntur, iis metuendum esse videtur, ne illos etiam ad thorum suum violandum alliciant: sive ne ipsis talis istorum opera concilietur, cujus illicita consuetudine ante usi sint; aut adhuc usuros esse se sperent. *Gebhardus*. add. Ind. v. *habere*. *Bofius*. Hunc loquendi modum illustrevit *Celeb. P. Burmannus* ad *Petronium Satyric.* cap. 15.

² Falleris] Membranae Schotti fallis, ut *versu* 3. *Bofius*.

³ Unam cepit urbem] Trojam. Res nota ex *Homero* aliisque. *Bofius*.

⁴ Ego contra ex una urbe &c.] Id accidit in pugna *Leuctrica*. Quod ideo hic repetit *Epaminondas*, non ut *Agamemnoni* se arroganter prae-

ferat, sed ut a se fortiter facta a calumniis & mendaciis vindicet, & obrectatori os obstruat. quo sine recte facta modeste praedicare licet. de quo plura *Plutarchus* in lib. *quomodo quis seipsum citra invidiam laudare possit*. *Loccenius*. Porro in *Mss. Sch. & Gif.* fuit: *contra ea una u. n.* An leg. *contra ea, ex una u. n?* quomodo loquutus est *praef. 9. infra c. 10. 4. &c.* *Bofius*. *Leid. m. & Voss. A.* *Contra ea una urbe nostra.* de *contra ea* ad *praef. egi.*

⁵ Dieque uno] Quo *Lacedaemonios* vicit *Epaminondas* in *Leuctris*. *Lambin.*

⁶ Liberavi] Superba *Lacedaemoniorum* dominatione. *Lamb.*

⁷ In conventum Arcadum] *Eic τὸς μυσίς*. sic enim dicebatur *Arcadum* conventus. *Harpocratio*: *Μυσίος ἐστὶ μέγλη πόλις. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰχίνου. συψιδείον ἐστὶ κείνον Ἀρκάδιον ἀπὸ τῶν ἕκ πολλὰς μνημονεύουσιν οἱ ἱστορικοί.* *Lambinus*. Pro *Arcadum* *Voss. A.* *Archadum.*

⁸ Callistratus] De quo *Xenophon*. 6. *de reb. Gr.* cujusque existat oratio apud *Lacedaemonios* habita *eod. libro*. Commemoratur eum & *Aeschines* *orat.*

qui eloquentia omnes eo praestabat tempore, postulare, ut potius amicitiam sequerentur Atticorum; & in oratione sua ¹ multa invecutus esset in Thebanos ² & Argivos, in eisque hoc posuisset; *animadvertere debere Arcades, quales utraque civitas cives procreasset, ex quibus de ceteris possent judicare. Argivos enim fuisse* ² *Orestem & Alcmaeonem, matricidas: Thebis Oedipum*

μεγίστην. non admodum longe ab extr. Lamb. mox Msc. Boecl. Atheniens. ductor legatus. quod spernere non ausim. Fortassis autem principem legationis, ut hodie loquimur, fuisse innuit. Florus *ducentem legationis* vocat 2, 6, 7. Bosius. Voss. B. quem jam saepius vidimus Boecleri libro consentire, legit. *Atheniensium ductor legatus.* mox pro *amicitiam* Leid. m. & Voss. A. *amicitias.* B. *amicitia.*

¹ *Multa invecutus*] Loquitur infra pari modo, *nonnulla invecuteretur in Timoleonta*, qua propter *ἀνεπιθυμῶσι* Lambinus. Gebhardus. V. Ind. *invecubi*, & supra ad praef. 8. Msc. Boecl. *multa* aberat. De re vide Plutarch. *apophth. reg. & praecept. polit.* Bosius. Eodem modo *multa querens, gemens & c.* dixere. vide Davies ad Ciceron. l. 1. de Divinat. cap. 20. Manut. ad 3. ad Fam. Ep. 3. & Cort. ad Sallust. Catilin. cap. 27. n. 3. *Multa* tamen abest Vossiano B. Pro *in eisque p.* idem *in eosque p.* Pro *animadvertere* Voss. A. *animum advertere.* quomodo veteres locuti sunt. Cicero lib. 12. ad Fam. Ep. 18. *Animum adverti enim hoc vos magnos oratores facere nonnunquam. etiam advertere animos dixit Livius lib. 4. cap. 45. Virgilius simpliciter advertere dixit. l. 4. Aen. vs. 116.*

Nunc qua ratione, quod in-
stat,

Confieri possit, paucis (adverte) docebo.

Ubi Servius *Adverte* id est *animum advertere: parte pro toto usus est.* Cui consentit Donatus ad Terentium in Andriae prologo vs. 8. *Quaeso animum advertite. Legitur & attendite, unde manifestum est, & advertite, & attendite, non esse plenum, nisi addideris animum.* Vide Cl. Cortium ad Sallust. Jugurth. cap. 69. n. 1. Ubi in duobus Mss. *animo advertere* legi docet, quae lectio firmari possit loco Virgilii lib. 2. Aen. vs. 712.

Vos famuli, quae dicam, animis advertite vestris

Sed alteram lectionem, cave, recitias. Ut autem *animum advertere*, eodem modo *aures advertere* dixere. Propertius lib. 1. El. 1. vs. 37.

Quod si quis monitis tardas advertit aures,

Heu referet quanto verba dolore mea. Adde Cl. Burm. ad Ovid. lib. 1. Fast. vs. 179. E quibus patet, quoties *animadvertere* legas, contracto pro *animum advertere* esse positum, si vero simplex *advertere*, necessario *animum* subaudiri, eodem modo, quo Graeci *ἐπιχειν* & *μεροχην* subintellecto *πρὸς* adhibuere. vide Raphaelium ad Acta Apostol. cap. 8. com. 6. & 16, 14. & Elsnr. ad cap. 3. comm. 5. pro *Arcades* Leid. m. *Archadas.* Voss. A. *Archadas.*

natum, qui quum patrem suum interfecisset, ex matre liber¹os procreasse. ² Hic in respondendo Epaminondas quum de ceteris perorasset, postquam ad illa duo opprobria pervenit: admirari se dixit stultitiam rhetoris Attici, qui non animadverterit innocentes illos natos; ³ domi scelere admiss^o, ⁴ quum patria essent expulsⁱ, ⁵ receptos esse ab Atheniensibus. Sed maxime ejus eloquentia eluxit Spartae, [⁶ legati ante pugnam Leuctricam] quo

² Orestem & Alcaezem, matricidas &c.] De Oreste & Clytemnestra ejus matre, Oedipo & Lajo ejus patre, notae fabulae: & quibus ignotae sunt, legendus Sophoclis Oedipus tyrannus, & Euripidis Orestes Lambin. Leid. & Voss. A. B. Horrestem. Pro Alcaezem Leid. m. Alcyonem. pro Oedipum Leid. Voss. A. & B. Oedippum.

¹ Procraisse] Sic & Mss. sed vir summus & de Nepote nostro in primis praeclarus meritis, August. Baehnerus, aut hic legendum procreasset (quomodo Longolus pridem, nuper & Cl. Keuchenius edidit) aut supra quem pro qui reponendum, censebat. Bossius. Mei tamen codices procreasset.

² Hic] Mss. huic: Non dubito a prima manu fuisse, heic. Schefferus. Leid. m. & Voss. B. hic. Voss. A. hinc.

³ Domi scelere admiss^o] Voss. B. Domi scelere amiss^o. Sed hae praepositiones de saepius compositis confunduntur ut in adversari & adversari, aliisque, viri docti adnotarunt. Admittere scelus, latinissime dicitur pro perpetrare. Terent. Heaut. 5, 2.

³ Quobiam ob facinus? Quid ego tantum sceleris admisi miser. Cicero 3. ad Fam. Epist. 10. Si quid a me praetermissum erit, commissum faci-

nus, & admissum deditur constetbor. A. Gellius lib. 1. Noct. Attic. cap. ult. Obloquebatur non meruisse, ut vapulet, nihil mali, nihil sceleris admisisse. Sallust. Jugurth. cap. 53. Paene imprudentia admissum facinus miserabile. Unde etiam videmus, quoties admittere, pro peccare, & admissum, pro peccato ponuntur, ut docent Cl. V. J. Broukhuf. ad Tibull. lib. 1. El. 7. vs. 62. & P. Burmannus ad Ovidium lib. 1. Metam. vs. 209. vocem scelus subintelligi.

⁴ Quum patria essent expulsⁱ] Sic rescripti e Mss. Dan. & Boeck cum antea legeretur pulsⁱ. Usus & alibi hoc verbo Nepos. Plutarchus hac ipsa in re: ἡμῶν πατρίδος ἐξουδιώθη, &c. Bossius. Leid. m. & Voss. A. tamen pulsⁱ. sed B. expulsⁱ. utrumque recte, ut ostendi pag. 113.

⁵ Receptos esse ab Atheniensibus] Insigne retorsionis extemplum in adversarium: de qua & aliis hujusmodi plura Vossius lib. 5. Inst. Orat. cap. 12. §. 5. Salse vero dicta si incum, qui jecit, sine motu animi retorqueantur, lenitatem cum lepore conjunctam declarare, & adversarium prope mutum reddere solent; ut notat Plutarchus in praeept. Politic. Loccenius.

⁶ Legati ante pugnam Leuctricam]

quo quum omnium sociorum convenissent legati, coram frequentissimo legationum conventu, sic Lacedaemoniorum tyrannidem coarguit, ¹ ut non minus illa oratione opes eorum concusserit, quam ² Leuctrica pugna. Tum enim perfecit, quod post apparuit, ut auxilio ³ sociorum Lacedaemonii privarentur.

CAP. VII.

¹ **F**uisse patientem, suorumque injurias ferentem civium,

Haec omittunt Longol. Mag. & Lambinus: Schottus quoque ex ora intrusa putabat: quod mox Leuctricae pugnae fiat mentio, addatque Neptos, quod mox apparuit. Et profecto nullo sententiae detrimento omitteri possunt. Erant tamen in plerisque melioris notae libris, ut Dan. Gif. Schott. Leid. Boecler. Quare satis habui, si uncis, ut suspecta, includerem. Mox Longol. & e Mf. suo Schottus: legionum conventu: perperam. Legationes sunt legati ipsi, ut alibi passim. v. Ind. Bosius. Agnoscunt haec verba tres mei codices. Pro legationum, Leid. m. & Voss. A. legionum. sed legationum cum Bosis praeferebam, qui recte per legatos explicat. Est abstractum pro concreto. Quod loquendi genus utriusque linguae scriptoribus usitatissimum est. Vide Schol. Aristophan. Nub. 259. Doctiss. Alberti ad Euang. Matthaei cap. 24. comm. 45. Stolbergium ad Sophocl. Ajac. pag. 158. Graevium ad Justinum lib. 42. cap. 2. n. 5. Cortium ad Sallust. Catilin. cap. 14. n. 1. & Eruditiss. J. Arntzenium ad Victorem in Epitome cap. 41. n. 14. Huc referri potest, quod Pallas vocatur *Sia* pro *Siwarth*. vide Tzetz. ad Lycophron v. 520. quia

nihil sine Pallade, id est, sapientia perfici potest: eodem modo, quo in Euang. Lucae cap. 7. v. 35. Servator noster *Cepha* vocatur, quia in se omnem sapientiam continet, ac possidet, & τὸ ἀριστὸν sc. *χρῆμα* vel *ὄψονμα* pro *οὐρανῶν* Schol. Thucyd. lib. 1. cap. 4.

¹ Ut non minus illa oratione opes eorum concusserit, quam Leuctrica pugna] Concutere notat labefactare. De quo verbo late disputarunt N. Heinsius ad Vellejum Patercul. cap. 2. §. 3. & Dukerus ad Florum lib. 2. cap. 15. §. 12. Paulo ante profic Lacedaem. Voss. A. si Lacedaem.

² Leuctrica pugna] De qua Diodorus 15. Xenoph. 6. h. Gr. Plutarchus Pelopida, Pausanias Boeoticus. Polyaeus lib. 2. Strategem. aliquot Epaminondae in hoc praelio refert strategemata. Lambinus. Iconismum ejus habes apud Sixtum Arcerium post notas ad Aeliani Tactics pag. 173. Tempus investigant Scaliger 5. de emendat. tempor. Petavius de doct. temp. 10, 31. & Seldenus in canone chronico ad veteres Graecorum epochas pag. 117. Bosius. Voss. B. Leuctrica pugna.

³ Sociorum Lacedaemonii] Transponit haec Dan. Quod facit ut suspicer, τὸ Lacedaemonii glossema esse. Bosius.

vium, quod se patriae ¹ irasci nefas esse duceret, haec sunt testimonia. Quum cum propter invidiam cives praeficere exercitui nolissent, ² duxque esset delectus belli imperitus, ³ cujus errore eo esset deducta illa multitudo militum, ut omnes de salute pertimescerent. quod locorum angustiis clausi ab hostibus obfidebantur: desiderari coepta est Epaminondae diligen-

4. *Fuisse pat.*] Longol. *Fuisse autem pat.* mox Lambinus conjicit testimonio: nil tamen mutat. neque opus mutatione. sic enim & supra c. 4, 6, loquutus Nepos. Bofius. *Autem* agnoscit Leid. m. solus.

1. *Irasci nefas esse*] Ejusdem oris locutio est *Attico*; ut qui semel cursum hujus, & caeterorum *Excellentium Imperatorum Vitae* legerit, diversosque & hujus & illarum auctores itatuat, cum nihil in Lingua Latina, & usu puriorum Scriptorum sapere judicem. *Hinc*, inquit, *ea fuisse in suos indulgentia, ut quos amare deberet; irasci eis nefas duceret.* [25, 17, 2.] Gebhardus.

2. *Duxque belli imperitus*] Cleomentes, teste *Pausania Boeoticis*; Falsum itaque, quod *Lambinus* adnotat, neque a *Diodoro*, neque ab aliis nominari. Bofius.

3. *Illam multitudinem militum*] Considerandum, quod e vetusto Exemplo excerptis P. Daniel: *esset deducta illa multitudo militum.* Nam ut peccatum Ducis protrahat Nepos, immensam illam multitudinem ait conjectam in angustias, in quibus paucitas res gerere posset: multitudo vero nihil, nisi se impedire & hostis ferrum heberare. *Gebh.* *Mf. res illa militum.* Neque aliter editiones veteres. ut nesciam an pro *res, multitudo* debuerit retineri, cum opinione mea hoc glossa sit.

Videl. non intellexerunt satis *rens militum.* *Res militum* sunt ipsi milites, Graeca consuetudine, quomodo *χρημα θινειν* apud *Euripidem* sunt foeminae. Consule *Fabrum ad Phaedri lib. 5. cap. 7.* Posset quis & sic distinguere: *cujus err. eo est. ded. res illa, militum ut omnes.* Verum magis placet alterum. Haec *Cl. Schefferus.* Ut nos edidimus, legitur in optimis libris *Gif. & Dan.* nec displicet *Gebhardo.* *Nam ut peccatum ducis, inquit, protrahat Nepos, immensam illam multitudinem ait conjectam in angustias, in quibus paucitas res gerere posset: multitudo vero nil nisi se impedire & hostis ferrum heberare.* Recepit etiam in posteriores editiones suas ampliff. *Boecler.* In Leid. erat, *ded. illa multitudinem militum.* Unde olim conjiciebam legendum: *cujus errore esset ded. res, illa multitudinem militum, ut Gyc. h. e. in tanta militum multitudine. nam mox ait, locorum angustiis clausos atque ab hostibus obsessos fuisse.* Hoc igitur videbatur innuere, in his angustiis multitudinem sibi ipsi fuisse impedimento, ne tota hosti resistere, aut etiam commode recedere posset. Quod si *Gifaniani* codicis scripturam retinere malis, dixeris, ob similitudinem omiffa a librariis voce *multitudo*, ab alio *res* substitutum, quod aliquid deesse animadverteret. Magis tamen placet.

lignitia. ¹ erat enim ibi privatus numero militis. ² a quo quum peterent opem, nullam adhibuit memoriam contumeliae, & exercitum obsidione liberatum, domum reduxit incolumem. ³ Neque vero hoc semel fecit, sed saepius: maxime autem fuit illustre, quum in Peloponnesum exercitum duxisset adversus Lacedaemonios, haberetque ⁵ collegas duos, quorum alter erat Pelopidas, vir fortis ac strenuus. ⁶ Hic quum criminibus adversariorum omnes in invidiam venissent, ob

prior conjectura nostra. Rem ipsam narrat Diodorus 15. & Pausanias Boeoticis. Bofius. Leid. meus & Voff. A. Cujus errore eo deducta esset res illa militum. B. c. e. e. deducta esset res militum. Deduci dicitur de iis, qui in malum quoddam incidunt. V. Interpr. ad Phaedr. lib. 2. Fab. 1. vl. 7.

¹ Erat enim privatus] Nam, ut Diodorus retert, populus proditiōnis accusato magistratum (*βοιωραγχιαν*) abrogaverat, privatūque fecerat Bofius. Pro numero militum, quod in Vulgatis plerisque legitur, recte Bofius edidit numero militis, sic enim exhibent Leid. m. Voff. A. & B. quam lectionem probat Clar. Burmannus ad Phaedr. lib. 4. Fab. 24. vl. 16.

² A quo quum peterent opem, nullam adhibuit memoriam contumeliae] Quamvis postpositi contumelia soleant accendi; tamen fecit Epaminondas, quod amantes patriae solent, contumeliae memoriam deposuit, & in rebus artē patriae succurrit. Ira Livius 5. de Camillo: Maluit hic tantus vir patriae, quam injuriae suae, memor esse. Tullius de se lib. 1. epist. Crassi omnes gravissimas injurias, communis concordiae causa, voluntaria quadam obli-

vione contriveram. Loccenius.

³ Neque vero] Leid. m. & Voff. A. nec vero.

⁴ In Peloponnesum] Mfc. omittit praepositionem non hic tantum, sed saepe alibi in ejusmodi locutionibus. Boeclerus. Neque Voff. B. agnoscit praepositionem.

⁵ Collegas duos] Sic legendum esse, declarat id quod sequitur, quorum alter erat &c. Neque obstat, quod dicunt alii, sex fuisse. Nam non semper inter se congruunt historici, ut apparet. Lambinus. Alterum collegam fuisse Gorgiam, e Diodoro colligitur. Bofius.

⁶ Hic quum criminibus] Mf. hi cum. Lege, *hi*, h. e. *hii* vel *ii*. Ex *hi* factum *hic* adnexo *e* ex sequenti vocabulo. Schofferus. Confirmant hanc emendationem in Exc. Dan. quibus diserte scriptum *hii cum*. Bofius. Leid. m. & Voff. A. *Hi*. Criminibus hic posuit Noster pro *criminationibus*, accusationibus. Livius lib. 4. cap. 21. *Falsis criminibus a Minucio circumventum Moelium arguens*, qui ita saepius. Sallust. Catilin. cap. 34. n. 2. *Se falsis criminibus circumventum*, ubi videndae Clar. Cortii notae.

⁷ Imperium his esset abrogatum] Plutarchus in Pelopida hoc non scribit,

ob eamque rem ⁷ imperium his esset abrogatum, atque in eorum locum alii praetores successissent; Epaminondas ¹ populiscito non paruit, idemque ut facerent, persuasit collegis, & bellum, quod susceperat, gessit. namque animadvertibat, ² nisi id fecisset, totum exercitum propter praetorum imprudentiam insipientiamque belli periturum. ³ Lex erat Thebis, ⁵ quae ⁴ morte multabat, si quis imperium diutius retinisset, quam lege praefinitum foret. ⁵ hanc Epaminondas

bit, sed solum elapsum fuisse dicit tempus imperii a lege praefinitum. *Magius. Diodorus* 15. nullum de aliis successoribus in eorum locum subrogandis, neque de lege verbum facit. *Lambinus.*

¹ *Populi scito*] Sic diserte *Gifan. Dan. & ed. Ultraj.* Itaque non dubitavi reponere. vide quae dixi ad 3, 1, 5. Vulgo erat *plebiscito*. *Bof. Voss. B. plebiscito.*

² *Nisi id fecisset*] Etiam hoc loco pro *ubi* reposui *nisi*, auctoritate *Mss. codicum Dan. Leid. Boecler.* probante id quoque nobiliss. *Boeclero.* Hoc vult, nisi effecisset, ut collegae *legi non obedirent*; c. 8, 1. *Bof.*

³ *Lex erat Thebis*] *V. Cic. 1. de invent. Plutarch. apophth. reg. & Aelian. Var. 13. Bofius. Vide Cel. J. Perizonium ad Aelian. lib. 7. V. H. cap. 14. n. 4.*

⁴ *Morte multabat*] Ex hoc loco recte docemur, hoc verbum de omni poena adhiberi. *Livius lib. 4. cap. 15. Decemviros bonis, exilio, capite multatos ob superbiam regiam. Vide Cl. Berman. ad Phaedrum 1. 26. 2. & J. Arntzenium ad S. A. Viftorem de Viris Ill. cap. 51. n. 2. Sic Graeci ζυμὴν ποῖν. Eurip. Oreste. 901. & ζυμὴν θανάτου. Herodor. lib. 3. cap. 27. adde Ill. Spanhem. ad A-*

ristophanis Plutum v. l. 1125.

⁵ *Hanc Epaminondas quoniam reipub. conservandae causa latam videret, ad perniciem civitatis conferre noluit*] Est pulcherrimum exemplum, nos docens, saepe ejusmodi occurrere tempora, in iisque ea subnasci negotia, in quibus recte, atque pie a legibus latis discedamus. Alia exempla vide apud *Livium lib. 10. cap. 13. lib. 26. cap. 18. Veram haec cum grano salis, quod dicitur, accipienda sunt. Ernstius.* Hic salus publica, suprema illa lex, erat directrix inferioris Thebanorum legis: cujus mentem ad illam prudenter innoxit Epaminondas. *Plutarchus in Pelopida: ὁ πρῶτος ἢ νομιματικὸν νόμον, τοῦ σώζοντος δημοκρατίας, ἢ σωζέειν δημοκρατίαν ἀρχόντα καὶ πόλιν διορίζων.* Legum ita habenda est ratio nobis, ut praevaleat suprema illa lex, Patriae salus, cum haec periclitatur ob privata aliqua scita sive leges, non solum flectendae istae, sed frangendae: & improbus quisquis aliter sentit. *Lipsius cent. 2. Miscell. Ep. 49. Vide quoque, si tanti, meas Exercit. jur. 2, 10. in primis Aerodium lib. 5. rer. jud. tit. 18. Loccenius. adde Plus. Pelop. pag. 290. G. Ciceron Phil. XI. in primis Baudium in disertiancula super In-*
 Bb 3 du.

das quum reipubl. conservandae causa latam videret, ad perniciem civitatis conferre noluit; & quatuor mensibus diutius, quam populus iusserat, gessit imperium.

CAP. VIII.

Postquam domum reditum est, collegae ejus hoc crimine accusabantur. quibus ille permisit, ut omnem

ducis, (quam libro 2. de induc. belli Belg. inferuit) pag. 39. & deimc. An autem liceat nonnunquam contra quam mandatum est, facere, si speres ei, qui mandavit, utilius fore: Gellius 1, 13. disputat: ad quem locum videnda dissertatio ampliss. Boecleri, quam de Religione Mandati inscripsit. Adde supra ad 14, 4, 3. adnotata. Bofius.

1 Collegae ejus] Sic & Aelianus ac Plutarchus in apophth. reg. etsi hic in Pelopida tantum Epaminondae & Pelopidae hac in re meminit. Bof.

2 Omnem causam in se transferr.] Ad verbum Plutarchus εις αυτον μεταβαλεν τω αυριω. Simili propemodum pacto evasit five M. Naevii, five Petiliorum judicium P. Scipio apud Valer. Maxim. 3, 7, 1. Gebh.

3 Contenderent] Contendere dicitur is, qui in eo, quod cupit, intendit omnes nervos, unde omnis vehementis actio contentio vocatur, ut docet P. Manutius ad Ciceron. lib. 1. ad Fam. Epist. 1. pag. 16. hinc pro crebro & constanter adfirmare uti h. l. vide Cl. Scheff. ad Phaedr. lib. 1. Fab. 17. vs. 3.

4 Quod quid dic.] Ms. Boecl. qui quid dic. Forfan fuit, qui quod diceret. Bofius. Voff. B. qui quid dic.

5 Neque recusavit] Spem non debet, quod est in cod. Boecl. n-

que renuntiavit. Habet enim hoc verbi aliquando vim negandi, abnuendi, recusandi. Sabinus Asidius apud Senecam suasoria 2. de Leonida Spartano: Ego illi ad prandium promississem: ad coenam renuntiassem. Cogitent amplius, qui cuncta veterum scriptorum in numerato habent. Bofius. Omnes mei neque recusavit. de quo verbo consulendus Schefferus ad Phaedr. lib. 3. Fab. 2. vs. 16. Mox pro ab iis. Leid. & Voff. B. ab his.

6 In periculo] Tuentur hanc lectionem Cujacius Observat. 5. cap. 25. & Schoppius lib. 4. Verisimil. cap. 18. nisi quod hic etiam corrigat inscriberent. Videtur autem hoc mihi sentire Nepos, Epaminondam se quidem obtulisse poenae; sed petiisse, ut in actis illis, in quibus suum periculum, usitato omnibus civitatibus more, ad memoriam notaretur, talia inscriberent; quae subjungit. Habent quippe civitates bene constitutae tabulas publicas, in quas relata nomina & causae supplicio affectorum. Hinc intelligendus Val. Max. lib. 9. cap. 11. de L. Sulla: Quatuor millia & septingentos divae proscriptionis edicto jugulatos in tabulas publicas retulit, videlicet, ne memoria tam praeciarum rei dilueretur. Lambinus conjectabat in

mnem causam in se transferrent, suaque opera factum
 contenderent, ut legi non obedirent. qua defensionem
 illis periculo liberatis, nemo Epaminondam res-
 ponsurum putabat, & quod quid diceret, non habe-
 ret. At ille in iudicium venit, nihil eorum negavit,²
 quae adversarii crimini dabant, omniaque, quae colle-
 gae dixerunt, confessus est,⁵ neque reculavit, quo-
 minus

cippo seu cippulo suo: Memnius in scapulo suo: Magius breviculo: Longolius Peristyllo: Aldus sepulchro. Gebh. Schoppius putat in vetere libro re-
 etius legi, *ut in periculo suo inscriberent.* *Periculum* heic quid significet, anxie tum hic lib. 4. Verisim. cap. 18. tum alii viri doctissimi, quorum nomina vide a Lambino laudata, inquirent. *Periculum* hoc loco dici pro *tabella damnatoria*, unde reos maximum manet periculum, praecipue in capitis iudicio, quale hoc fuit nullum est dubium. Verba enim, quae sequuntur, id satis aperte indicant. Atque haec magni Cujacii sententia est: quam Joh. Savaro egregio loco Ciceronis confirmat. Verum non est, quod Gelhardus ad locum hunc notat, Magium videlicet conjectare pro *in periculo*, legendum esse *breviculo*. Ipse enim Doctissimus Magius, id quod sibi juveni in mentum venerat, revocat *Ernst*. Cum viri docti non satis congruere huic rei vocem *periculum* censerent, certatim eam emendare conati sunt. Aldus *in sepulchro* edidit; quam lectionem Hotomannus 3. *obj.* 20. tuetur, probatque & *Fac. Gothofredus in commentario ad l. 2. Cod. Theodof. de sentent. ex periculo recit.* pag. 393. Longolius coniecit leg. *in peristyllo: Memnius, in scapulo: Lambinus in cippo, vel in cippulo.* Buchnerus,

in titulo, i. e. αὐτῶν ἐπιγραφῆν, quod etiam Clar. *Krebsmaier* placere video, sed ita, ut videatur, adfectus testimonii *Plutarchi* & *Aelian*, & antiqua consuetudine, id potius de columna sepulchrali sive inscriptione monumenti Epaminondae, causam mortis ejus indicatura, accipi velle. Sed omnes istae emendationes nimium a scriptura librorum abeunt, qui constanter *in periculo* legunt. Propius accedit ad eam lectionem conjectura doctissimi viri, *J. Sirmondi*, qui legi vult *pariculo*, quem sequuntur *H. Grotius* *Sparstone* *storum ad Jus Justinianum*, p. 370. & *Des. Heraldus in observationibus cap. 50. ac in animadversionibus in Salmasii observat. ad jus Att. & Rom. lib. 2. cap. 7.* Nisi quod *Heraldus* tandem admittit *ἢ periculam* retineri posse, sed ut idem sit ac *pariculum*, qua voce significari volunt *ἢ ἰσὺν, ἢ ὄρωτον, ἀντίγραφον*, exemplum ex archetypo descriptum: dicitque, ut *pariculae chartae* apud *Marculphum*. Sed recte docuere *Salmasius in observ. ad jus Att. & Rom. cap. 7. & lib. de modo usurarian cap. 15. ac Fac. item Gothofredus* loco paullo antelaudato, vocem *pariculum* infimae latinitatis esse, nec instituto Epaminondae aut sententia legis 2. *C. Th. de sent. ex peric. recit.* convenire: cum utrobique non *ἀντίγραφον* sive exempla, sed *prototypa* & ipsissima,

minus legis poenam subiret; sed unum ab iis petivit;

ut

ἀντιγραφα designentur. nec absolute dici *pariculum*; sed *pariculum instrumentum*, *pariculas chartas*, *epistolas*, &c. Ipse *Salmasius* cum e-ruditorum aliis *periculum* exponit, titulum sepulcralem, sive ἐπιγραφῆν monumenti: in cuius vicem sententiam, qua condemnandus erat, Epaminondas in eippo suo conscribi voluerit. Non quod id unquam factum fuerit; sed ut Athenienses in invidiam his verbis vocaret. Sed eo sensu hanc vocem vix alibi reperias. Neque credibile est, damnato & capitali supplicio adfecto Thebanos fuisse splendidum monumentum aut titulum posituros. Nam verisimile est Thebis non minus, quam Sparta & Athenis, damnatorum cadavera non in sepulchro paterno, sed peculiari loco sepulta. Denique verba, quae Epaminondas in periculo scribi voluit, potius sententiam iudicium aut tabulas publicas, quam elogium sepulchrale, referunt. Quoniam huic interpretationi favere videntur *Plutarchus* in *apophth.* & *Aelianus* 13, 42. apud quos Epaminondas jubet haec ἐπιγραφῆν τῆ στήλῃ. *Strabon* autem viri docti exponunt columellam sepulchris imponi solitam. Malim interpretari columnam, cui inscribebantur, quibus ignominia irrogabatur. Sic Athenienses Arthmium quendam, Plistoractis F. Zelitem, cum urbe eiecissent, quod Graecos pecunia corrupisset, ut Persae obsequerentur; condemnationem ejus pilae aereae inscripserunt, potestate facta volenti eum occidendi, eique ac tori generi ipsius ignominia irrogata; adscripta etiam

caussa condemnationis; quod aurum e Media in Peloponnesum invexisset. Rem narrant *Demosthenes Philippica* 3. pag. mibi 49. & de *falsa legat* pag. 235. *Aeschines orat. contra Ctesiph* pag. 310. *Dinarchus orat. contra Aristogitonem* pag. 77. & *Nonnus sub initium collect. historiar. ad Stelitent. 1. Nazianzeni.* qui additi: ἡ δὲ λίστις ἡ λίστις ἡ χάρις ἐστὶν ἐπιγραφῆς τῆς ἐπιγραφῆς ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐπιγραφῆς ἡ τὰ σπυρτοὺς ὄφθαλμοῦ. videri & *Meursius* potest in *Cecropia cap. 29.* Pari modo devotionis Alcibiadis exemplum in pila lapidea incisum & in publico positum est. de quo noster 7, 4, 5. ubi vide *Gebbaro* adnotata. Atque hunc morem respexisse *Plutarchum* ac *Aelianum*, haud negaverim. Sed ut de eo verba *Nepotis*, & *periculi* vocem accipi debere putem, nondum adduci possum. Nusquam enim alibi, quod sciam, hoc significatu occurrit. Ac fieri potuit, ut hi mentem auctorum, unde narrationem suam hauserunt, non satis perceperint, aut in alios auctores, quam *Nepos*, inciderint. Quare malim de libello, sive scripto iudicis, verba auctoris nostri accipere, atque illud *suo* non ad Epaminondam, ut cum aliis *Salmasius* facit, sed ad Thebanos referre, quo etiam *Schoppius* refert. Nam *periculum* indicem sive libellum Graecorum imitatione dici, *Salmasius* ipse *locis alleg.* ac in *not. ad hist. Aug.* pag. 84. adnotavit. Idque clare docent tituli utriusque Codicis de *sententiis ex periculo recitandis*. Nam quod in epigraphe, & textu l. 2. C. *Theodof. ex periculo recitari*, ac *promi*, id in textu l. 3. Cod.

21⁶ in periculo suo 7 inscriberent : EPAMINONDAS A THE- 3

BANIS

Cod. Justin. de scriptis & in l. 1. C. Theod. de scripti recitatione proferri; l. 2. C. Justin. l. 4. Cod. Theod. & l. omnem 40. C. Theod. de appellat. de vel ex libello dari dicitur. Etiam in notis Juris Magnonis legitur: D. P. de periculo. D. L. de libello. Et in collatione Carthagin. 2. cap. 68. dicuntur *Exceptores*, *memores periculi & professionis suae*, *constituto die gesta edere festinasse*, ita ut *Notarii partis utriusque in dictando non desint*. Neque enim possum adfentiri *Fac. Gothofredo*, ibi *periculi* vocem proprio significato esse ferri censenti. *Exceptores* sunt scribae, librarii, ταχυγράφοι, qui acta seu gesta publici officii excipiebant, servabant, recitabant, & de jure petentibus edebant. Eorum saepe mentio fit in illis *collationibus*; itemque in *Notitia Imperii*, & alibi: ut docet *Gothofredus in comment. ad l. 2. C. Th. de numerariis &c.* Verus inscriptio Rom. apud *Gruter. l. l. pag. 1164.* Hinc pater *exceptor*, *lector*, *levita sacerdos*, &c. *Gesta purgationis Caeciliani & Felicis cum Optato edita, pag. 767. edit. Albaspinari: Novit eos officium publicum, id est, Aedestus & Junius Exceptores.* Quae repetuntur *pag. proxima L. Avelius Marcianus Aug. L. Exceptor est in Inscr. 4. p. 372.* & in aliis *Exceptor & Exceptores Praesidis.* Fit & in libris juris aliquoties mentio *Exceptorum*, ponunturque in *scriniorum officis*. *Loca*, praeter *Gothofredum l. c.* & in *paratitulis ejus tituli*, indicant *Brissin. Len. Juris, & Guther. de offic. domus Aug. 2. 14. & 3. 7.* Graecis sunt ἐκπρόσοι. *Suidas: ἐκπρόσοι. ἐκπρόσοι.* Male inter-

pres: *Exspeculator. Explorator. Contemplator.* Neque liquebat editori novissimo, *Aem. Porto.* Fortassis nec doctiss. *Meynsius* intellexit, vix alias omisurus in *Lexico Graecobarbaro.* In *Exceptores* igitur optime congruit, ut *periculi i. e. proteoilli* ut hodie loquimur, & *professionis suae memores, gesta edant.* Non item, ut *periculi* sibi imminenti recordantes id faciant. Quodnam enim periculum illud, & quomodo cum *professione* *Exceptorum* conjungitur? Apud *Capitolinum* quoque in *Marco Antonino cap. 21. periculum praefectorum, quo* (sive, ut *Casaubonus* legit, *ex quo*) *is semper jura distasse dicitur, si Casaubono & Gothofredo credimus, idem est ac libellus sive formula praefectis praescripta, etsi aliud Salmasio visum. vid. Gothofred. l. c. pag. 393.* Ac ne quis sequiori demum aevo hunc vocis usum introductum existimet, *Cicero* quoque *tabulas publicas & pericula magistratum* conjunxit in *orat. fragmentaria sive lib. 3. in Verrem, cap. 79. Ordo est honestus, inquit, quis negat? (de scribis loquitur) est vera honestus, quod eorum hominum fidei tabulae publicae, periculaeque magistratum committuntur.* Scio, aliter haec verba interpretari non solum *Hotmannum l. c.* sed etiam *Gothofredum.* Vult enim *tabulas publicas* vocari *pericula magistratum*, quod magistratum administrationis tabulae a scribis diligenter conficerentur, ex quibus postea ratio administrationis Senatui reddi posset; & sic si repetundarum arguerentur, accusatoribus satisfaceret: ideo aptissime quibus illarum tabularum custodia

Bb 5

con-

BANIS MORTE MULTATUS EST, QUOD EOS COEGIT
 APUD LEUCTRA SUPERARE LACEDAEMONIOS; QUOS
 ANTE SE IMPERATOREM NEMO ⁸ BOEOTIORUM ⁹ AUSUS
 4 FUIT ADSPICERE IN ACIE: ¹⁰ QUODQUE UNO PRAE-
 LIO

committitur, *periculum magistratum* committi dici; eodem sensu, quo ipse Cicero *suam scelus & periculum committere dixit, pro Cluentio, paucis a fine pagellis*. Sed quis non videt haec coacta nimis esse, & *pericula magistratum*, illic tanquam monumenta publica, *scribis committi* dici? *Sirmondus* quidem etiam apud *Ciceronem* & in *utroque Codice*, ac in *notis Magnonis* volebat *periculi* vocem reponi, suffragante *Grotio*; sed perperam, ut *Salmasius* ostendit. Cujus rationes frustra convellere conatur *Herauldus*. Ait, *quae ejusmodi monumentis* (columnis puta aut pilis) *inscribebantur auctoritate publica, ἀντίγραφα non fuisse, sed ἀντίγραφα, verum ισόγραφα, & ejusdem roboris ac ipsam ἀντίγραφα: sententiarum autem plura fuisse exemplaria; totidem scilicet, quot dabantur executioni mandandae*. Fateor, me non capere, quoniam haec pertinent. neque nunc disputabo, quam vera sint. Illud quaero, cur *Epaminondas* non in *ἀντίγραφοις*, sed in *periculo*, h. e. ut illi interpretantur, in *ἀντίγραφοις* verba isthaec inscribi petierit: cur item Imperatores non ex libello sive scripto prototypo, sed ex *periculo*, sive exemplo, sententias recitari jusserint. Hoc docere *Herauldus* debebat. Quid vero faciet *periculis magistratum* apud *Ciceronem*? An & illic *ἀντίγραφα* designari diceret? Atqui non opus erat *ἀντίγραφοις* actorum, cum prototypa sufficeret adservari. Porro

apud *Nepotem* *periculi* vocem *Cujacius* comment. d. tit. ad *Cod. Justin.* & observ. 5, 255. *Langlaeus* *Semestr.* 5, 5. & ibi *Bernh. Autunnius* in *notis* pag. 239. *J. Raevardus* *lib. pro tribunali cap. 21.* *P. Faber* *Semestr.* 2, 24. *Osiv. Hilliger* ad *Donellum* 28, 3. lit. H. & ex interpretibus *Lambertus, Savaro, Ernstius*, de libello sive tabella, in qua sententia de *Epaminonda* morte multando perscribenda erat, accipiunt. Videri tamen possit de tabulis publicis potius, seu archivo *Reip.* accipienda; quomodo & *Schoppius* *Verisim.* 4, 18. ac *Gebhardus* videntur accepisse, nisi quod hic *periculi* vocem vulgato significato exponit; vulgusque *Epaminondam* petiisse, ut in actis illis, in quibus suum periculum ad memoriam notetur, talia inscriberent. Ut *periculum* idem sit, quod adnotatio sive commemoratio periculi illius in tabulis publicis, qui loquendi modus exemplo, puto, caret. Melius *Schoppius*, qui libellum sive analem publicum interpretatur. Ut ita sentiam, facit quod in sententia inscribenda non *multandus* vel *damnatus*, sed *multatus* legantur. Quod magis archivo, quam sententiae iudicium, congruit. Et de hujusmodi monumentis *Cicero* quoque & *Collatio Carthaginensis* videntur loqui. Sed de eo dispiciant amplius, qui me perspicaciores sunt. neque enim quicquam temere adfirmare audeat. *Bosius*. Consule *Celeberr. Perizonium* ad *Aelianum* lib. 13.

LIO NON SOLUM THEBAS AB INTERITU ¹¹ RETRAXIT, SED ETIAM ¹² UNIVERSAM GRAECIAM IN LIBERTATEM VINDICAVIT, EOQUE RES UTRORUMQUE PERDUXIT, UT THEBANI SPARTAM OPPUGNARENT, LA-

V. H. cap. 42. n. 4.

7 *Inscriberent*] Sic reposui e Mff. Sav. Leid. Boecl. praecunte etiam Schoppio. Proprium huic rei verbum. *Bosius*. Ita etiam Leid. m. & Voss. B.

8 *Boeotiorum*] Dan. *Boeotorum*: non male. *Stephanus*: τὸ ἰβυκὸν βοιωτικόν. Apud eundem *Ephorus*: βοιωτοὶ πρὸς τὴν τ' γυμνασίαν ἐπιπέσεις ἠγέλλονται. *Bosius*. Pro *Leuctra* Leid. m. & Voss. B. *Leuctram*. Voss. A. *Leuctritan*. pro *Boeotiorum* Leid. m. *Boeotiorum*. Voss. A. *Boeotum* B. *Boeoticorum*. Supra in *Alciade* cap. 11. § 3. vidimus, & cap. 9. hujus vitae videbimus, *Boetii* pro *Boeotii* scriptum esse in tribus a me collatis codd. si vero hic cum cod. P. Dan. *Boeotorum* praeferas, per me licet, nam hujus regionis incolae tam *Boeoti*, quam *Boeotii* dicebantur. *Dionys. Perieg.* v. 426.

Τὸ δ' ἐν βοιωτῶν τῆ πύδον ἢ Ἀχαιῶν ἀγορῆ

Horat. lib. 2. *Epist.* 1. v. 244.

BOEOTUM in crasso jurares aere natum.

9 *Ausus fuit aspicer*] Ergo solo ante Imperatorem Epaminondam adspectu Boeotios debellabant Lacedaemonii. Id terroris habebant & Romani. *Tacitus* 3. A. 45. 2. *Viderent modo adversos, & adspicerentur, id satis ad victoriam.* Iterum 3. H. 24. 2. *Frustra minis & verbis provocatos Vitellianos, si manus eorum oculosque non tollerent.* *Caesar* 1. B.

Gall. 39. *Saepe numero cum iis congressos, ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuisse.* *Livius* 7, 35. *Sammites cum quaererentur, quaequam prima causa tam obstinatos movisset in fugam? Oculis sibi Romanorum ardere visos agebant, vesanos vultus, & furentia ora.* *Polybius* dixit: ἄδεις ἐτόλμα ἰδεῖν καὶ νεφέσων. Item lib. 3. ὡν ἰσθμῶν ἄδεις ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ Ἰσθμῶν ποταμῷ παρὰ τοὺς αὐτοὺς ἀρεφθαλμῶν ἐτόλμα. *Diodorus* extulit, καὶ τόμα ὠχραζαδῶν, lib. 15. Οἱ μὲν Ἰσθαῖοι, inquit: δουρατίας τινὰς ἐτίεας καταλαμβάνοντες δυνάμειν ἰσθμῶν τοὺς πολέμους κληρῶν τῶν χόρεων, καὶ τόμα νεφέσων ἅπασαν τὴν δυνάμειν ἐπὶ τοῦ παρὰ τοὺς ἰσθμῶν ποταμῶν ὠχραζαδῶν. *Florus* 1, 18, 5. *Mancinum assiduus caedibus ita subegerunt, ut ne oculos quidem, aut vocem Numanini viri quisquam sustineret.* *Gebh.* De extremo hoc timoris gradu consulendi sunt interpretes, & in his *Dukerus* ad *Florum* lib. 2. cap. 18. §. 5. pro *adspicere* Voss. B. *inspicere.*

10 *Quodque*] Sic Mff. *Male Longol.* & alii. In acie quoque, ut jam *Lambino* observatum. *Bosius*. Voss. A. *quoque.*

11 *Retraxit*] *Al.* *extraxit.* *Retraxisit* tamen non damno. *Lambin.* V. *Ind.* *Bosius*. Leid. m. & Voss. A. B. *retraxit.*

12 *Universam Graeciam*] Nam Lacedaemonii clade *Leuctrica* & *Mantineensi* accepta, principatum Graeciae amisérunt: quod & *Diodorus* testatur l. 15. pag. 474. *Lambin.*

GEDAEMONII ¹ SATIS HABERENT, ² SI SALVI ESSE
 POSSENT. NEQUE PRIUS BELLARE DESTITIT, QUAM
³ MESSENA CONSTITUTA URBEM EORUM OBSIDIONE
 CLAUSIT. Haec quum dixisset, risus omnium cum
 hilaritate coortus est: neque quisquam iudex ausus
 est ⁴ de eo ferre suffragium. ⁵ Sic a iudicio capitis
 maxima discessit gloria.

CAP.

¹ *Satis haberent*] Contenti eo solo
 erant, nihil amplius requirebant.
Satis habere est Graecis ἀγαπᾶν.
 Aelian. lib. IV. Variar. Histor. Ἡγά-
 πτα γὰρ, εἰ δυνήσθην διασωθῆαι αὐτὸν γὰρ
 μόνον. lib. XV. Ἀγαπᾶν τὸν ὑπάρχοντα ἐδύ-
 κει τὰς πολλὰς ὀλίγας κινήσας. Polyæn.
 lib. IV. in Philippo Com. 17. Ἀθη-
 ναῖσι δὲ ἠγάπησαν τὸ ἐλευτέραν ἀρεΐσθαι.
 Loqui similem in modum amant
 optimi scriptores. Caesar lib. III.
 Civil. cap. 46. *Nostri vero, qui sa-*
tis habebant sine detrimento discedere.
 Hirt. l. VIII. c. 6. *Caesar tempore*
anni difficillimo cum satis haberet con-
venientes manus dissipare. Curt. l. IV.
 c. 81. *Rex monere, ut satis haberent,*
arma retinere, caetera se redditurum.
 Tacit. lib. II. Annal. cap. 37. *Satis*
habebam, si tenues res meae nec mihi
 pudori, nec cuiquam oneri forent. lib.
 IV. Annal. cap. 37. *Ego me, P*
G. mortalem esse, & hominum officia
fungi, fatisque habere, si locum prin-
cipem impleam. lib. XV. cap. 25. f.
Regressum Poetum, cum graviora me
tueret, facetiis insectari fatis habuit.
 Caesar. Nepos Timoleonte: *Hoc su-*
perato Timoleon maximas copias Car-
thaginensium apud Crimessum fluvium
fugavit, ac satis habere coegit, si li-
ceat Africam obtinere. Eumene: *a*
caeteris tantum fatis habeant se defen-
dere. Annibale eadem ferme repe-
 tit. Justinus lib. XXI. c. 8. f.

Tunc respondit fatis habere se, quod su-
perstites eos esse Agathoclis liberis sciat.
 Sallust. Jugurth. *Satis habebatis a-*
nimum retinere. Gebhardus.

² *Si salvi esse possent*] Si Urbem
 defendere possent. *Lambin.* Rem plu-
 ribus narrat *Diodorus* 15. p. 491. Bof.

³ *Messena constituta*] Quae mul-
 tos annos deserta fuerat, atque a-
 deo diruta atque everfa jacuerat,
 ut narrat idem *Diod.* eod. loco. *Lamb.*
 adde *Pausan.* *Boeoticis.* Mff. Gif. Dan.
 Leid. & Savaro: *restituta*, qua vo-
 ce in re eadem usus 16, 4, 3. Mff.
Boecl. desituta. Vulgatam lect. fir-
 mat *Diodorus*: ἔπισκεπται τῆν Μεσσηνίαν,
 πολλὰς ποιήσας αὐτῆς οἰκήσεις. Igno-
 ratus librariis rarior vocis usus (de
 quo vid. Ind.) corruptelae occasio-
 nem praebeuit. *Bofsius.* Pro *desitit*
 Leid. m. *desititit.* pro *Messena* Leid.
 Voff. A. & B. *Messene.* pro *constituta*
 Leid. & Voff. A. *restituta.* B. *con-*
stituta.

⁴ *De eo*] Absunt haec vulgo:
 reducta a me auctoritate optimo-
 rum codd. Dan. Leid. Boecl. *Be-*
fsius. Leid. m. & Voff. A. B. agno-
 scunt de eo.

⁵ *Sic a iudicio capitis*] Simile fer-
 me exemplum exstat de Scipione
 apud *Liv.* lib. 38. & *Appian.* in *Sy-*
riac. *Aelianus* 13. *Var.* 42. refert,
 cum *Epaminondas* domum curia
 regressus, & *Melitenis* caellus ei ob-

CAP. IX.

Hic extremo tempore imperator ¹ apud Manti-
neam, quum acie instructa audacius ² instaret ho-
stes, cognitus a Lacedaemoniis, ³ quod in unius per-
niciæ ejus, patriæ sitam putabant salutem, universi
in unum impetum fecerunt, neque prius abscesse-
runt, quam ⁴ magna caede facta, multisque occisis,
fortissime ipsum Epaminondam pugnantem, ⁵ sparo

emi-

obvius cauda blanditus esset, dix-
isse ad præsentem: *Hic mihi pro be-
neficio gratiam reponit, & Thebani,
de quibus sæpe præclare sum meritus,
mihi capitis supplicium minabantur.*
Loccenius.

¹ *Apud Mantineam*] Proluxe de
hoc prælio Diod. 15. p. 502. 503.
Strabo 9. & Xenoph. hist. Gr. 7. pr pe-
fin. Iconismum habes apud Arcerium
ad *Tactica Leonis* pag. 176. In Ce-
ramico ab Euphranore pictas existi-
tisse res ab Atheniensibus in eo ge-
stas, docet *Mens. in Ceram* cap. 4.
Bosius. Constantem omnes mei Co-
dices habent *Mantineam*. *Mantiniam*
tamen scribendum censet Cl. Oud-
endorpius ad Frontinum lib. 3.
cap. 11. Ex. 5. Vide quæ dixi ad
Alcibiad. cap. 4. §. 7.

² *Instaret hostes*] Fidenter in tex-
tum recepi hanc Msti Dan. scriptu-
ram: cum vulgati omnes haberent
hostibus. Nam, ut *Priscianus* obser-
vat lib. 18. Romani veteres utrum-
que dicebant, *insto illi*, & *illum*:
sicut Graeci *ἰστᾶν τὸν ἐχθρὸν καὶ ἐχθρὸν*.
Plautus Poen. 4, 2, 96. *tantum eum
instat exitii*. Vide *Voss. de construct. c.*
43. Eodem modo Noster infra lo-
quitur 18, 4, 2. Mox Msc. Boecl.
cognitum a Lacedaem. Bosius. Voss.
B. *cognitum a Lacedaem.* sed *instaret*

hostibus scribunt Leid. m. & Voss.
A. B.

³ *Quod in ejus perniciæ patriæ si-
tam*] Infra Eumene (ne quis di-
versos existimet scriptores) *cujus in
perniciæ positam spem habuissent victo-
riæ.* Gebhardus. Voss. A. *In unius
perniciæ ejus patriæ sitam putabant sa-
lutem.* B. *In unius perniciæ patriæ si-
tam putabant salutem.* Vide Tib.
Wopkens lib. 3. Lect. Tullian. cap.
2. p. 243. unde Lector docebitur,
ejus facile hic posse omitti. paulo
post pro *abscesserunt* Voss. B. *abscesse-
runt.*

⁴ *Magna caede facta*] Mf. Boecl.
& Ed. Brixienensis omittunt *facta*.
mox *fortissime* etiam in Mf. Leid.
erat. a vulgatis abest. *Bosius.* *Facta*
omittunt Leid. m. & Voss. B.

⁵ *Sparo em. percussum*] A Gryllo
Xenophontis filio, ut apud Athe-
nienses & Thebanos fama erat.
Mantineenses & Lacedaemonii a
Machaerione factum volebant. (vi-
de *Pausan. Arcad. & Boeotic.*) *Plu-
tarchus Agesilao* ab Anticrate quod-
dam, Lacone. *Bosius.* Leid. m.
pharo. *Sparus* erat telum missile, nul-
la politer arte, ut docet J. Lud.
de la Cerda ad locum Virgilii a
viris doctis jam sæpius citatum ex
lib. xi. Aen. v. 682. & ex vocis
sono

eminus percussum, concidere viderunt. ¹ Hujus casu aliquantum retardati sunt Boeotii: neque tamen prius pugna excefferunt, quam ² repugnantes profligarunt. ³ At Epaminondas quum animadverteret, ⁴ mortiferum se vulnus accepisse, simulque, si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam ⁵ statim emissurum: usque eo retinuit, ⁶ quoad renunciatum est, ⁶ *vicisse Boeotios*. Id postquam

sono conjiciunt idem esse, quod hodie *ten speez* vocatur. vide Cel. Cortium ad Sallust. Catilin. cap. 56. n. 3.

¹ *Hujus casu*] Sic legendum, non ut omnes habent, quos quidem viderim, libri vulgati, *hujus causa*. Lamb. Leid. m. & Voss. A. *caussa*. pro *Boeotii* Voss. A. & B. *Boetii*, & ita semper.

¹ *Hujus casu aliquantum retardati sunt Boeotii*] Animos & ardorem pugnandi parumper remiserunt. Tacitus 2. A. 21, 2. *Imprompto jam Arminio ob continua pericula; sive ilium recens acceptum vulnus tardaverat*. Gebhardus.

² *Repugnantes*] Resistentes, pugnam contra cientes. Gebh. Voss. A. *repugnantis*.

³ *At Epaminondas*] De vulnere & ex eo consecuta Epaminondae morte paulo aliter narrat Pausanias in *Arcadicis*; sed cum nostro convenit Diodorus 15. itemque Cicero *fam. epist.* 5, 12. Buchnerus. Videri & Aelianus potest 12, 3. ac Valer. Max. 3, 2. itemque Plutarch. in *Apophthegm.* & *Justin.* 6, 8. Bofius.

⁴ *Mortiferum vulnus*] Mortale, lethale, *Σαρκοτονον*. Sic *Mortiferum bellum* Ennio Telamone. *Scribam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere*. M. Tullius pro Sextio:

Plaga insanabilis & mortifera. Pro Sulla. *Accepit P. Sulla vehementis & mortiferum vulnus*. Gebhardus.

⁵ *Statim emissurum*] Sic ex Mss. emendavi. Ita *efflare animam* dixit in Pausania [c. 5, 4.] *emittere spiritum* Marcianus in l. 18. §. in *quibus*. De *reb. dubiis*. & non semel Damasus de vita Pontificum. Josepho Plautus: *cave, ne quid emittas animae*. Savaro. Non probo factum Savaronis *emissurum* substituents, sic Cicero pro S. Roscio: *Per summum dedecus vitam amittere*. Auctor ad Herennium. *Decius amisit vitam, at non perdidit: recepit patriam, amisit animam*. Gebhardus. Confirmat Savaronis lectionem & cod. Boecleri. Nobiliss. Schefferus censebat ideo retinendam, quia simul respiciatur ad sanguinem & ejus fluxum; cum quo anima conjuncta. Vulgo erat *amissurum*. Bofius. Leid; m. & Voss. A. B. item Ms. Oxon. *emissurum*. *Emittere animam, spiritum; dimittere vitam, & deponere animam* idem notant. Vide Cl. Muncker. ad Hyginum fab. 59. *emittere & dimittere* saepius confundi docemur ex notis Cl. Burmanni ad Phaedrum lib. 1. fab. 13.

⁶ *Vicisse Boeotios*] Celeberrimum hoc praelium ad Mantineam (quo victores quidem extirerunt Theba-

ni;

quam audivit; ¹ *satis*, inquit, *vixi*: *invictus enim morior.*

CAP. X.

Tum ferro extracto ² confessim exanimatus est. ³ Hic uxorem nunquam duxit. in quo quum ⁴ re-
pre-

ni; verum una cum praestantissimo hoc, eorum duce, imperium suum amiserunt) varia prodigia praecesserunt, quae Cicero lib. 1. De Divinat. exponit. Xenophon. in luctuosa toti Graeciae hac victoria historiae suae finem facit. *Ernstius.*

¹ *Satis, inquit, vixi*] Vir fortis ac fidus patriae nunquam paratius & gloriosius occumbit, quam pro patriae salute. Tullius lib. 2. Tusc. Qu. cap. 24. Num tu ingemuisse Epaminondam putas, cum una cum sanguine vitam effluere sentiret? imperantem enim patriam Lacedaemonis relinquebat, quam acceperat servientem. Loccenius. Voss. A. *satis, inquit, vixi.* in Hackiana Edit. legitur *viri.*

² *Confessim exanimatus est*] Τὸ δὲ ἐπειρήσθη τὸν ἀνὴρ τῶν τετραχῶν ἐξήπυον. Valer. E corpore deinde suo hastam educi iussit, eoque vulnere exspiravit. Gebh. Servius ad Virg. lib. 1. Aen. v. 488. Exanimus, & exanimis dicimus, sicut unanimus, & unanimis, inermis, & inermis. Ergo pro nostro arbitrio, aut secundae declinationis erunt, aut tertiae, sed tertiae, ablativum singularem in i. amittunt, quia communis sunt generis. Exanimis autem est mortuus, ut hic indicat locus, exanimatus vero timens. ut: Examinata impingeret agmina muris. Qui lib. 4. Aen. v. 672. sibi obloquitur ad illa verba. *Audit exanimus trepidoque exterrita cursu, di-*

cens. Audiit exanimis, id est exterrita; nam ut diximus Exanimatus, mortuus est. Pro mortuo usi sunt Suetonius in Caesare cap. 39. *Ac saepe prae turba elisi exanimatique sunt plurimi. & in his duo senatores.* & A. Gellius lib. 3. N. A. cap. 15. *Annis repente, filio viso, copia atque turba & quasi ruina incidentis inopinita gaudii oppressa exanimataque est.*

³ *Hic uxorem nunquam duxit*] Tamen filium ejus Stefibrotum memorat Plutarchus in *parallelos* p. 308. e Ctesiphontis tertio Boeoticorum: uxorem (γυναικα) a Phoebeida amatam Polyaeus 2, 1. Gebhardus tamen negat Polyaei verba fidem nostro demere. Aliud enim, inquit, est, habere mulierem; aliud, γαμεῖν. Uxorem quidem non duxisse, restantur omnes Epaminondam; at caput libenter cum scortis collimasse, apparet ex isto Plutarchi loco in *παρρηγήμασι*. Ἄρεσα ἢ ἀνθρώπων, inquit Philosophus, ὁ Ἐπαμινώνας, ἀρνησάμενος δαδέντι τῶ Πιλοπίδα ἢ κάπλον ἐν τῷ εἰρηκῆ ἀρῆναι, ἢ μὴ ὄληρον τῷ ἐραστῆς διηθείσης ἀρῆς ταυτάς, ἔην, χάρετας, ὃ Πιλοπίδα, λαμβάνειν ἰταυρῆσις, ἢ στρατηγῆς, στέπον ἐστίν. Haec Gebhardus. Bofius.

⁴ *Reprehenderetur, quod liber, non relinqueret*] Sic Ms. Boecl. & ante Lambertum vulgati, a quibus nec Dan. & Sav. codices discrepabant. Loidensis paullo aliter, *reprehend. a*
Pelo-

prehenderetur [quod liberos non relinqueret] : a Pelopida, ² qui filium habebat infamem : *maleque eum* ² in eo patriae consulere diceret : *vide, inquit, ne tu pejus consulas, qui talem ex te natum relieturus sis. neque vero stirps mihi potest deesse. namque* ³ *ex me natam relinquo pugnam Leutricam, quae non modo mihi* ³ *superstes, sed etiam immortalis sit necesse est.* Quo tempore duce Pelopida, exules Thebas occuparunt, & praesidium Lacedaemoniorum ex arce expulerunt, Ep-

Pelopida, quod f. n. vel. Primus Lambinus illa quod lib. non vel. in alium locum conjecit, & illis, *maleque in eo patr. cons. diceret*, subjunxit. quem ceteri secure secuti sunt. Mihi suspecta sunt, & e cap. 5, 5. ab aliquo in ora libri adscripta videntur. Bofius. Sic etiam Leid. m. & Voss. B.

1 *A Pelopida, qui filium habebat infamem, maleque eum in eo patriae consulere diceret*] Sc. Pelopidas, qui Nominativus ex praecedenti repetendus Ablativo *Pelopida*. De quo ellipseos genere plurima congestere Cl. Oudendorp. ad Frontinum l. 4. Strateg. cap. 1. n. 136. & Tib. Wopkens l. 2. Lection. Tullian. cap. 12. Quae Elliptica locutio utriusque linguae scriptoribus familiaris mire vexavit Virum Cel. J. Perizonium in Aeliano lib. 8. V. H. cap. 17. Ὅτι Σούβης ὁ Ἰνδίνου, ὁ ἦ Ζαγυλιαίων μονάρχης ἀπέβη ἐς Ἀσίαν ἐπὶ τῆς βασιλείας ΔΑΡΕΙΩΝ, ἢ ἀπὸν ἔΝΟΜΙΣΣΕ (sc. ΔΑΡΕΙΟΣ) πάντων διηγεῖται κατὰ ἀνδρῶν εἶναι. Consule ibi Abr. Gronovii notas.

2 *Qui filium habebat infamem*] Ex *Plutarcho* cognoscere licet, filios aliquot Pelopidam ex uxore sua habuisse : sed neque quot fuerint, neque ullum ex iis infamem fuisse

narrat. Lambin. Pro *maleque Leid. m. male.* Paulo post pro *occupaverunt Leid. m. occuparunt.*

3 *Ex menata n. vel. pugnam Leutr.]* Xenophon. lib. 7. dicit eum reliquisse duas filias, victoriam Leutricam & Mantinensem. *Ernstius.* Alteram, Mantinensem, addunt *Xenoph. h. Gr. 7. Diodor. 15. & Val. Max. 3, 2. Bofius.*

4 *Domo se tenuit*] Lambinus edit, *domi se retinuit*, Aldinam & Paris. edd. sequutus. quamquam ipse mallet *continuit* : quod Gebhardus recte rejecit. Qui vulgaram lectionem firmat illo Curtii 10, 5, 8. *Nec se ipsos intra vestibulum regiae retinere potuerunt.* Et altero Varronis :

Si quis melodinis sit ὄντος λέγας.

Praesepibus se retineat forensibus.

Ed. Col. *domo se retinuit.* Ven. *domum se retin.* Verum in optimis libris Dan. Sav. Leid. Boecl. erat, *domo se tenuit* : quomodo fere loquutus 18, 5, 7. 23, 12, 3. & 10, 9, 1. quare non dubitavi sic & hoc loco, praecunte *Savarone*, rescribere. Bof. Etiam Leid. m. Voss. A. & B. item Oxon. *domo se tenuit.* De *domo* pro *domi* consule Cl. Munck. ad Hyginum fab. 247. Idem usus obrinet in nominibus propriis. ita in Milt. cap. 8. n. 3. Leid. & Voss. A. C. *Chersoneisso pro Chers-*

Epaminondas, quam diu facta est caedes civium, & domo se tenuit: ¹ quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, ² ne manus suorum sanguine cruentaret. namque omnem civilem victoriam funestam putabat. Idem, postquam apud ³ Cadmeam pugnari cum Lacedaemoniis coepit, ⁴ in primis stetit. Hujus de virtutibus, vitaque satis erit dictum; ⁴ si hoc unum adjunxero, quod nemo ⁵ eat inficias,

The-

Chersonesi. In Chabria cap. 3. n. 4. Cod. P. Dan. Leid. & Voss. B. *Timmoteus Lesbos*, Chares Sigaeo. Vide & Cl. Oudendorp. ad Julium Obsequentem cap. 114. & Dost. J. Arntzenium ad Victorem de Viris Illustr. cap. 37. n. 2. Attamen istum casum non temere ubique intrudendum censeo. Ita Viri docti dissentiant, utrum sit melius, *humo jacere*, an vero *humis*, quam litem egregie diremit Cel. Burmannus, qui respondit, melius esse ac latinius *jacere humi*, si absolute ponatur, *humo* vero, si adjectivum adiciatur, addens in gignendi casu saepius pro *in humum*, in terram adhiberi a probatis Auctoribus. Vide ejus Viri Commentarium ad Phaedrum lib. 1. fab. 18. vs. 3. unde facile cum Cl. Graevio & codd. Mss. apud Florum 4. 12. 5. *Afflictus humi* pro *humo* legi posset, sed vide ibi Cl. Dukeri notas: ita tamen & *depressus humi* veteres dixerunt, v. Cl. Cort. ad Sallust. Catilin. cap. 55. n. 3. *Tenere se domo* est manere. Livius lib. 2. cap. 32. *Ibi sine ullo vallo fossaque communitis castris*, quieti, rem nullam nisi necessariam ad victum sumenda, per aliquot dies neque lacesit, neque lacescentes sese tenuere. lib. 3. cap. 26. *Nulla magnopere clade accepta castris se parvidus tenebat.* lib. 4. cap. 21. *Qui se primo aut oppido, aut montibus aut*

muro tenerant. Cic. 10. ad Fam. Ep. 18. *Nisi uno loco me tenerem.*

¹ *Quod neque malos defend. &c.* Msc. Boecl. *quod n. m. d. volebat, neque impugnare, neque man. s. f. cruentare, namque o. c. vict. funestam.* Bofius. Consentiunt Leid. & Voss. A. B. praeterquam, quod Leid. & Voss. B. agnoscunt *no putabat.*

² *Ne manus suorum* Civium, quos aequae ac patriam laedere nefas. Seneca de ira 2. 31. *Nefas est nocere patriae; ergo civi quoque: nam hic pars patriae est.* Buchnerus.

³ *Cadmeam* Arcem Thebarum. Scripti plerique: *Academiam* vel *Achademiam*. Quare Cl. Schefferus legit *arcem Cadmiam*: putatque scriptum fuisse breviter, *ar. cadmiam*. Mox Ms. Boecl. *postq. ap. achademiam cum Laced pugnavit.* Dan. & Long. *pugnare cum Lac. coepit.* Bofius. Leid. m. *Mant. neam* Voss. A. *Achademiam* B. *Achademi*. Pro *pugnari cum Lacedaemoniis* Leid. m. & Voss. A. *cum Lacedaemoniis pugnare*, sed B. *pugnavit cum Lacedaemoniis*, omisso *coepit.*

⁴ *In primis stetit* ^{Ev} *εσπευξεν*, in iis qui, in primis ordinibus pugnabant. Lambin. vide Ind. Bofius.

⁵ *Eat inficias* Msc. Leid. *it inf.* non male. Est enim parenthesis, mox pro *contra ea*, alii *cum eo*. Sed alterum Mss. codicum auctoritate

Thebas & ante Epaminondam natum, & post ejus interitum, perpetuo alieno paruisse imperio. contra ea, quam diu ille praefuerit Reipubl. caput fuisse totius Graeciae. ex quo intelligi potest, unum hominem pluris, quam civitatem fuisse.

locisque Nepotis alius stabilitur. deno Ind. vide. *Bosius*. Leid. m. etiam it inficias.

5 Post ejus interitum &c.] Similia *Diod.* habet 15. pag. 498. & 504. *Bos.*

6 Unum hominem pluris, quam civitatem fuisse.] In uno viro praestanti & prudente plus est ad recte decernendum consilii, & ad agendum dexteritatis, si ad clavum imperii sedeat, quam in tota turba: quam ille sua virtute & ingenio dirigit ac tuetur. Hinc *Phaedrus* lib. 4. fab. 43. recte dixit:

Plus est in uno saepe quam in turba boni.

Exemplo praeter Epaminondam fuit David, qui populo Israelitico erat instar decem millium 2 *Sam.* 18. v. 3. Themistocles, de quo supra noster: Unius viri prudentia Graecia liberata est. De Messio *Livius* lib. 4. Uni viro Messio fortuna hostium imittitur. *Loccen.* *Sallustius* *Catil.* 53. Mibi multa agitantis constat, paucorum civitum egregiam virtutem cuncta pa-

trasse &c. Vid. tot. loc. Praecipue autem videndus *Polyb.* l. 6. de Thebanorum rep. loquens, cujus prosperis non forma reipub. ipsa, sed eorum virtus, qui tum rebus praecerant, causam praebuerit: & γδ inquit, συννεξήθη η συνήμισε, η συγκρατήθη τα Θεβαίων έργα τοδ τε Επαμινόνδα η τοδ Πλοτόδα δια παρρησίας. εζ αν η τω πολιτείαν αίτιαν, αλλά τες άνδρας ηγτίον τής τότε γηρομένους περί τω Θεβαίων πόλιν επραείας. vide reliqua. *Boecler.* Similiter. *Livius* 2, 10. Pons sublitius iter pene hostibus dedit, ni unus vir fuisset, *Horatius* *Codex*: id mihi in illo die fortuna urbis Romanae habuit. Idem de Archimede 24, 34. Habuisset tanto impetu coepta res fortunam, nisi unus homo Syracusis ea tempestate fuisset, Apud eundem *Scipio* 28, 43. Nec felicius Xantipponem Lacedaemonium Carthagini, quam me patriae meae sinerem natum esse, cresceretque mihi ex eo ipso fiducia, quod possit in hominis unius virtute tantum momenti esse. Adde *Justin.* 5, 4, 12. *Bos.*



XVI. PELOPIDAS.

CAP. I.

PELOPIDAS THEBANUS ² magis historicis, ¹ quam vulgo, notus. Cujus de virtutibus dubito quemadmodum exponam, quod vereor, ³ ne, si res ex-

PELOPIDAM narravere *Plutarchus in vita. Xenophon. hist. Gr. 5. Diodorus 15. Polyænus 2. Frontinus 1, 5, 2, 2, 3, 8, 4, 7, 28. Aelianus var. hist. 11, 9, Polybius 6, & 8. Pausanias in Boeoticis. Boeclerus.*

¹ *Pelopidas Thebanus*] Suidas plenius. *πελοπίδης ὁ τῆς πελοπον.* *Ernstius.* Hippocli filius, nobili Thebis genere: ut *Plutarchus* ait. Ad nostrum igitur haud pertinet, quod vir doctus e *Suida* adducit. *Bosius.* Pelopidam tamen fuisse pauperrium docet *Aelianus* lib. 2. V. H. cap. 43. ubi causam ejus paupertatis nobis aperit *Cel. J. Perizonius* in notis.

² *Magis historicis, quam vulgo notus*] Secus atque *Epaminondas*, qui in ore paene omnium. *Pelopidas* autem tantum Historicorum scriptis memoratus, in quae vulgus non ita penetrat. Caeterum sive *historiis* sive *historicis* legas, res eodem recidit. *Jul. Capitolinus* Vero; *Scio, plerosque ita vitam Marci ac Veri* *liveris atque historiae deditasse.* *Gebh.* Non autem accipiendum hoc de vulgo Thebanorum, ac si suis ignotus fuerit; sed de Romanis, aut etiam Graecorum aliis. Quare non est, cur quis existimet, nostrum ab initio scripsisse, non magis *historicis* &c. Ceterum in vulgatis libris

legitur *historiis*: sed nostram lectionem firmant cum manuscripti, *Dan. Schotti*, & *Boecl. tum*, ut jam *Lambino* & *Schotto* observatum, illa *Ciceronis or. pro Mur. c. 7. Tuae vero nobilitas, Ser. Sulpici, tamesi summa est, tamen hominibus literatis & historicis notior est; populo vero & suffragatoribus obscurior.* *Bosius.* *Leid. m. & Voss. A. B. historicis.* Verbum *dubito* abest a meo *Leidensi.*

³ *Ne, si res explicare*] *Lambinus* ait, quosdam legendum putare, *se eas expl. virtutes scilicet; idque probat*: ita tamen, ut etiam hanc lectionem ferri putet posse, ut res gestas *Pelopidae* significarit, & *res summis rerum* opponi intelligamus. Verum nihil mutandum est. Neque tam *res & rerum summae* invicem sibi opponuntur, quam *res explicare, & rerum summas attingere.* Illud pleniorum narrationem designat, idemque est ac *rationem gestorum explicare*, 14, 1, 2. hoc brevem & compendiosam. Porro plerisque edd. *τὸ ne* abest: *Lambiniana* tamen habet, nescio unde defumtum. neque enim in *commentario* quidquam de eo adnotat. Et certe vix potest abesse. Nemo namque veterum, quod sciam, hanc particulam post *verbum vereor*, in hoc structurae generis

explicare incipiam, non vitam ejus enarrare, ¹ sed historiam videar scribere: si tantummodo summas attingero, ne rudibus litterarum Graecarum minus ² lucide appareat, quantus fuerit ille vir. Itaque utriusque rei occurram, quantum potero; & medebor ² cum satietati tum ignorantiae lectorum. Phoebidas Lacedaemonius, quum exercitum ³ Olynthum duceret,

nere omisit. Quocirca expungere eam nolui. Posset tamen etiam alio loco, post *ro incipiam*, inseri, legique, *ne non vit. ejus*. Ut a librariis ob continens non omissa fuerit. sed magis tamen placet mihi Lambinianus verborum ordo. Atque sic & Cicero solet. Ut de orat. 3, 9, *ne si paulo obsoletior fuerit oratio, non digna expectacione fuisse videatur*. Bofius.

1 *Sed historiam*] Oportuisset enim ea etiam, quae superius de Epaminonda dicta, aliaque non pauca ab eo gesta haec repetere, quae ut infra auctor memorat, communia cum eo habuit Pelopidas. *Ernstius*. Vid. Ind. *historia*. Similiter & alii locuti. de quo vide *Saravon. ad Sicon. 1. epist. 2. Bofius*. Pro *attigero* Voss. B. *attingerem*.

2 *Lucide*] Exc. Dan. *dilucide*. quomodo Terentius Phorm. 2, 3, 52. *Dilucide expedari, quis me oportuit*. Sed simplici *lucide* etiam Cicero usus, 2, de orat. cap. 25. *ut verbum illud, quod causam facit, lucide breviterque desinat*. Apud eundem lib. 3 ejusd. operis cap. 10. in quibusd. libb. *puri lucidique sermonis mentio*. Mox Dan. & Boel. *quantum potuero*. ille etiam, *tum satietati*. Bofius. Pro *potero* Voss. B. *potuero*. Verbum *occurram* eleganter mox ipse explicat per *medebor*, positum quippe pro *succurram*, *opem feram*, de qua ver-

bi notione egere Celeberrimus Burmannus ad Epistolam Demophoontis Phyllidi, a Sabino verbis conscriptam vl. 19. & Eruditissimus vir H. Snakenburg ad Curtium lib. 7. cap. 5. §. 10. Pro *cum satietati, tum ignorantiae* Voss. A. *tum satietati tum ignorantiae*. Haec saepe in iisdem Codicibus mire confunduntur. sic vidimus in praefacione §. 8. Codicem Vossianum litera A. distinctum scribere, cum *magnitudo voluminis prohibet, tum festinatio*: ubi Vulgarae edd. & Voss. B. *tum magnitudo voluminis prohibet, tum festinatio* exhibent, & Leid. m. *Magnitudo vol. p. tum festinatio*. in Pausania cap. 3. n. 3. Leid. & Voss. A. *cum patriae, tum sibi inimica*, B. *tum patriae tum sibi inimica*. in Cimone cap. 2. n. 1. Leid. m. *tum juris civilis tum rei militaris*; contra vero Voss. B. & C. *cum juris civilis, cum rei militaris*. Vide & eandem Mss. Codicum varietatem in Alcibiade cap. 7. n. 5. *Qua ex re creverat cum fama, tum opibus*. & alibi. Vide J. Arntzenium ad Victorem de Orig. G. R. cap. 11. n. 3.

3 *Olynthum duceret*] Auxilio Amyntae Macedonis, qui societate cum Lacedaemoniis inita, Olynthum cunctis viribus meditabatur oppugnare. *Gebhardus*. Rem narrat *Diodorus* 15. pag. 467. & paulo aliter

ret, iterque per Thebas faceret, ¹ arcem oppidi, quae Cadmea nominatur, occupavit ² impulsu paucorum Thebanorum, qui ³ adversariae factioni ⁴ quo facilius resisterent, Laconum rebus studebant: ⁵ idque suo privato, non publico, fecit consilio. Quo facto eum Lacedaemonii ⁶ ab exercitu removerunt, ⁷ pecuniaque multarunt: neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt, quod ⁸ susceptis inimicitiiis fatius ducebant

liter *Xenoph. hist. Gr. 5. Bosius*

¹ *Arcem oppidi occup.]* Proxiæ de hoc *Xenophon l. c. Plutarchus Pelopida; brevis Diodorus 15. pag. 498. aliique. Bosius.*

² *Impulsu paucorum]* Fuerunt hi Archias, Leontides, & Philippus, homines principatu quidem & divitiis clari, sed nihil modestum sentientes, ut inquit *Plutarchus. Magius. Pro paucorum Leid. & Voss. A. Paucorum. pro impulsu Voss. B. impulsu. & paulo ante pro Cadmea Voss. A. Caamei.*

³ *Adversariae factioni]* Viris adversariae factionis, Ismeniae, Pelopidae, Pherenico, Androclidae, Epaminondae: quanquam hic propter paupertatem & philosophiam minus timebatur. *Lambinus.*

⁴ *Quo facilius resisterent, Lacon. reb. stud.]* Exemplum dicti Liviani, *Discordiam & seditionem omnia oppertima insidiantibus facere: quum pars, quae domestico certamine inferior sit, externo potius se applicet, quam civi cedat.* *Loccenius. De Thebanis vide Xenoph. l. c. pag. 556. Bos.*

⁵ *Idque suo privato]* Et Agefilaus, ut *Plut. in Agefil. testatum reliquit. Magius.* Imo & publico, sed occultato, ut *Polyb. 4. & Diod. Sic. testatur.* Sed ut privato ausu, non publica auctoritate fecisse videretur.

Spartani eum dicis causa multarunt; re vero ipsa ejus factum tacite approbarunt. quod eventus ostendit: dum arcem Thebanis non reddiderunt, quam contra foedus occuparat Phoebidas. Agefilaus hoc ita excusavit, quod rem patriae utilem fecisset antiqua lege, quae intuitu utilitatis publicae aliquid raptim, & ex tempore agere permitteret. *ἀρχαίον ἐστὶν νόμον, ἕξεναι τὰ νομιὰν αὐτοῦ διαφέρει.* Verum quis hoc a perfidiae crimine absolvat, contra foedus hostilia moliri: quamvis utilitatis specie excusetur, & ad νόμον, ut *Aristot. 2. Polit. 7.* vel ut hodie loqui amant, ad rationem status, a Lacedaemoniis referatur. *Loccenius. Pro suo privato Voss. B. suae privatae.*

⁶ *Ab exercitu removerunt &c.]* Vid. *Plutarch. Pelop. 280. B. C. &c.* Simile quid habet, quod Caesars Borgia in Remoro Orco fecit, apud *Macchiavell. in Princ. pag. 44. Buchnerus.*

⁷ *Pecuniazque multarunt]* Decem myriadibus drachmarum, ut *Plus. Pelopida ait.* Quod autem idem in praecipis ger. reip. ab Agefilao servatum scribit, id recte *Magius* de poena capitis interpretatur. *Bosius.*

⁸ *Susceptis inimicitiiis]* Quid sit suscipere inimicitias docuere *Eruditi*

bant eos obsideri, quam liberari. Nam post ¹ Peloponnesium bellum, Athenasque devictas, cum Thebanis sibi rem esse existimabant: & eos esse solos, ⁴ ² qui adversus resistere auderent. Hac mente ³ amicis suis summas potestates dederant, ⁴ alteriusque factionis principes partim interfecerant, alios in exilium ejecerant: in quibus Pelopidas hic, de quo scribere exorfi sumus, pulsus patria carebat.

CAP.

Lipfenses in Actis M. Aprilis. A. 1731. pag. 194. & Cl. Cortius ad Ciceron. lib. 2. ad Fam. Ep. 18. n. 2.

¹ Peloponnesium bellum] Leid. & Voss. A. Peloponnesium bellum.

² Qui adversus resistere] Nihil mutandum: quod Lambinus imperite conatur. Gebhardus. Lambinus hoc genus loquendi miratur. Credam, Eruditissimum Virum, ut saepe accidere solet, alio contulisse animum, cum id scripserit: cum mea quidem sententia nihil dici possit planius, quam quod soli Thebani auderent adversus resistere, nempe Lacedaemoniis. Dixit Nepos adversus five adversum resistere, ut est in Ms. nostro Cod. per *ἀντι-σταν*. Ernstius. Lambino mirum loquendi genus videtur, putatque legendum, qui sibi resist. aud. vel certe, qui se adversus, seu adversus se, quod postremum & Barthio placebat. Sed constantem omnium librorum lectionem facile tuetur locutio similis 17, 4, 7. vide Ind. in adversus. Bofius.

³ Amicis suis] Potentiae paucorum fautoribus, quales erant Thebis Archias, Leontidas, Philippus. Lamb. quorum impulsu & arcem ceperant. Lengol.

³ Amicis suis summas potestates

dederant] Supra Lyfandro. Decem delegerat in unaquaque civitate, quibus summum imperium potestatem omnium rerum committeret. Xenophon. lib. 5. Hellen. Τὰς γερουσίας ἑκάστης πόλεως ἀνελάμβανεν ἐν ταῖς πόλεσιν οὗτοι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἢ ἡμῶν τοῖς ἰσοκράτους εἰδὸς ἕσται. Gebhardus.

⁴ Alteriusque factionis principes &c.] Ifmeniam capitis accusatum damnarunt: Androclidas, Pelopides, Pherenicus, & multi alii, plus cece, Athenas profugerunt, ex quibus Androclidem Leontidas dolo interficiendum curavit; ut Xenophon & Plutarchus narrant. Lambinus. Copulam que restitui e libb. Dan. & Boecl. nam vulgatis abest, etiam optimis. Bofius. Pro Summas potestates Voss. B. summam potestatem. pro alterius factionis Leid. m. alteriusque factionis. Verbum carebat abest a Vossiano A.

⁵ Quo seq.] Sic e membr. suis & Ultraj. ed. Schottus; itemque Exc. Dan. Alii, ut seq. Bofius. Leid. m. & Voss. A. ut seq. & pro contulerant, idem Voss. contulerunt. pro fors Voss. B. fors. quas voces saepius permu- tari docet Doct. J. Arntzenius ad Victorem de V. Ill. cap. 13. n. 1. obferre proprie hic adhibetur ab Auctore nostro, ut & a Livio lib. 2. cap. 23. Pauci admodum Patrum,

CAP. II.

Hi omnes fere Athenas se contulerant, non s̄ quo
 sequerentur otium, sed, ut quemque ex proximo
 locum fors obtulisset, eo patriam recuperare niterentur.
 Itaque quum tempus est visum rei gerendae, 2
 communiter cum his, qui Thebis idem sentiebant,
 diem delegerunt, ad inimicos opprimendos, civitatemque
 liberandam, eum, 1 quo maximi magistratus

quos casus obtulerat, contracti ad consules. Lib. 25. cap. 29. Quosque fors obtulit. Hirtius Bello Alex. cap. 22. Quandocumque fors obtulerat. ex restitutione Clar. Artzenii. Pro delegerunt Voss. B. elegerunt. Saepe haec duo verba commutantur. Vide Cl. Oudendorp. ad Frontinum lib. 1. strategemat. cap. 1. n. 48. quod verbum recte defendit Celeb. Burmannus ad Quintilian. Instit. Orat. lib. 1. cap. 3. Graevius vero ad Justinum lib. 2. cap. 10. citat Diem legerunt, quo Maximi Magistratus simul consueverunt epulari. pro ab tam tenui Voss. B. ab tenui.

1 Quo maximi magistr.] Haec lectio est editionum vert. plerarumque, & quarundam e recentioribus. quibus concinunt Mss. Dan. Sav. Schotti; quorum nemo adnotavit, quod maximi abesse. Etiam Boecler. & Leid. habent, etsi corrupti. nam ille: cum quoque maximi magistr. similiter cons. ep. hic: eum quo maximus magistr. s. c. e. Et res ipsa retineri jubet. Neque enim omnes Thebanorum magistratus una epulabantur, sed Polemarchi tantum, Archias & Philippus, cum paucis alijs, ut Xenophon ac Plutarchus, qui prolixè rem narrant, tradunt. Hos maximos magistratus dixit.

Bösius. Omnes mei Maximi magistratus. praeterquam quod Voss. B. exhibet, cum quoque Maximi magistratus. pro consueverant Leid. m. consueverant. Voss. A. consueverat. Pro saepe Leid. m. spe. Magistratus. h. l. in pl. N. more Latinis usitato, de collegio adhibuit Noster. quomodo Sallustius in Catilina cap. 30. Romae per totam urbem vigiliae haberentur, iisque minores magistratus praesent. in Themistocle cap. 7. n. 4. Hos postquam Athenas pervenisse ratus est, ad magistratus, senationque Lacedaemoniorum adiit. ita ibi cum Cl. Oudendorpio legendum, quam lectionem ibi confirmaram vidimus loco Terentii in Phorm. 2. 3. 56. At tu qui sapiens es, magistratus adi. qui locus nos monet, ut in Eunuchi Prologo, vl. 22. Codicum quorundam scripturam amplectamur, exhibentium, Magistratus cum ibi adessent, occopta st agi. In Lysandro cap. 4. n. 3. quantum ex collatione Cl. Oudendorpii conijcere mihi licuit, in Cod. Leidensi scriptum fuit. Postquam de suis rebus gestis apud maximos magistratus, quae voluerat, dixerat. & in Epaminonda cap. 4. non refragarer, si quis Ego te tradam magistratibus legeret. Vide Cl. Graevium ad Justinum lib. 2. cap. 10. Quum vero indica-

3 tus¹ simul consueverant epulari. Magnae saepe res non ita magnis copiis sunt gestae: sed profecto nunquam ab tam tenui initio tantae opes sunt profligatae. Nam² duodecim adolescentuli coierunt ex his, qui exilio erant multati, quum omnino non essent amplius centum,³ qui tanto se offerrent periculo. ⁴ qua paucitate⁵ percussa est Lacedaemoniorum potentia. 4 Hi enim non magis aduersariorum factioni, quam Spar-

tur quis munere quodam publico fungi, dicitur in magistratu esse, ut vidimus ad caput quartum Chabriae, vel etiam magistratus nuncupatur. Vellejus Paterculus lib. 2. cap. 42. *Longum est narrare, quid & quoties ausus sit, quanto opere conata ejus, qui obtinebat Asian magistratus P. R. metu suo destituere.*

1 *Simul consuev. epulari]* Xenophon ait, Aphrodisia sub finem magistratus in polemarcheo celebrasse. Verum Plutarchus cum in Pelopida, tum in lib. de genio Socratis, a Phylida eorum scriba convivio exceptos scribit. Bosius.

2 *Duodecim adolese.]* In his Melon, Damocles & Theopompus, summo loco nati. Plut. Schottus. Xenophon tradit, sex duntaxat exules fuisse cum Melone, qui erat septimus. Plutarchus cum Probo congruit. Lambin.

3 *Qui tanto se offerrent periculo]* Id est se exponerent, tantum adirent periculum. Cicero lib. 10. ad Fam. Ep. 18. *Non dubitandum putavi, quin succurrerem, neque communi periculo offerrem.* Justinus lib. 9. cap. 8. *Pater de convivio in hestern procurare, manum conferere periculis se temere offerre. & ita centies, ut & offerre se pugnae, irridere, & similibus.*

4 *Qua paucit. percussa]* Sic Dan. & q. edd. ut infra versu 4. Reliqui percussa. Bosius. Omnes mei percussa.

5 *Percussa est Laced. pot.]* Nam bellum, quod Spartaee dignitatem ac majestatem fregit, quodque Lacedaemonios maris & terrae imperio spoliavit, ex illa nocte, qua hi XII. juvenes Thebani tyrannos oppresserunt, natum est. Sic Plutarchus Pelopida & Diodorus 15. Lamb. Pro Spartanis Voss. B. Spartani.

6 *Imperii majestas]* Recte consensu quodam restituta vox imperii, & tam vulgatum imperio quam ad imperiosa Lambini rejectum est, praeceuntibus libris melioribus Dan. Sav. Schotti, Boecl. Leid. Inepnum & valde coactum est, majestatem imperio, dici pro in imperio, vel imperii. Longe aliud est fulgor ab auro. & similia Vide Ind. v. majestas. Recte quoque Lambinus, Leuëtrica pugna, ablativo casu rescribendum, & ut nunc legitur, locum distinguendum censuit, concinentibus codd. Dan. & Boecl. Nam illa neque ita multo post, seorsim accipi debent: quomodo 4, 3, 1. illa, post non multo. Vult scilicet quinquennio post, quando Leuëtrica pugna commissa est, id factum esse. Quod vulgo, & in Mss. Sav. Sch. aliisque

Spartanis, eo tempore bellum intulerunt: qui principes erant totius Graeciae. quorum imperii majestas, neque ita multo post, Leuctrica pugna, ab hoc initio percussa, concidit. Illi igitur duodecim, quorum erat dux Pelopidas, quum Athenis interdium exissent, ut vesperascente coelo Thebas possent pervenire, cum canibus venaticis exierunt, retia ferentes, vestitu agresti, quo minore suspitione facerent iter.

que habetur, neque ita multo post pugnam Leuctricam; nescio quomodo non satis congruens genio Neopotis mihi quidem videtur. Et, si de Mantineensi praelio accipias (quo Lacedaemonios funditus corruisse & principatum Graeciae amississe, Diodorus 16. p. 474. scribit) ne quidem verum fuerit. Nam id toto octennio Leuctrico posterius fuit. Ne nunc dicam, res Thebanorum potius pugna ad Mantineam concidisse: sic enim exserte Diodorus 15. p. 498. Restabat, ut res concidit fide codd. Dan. Sav. Sch. Boecl. reponeretur; quod ego sine ulla haesitatione feci, cum & alibi noster hoc sensu id usurparit. Confer 17, 5, 2. & 19, 2, 4. In Cod. Boecler. erat percussa, vitiose, ut arbitror. Bosius. Voss. A. & B. etiam exhibent imperii majestas. Pro post Leuctrica pugna Leid. & Voss. A. post Leuctricam pugnam pro percussa cecidit solus Voss. B. percussa cecidit. Centies haec duo verba confundi in Mss. a viris Doctis fatis superque monstratum est. Vide Gebhardum ad Eumenis vitam cap. 5. Broukh. ad Propert. l. 1. El. 1. v. 13. Cortium ad Sallust. Catilin. cap. 43. n. 2. Gebhardum ad Dionis vitam cap. 5. n. 3. ubi pro percussit male in meo Leidensi

percussit legitur; & quos laudat Cl. Oudendorpius ad Lucanum lib. 1. v. 487. Codicum Mss. plurimorum auctoritatem hic sequar, qui legunt percussa; quoniam viri docti adnotarunt, verbum percellere notare evertere, pervertere, perturbare, ab omni conatu resistendi, aut vindicandi dejicere, in terram dare, sive prosternere, ubi in pugna res geritur.

1 Vesperascente coelo] Xenophon tradit, eos ea hora ad urbis portas venisse, qua ab opere rustico in urbem ii redeunt, qui postremi & maxime sero redeunt. Lambinus. Diodorus noctu rediisse ait; Plutarchus *ἔτι ἡμέρας ἔσσε*, & aere obventum & nivem mutari incipiente, coque plerisque civium in aedes suas ob tempestatem reverfis. Bosius.

1 Vesperascente coelo] Crebro ad id exemplum loquitur Tacitus lib. 1. Annal. cap. 65. *Enisaeque legiones vesperascente die in aperta & solida*. lib. 16. cap. 34. *Tum ad Thrasiam in hortis agentem Quaestor consulis missus vesperascente jam die*. lib. 2. Histor. cap. 49. *Vesperascente die sitim haustu gelidae aquae sedavit*. Forte ita corrigendus Sallustius in Jugurthino. *Et jam dies vesperaverat*. vulgo editum. *Et jam die vespererat*. Gebh.

iter. qui quum tempore ipso,¹ quo studuerant, pervenissent, ² domum Charonis devenerunt, ³ a quo & tempus & dies erat datus.

CAP. III.

Hoc loco libet interponere, etsi se junctum⁴ ab
re posita est, nimia fiducia⁵ quantae calamitati

¹ Quo studuerant] Subaudi pervenire. Sic & 14, 4, 4. Non igitur opus corrigere statuerant. Bofius.

² Domum Charonis devenerunt] Charon autem potens & dives fuit Thebis, qui domum conjuratis contulerat, & ad Plataeas feliciter pugnaverat. Ad quem etiam Leuëtricae pugnae laudem Menecides orator invidiose transferebat. Plutarchus auctor. Schottus. Lambini judicio vera scriptura est devenerunt: quomodo Cicero pro Dejotaro: cum domum regis devertisset. Sed nulla mutatione opus. Usus eodem verbo mox c. 3. 1. Bofius. Verbum devertent, quod in quib. editt. probante Lambino legitur, satis defendi, facileque admitti possit, vide de hoc verbo Cl. Burm. ad Ovidium lib. 2. Amor. El. 6. vs. 9. sed omnes, quos inspexi Codices devenerunt exhibent. pro Charonis Voss. A. & B. Caronis.

³ A quo & tempus] Quid sibi vult & tempus & dies? nonne idem sunt tempus & dies? utrum tempus diei significat, an anni? Ita Lambinus: plane ridicule. Tempus enim diei intelligi, poterat ex antecedd. discere: cum tempore ipso, quo studuerant, pervenissent. Sensus igitur est, & diem, & tempus diei Charonem significasse. Nec male tempus & dies exponas tempus diei,

per figuram quam Graeci *ἡ δὴ δὴ* *οἷν* vocant. Tempus opportunitatem interpretari, hoc quidem loco, opus non est. Bofius. Hunc loquendi modum contra Lambinum defendit Cl. Burmannus ad Quinctilian. lib. 3. Institut. Orat. cap. 6. Hic etiam Juvenes monendi sunt, saepe Adjectiva cum proximis substantivis convenire, vide Eruditos Lipsenses in Actis suis M. Aprilis A. 1731. pag. 190. Cic. 10. ad Fam. Ep. 11. Hoc tibi spondeo, mi Cicero, neque animum nec diligentiam defuturam. Imo etiam si priora substantiva numeri sint diversi. Livius lib. 3. cap. 7. Deserta omnia sine capite sine viribus, Dii praesides ac fortuna proximae respondet personae, quomodo apud Ovidium & in Codice Thyfiano legitur vs. 99. Non galeae, non ensis erat. Vide Cl. Oudendorp. ad Lucanum lib. 1. vs. 422. Praeterea saepe veteres, uti & ex h. l. patet, duobus Nominativis pluribusve junxisse verbum singularis numeri docuere Cl. Burmannus ad Phaedrum lib. 4. fab. 21. vs. 10. & Cortius ad Sallustium B. Catilin. cap. 12. n. 1.

⁴ Hoc loco libet interp.] De formulae hujus usu vide Ind. libet. Bof.

⁵ Ab re posita] in *ἀντικεινῶν* & *πρὸς* *ἑναντίας*. Gebb. Sic Mf Boeclet. Reliquae tam editi quam scripti, a re posita.

tati soleat esse. Nam magistratum Thebanorum statim ad aures pervenit, exsules in urbem devenisse. Id illi, vino epulisque dediti, usque eo despexerunt, ut ne quaerere quidem de tanta re laborarint. Accessit etiam, quod magis aperiret eorum dementiam. Adlata est enim epistola Athenis ab * Archia hierophante,

posita. Lambinus tamen, a re proposita quem alii postea sequuti sunt. Atque sic & Dan. ab re proposita. Mithi simplex rectum videtur, Ponere est referre, narrare, etiam optimis scriptoribus. Noster 15, 6, 1. in eisque hoc posuisset, &c. Celsus 7, 9. quod de cancro supra posui. Adde Ind. Bosius. Leid. m. & Voss. B. Ab re posita. pro devenisse Voss. B. venisse.

6 *Quantae calamitati*] In Boecl. corrupte erat, *quanta calliditate sol. esse*, & mox, *venisse* Bosius.

1 *Ut ne quaerere quidem*] Immo, si Plutarcho credimus, quaesire ex Charone ad se accito, sed jam ebrii & negligenter. De epistola hac plane nihil Xenophon. Bosius. *Quaerere* hic notat inquirere. Cicero lib. 1. Academ. Quaest. cap. 4. *Ut de virtutibus & vitiis, omninoque de bonis rebus & malis quaereret*; *Coelestia autem vel procul esse a nostra cognitione censret.* lib. 9. ad Fam. Ep. 2. *Narrare Remp. & de moribus ac legibus quaerere.* Hyginus fab. 27. *Rex diligentius quaerit, & in custodiam enim conjici iussit.* & de amatoribus Ovidius Epist. 17. Heroid. v. 198.

Ne tamen ipse negas: & nobis omnia de te

Quaerere, si nescis, maxima cura fuit.

ubi Cl. Burmannus consulendus. pro *de tanta re lab.* Voss. *de tanta lab.*

2 *Ab Archia hierophante, Archias*] Sic omnes hodie legunt, & feliciter restitutum ab Aldo, ut creditur, locum hunc existimant; quoniam apud Plutarchum legitur, *venisse quendam Athenis ab Archia hierophante ad Archiam cognominem, hospitem & amicum, litteras adferentem, &c.* Et tamen in Mss. & edd. vet. purioribus nullum vocis *hierophanta* vestigium, quod sciam, reperire est, nam in iis fere legitur, *ab Archino uno ex his Archiae*: vel; *ab Archia uno Tysarchae*, vel *Tmarchiae*. quod postremum Longinus & Magius (non absente Lambrino) a negligentia *Nepotis* esse censent; qui cum in Graeco scriptore reperisset *ἀπ' Ἀρχῆς τῆς τῆν Ἀρχίας*, ita reddiderit, ac si *Tmarche* uno vocabulo scriptum esset. Speciosè dictum, fateor; si meliores codd. ita legerent. Nunc quid prohibet, ne prima lectione, quae & optimorum codd. Dan. & Boecl. fuit, leviter immutata legamus: *ab Archia, uno ex his, Archias?* Ex his; magistratibus scilicet, de quibus paulo ante. Pro *uni* librarius scripsit *uno*, quod ad Archiam Atheniensem id pertinere putabat. Quamquam & hoc ferri posset: cum Titinius dixerit *uni collegii*; Terentius, *nulli consilii*; Plautus, *coloris ulli*: ut observatum Prisciano. Sic alii *isto*, *toto*, *altero* dixere: de quo Vossius de analog. 4, 6. Qui & illud Appuleji huc refert, 8. *metam.*

phante, Archiae, ¹ qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat: in qua omnia de profectio² exfulum perscripta erant. quae quum jam accubanti in convivio esset data, ³ sicut erat signata, ⁴ sub pulvini-

tam. uno potiundi studio postponens omnia. Sic Noster alibi, alterae aleae, rotae insulae, pro alteri, toti. Fortassis & rō Archino retineri, vel in Archino mutari potest. nam utrumque nomen Athenis usitatum fuit. Certe si mittenti & accipienti unum idemque nomen fuisset, vix dubito Nepotem addita voce aliqua fuisse eos distincturum. Nec Plutarchi loco moveor: nam is saepe aliter ac reliqui scriptores, nomina effert. Bostius. Leid. m. ab Archino uno Thissarchiae. Voss. A. ab Archino uno Hexhsarchiae B. ab Archino hierophante uno ex his. pro allata Voss. A. adlata.

¹ Qui tum max. magistratum obtinebat] Polemarchi munereungebatur. Vide dicta ad c. 2, 2 Mf. Leidenfi maximum aberat. Bostius. Voss. B. obtenebat.

² Exulum] Dan. eorum, & in glossa, exulum. Pari modo & alibi noster pronomen relativum non ad propius, sed remotius nomen refert. Ut 12, 2, 3. Lacedaemonii cum Aegyptiis, a quibus magnas praedas Agesilaus rex eorum (Lacedaemoniorum) faciebat. Nisi illa rex eorum glossema sunt. Infra 17, 4, 8. qui supplicibus eorum nocuissent; deorum scil. quorum templa Agesilaum sancta habuisse, vers. 7. dixerat. Tacitus Agric. 41, 3. Comparantibus cunctis vigorem, &c. cum inertia & formidine eorum; duction scil. de quibus vers. 2. Nulla necessitate Grotius, aliique corrigunt: formidine ceterorum; Barthius etiam inepte,

morum. Quid enim formido morum? Paulo post Mf. Dan. cum jam occubanti. Boecl. iam aberat. Bostius. Tres mei Codd. exulum. pro perscripta Leid. m. scripta. sed perscripta retinendum, neque pro simplici scripta Autor noster posuisse censendus. Quomodo eum hoc verbum usurpasse in Datame cap. 5. parat Cl. Schefferus ad Justinum lib. 2. cap. 10. Perscribere notat ita scribere, ut nihil scribendum restet, ordine & accurate scribere. Cic. 2. ad Fam. Ep. 7. Ut, quoniam sane feliciter, & ex mea sententia temp. gessimus, ad senatus literis totius aestatis res gestas ad sententiam perferberem. & Epist. 11. eiusdem libri. Tu, velim, ad me de omni reip. statu quam diligentissime perferbas. Sueton. in Galba cap. 5. Quia notata non perscripta erat summa. Eandem vim habet haec praepositio & in aliis compositis, quod, credo, jam supra ostendi, ut perentare pro penitus tentare. Serv. ad Virg. 3. Georg. vs. 250. Perrogare pro omnes ordine rogare. Interpr. ad Justinum lib. 31. cap. 5. Persalutare est ad unum omnes salutare. V. Cl. Burn. ad Phaedr. lib. 4. fab. 11. vs. 4. perluere pro penitus madefacere. Idem Vir incomparabilis ad Petronii Satyric. cap. 120. Persolvere pro ita solvere, ut nihil maneat reliquum, Broukh. ad Tibull. 1, 10, 13. Perdolere pro nimis dolere, persentire dolorem. Donat. ad Terent. Eun. 1, 2, 74. & infinita talia produci possunt.

num subjiciens; *in crastinum*, inquit, ¹ *differo res se-
veras*. At illi ² omnes, ³ quum jam nox processisset, ³
vinolenti ab exsulibus duce Pelopida sunt interfecti.

¹ Qui-

³ Sicut erat signata] Buchnerus
putabat leg. sicut erat, signatam s. p.
s. aequae sic laudat etiam in accessione.
ad thesaur. Fabri, col. 1270. & hoc
dicere ait Nepotem, Archiam non
resignasse epistolam, sed signatam,
uti acceperat, subjecisse in pulvi-
num. Sane sic solent optimi scri-
ptores, quorum loca praeter Buch-
nerum l. c. adnotarunt Gervartius Pa-
pinian. lection. 2, 7. Barthius ad Clau-
dian. in tert. consul. Honorii, vers 163.
Bosius. Paulo ante pro quum jam
acc. Leid. m. cuiusdam acc. Voss. B.
cum acc. Signata habent tres mei
Codices. Sueton. Claudio cap. 43.
Inducit & unum ex nomenclatoribus
suis, sicut erat togatus. Ubi Casau-
bonus etiam legit, sicut erat, toga-
tum.

⁴ Sub pulvinum subjiciens] Cur-
tius 3, 6, 7. Diu animo in diversa
versato, nulli quid scriptum sit enunciat,
epistolamque sigillo annuli sui impres-
sam, pulvino, cui incumberebat, subje-
cit. quidam libri habent sub pulvi-
num. Porro vides, quae fato man-
nent, vitari non posse. Caesar apud
Sueton. c. 81. Libellum insidiarum in-
dicem ab obvio quodam porrectum, li-
bellis ceteris, quos sinistra manu tene-
bat, quasi mox lecturus commiscuit.
Vide Paterculum 2, 57, 2. Ubi pul-
cre concludit: Sed profecto inelucta-
bilis fatorum vis, cuiuscunque fortu-
nam mutare consuevit, consilia corrumpit,
&c. Gebhardus. Longol. & alii, in
pulvinum: Sed nostra lectio firmat-
ur codd. Dan. & Boecl. Plane sic
Plutarchus: τὸ δὲ ἀποστράδαιον ἐπι-
δύμα. Bosius. Vossiani A. B. sub pul-

vinum. approbante Cl. Burmanno
ad Petronium Satyric. cap. 74. &
ad Ovid. lib. 5. Metam. vl. 350.
Vide quae congesti ad Themisto-
clem cap. 7. n. 1.

¹ *Differo res sev.*] Dicitur Archiae
hujus in proverbium abiisse, quod
ad suam usque aetatem in usu fue-
rit, testatur Plutarchus in Pelopida.
Magius. Quo etiam adlusisse Plau-
tus in Poenulo videtur, a. 1. sc. 3. *Res
serias omnes extollo ex hoc die in alium
diem*. Loccen. Mavult Schottus *se-
rias*. Quod vero Lambinus verbum
differo ejiciendum censet, quia Plu-
tarchus εἰς ἀποστράδαιον, so-
lemni suo facit. Gebhardus.

² *Omnes vinolenti sunt interfecti.*] *Mf.*
Codex habet: *vinu pleni*. Neu-
trum rejicio, unum enim idemque
significant. Nam *vinolentus* Lati-
nis est ebrius. Exempla tristis ejus-
modi crapulae plura nuper dedi, in
Σαλαβαρισμῶ Cap. 7. §. 6. Ernstius.
Non adversatur, uti Lambino vi-
sum, Nepoti Plutarchus, cum Le-
ontidam sobrium fuisse tradit. Ne-
pos enim de magistratibus epulan-
tibus solummodo hoc tradit. Ce-
terum *vinu pleni*, quod Ernstius in
suo cod. repperit, glossema puto.
Bosius. Historiam hanc latius exten-
dit Cl. Perizonius ad Aelianum L.
4. V. H. cap. 8. n. 1.

³ *Quum jam nox processisset*] Nul-
lum hic Probus de exulibus vestitu
muliebri ornatis verbum facit, ne-
que Diodorus. Ceteri, Xenophon,
Plutarchus, Polyenus, mulierum no-
bilitium noctes promissas fuisse, &
juvenes exules muliebri ornatu in-
tre-

¹ Quibus rebus confectis, ² vulgo ad arma libertatemque vocato, non solum qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris concurrerunt, praesidium Lacedaemoniorum ex arce pepulerunt, ³ patriam obsidione liberaverunt, auctores Cadmeae occupandae partim occiderunt, ⁴ partim in exilium eiecerunt.

CAP.

romissos esse in domos tyrannorum, Lacedaemoniorum rebus studentium, congruentes inter se narrant. *Lambinus.* Τῆς ὑπερὸς ἐπιβίβουσι. *Sallustius Jugurtha.* Sed ubi plerumque noctis processit. *Gebhard. Voss. B.* cum jam non processissent.

¹ Quibus reb. confectis] Paulo aliter *Plut.* p. 284 *Bosius.*

² Vulgo ad arma libertatemque vocato] Quod faciebant vel voce vel etiam propositis libellis, qui praesentem statum ibant imminutum. *Diodorus* 15. Ἐπειτα τὸς πολιτας ὄντι τῶν ἐλευθερίαν παραχρησάντων, οὐκ ἔστι ἐξ ὧν ἀπῆλθον τὸς θυλάκας. *Tacitus* 4. A. 27. 2. T. *Curtisius* positus propalam libellis ad libertatem vocabat agrestia per longinquos saltus & ferocia servitia. *Pacuvius Dulorelle.*

— Ex templo Aegisthi fidem
Nuncupantes conciebant populum.

Cicero pro *Rabirio.* Cum ad arma consules ex *Seto* vocavissent. *Gebhardus.*

³ Patriam obsid. liberav.] Non quod eam obsiderent, sed quod arcem tenebant Lacedaemonii, quo fiebat, ut quasi obsessa teneretur urbs Thebanorum & clausa. Ita supra 7. 4. 7. & 16. 1. 3. *Buchnerus.* *Leid.* & *Voss. A.* Liberarunt.

⁴ Partim in exilium ejec.] Sic *Auctor* supra in hac ipsa *Pelopidae* vita *Cap. 1. §. 4.* loquitur: alios, inquit, in exilium eiecerant. *Magii li-*

ber hanc lectionem quidem probat; sed non satis recte scribit: alios in exilium. Quare *Budaeum* hoc loco frustra refutare conatur. Prior *Boecleri* editio cum aliis legit. Partim in exilium eiecerunt. In *Schoppii* vet. *Cod.* fuit. Partim, exilium eiecerunt. Sed nihil mirandum est. *Ernstius.* *Schoppius* ait in v. c. legi partim exilium ejec. laudatque illud *Catulli* carm. 34. Cur non exilium malasque in oras *Itis*? & hoc *Accii* in *Phoenissis*: Fuisse proficisci exilium quorvis gentium. Sed apud *Catullum* nil prohibet τὸ in aequo ad exilium, ac ad oras, referre. *Accius* ἀρχαίῳ, ac praeterea poeta est. Nec opus, ut cum *Vossio* transponamus verba. et si non inficior fimiles elliptes in scriptoribus praeficis reperi: quod inter alios idem *Vossius* observavit, *cap. 65. de constructione.* In *Schoppiano* codice τὸ in facile ultima proximae vocis absorbere potuit. Et ipsum hanc lectionem postea improbasse, ex eo colligas, quod in *addition. ad Minervam Sanctii* p. 363. cum reliqua duo loco commemorasset, hunc omisit. *Bosius.* Pro eiecerunt *Leid. m. venerunt.* Mox pro diximus *Idem* & *Voss. A.* docuimus. Quam veram esse lectionem puto: Verbum enim hoc saepius pro narrare, certiore facere, indicare ponitur, ut supra in *Miltiade* c. 6. Cujus victoriae non alienum videtur, quale

CAP. IV.

Hoc tam turbido tempore, sicut supra docuimus, ¹ Epaminondas, ² quoad cum civibus dimicatum est, domi quietus fuit. Itaque haec ³ liberandarum Thebarum ⁴ propria laus est Pelopidae: ceterae fere omnes communes cum Epaminonda. Namque ⁵ in ² Leuctrica pugna, imperatore Epaminonda, hic fuit dux ⁶ delectae manus, quae prima phalangem prostravit Laconum. Omnibus praeterea periculis adfuit. Sicut Spartam quum oppugnavit, alterum tenuit cor- ³ nu:

quale praemium Miltiadi sit tributum, docere. Florus lib. 3. cap. 5. n. 16. Sed fiduciam oppidanis resistendi mor- tui fecit, docens advenire Laeculum. Quomodo & Litterae aliquem docere dicuntur a Cicerone Lib. 3. ad Fam. Ep. 6. pag. 136. & docere pro per legatos vel literas aliquid alteri indicare poni J. Arnzenius docet ad Victorem de V. Illustr. cap. 30. n. 2. Virg. 4. Aen. vs 116. Paucis adverte, docebo. Justinus l. 1. cap. 10. n. 16. eo significatu edocere posuit, & ita passim.

¹ Epaminondas, quoad cum civib. dimic.] Leid. m. Epaminondas & a Voss. A. abest praepositio cum. quomodo certare alicui Virg. Ecl. 5. vs 8. & 2. Georg. v. 138. ad quae loca Servius videndus, & pugnare puellae Propert. Lib. 1. El. 10. vs 21. Sed nihil hic mutandum duco.

² Quoad cum civib. dimic. est] Vide Plutarch. de genio Socr. p. 567. & 594 Buchner. Adde ad 5. 10. 3. Bofius.

³ Liberandarum Thebarum propria laus] Hanc locutionem illustravit Cel. J. Perizonius ad Sanctii Minervam lib. 1. cap. 15. n. 8. pro c. f.

omnes communes. Leid. m. ceterae f. communes. Pro fere Voss. B. ferme.

⁴ Propria laus est Pelopidae] Quam ei quoque adscribit Diod. 15. Gebhardus.

⁵ In Leuctr. pugna] Quae commissa est Anno ante Christum natum MCCC. Vide supra 15, 6, 4. Ernstius. Msc. Boecl. deest praepositio. Bofius. Abest & a Leid. meo & Vossianis A. B. Quae praepositio in talibus saepe omitti solet. Explicari etiam potest: Quando Leuctrica pugna pugnabatur. Vide Cl. Oudendorp. ad J. Obsequentem de Prodigis cap. 61. & Cortium ad Cic. 10. Fam. Ep. 32. n. 7. qui tamen ad L. 1. ad Fam. Epist. 4. n. 6. J. Obsequenti praepositionem restitui mavult.

⁶ Delectae manus] Constantis trecentis amatoribus conjuratis aut vincere aut una perire. Haec cohors sine manus instituta est a Gorgia, dictusque *νεῦς ἄρχων*. Polyæn. lib. 2. Sacrae huic manusi haud dissimiles fuisse reor Soldarios, de quibus Caesar 3. Comment. 22. de bell. Gall. Gebhardus. De cohorte hac multa Plutarchus Pelopida. Bofius.

1 Messa-

nu: quoque ¹ Messena celerius restitueretur, legatus in Persas est profectus. Denique haec fuit ² altera persona Thebis, sed tamen secunda, ita ut proxima esset Epaminondae.

CAP. V.

Conflictatus autem est cum adversa fortuna. Nam & initio, sicut ostendimus, exsul patria caruit: & ³ quum Thessaliam in potestatem Thebanorum cuperet redigere, ⁴ legationisque jure satis ⁵ tectum se arbitraretur, ⁶ quod apud omnes gentes sanctum esse con-

¹ *Messena celeriter restitueretur]* Diruta atque everfa instauraretur atque incolis frequentaretur. *Restituere* hic est ἀνομιῶν. Superius Epaminonda; *Neque prius bellare destitit, quam Messana restituta urbem eorum obsidione clausit.* Ut ibidem docti e Mss. libris corrigunt. Diodor. l. xv. Πεὺς ἔπὸν Περσῶν βασιλῆα προσβῆσας, ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμιλοῦντος τῷ Μισοῦντι κατ' ἰδίαν παρέλαβεν, ἢ ἀνάστατον ἔσαν ἐπιτρακόντα θυβαῖο παλιν δορυκατίσθου. Gebhard. Pro Messena Leid. m. essent. Voss. A. Essena. B. Messena. Restituere urbem dixit etiam Florus lib. 1. cap. 13. n. 19.

² *Altera]* Vid. Ind. mox Barthius legebat: sed tamen ita secunda, ut pr. e. Ep. Bosius.

³ *Quum Thessaliam in potestatem redigeret]* Imperio Thebanorum adjiceret atque subjiceret. Curt. lib. 1x. cap. 35. *Quas gentes redigit in potestatem.* Vellejus lib. 11. cap. 37. *Et aliae restitutae populo Romano; aliae tum primum in ejus potestatem redactae ut Syria, quae tum primum facta est stipendiaria.* Idem cap. 94. *Cum legionibus ingressus Armeniam, redacta ea in potestatem populi Romani*

regnum ejus Artavasdī tradidit. Curt. lib. iv. cap. 4. *magnum partem Asiae in ditionem redegit meam.* Gebh.

⁴ *Legationisque jure]* Nulla legationis fit mentio neque apud Diodorum, neque apud Plutarchum. Diodorus hoc tantum scribit, Pelopidam & Ismeniam, cum Alexandro Pherarum tyranno obvii facti essent, temere & sine ulla probabili ratione ab eo comprehensos esse, & in custodiam datos. Lambinus. Legationem tamen ad Alexandrum Pheracum iterum obiisse Pelopidam, Polybius auctor est lib. 8. *Publica amicitia*, qua fretum fuisse, Pausanias Boesticiis ait, legationem non evincit. Bosius.

⁵ *Tectum]* Sic libri meliores. A. llii, tutum. Tectus idem ac salvus, tutus, defensus. vid. Ind. Bosius.

⁶ *Quod apud omnes gentes sanctum e. c.]* Peccarunt igitur contra jus gentium Fidenates Romanorum hostes, quod, ut sine spe veniae fortius dimicarent, legatos ad se missos interfecerint. Auctor de Viris illustribus, qui creditur esse Aurelius Victor, c. 25. *Nam legati nomen etiam inter hostium impune ver-*
sari

consueffet, ¹ a tyranno Alexandro Pheraeo simul cum
² Ismenia comprehensus, in vincula coniectus est.
³ Hunc Epaminondas recuperavit, bello persequens ²
 Alexandrum. Post id factum, ⁴ nunquam is animo
 placari potuit in eum, a quo erat violatus. ⁵ Itaque
 persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliae proficis-
 rentur, tyrannosque ejus expellerent. Cujus belli ³
 quum ei summa esset data, eoque cum exercitu profe-
 ctus esset, non dubitavit, ⁶ simul ac conspexit ho-
 stem, configere. In quo praelio Alexandrum ut ⁴
 animadvertit, ⁷ incensus ira equum in eum concita-
 vit, proculque ⁸ degressus a suis, coniectu telorum

con-

sari debet. Cicero 3. in Verr. vide Grotii lib. 2. de Jure Bell. ac Pacis cap. 18. *Ernst.* In Msc. Boecl. corrupte erat: quod apud eos gentes factum esse consuecet. Scriptum fuerat apud eos. Pro sanctum etiam alii libri factum habent. quod recte Schottus improbat in notis ad script. de viris illustr. c. 25. Editā lectio firmatur msc. Danielis, & similibus aliorum scriptorum locis, quae congestit Grotius in adnotat. ad 2. de J. B. & P. cap. 18, 1. ubi & de re ipsa proluxe agit, mox msc. Boecler. similiter cum hismenia. An fuit ἀγαμέμνων στήνυς, quo Plautum Pseud. 1, 3, 148. pro simul usum voluit? Bos. Voss. B. quod apud eos gentes factum e. e. Sanctum est inviolatum, sive inviolabile. Vide ad Agefilum cap. 4. & de sancto legationis jure, quos laudat Erud. Arntzenius ad Victoris locum a Bosio citatum.

¹ A tyranno Alexandro] A quo contra fas in vincula coniectus, magnitudinem animi satis declaravit: uti videre est apud Plut. in vita ejus, & ἀνοσβ. παρ. 71. cum seq. *Ernst.*

² Ismenia] Leid. m. ii sine via. pro

vincula. Voss. A. vincla.

³ Hunc Epaminondas recuperavit] Quo consilio, qua arte, quaque moderatione usus, narrat Plut. Lamb.

⁴ Nunquam is] Msc. Boecl. nunquam se. Dan. nunquam animo plac. pot. Bosius. Voss. B. etiam nunquam se.

⁵ Itaque persuasit Theb.] Paulo aliter Diodorus & Plutarchus. Lamb.

⁶ Simul ac conspexit hostem] Sic Diodor. & Plutarchus. Lambin. Pro configere Leid. m. consingere.

⁷ Incensus ira, equum in eum concitavit] Plutarchus ob id factum, Polopidae temeritatis notam inurit. Magius.

⁸ Degressus] Leid. & q. edd. digressus. mox concidit est in Dan. Leid. Vulgati, cecidit. Voss. B. Leid. m. & Voss. A. B. digressus. Pro confusus Voss. B. confusus. Pro cecidit. Leid. & Voss. A. B. item Cod. P. Dan. concidit. Eadem varietas in Eumene c. 11. Cur non in praelio occidisti potius. Leid. m. ibi cecidisti. Voss. B. concidisti. Quid si utroque in loco decidit & decidisti reponamus? de quo verbo eleganter disputavit Cl. Burmannus ad Ovid. Ep. 4. Her. vs. 94. & ad 10. Met. fab. 1. vs. 10. sed sequi malo Mstorum fidem.

D d

1 Se.

confossus concidit. Atque hoc ¹ secunda victoria accidit. nam jam inclinatae erant tyrannorum copiae. ⁵ Quo facto, ² omnes Thessaliae civitates interfectum Pelopidam ³ coronis aureis & staturis aeneis, liberosque ejus multo agro donarunt.

[¹ *Secunda victoria*] Scribendum *Victoria*; propitia Victoria, cum jam se inclinasset ad Thessalos victoria. Robertus Titijs lib. iv. Controv. locor. cap. 8. conjecterat *Secuta Victoria*. Curt. lib. iv. cap. 105. *Aristander in candida veste praecipit preces regi Foronem, Minervam, Victoriãque propitanti*. Justinus lib. v. 4. *Hunc quasi de coelo missum, & ut ipsam Victoriã contulerat*. Gebhard. Corruptus hic locus *Lambino* videtur: itaque satis audacter *secunda pugna* rescribendum putat. Sed sana omnia sunt, & nihil mutandum. Meliore loco Thebanorum fuisse, quam Lacedaemoniorum res, ex eo constat, quod Noster dicit, *eorum copias jam inclinatã fuisse*, molitasque fugam: quod victoriae initium fuit. Quamvis autem ducis intervenerit casus, quod alias plurimum damni adferre solet, & impedire victoriae cursum; nihilominus tamen non deseruisse fortunam Thebanos significat, atque sic victos profligatosque penitus tyrannos fuisse: quod *secundam victoriã*, quasi *secundum solem* Nigidius [apud Gellium 2, 22.] dixit, quod sequeretur Thebanos, & minime eos desereret. Ita *secundum cursum* Virgilius dixit, qui pergit decurrere, nec impeditur. Ita enim I. Æn. v. 156. *Flestit equos, curruque volans dat lora secundo*. *Secundum anem* & *fluvium* idem dixit, qui prono alveo devehit, & sequitur adeo vehementes. Quemadmodum & *secun-*

dum ventum dicimus, qui sequitur a tergo, & navem impellit, quem *secundantem* Tacit. 2. *Ann.* 24. Haec *Buchernus* in *access.* ad *Thef. Fabri col.* 1245. & 46. ubi & *Nigidii* locum explicat. *Lambini* audaciam castigavit etiam *Rob. Titius* locor. cont. 4, 8. Sed quod ipse reponit *secuta victoria*; comparatque cum illo *Velleji* 1, 2, 3. *Athenienses sequuta victoria est*: eo opus haud esse, e dictis apparet. Sic ut illud, non esse cur suis, quod vir doctus volebat, subaudiamus. In *Mf. Boecl.* est, *Atque haec secunda victoria accidit*. Dictum videri possit, ut illud 2, 5, 3. *Haec altera victoria &c.* ni repugnaret, quod sequitur, *nam jam inclinatae &c.* Mutavit, opinor, librarius, quod r̄ *secunda* non intelligeret. *Bosius*. *Voff. B.* *Atque haec secunda victoria accidit*.

[² *Omnes Thess. civit.*] Pelopidam a Thessalis, quibus opem tulerat, splendide fuisse sepultum, inter eos, quos *Dn. Boeclerus* citat, potissimum referunt *Plut.* in ejus vita, & *Diodorus* 15. *Ernstius*. De honoribus Pelopidae post mortem habitis prolixè *Plutarchus* in *vita*, pag. 296. *Bos.* *Pro Thessaliae*. *Voff. B.* *Thessaliae*, uti supra *Thessaliam* pro *Thessaliam*.

[³ *Coronis aureis*] Vid. *Ind. Mox msc. Boecl.* & *staturis*. liberosque ejus agro donarunt. Unde haud vane colligas, cetera, quae vulgo adjiciuntur, a glossa esse. *Bosius*. *Aeneis* & multo absunt a *Voff. B.* *Donarunt* pro *donaverunt* tres mei Codices.

XVII. AGESILAUS.

CAP. I.

AGESILAUS LACEDAEMONIUS, cum a ceteris scriptoribus, tum eximie a Xenophonte Socratico collaudatus est. Eo enim usus est familiarissime. Hinc primum de regno cum Leotyche, fratris filio, habuit contentionem. Mos est enim a majoribus Lacedaemoniis traditus, ut duos haberent semper reges, nomine magis quam imperio,

1 AGESILAUS memoratur *Herodoto lib. 7. Plutarcho in vita, & alibi: Xenophonti in Agesilao & rebus Graecis: Polyaeo 2: Pausaniae Lacedaemonis: Diodoro 14. & 15. Polybio 3. Athenaeo 14. Eliano var. hist. 7. 13. 10, 20: 14, 27. Justin 6. Frontino saepius: Val. Max. 7, 2. ext. 12. Ciceroni saepius. Boecler. Elogium ejus habes apud Diodorum 15. pag. 473. In Mf. Dan. Agesilaus scriptum erat & heic & supra. Bos.*

2 *A Xenophonte*] Cujus librum de hoc rege valde praedicat M. Tullius Epistola ad L. Luccejum lib. 5. ad Fam. Ep. 12. *Ernstius. Exstat laudatio haec praestantissimi Philosophi ac ducis, Socratis cum Platone auditoris. Scripsit & Plutarchus de vita Agesilae, itemque apophthegmata, praeter Laonica. Similitatem autem cum Platone exercuisse, multis colligit argumentis Athenaeus XI. & Agellius 14, 3. Hic tamen falso efficere conatur, neutrum alterius odii causa meminisse, cum Xenophon in Συμπρωμμάτων lib. 3. ejus meminerit, ut ante Muretum 5, 14. Var. lect. notavit Laetius in Platonis vita. Schottus. De cognomine Socratici*

adi Ind. Pro collaudatus vitiose q. edd. vet. collatus. Bosius. Pro Socratico Voss. A. & B. Socratico.

3 *Eo enim*] Aliam reddit causam Themistius Orat. ad Caesarem; idcirco Agesilae vitam literis mandasse, quod ejus opera a Spartanis agro donatus esset. *Schottus.*

4 *Usus est familiarissime*] Quaerit *Lambinus, Xenophonem Agesilae, an hic illo; & illud potius censet. Ego posterius, nam usus est idem qui collaudatus. Xenophontem secum & in precio habuisse, etiam Plutarchus ait in apophthegmatis Lacedaemonis. Bosius.*

5 *Leotyche*] *Leid. m. Leotyche.*

6 *Nomine magis*] Quippe Spartanorum regum imperium Ephorum & Senatus auctoritate circumscriptum erat. Quod pluribus exponunt *Aristoteles 2. polle. 4. 7. 10 & 4. Pol. 9. Xenophon, Cragius & Eminentius de Rep. Laced. Polybius lib. 6. & alii. Locc. Adde not. ad 4. 3, 4. Bosius, Vult Nepos indicare, Lacedaemoniorum reges fere nihil nisi nomina esse; imperium vero penes alios, puta Ephoros & Senatum fuisse. In Regibus cap. 1. n. 2. dixit*

D d 2.

Age-

rio, ¹ ex duabus familiis ² Procli & Eurysthenis; qui ³ principes ex progenie Herculis Spartae reges fuerunt. ⁴ Harum ex altera in alterius familiae locum fieri non licebat. ⁵ Itaque utraque suum retinebat ordinem. ⁶ Primum ratio habebatur, ⁷ qui maximus natu

Agesilaum nomine, non potestate fuisse regem; quomodo in Conone c. 1. *Hinc adversus Pharnabazus habitus est imperator, re quidem vera exercitui praefuit Conon.* Eodem modo hujusmodi reges posses etiam vocare nomina vana. vide cl. Oudendorp. ad Lucanum lib. 1. vs. 313. Nic. Heinssii & Graevii Epistolas mutuas n. 476. & 477. & cl. Burm. ad Ovid. lib. 1. Art. Amat. vs. 739. Sic *ἄνομα* adhibuit Euripides in Phoenissis vs. 555. *Τὸ δ' ἔστι τὸ πλῆθος; ONOMA ἔχεις μόνον.* Traditus quod praecessit, proprium huic rei verbum est. Tibull. 2, 1, 2. *Ritus ut a prisco traditus exstat avo.*

1 Ex duabus familiis] Quarum genealogiam habes apud Heming. *tomo 3. theatri genealog. pag. 465.* & deinceps, aliosque. Ceterum Plutarchus Lysandro & in apophthegm. Lacon. Eurypontidas & Agidas vocat, nam, ut diserte Pausanias testatur in Laconicis, qui antea Proclidae, post ab Euryponte, Procli ex Soo nepote; qui Eurysthenidae, ab Agi, Eurysthenis F. nomen acceperunt: ut jam a Lambino observatum est. Adde Cragium 2, 2. Magius adnotat, nostrum e duabus familiis idcirco dicere, quia, cum praeter has plures essent Spartae Heraclidarum familiae, ex reliquis, ut Plutarchus ait, nullus per generis nobilitatem plus, quam alii, in rebus urbanis poterat. Bosius.

2 Procli] Sic Mss. meliores &

edd. vet. Atque sic & Cicero extulit de divinat. 2, 43. *Proclus & Eurysthenes, Laed. reges: & mox: anno enim Procli vita brevior fuit.* Quod mirum Longolio visum, cum Graecis Περικλῆς vocetur. Atque sic & alibi noster: de quo ad 2, 1, 1. Sic item alii, *Perſi, Verri, Achilli:* ut adnotavit Dan. Pareus ad Sallustii Fragment. cap. 30. Bosius. Leid. m. & Voss. A. Procli. B. Precli. pro Eurysthenis Leid. m. Erysthenis. Voss. A. Eristhenis.

3 Principes] I. e. primi. nam ante eos Pelopidae, tertia regum Spartanorum familia, regnabant. vid. Crag. l. c. Pari sensu vox haec exstat 2, 1, 5. & 22, 3, 3. Bosius.

4 Harum] Longol. & Mf. Schotti, Harum: ut ad reges referatur. Sic subaudiendum esset neutrum vel nullum. Sed alterum magis congruum videtur. Ad τὸ fieri subaudi regem. Bosius. Leid. m. & Voss. A. B. horum. Verbum vero fieri saepissime pro magistratum vel regem &c. creari poni solet. Coelius ad Ciceronem lib. 8. ad Fam. Ep. 3. *Nam mea, si fio, (id est, si aedilis creor) forsitan cum locupletiore referam.* Consule Celeb. Burmann. ad Quinctilian. lib. 5. Instit. Orator. cap. 10 p. 425.

5 Itaque utraque] Sic diserte Leid. Etiam optima ed. Ultraj. Ita utraque. melius multo, quam alii utraque. nam ordinem, successionis scil. de quo mox sequitur, non per-

riatu esset ex liberis ejus, qui regnans decessisset. ¹ *si* is virilem sexum non reliquisset, ² tum deligebatur, qui proximus esset propinquitate. ³ Mortuus erat Agis rex, frater Agesilai. filium reliquerat Leoty-
chidem, quem ille ⁴ natum non agnorat: eundem mo-

personae, sed familiae retinebant. De ordine illo plura *Cragius l. c.* Bofius. Pro itaque Voss. A. ita.

6 *Primum ratio habebatur*] Etiam haec lectio est meliorum libb. ut Dan. Leid. &c. At Longolius edidit; *primum ideo habebat*: Magius & Lambinus: *primus in eo habebatur*. quam scripturae varietatem *Schottius* e notarum compendiis ortam censet. Addere poterat, provocabulum ejus omissionem corruptelae occasionem praebuisse. Omissionem autem videtur, ne mox re-
teretur. Bofius. Locutio desumpta a candidatis Romanis. Romae enim dicebatur illius *haberi ratio*, qui in numerum candidatorum recipiebatur, cui licebat petere magistratum. Vide cl. Graevium ad Ciceronem l. 6. ad Fam. Ep. 6.

7 *Qui max. natu*] Idem testatur *Herodotus lib. 6.* Magius. Hujusmodi non solum institutum Romanorum erat, sed etiam lex quaedam aut consuetudo gentium est, ex ordine nascendi ac natura orta. Vid. *Grot. de J. B. & P. 2, 7, 13.* Loecenius. adde plane eximiam commentationem *Ampliff. Boecleri ad Gratii 2, 7, 18. pag. 307. & deinc.* Bofius.

1 *Tunc deligeb.*] Praetulerim, quod est in ed. Longolii, *tum deligeb.* si scripti libri addicerent. Bos. Leid. m. Voss. A. *deligebatur.* B. *diligebatur.*

2 *Mortuus erat Agis*] De morte Agidis & sepultura lege *Xenophon-*

tem 3. de reb. Graec. Lambinus. Mf. Dan. *Hagis* 3 ut *Hagesilaus.* Bofius. Pro *Leotyichidem.* Leid. m. & Voss. A. iterum *Leotyichidem.*

3 *Natum*] Nempe pro filio. Proprie enim filius, sive filii nomen, ad eum tantum pertinet, qui ex legitima conjunctione & matrimonio natus est. L. Filium 6. D. De his, qui sui vel alieni juris sunt. L. Quia 5. D. de in jus voc. Recte igitur. Pollux *Onomast lib. 3. cap. 2. Sect. 3.* inter *vivotis* & *vobis* distinguit. Ille ex legitima conjuge procreatus est, hic vero ex pellice. Leotyichidem quod attinet, si verum est, quod Plut. in Agide, & Athenaeus lib. 12. de eo referunt, patrem nimirum habuisse Alcibiadem, non quidem nothus, sed spurius, & adulterinus filius ex adulterio conceptus est. Si vero Pausaniae fides habenda est, legitimus fuit. Et recte sibi & filio huic suo rex Agis consuluit, qui improbam suspicionem, quam de conjuge Timaea & filio ejus receperat, ante obitum deposuerit: licet dimovere eam non poterit ab aliorum animis. Secunda Boecleri editio legit, *quem ille vivus non agnorat.* Ernst. Sic Long. & Mf. Dan. Leid. Boecl. Sed Magio inspecti, & plerique editi *vivus* vel *vivens*: prius *Lambino*, posterius *Gebhardo* placebat. Verum utrumque haud dubie a scioli ejusdam manu est, qui *morienti* putabat *vivum* opponendum esse: ut in In-

moriens ¹ suum esse dixerat. Is de honore regni cum Agefilao suo patruo contendit: neque id quod petivit, consecutus est. Nam Lyfandro ² suffragante, homine, ut ostendimus supra, factioso, & his temporibus potente, Agefilaus antelatus est.

CAP.

fitur. Justiniani, tit. de Lege Fusia *Canin. toll. Natum*, i. e. cum natus esset. Tempus temporari opponit. Non igitur opus subaudire *ex se*. Bofius. Leid. m. & Voff. A. B. exhibent *natum*.

4 *Non agnovat*] Quia Alcibiadis filius putabatur. Stupri enim commercium Alcibiadis cum Timaeae Agidis uxore habuit. Lege, quae de hoc adulterio retulit *Athenaeus* 12, 16; & scripta reliquit *Plutarchus in Alcibiade, Lyfandro, & Agefilao*. Magius. *Pausanias in Laconicis* scribit, Agidi mali genii impulsu hoc in mentem venisse, ut audientibus Ephoris diceret, se non putare Leorychidem filium suum esse. *Lambinus*. adde *Plutarchum de tranquillit. animi pag. 467*. F. Bofius.

1 *Suum esse dixerat*] Quo pacto id consecutus sit lacrymis Leorychides, docet *Pausanias*. Longol. adde *Plutarch. Agefilao*. Mf. Boecler. *duxerat*. corrupte. Bofius. Voff. B. etiam *duxerat*. Mox verbum substantivum est post *consecutus* abest a Voff. A.

2 *Suffragante*] Adnitente, commendante. vid. Ind. De re *Xenoph.* 3. h. Gr. & inde *Plutarch. Agefilao*. Bofius. Voff. B. *Lyfandro homine suffragante, homine, ut ost.* &c. Pro his Voff. A. iis.

3 *Imperii*] Sic Mscr. Dan. At Boecler. & quidam edd. *imperio*. Paulo ante Long. & alii, *simulac*. Bofius.

4 *Persuasit Laced.*] Ira fere & *Xenophon in Agefilao*. Idem tamen h. Gr. 3. & *Plut. in vita*, Lyfandri impulsu id factum ajunt in Asiam reverti & suis illic amicis opitulari cupientis. Bofius.

5 *Ut exercitum emitt.*] Bellicosa erat Lacedaemoniorum natio. Itaque ne artem dediscerent, vel quaerebant bella. *Buchnerus*. Mf. Boecler. *exercitus*: sed unicum fuisse, sex millibus militum constantem, e *Diodoro* 14. constat. *Xenophon h. Gr.* 3. bis mille: & *in Agefilao* ter mille novos cives addit. Bofius. Voff. B. *exercitus*.

6 *In Asiam*] Nempe in hosticum, & ipsius hostis sinum ac viscera transferendum: non autem ad socios & confederatas provincias. *Infra* 23, 8, 3. Antiocho suadet, ut *propius Tiberim, quam Thermopylas, de summa imperii dimicaret*. Ut caetera taceam; Res hostis, in cujus sinum irruptio facta est, consumetur, territorium detondebitur, atque ita miles noster copiis hostis se alet & sustentabit. Hanc mihi rationem approbavit *Xenophon Agefilao: ἢ τὰ κείνου (Perse) διατίθειν, ἢ μάλλον ἢ ἑὸν ἰδιώτην βούλευται*. Hoc consilium fuit Timoleontis apud *Diodorum* 16. "Ἐδοξε δ' αὐτῷ τὰ ἄποσι πολυτέρας ἀγῶνα ὑψηλοτάτης καὶ τῶν ἰσθμῶν Καρχηδονίων ἐπιμαχίαν, ὅπως τῶν ἰσθμῶν συμμάχων χάριτι ἀσπῆ διασώσῃ, τῶν δ' ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἕσσαι καταρδῆσαι. Et Darii *ibid.* l. 17. quo

C A P . I I .

Hic simulatque imperii potitus est, 4 persuasit¹ Lacedaemoniis, 5 ut exercitum emitterent⁶ in Asiam, 7 bellumque⁸ regi facerent: docens, 9 satius esse

quo post Philippi excessum contendebat, molem belli ex Asia in Europam atque Macedoniam derivare. Justinus 13, 6, 11. *Quibusdam placebat bellum in Macedoniam transferri, ad ipsum fontem & caput regni.* Vide eundem 31, 5. verbis Annibalis Gebhard. Adde orationem Scipionis apud Livianam 28, 43. & 44. Bofius

7 *Bellumque facerent*] Tacit. 3. Ann. 18. *Quando M. Antonii, qui bellum patriae fecisset, nomen maneret.* Justin. l. 3. *Peloponneses immiserunt, qui bellum Atheniensibus facerent.* Gebh. Noster in Dione cap. 4. *sibi que bellum facere conari.* Vide Cl Cortium ad Sallust. Catil. cap. 26. n. 5. qui probam esse locutionem monstrabit. Cui adde Cl Burmannum ad Ovidium l. 8. Metam. vs. 58. & Torrenium ad Valerium Maximum l. 5. cap. 4. n. 18.

8 *Regi*] Absolute positum, pro *regi Persarum*. Adi Indicem. *Bofius.* *Rex Persarum* per excell. *rex & magnus rex* vocabatur. Aristophanes Acharn. vs. 647. *Ὅτι ἢ ΒΑΣΙΛΕΥΣ Διουδαίων τῶν προσβίαν βασιλευσιν.* ubi Schol. v. *ΒΑΣΙΛΕΥΣ*, ἢ μέγας Περσῶν, Eustathius ad Dionysium Periegeten vs. 1056. *Μόνος ἐν Περσῶν ἔθνεσιν ἔχων Ἀσίας ΒΑΣΙΛΕΥΤΑΤΟΝ ἢ ΜΕΓΑΣ δια τὸτο ἔλεγετο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ἢ Περσῶν, ὡς ἢ ὁ Κωνσταντῆς ἐπὶ.* & apud Eundem Scholiastem vs. 1069 existat Epigramma hoc de Cyro Persarum rege

Ἐπιθ' ἐπὶ κείνῃ Κίρῳ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΗΩΝ.

Id est. Omnium regum maximus. ut Cicero lib. 9. ad Fam. Ep. 14. *Quod ipsi Agamemni regi regum fuit honestum habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem.* Vide Doctiss. Alberti ad Apocalypsin Joannis cap. 19. comm. 16. Sic Florus lib. 2. cap. 6. n. 35. *Sacritium in urbes, urbemque urbium Caralim.* Ubi consule Cl. Dukerum. *κακὰ κακῶν* pro malis gravissimis Sophocli. Oed. Col. vs. 1301. *ἐχθροὶ ἐχθρῶν* pro hostibus infestissimis Eurip. in Andromache vs. 521. Vide & Suidam in voce *ἐχθρὰ ἐχθρῶν*. Sed ad rem redeamus. Persarum reges per excell. non tantum *reges*, & *reges magnos*, ut praeter alios etiam offendit Cl. Wesseling. lib. 2. Obs. cap. 9. sed quoque *regum reges* vocari docet Celeb. Burmannus ad Rutilium Iter. lib. 1. vs. 85.

9 *Satius esse in Asia, &c.*] Ut averteretur eo bellum, unde alia expectandum erat, cum minori patriae periculo, majori hostium damno. Gustavi Magni dictum erat: *Satius esse equum hostium sepibus, quam hostes nostris alligare.* Plura de hoc argumento *Machiav. Discurs. in Liv. 2, 12.* Loecenius. Non laudat tamen *Isocrates* hunc Agefilai conatum, in *oratione ad Philippum*, eo quod non prius Graecos inter se conciliarie, quam regi Persarum bellum inferret. *Lambinus.* *Uocra-*

esse in Asia, quam in Europa¹ dimicari. Namque fama exierat, Artaxerxem comparare² classis, pedestrisque exercitus, quos in Graeciam mitteret. Data potestate, tanta celeritate usus est, ut prius in Asiam cum copiis³ perveniret, quam regii satrapae cum scienter profectum. Quo factum est, ⁴ ut omnes imperatos imprudentesque offenderet. Id ut cognovit Tisaphernes, qui summum imperium tum inter praefectos

tes Orat ad Philipp. Agefilai negligentiam reprehendit, cupiditatesque ejus inter se non consentientes coarguit, & convincit pag 99. *Ernstius.*

¹ *Dimicari*] Ita Mss. Dan. & Boecler. Quod sperni non debet. nam sic & alibi loquitur. Vide 4, 5, 1. & 16, 1, 3. Vulgo editur, *dimicare*. quomodo 1, 5, 4. *dimicare* ritale arbitratur. Mox pro fama exierat, vet. cod. Schotto laudatus & ed. Ultraj. *fama erat*: sed vide Ind. in *exire*. quidam edidi, *famam exire*, ut sint verba Agefilai; quod recte *Lambin.* rejicit. *Bosius.* Leid. m. & Voss. A. B. *dimicari*.

² *Classis pedestrisque exerc.*] Mf. *Classes*. Ita, loquitur paullo post, & supra Miltiade. Graeci dicunt *ἐρομαζέων* vel *ἡραμαζέων*. Caesar lib. 7. de B. Gal. cap. 12. *Præfidium Genabi tuendi causa quod eo mitterent*, comparabant. *Gebhardus.* Sic Mf. Boecl. probante *Scheffero.* *ἐραμαζέων*, ut infra c. 3, 5. *Sardis*, & alibi similia alia. *Classes*, plurimum numero, etiam Dan. habuit. Nempe sequitur & exercitus in plurali. *Bosius.* Leid. m. *classim pedestrisque exercitus*. Voss. A. *classis, pedestresque exercitus*.

³ *Perveniret*] Longol. *perveniret*, *Bosius.* Leid. m. & Voss. A. *perveniret*. B. *perveniret*.

⁴ *Ut omnes imperatos*] Longol. & alii una voce auctius: *ut omnes imperatos imperatos*. Sed ea Mss. abest. *Bosius.*

⁵ *Inducias a Lacone petivit.*] Vide sup. quae ad Alcibiad. cap. 10. §. 2. notavimus. *Ernstius.* De induciis his *Xenophon Agefilai*, & h. Gr. 3. *Plutarchus Agefilai*, & *Polyanus* 2, 8. *Bosius.*

⁶ *Ut Lacedaemoniis cum rege conveniret*] Ut *Lacedaemonii*, quae velent, a rege impetrarent: id est, ut rex Persarum sineret civitates Graeciae, quae erant in Asia, esse liberas & uti suis legibus. *Lambinus.* Id enim ut impetraret, venisse se, significat Agefilai *Tisapherni*. Testis *Xenophon* 3. *de reb. Graec.* *Bos.* Leid. m. & Voss. A. *ut Lacedaemonii cum rege conveniret*. Sed *Vulgata Lectio* est praeferenda. *Justinus* lib. 21. cap. 2. *Quibus cum sibi de pace conveniret*. *Florus* 1. 3. c. 22. n. 3. *Viro cum viris facile convenit*. Non vero recte dicuntur homines cum alio convenire pro pacisci, consentire, sed vel res dicitur vel de re convenire inter homines, vel saepe etiam Nominativus rei subintelligitur. *P. Mela* lib. 1. cap. 7. n. 40. *Posteaquam in eo, quod convenerat, non manebatur*. *Noster* in *Pausania* cap. 4. *Quae inter regem Pausaniamque convenerant*. *Livius* lib. 4. cap.

fectos habebat regios, ⁵ inducias a Lacone petivit simulans, se dare operam, ⁶ ut Lacedaemoniis cum rege conveniret: re autem vera, ad copias comparandas: easque impetravit ⁷ trimestres. Juravit autem ⁴ uterque, se sine dolo inducias conservaturum. ⁸ in qua pactione summa fide mansit Agefilaus: contra ea Tissaphernes nihil aliud quam bellum comparavit. Id etsi sentiebat ⁹ Laco, tamen jusjurandum ⁵ fer-

26. Nam ut id quidem inter collegas convenerat. Sic Pax convenit pro de pace, apud Livium aliosque. Consule V. V. D. D. Vorstium & Torrenium ad Valerium Maximum lib. 2. cap. 8. n. 10. & Corrium ad Sallustium Jugurtha cap. 38. n. 10 contra de pace convenit dixit Florus 2, 6, 59. A. Gellius lib. 3. N. Att. c. 8. Et, si de praemio conveniret, promisit Regem venenis necare. Livius lib. 3. cap. 31. Quum de legibus conveniret, de labore tantum discreparet. Florus lib. 4. cap. 2. n. 11. De invadenda Rep. facile convenit. Absolute ibidem n. 80. Subito ingens inter utrosque silentium, quasi convenisset. hic omnium sensus erat. Livius lib. 2. cap. 23. Non modo inter Patres, sed ne inter consules quidem ipsos, satis conveniebat.

⁷ Trimestres] Dan. trimensuris. Bosius. Leid. m. & Voss. A. trimestris. sic cap. sequenti idem Voss. A. pro omnes s. copias, omnis suas copias. & cap. 5. pro peccantes, peccantis. in Epaminonda cap. 6. n. 2. pro quales Voss. B. quales, & pro civer A. civis. quod ibi monere oblitus fui, & alibi saepius. de qua scriptura consulendus Cl. Corrius ad Sallustium Catil. cap. 44. n. 1.

⁸ In qua pactione summa fide mansit Agefilae.] Haec locutio purissimam respicit antiquitatem. Eumene: Quam

cum imperasset, in fide non mansit. Caesar lib. 1. Comm. de Bell. Gall. cap. 36. Neque iis neque eorum sociis injuria bellum illaturum, si in eo manerent, quod convenisset. M. Tullius Attico. Quod verita sit, ne Latinae in officio manerent, & in montem Albanum bestias non adducerent. & Tuscul. Earum bestiarum quaeque suum tenens munus manet in lege naturae. Manere in fide est ἐπιμένειν νόμῳ ἁγίῳ. Gebhardus. Livius lib. 4. cap. 7. In foedere atque amicitia, restituito agro, mansuros appareret. P. Melan. l. 1. cap. 7. §. 40. Postquam in eo quod convenerat, non manebatur. Consule Cl. Dukerum ad Florum lib. 4. cap. 2. n. 17. Eodem modo verbum ἐπιμένειν adhibuere Graeci: sic ἐπιμένειν νόμῳ dixit Sophocles in Ajace Flagell. vs. 350. Aelianus l. 10. V. H. cap. 15. καὶ μὲν τὰ νόμῳ ἐπιμένειν τῷ νόμῳ. Eo sensu simpliciter verbo ἐπιμένειν usus est Euripides in Medea vs. 753. Elegantissimum hunc loquendi modum invenimus etiam, apud Sacros Scriptores. Lucas in Actis Apostol. cap. 14. comm. 22. νόμῳ ἐπιμένειν dixit. Consule Raphaelium ad Epist. Pauli ad Galatas cap. 3. comm. 10. plura ex Xenophonte & Polybio proferentem hujus elegantiae exempla.

⁹ Laco] Voss. B. loco.

Dd 5

2 In

servabat, multumque ¹ in eo se consequi dicebat, quod Tiffaphernes perjurio suo & homines suis rebus alienaret, & deos sibi iratos redderet: se autem ² servata religione confirmare exercitum, ³ quum animadverteret ⁴ deorum numen ⁵ facere secum, ⁶ hominesque sibi ⁷ conciliari amiciores, quod his studere consueffent, quos conservare fidem viderent.

CAP.

¹ *In eo se consequi*] Sic Dan. Reliqui, *consequi se*. Buchnerus suo codici adscripserat, in abundare, ut 2, 2, 3. & apud Virgil. Eclog. 7. *Referebat in ordine Thyrsis*. Sed secus est, vid. Ind. v. in. Bofius.

² *Servata relig.*] Mf. Dan. *conservata*: quomodo statim *conservare fidem* dixit. Bofius. Voff. A. *confirmata religione*. sed in Marg. al. *conservata*. & mox pro *conservare fidem* Voff. B. *confirmare fidem*.

³ *Cum animadverteret*] Scilicet exercitus. *Lambinus*. Abest hoc verbum a Voffiano B.

⁴ *Deorum numen*] *Unius nomen* erat in Boecl. Unde Cl. *Schoefferus* conjiciebat, *hujus nomen*, referebatque ad *religionem*: ut *religionis nomen* fit fama ejus. quomodo & 1, 8, 4. *nobile nomen* pro fama clara. Fortasse tamen monachus aliquis, superstitionem Graecorum derestatus, scripserat in ora, *unius*, ut unius solummodo DEI numen esse innueret; idque librarius pro plurali *deorum* supposuit. Bofius. Voff. B. etiam *unius nomen*.

⁵ *Facere secum*] *Facere cum aliquo* pro alicui adesse, favere, defendere quem, latinissima phrasus est. Vide Cel. Burm. ad Ovid. Remed. Amoris vs. 759.

⁶ *Hominesque sibi conciliari*] Nihil

de hominibus *Plutarchus* & *Polyaenus*. *Xenophon* tamen or. de *Agessila* ait, cum hac re effecisse, ut omnes & Graeci & barbari ei, si voluisset, adhaesuri fuerint.

⁷ *Conciliari amiciores*] *Propria* quaedam *Nepoti* in loquendo est indoles, quam qui non attendunt, eam cunct perversum, quod creberime facit *Lambinus*. Nam heic quoque delevit vocem *amiciores*, restituantem in omnibus tam scriptis quam editis. *Gebhardus*. Sic *Lamb.* & Mf. Dan. At reliqui, etiam *Boecler.* & *Leidenfis*, *conciliare*: ut si dii conciliasse *Laconibus* homines dicantur, siquidem *deorum numen* retinemus. Sed alteram lectionem firmat quod sequitur. *quod his studere consueffent*, &c. Id enim ad homines pertinere, vix dubito. Proinde causa favoris humani non a diis, sed ab hominum ingenio petitur. Ceterum *Lambinus* aut delendum censet *amiciores*; scriptumque forte od oras interpretandi gratia, e regione verbi *conciliari*, *amiciores fieri*: aut legendum, *sibi fieri amiciores*, vel, *hominum sibi amicitiam conciliari*. Nam omnino, inquit, Latine dici non potest, *conciliari amicum* seu *amiciores*, dicunt enim Latini vel *aliquem conciliari*, simpliciter, vel *aliquem amicum fieri*, vel *amicitiam alicujus conciliari*.
Sed

C A P. III.

Postquam induciarum praeteriit dies. Barbarus non dubitans, quod ipsius erant plurima domicilia in Caria, & ea regio his temporibus multo putabatur locupletissima, eo potissimum hostes impetum facturos: omnes suas copias eo contraxerat. At Agefilaus in Phrygiam se convertit, eamque prius depopulatus est, quam Tissaphernes usquam se moveret. Magna praeda militibus locupletatis, Ephesum hiematum exercitum reduxit: atque ibi officinis armorum

Sed recte Gebhardus ad propriam Nepoti in loquendo indolem, consensumque librorum provocat. Adde Ind. *Bosius* Leid. m. *conciliari*. Voss. A. *conciliare*. sed supra notatum erat *conciliari* B. *conciliare*. pro *iis studere* Leid. m. & Voss. A. B. *his studere*. & cap. sequ. pro *his temporibus* Voss. A. *iis temporibus*. pro *his locis*, *iis locis*.

1 *In Phrygiam*] Sic quoque Xenophon, etsi rem paullo aliter narrans, & Plutarchus in Agefilao. Neque discrepant a nostro, uti Magio ac Lambino visum, Polyaeus 2, 8. & Frontinus 1, 8, 12. qui in Lydiam irrupisse scribunt. nam illi de altero strategemate loquuntur, de quo noster mox *versu* 4. & 5. quod comparanti illorum verba cum iis, quae Nepos, Xenophon, & Plutarchus de ea re tradunt, tam manifestum est, ut mirari fatis nequeam viros doctos id non animadvertisse: Lambinum praeferrim, qui horum loca ad alterum illum Nostri adnotavit. *Bosius*.

2 *Exercitum reduxit*] Quod extra saesificanti parum laeta fuerant, quodque equitatu barbaris inferior esset. Ita Xenophon 3. h. Gr. & in

Agefilao; Diodorus 14. Plutarchus in *Agefilao*; & in *apophth. Laconicis*. *Bosius*.

3 *Ibi officinis armorum institutis*] In urbe nempe valida, atque opificibus abundante. Tacitus 2. H. 82, 1. *Destinatur valida civitates exercendis armorum officinis*. Caesar 1. B. Civ. 35. *armorum officinas in urbe instituerant*. Hirtius de Bello Alexandrino c. 2. *Nec minus in urbe maxime armorum erant institutae officinae*. Alioqui proportione quadam civitatibus arma imperata in magnis bellorum apparatusibus. Caesar 7. B. G. 4. *Vercingetorix armorum quantum quaeque civitas domi, quodque ante tempus efficiat, constituit*. Gebhardus. Similiter de Scipione Polybius lib. 10. p. 594. c. D. Buchnerus. Instruxit autem has officinas tanta cura Agefilaus, ut ipsa urbs Xenophontis iudicio videretur *egregiora* esse. *Bosius*. Leid. m. *efficiis*.

4 *Magna industria*] Equos cum sessoribus eo bello extorsit ditioribus, qui vacationem militiae impetrabant misso vicario milite. auctor Plutarchus in *vita* & *apophth. Lacon.* Schottus. Iremque Xenophon

rum institutis, ⁴ magna industria ⁵ bellum apparavit. & quo studiosius armarentur, ¹ insigniusque ornarentur, ² praemia proposuit, quibus donarentur, quorum ³ egregia in ea re fuisset industria. ³ Fecit idem in

phoni l. Gr. 3. & in Agesilao. Bos.

5 Bellum apparavit] Sic quoque Mfc. Schotti & Savaro. Alii paravit. Utroque modo Nepos alibi loquitur. Bosius. Omnes mei codices apparavit. quod probae monetae esse praeter loca a Savarone ad h. l. adducta ostendunt illa Livii lib. 3. cap. 57. *Iisdem auctoribus cognitum est, Aequos Volcosque summa vi bellum apparare.* lib. 4. cap. 1. *Bellum armayue vi summa apparari jubent.* cap. 12. *Quum, quietis finitimis, neque bello, neque belli apparatu opus esset.* cap. 23. *Bellumque tanto majore quam proximo conatu apparatus est.* cap. 26. *Neque aliud rota urbe agi, quam bellum apparari.* cap. 55. *Tum delectus haberi, bellumque omnium ordinum consensu apparari coeptum.* & ita amat Livius loqui. Flor. lib. 1. cap. 18. n. 6. *Ex hinc bellum, sed apparatus horribilis.* Justinus lib. 2. cap. 10. *Interea & Darius cum bellum restauraret, in ipso apparatu decedit.*

1 Insigniusque ornarentur] Reprehendunt hoc alii belli periti, cum victoria non armorum decore, sed ferri virtute quaeratur? Alexander M. apud Justinum 11, 13, 11. Neque hoc sine morfu, quod Charidemus Atheniensis ad Darium de ipsius copiis: *Nitet, inquit, purpura auroque, fulget armis & opulencia.* Curtius 3, 2, 12. Et plerumque imbelles adornatis pictisque armis inclusi sunt. Idem 3, 10, 9. *Illyrios vero & Thracas raptos vivere assuetos, aciem hostium auro*

purpuraque fulgentem intueri jubet, praedam non arma gestantem: irent, & in bellibus feminis aurum viri eriperent. Pharasmanes apud Tacitum 6, 34, 6. *Simul horridam suorum aciem, picta auro Medorum agmina, hinc viros, inde praedam ostendere.* Alexander apud Justinum 11, 13, 11. *Hortatur, spernant illam aciem auro & argento fulgentem, in qua plus praedae, quam periculi sit.* Tacitus Agric. 32, 6. *Ne terreat vanus aspectus & auri fulgor atque argenti, quod neque apparatu tegit neque vulnerat.* Livius 10, 39. *Non enim cristas vulnera facere, & per picta atque aurata scuta transire Romana pila.* Sed frivolum est putare, auro atque argento adornata ab Agesilao arma: ferro fulgor atque terror fuerunt addita, quibus mentes simul visusque perfringerentur hostium. Onofander: *ισμεν μὲν ἡ γὰρ αἰχμῆ καὶ λαμπερὰ ἔστιν, καὶ πρὸς αὐτὰ πικρὰ μακρότα πρὸς ἀνδράσιν ἔστι, δεινὸν ἀσπερὶν πολέμου ἀντιπέμψ.* Praeter ista, fulgentia atque nitida arma militi alacritatem addunt & fiduciam augent: Rubigine vero ac situ squalentia animos dejiciunt. Alexander apud Curtium 10, 2, 24. *Lignea enim vasa desiderant, & ex cratibus scuta rubiginemque gladiatorum.* Hoc cultu nitentes vos accepi. Porro auri atque argenti in armis fulgorem non semper apud imbelles conspici documento est Julius Caesar, de quo Suetonius c. 67. *Factare solitus, milites suos etiam unguentatos,*

hens.

in exercitationum generibus, ut, qui ceteris praestitissent, & eos magnis afficeret muneribus. His igitur rebus effecit, ut & ornatissimum & exercitatissimum haberet exercitum. ⁴ Huic quum tempus esset visum, ⁴

CO-

vere pugnare posse. Habebatque tam cultos; ut argento & auro politis armis ornaret: simul & ad speciem, & quo seniores eorum in praelio essent, metu damni. Nec non Samnites, quibus ignaviam molliorem ne ipse Romanus objecerit, aureis atque argenteis armis se hosti obtulerunt. Florus 1, 16, 7. Pro hac urbe, regionibus Populus Romanus Samnites invasit, gentem, si opulentiam quaeras, aureis & argenteis armis, discolori veste, usque ad ambitum armatam. Concludendum igitur cum Floro: Tales esse milites, qualis sit imperator; sive pietatis atque adornatis, sive torvis ferro atque aere fulgentibus armis urantur. 2, 18, 11. Gebb. Vide ad utrumque Flori locum notas Freinshemii. De splendore armorum adde Polybium 11, p. 629. & Plutarchum in Philopaeone p. 360. & seq. Porro Boecl. aberat copula, & potest abesse. Dan. habebat insignibus: culpa scioli cujusdam, opinor, cui insignia militum in mentem erant. Bofius. Adde Cortium ad Sallustii Catilinam cap 7. n. 4. Codex Vossianus B consentit iterum Boecleriano.

2 Praemia proposuit.] Vide Xenophontem h. Gr. 3. pag. 499. & Agesilao pag. 655. Bofius. Locutionem illustravit Cel. Burmannus ad Phaedrum lib. 1. fab. 14. v. 9.

3 Fecit idem in exercit. gen.] Hoc pluribus verbis persequitur Xenophon in Agesilao & lib. 3. de reb. Gr. Lambinus. Claudianus de IV. Conf. Ho-

notii 320. seqq.

— si bella tonant, prius agmina ducis

Exerce studiis, & saevo praestrue Marti.

Non brunnæ requies, non hibernacula segnes

Emervent torpore manus. Buchneras.

Ubi plura Bartbius in commentario p. 656. 657. adde Herm. Hugonem de militia equestri 3, 1. Bofius.

4 Eos magnis.] Ms. eos magis. quod est longo melius, totique loco convenientius. Vult enim, pro cuiusque virtute praebuisse munera, alijs minima, alijs majora. Ut ne quidem verum sit illud magnis. Schefferus. Voss. B. etiam eos magis, & paullo ante pro egregia, e-grecia. Videmus ex hoc loco Verbum afficere & in bonam & in malam partem a Nostro sumi, nam contra in malam partem adhibuit in Hannibale cap. 8. & in Regibus c. 3. dixit pari letho affectus est Ly-simachus a Seleuco, quem loquendi modum latissime illustravit cl. Burmannus ad Phaedrum 1, 5, 10. Eodem modo, quo Noster, dixit Cicerone 2. ad Fam. Ep 3. Plurimis maximisque muneribus & nos amicos, & civis tuos universos, & remp afficies. & sic alibi milles in bonam partem. Pro exercitatissimum haberet exercitum Leid. m. haberet exercitum & exercitatissimum.

5 Huic cum tempus esset visum.] Insolita locutio visa Lambino. Itaque

copias extrahere ex hibernaculis: vidit, si, quo esset iter facturus, palam pronuntiasset, hostes non credituros, aliasque regiones praefidiis occupaturos, nec dubituros aliud esse facturum, ac pronuntiasset. Itaque ¹ quum ille Sardis iturum se dixisset, Tissaphernes ² eandem Cariam defendendam putavit. ³ In quo quum cum opinio fefellisset, victumque se vidisset consilio: ⁴ sero suis praefidio profectus est. nam quum illo venisset, jam Agesilaus, multis locis expugnatis, ⁶ magna erat praeda potitus. Laco autem, quum vide-

ret

que tempus delendum putabat. Sic enim loqui Latinos, *visum est mihi dicere, scribere, facere*. Non fecisset, opinor, si recordatus esset, nostrum 16, 2, 2. dixisse: *cum tempus est visum rei gerendae*, & 14, 11, 1. *tempus esse majores exercitus parari*. denique 23, 13, 4. *tempus est facere finem*. Integrum est, *visum est tempus faciendi*, vel *facere*: ellipticum, *visum est facere*. Tempus autem extrahere, pro extrahendi vel adextrahendum, Hellenismus est. vide Ind. v. *tempus*. *Frontin* legebatur: *Hinc cum t. e. v. Schefferus* autem, *Heic tum*, ut 15, 6, 3. Sed *τὸ* huic Nepotis congruentius. Paulo post vulgo *praefidiis* abest, etiam ab optimis editionibus. Sed erat in Mss. Dan. & Leid. Itaque diutius exsulare non sum passus. Vide Ind. *Bosius*. Saepius modus *Infinitivus* pro *Gerundio* in *di* poni solet. *Nofter* in *Lyfandro* cap. 3. *Iniit consilium reges Lacedaemoniorum tollere*, Virg. 3. Aen. 670

*Verian ubi nulla datur dextram ad-
festare potestas.*

& vs. 60 ejusdem libri

*Omnibus idem animus scelerata ex-
cedere terra.*

Coelius Epist. 16. ad Ciceronem.

Quod porro tuum consilium sit ad accedendum speratis accedere, non mediis fidius reperio. Vide *Servium* ad *Virg.* 4. Aen. vs. 565. *Vechneri Hellenolexiam* pag. 168. aliosque.

¹ *Cum ille Sardis iturum se*] *Lambinus*, qui omnia cum pulvisculo alioqui solet convertere, locum *Polyaeni* omisit lib. 2. in *Agesilao* com. 9. Ἀγισίλαος ὅτι Σάρδεις ἐλάντων καθ' ἑμὲ λογοποιεῖ, ὡς ἔπαρται Τισσαφίρην, εἰς ἡμεῖς μὲν φανερὸς ὅτι Λυδίας, τριεταῖς ἢ ἄρα τὸς ὅτι καί τας. Ὁ μὲν Πέρσης ἀρμυρὸς Καρίαν φυλάττει, ὃ δὲ Λακων, κατὰ κράτος Λυδίας, ἢ καὶ πολλὰ κατίσχυεν. Cur autem potissimum sese in Cariam irruptionem moliri sparsisset, causas addit *Frontinus* lib. 1. cap. 8. Ex. 12. *Agesilaus Lacedaemonius, cum inferret bellum Tissapherni, Cariam se petere simulavit: quasi aptius locis montuosius, adversus hostem equitatu praevalemem pugnaturus.* Per hanc consilii ostentationem, *avocato* in Cariam *Tissapherne*, ipse *Lydiam*, ubi caput hostium regni erat, irrupit, oppressusque, qui illic agebant, pecunia regia potitus est. *Gebh.* Vide quae diximus paullo ante ad illa v. 2. in *Phrygiam*. Ceterum sic *Dan.* elegantius quam *alii*, *se ipsum*. *Bosius. Sardis omnes*

ca.

ret hostes equitatu superare, nunquam in campo sui fecit potestatem, & his locis manum conferuit, quibus plus pedestres copiae valerent. Pepulit ergo, quotiescunque congressus est, multo majores adversariorum copias, & sic in Asia versatus est, ut omnium opinione victor duceretur.

C A P. IV.

Hic quum jam animo medicaretur proficisci in Persas, & ipsum regem adoriri, nuntius ei domo.

codices, & Vossianus B. bis hoc capite *hostis*, pro *hostes*.

2. *Eandem Cariam*] Quam antea tutatus fuerat. *Lambinus*.

3. *In quo quum eum opinio fessell.*] Voss. A. *In eo quum eum opin. fessell.* Pro magna erat praeda potitus Voss. B. magni erat praeda potitus.

4. *Sero*] Quarto die postquam Agefilaus jam Lydiam ingressus ac populatus erat, ut tradit *Xenophon*. *Lambinus*.

1. *Hostes equitatu superare*] Superiores esse, praevaleat, ut loquitur *Frontinus*. Infra *Hannib.* superabatur navium multitudine, dolo erat pugnandum. *Caesar* lib. 7. *Com. cap. 65.* *Caesar*, quod hostes equitatu superiores esse intelligebat. Graecis est ἰπποκράτειν. *Diod.* lib. 13. ἡ ἑσπερίαν τῆς πολυμίας ἰπποκράτειρας. *Gebb.*

2. *Et his locis manum conferuit, &c.*] Confluxit tamen ad *Macandrum* Agefilaus; quod videbar nondum peditatum hostium adesse; & cum hostes praemissi ab Agefilao equitatus, interea dum pedestres copias instruit ac disponit, impetum satis fortiter exceperunt; reliquo jam exercitu producto illi statim terga dederunt, &c. Agefilaus

autem castris hostium potitus est, & plus quam LXX. talenta praedae nactus est &c. Sic *Xenophon* lib. 3. de reb. Gr. Addunt alii scriptores, hac victoria parta Agefilauum facultatem adeptum esse Asiae diripiendae &c. *Lambin.* Pro quotiescunque Voss. A. & B. quotiescunque.

3. *Cum jam animo*] Sic *Dan.* Unde olim conjiciebam: cum in animo medicaretur, quomodo *Terentius* Ad. 1, 1. dixit, in animo cogitare & insituere. Nunc nihil muto. nam sic & paulo post v. 5. Cum jam haud ita longe abesset. In reliquis libris tamen jam ob similitudinem particulae praecedentis videretur excidisse. *Bossius*.

4. *Nuntius ei domo venit*] *Scytale* scilicet. *Plutarchus*: ἄμα τοὶ τῆς σκυτάλης ἰσθμῶν. *Xenophon*: ἰπειθὴ ἰσθμῶν αὐτῶν κατὰ τὴν οἴκον τῶν ἐπιπέδων, ἔπειθ' αὐτῶν οἴκον τῶν ἐπιπέδων, quoniam in loco parallelo *hist. Gr.* 4. mox adducendo τὸ ἐπιπέδον legitur, vultque omisium illud ὁ ἐπιπέδων propter similitudinem cum vocabulis praecedentibus. *Lambinus* ad h. l. laudat: ἰπειθὴ ἰσθμῶν αὐτῶν σκυτάλης

mo venit ¹ ephorum missu, ² bellum Athenienses & Boeotios indixisse Lacedaemoniis: quare venire ³ non dubitaret. ⁴ In hoc non minus [ejus] pietas suspicienda est, quam virtus bellica: qui quum ⁵ victori prae-

esset

δοτὸ ἰ. οἴκ. τολ. Sed vereor, ne invitis libris. Fortasse nihil deest, sed ἰλλεπικῶς loquitur Xenophon; ut in re simili *hist. Gr. 3. pag. 501.* ἔρχεται δὸτὸ ἴδ' εἰς τὸν πύλον, ἀρχεν δὲ τὸν ταυλῆν. Quem locum pariter *Leuclavius*, sed aeque frustra, ut arbitrator, sollicitat. Utrobique subaudiri potest ex *Plutarcho*, ἡ σκυτάλη ἢ κελύβητα, vel aliquid simile. *Nuncius* ergo videtur idem esse ac scytale, epistola, sive res per eam significata: etiam si *missu* Ephorum venisse dicatur. nam & epistola mittitur; & *mittere* interdum nil aliud est, quam scribere, nuntiare, et apud Graecos ἄγγελον. de quo vid. *Ind.* Atque sic & alibi *nunciū* voce noster usus, ut itidem docebit *Index. Bosius.*

¹ *Ephorum missu*] Quamquam libri omnes *missu*; tamen quoniam *Mf. Dan. & Ultraj.* ad oram habuerunt *missu*, haud spernendum id, immo genuinum puto. nam librarii vix excogitaverint vocem rarioris usus: sed potius ut varia lectio adscripta fuerit. *Missu Ephorum*, i. e. mittentibus Ephoris, nuncium scilicet, vel epistolam sive scytalem per *Epicdydam* quandam. *Xenophon 4. hist. Graecae:* ἰσθὸς δ' ἐπὶ τῆ Ἀγροίλαιν Ἡεμπίοτῶν Ἐπικυδίδαν. ὃ δ' ἐπεὶ ἀρίστη, τὰ τε ἄλλα διηγείτο ὡς ἔχοι, καὶ ἔλε ἢ πόλις ἐπιστέλλαιο αὐτῷ, βανδῶν ὡς τῆ πατρίδι. Haec aut similia noster exprimere voluit. *Pro missu*, quod meliores editiones habent, τὸ *missu* irrepererat etiam apud *Ciceronem ad Attic. 8, 9. & Tacitum*

hist. 1. 43, 4. qui & alibi hac voce usus, de quo *Indicem* adi. Id igitur & heic factum fuisse probabile est. Denique hanc lectionem plane confirmant illa *7. 4. 3.* de re similis: cum ei nuntius a magistratu in Siciliam missus esset, ut domum rediret. *Bosius. Jassu Voss. A. B.* sed *Leid. m.* pro *ephororum jassu.*

² *Bellum indixisse Lacedaemoniis*] *Diodorus lib. 14. pag. 489. & Xenophon lib. 4. de reb. Graec.* scribunt, regem Persicum pecunia praefides urbium Graecarum corrupisse, ut Lacedaemoniis bellum inferrent. *Ernstius.* Suasit & auctoritate Cononis per oratores Graeciae, Persico auro corruptos, ad id adductos. *Polyaen. 1. in Conone comm. 3.* *Gebhardus.* adde laudatos *Ernstio ad h. l. Bosius.* Pro *Boeotios* *Voss. A. Boetos.* pro *Bellum Ath. & Boeot. ind. Lac. Voss. B.* Et *Boeotios bellum indixisse Lacedaemoniis.*

³ *Non dubit.*] *Lambinus* mallet, *ne dubitaret.* vid. *Ind. Bosius. Leid. m. & Voss. A. ne dubitaret.*

⁴ *In hoc non minus (ejus) pietas*] *Mscr. Boecler.* omittit *ejus.* forsitan haud male. Sic cap. *7. 2.* in hoc illud in primis fuit admirabile. Et alibi *saepius.* In hoc, scil. *Agefilao.* mox quaedam cum victor praeesset. Sed alterum & congruentius est, & in melioribus libris reperitur. *Bosius.*

⁵ *Victori praeesset exercitū*] *Loquendi* modus optimis scriptoribus familiaris, *Livius lib. 2. cap. 31.* *Omniū aetianum in senatu primam habuit pro victore populo.* lib. *3. cap.*

esset exercitui, maximamque haberet fiduciam¹ regni Persarum potiundi, ² tanta modestia dicto audiens fuit iussis ³ absentium magistratum, ut si privatus ⁴ in comitio esset Sparta. ⁵ cujus exemplum uti-² nam imperatores nostri sequi voluissent! sed illuc redeamus. Agefilaus opulentissimo regno praeposuit bonam existimationem, multoque gloriosius duxit, fi

24. Qui ubi triumphantes victore cum exercitu urbem inierunt. & ita saepius alii. consule Cl. Cortium ad Sallustium Jugurth. cap. 58. n. 5. & ad cap. 64. n. 1. & Vechneri Hellenolexiam pag. 116. Huc referri possunt *Vitrix libido* Livio l. 1. cap. 58. & *Vitrix caussa* Lucano lib. 1. v. 128.

1 Regni Persarum potiundi] Vide quae diximus ad 9, 2, 3. *Xenophon* pag. 657. ait, agitasse animo & spe concepisse everfionem ejus imperii quod prius Graeciam armis invaserat. *Bosius*.

2 Tanta modestia] Valde extollunt hoc factum laudantque *Xenophon* l. c. & *Plutarchus* pag. 604. adde not. ad 14, 4, 3. *Bosius*.

3 Absentium] Msc. Boecler. *besentium*, & in margine *besentium*. in quibus haud dubie aliquid latet. cl. *Schefferus* ingeniose suspicabatur, *seiscentium*; primamque syllabam in voce *seiscentium* deletam esse ob postremam praecedentis vocis, ei non abfimilem. *Bos. Voss. B.* consentit iterum Codici Boecleriano: Phrasin dicto audiens iussis absentium mag. illustravi ad cap. 1. n. 2. *Lyfandri*; quibus adde *Doctiff. J. Arntzenium* ad A. Victorem de V. Illustr. cap. 7. n. 4.

4 In comitio] In loco, ubi comitia peragebantur. *Liv. lib. 40. c. 29. Id*

scriba non accepit, libri in comitio; igne a victimariis facto, in conspectu populi cremati sunt. Tacit. 13. cap. 58. *Ruminalis arbor in comitio* In vita *Agricolae* cap. 2. *Ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio a foro viderentur.* Utitur aliquoties *Cicero* pro Sextio, In Verrem; *Xenophon* reddit *ισογειον*. *Gebhard. Xenophon*: *ἰδὲν διασχεύρας ἢ εἰ ἐς τὸ ἰσογέιον ἵτυξαν ἰσμάς μὲν πρὸς τὸς πύρας.* *Ephoreum* autem curia *Ephororum*, ut e *Pausaniae* *Laconicis* docent *Cragius* 2. 4. & *Emmiius* lib. 3. pag. 125. vide *Ind. v. comitium. Bosius*.

5 Cujus exemplum] Vel hic unus locus argumento est firmissimo; hujus libri auctorem, sive sit *Cornelius Nepos*, sive *Emilius Probus*; sive quis alius, vixisse iis temporibus, quibus resp. Rom. penes populum & senatum erat: nondum sc. populi potentia & libertate ab imperatoribus, i. e. a tyrannis, oppressa. Haec enim perspicue in *C. Julium Caesarem* dicuntur, qui invito senatu, & contra leges exercitum retinuit: unde natum est bellum civile inter eum & *Pompejum*. *Latinbinus*. vid. *Sueton. in Caesare* cap. 30. *Florum* 4, 3. *Loccenius*. *Praschius* ad *Phaedrum* lib. 1. fab. 29. v. 6. adnotat, hic, *sequi voluissent* positum esse pro *secuti fuissent*, cujus

fi institutis patriae paruisset, quam si bello superasset
Asiam. Hac igitur mente Hellepontum copias tra-
jecit, tantaque usus est celeritate, ut, quod iter Xer-
xes ¹ anno vertente confecerat, hic transierit ² tri-
4 ginta diebus. ³ Quum jam haud ita longe abesset a Pe-
loponneso, obsistere ei conati sunt Athenienses &
Boeotii, ceterique ⁴ eorum socii, apud Coroneam :
quos

elegantiae plura ibi exempla Cla-
rissimus Burmannus profert.

¹ Anno vertente] Vid. Ind. v. an-
nus. Supra 2, 5, 3. sex mensibus iter
hoc confectum ait. Pro transierit
Lambinus mallet transegerit. nulla
necessitate. Transire iter dictum, ut
transire flumen, mare, saltum, &c.
& transire vitam apud Sallustium
Catil. cap. 1. ac Senecam de Prov.
cap. 4. Possis & absolute accipere,
ut 2, 9, 1. 7, 9, 3. & alibi. *Bosius*.
Notandum est, Pronomen Relati-
vum nomini, ad quod respicit,
praecedere. Virg. 4. Aen. 653.

*Vixi, & quem dederat cursum for-
tuna peregi.*

V. cl. Cort. ad Sallust. Catil. cap.
3. n. 2. & cl. Burm. ad Phaedrum
lib. 4. fab. 6. vs. 1. lib. 2. fab. 1. *Quae
debetur pars, tolle, pro tolle parte n,
quae debetur.* Livius lib. 3. cap. 9.
*Quod populus in se jus dedit, eo usu-
rum.* Sic apud Graecos Sophocles
Ajace vs. 272.

Αὐτὸς μὲν ἰδίῃσ' εἶπον ἄλλοτ' ἐκ νε-
κῆς.

In Trachin vs. 94.

Ὅν αἰὶα νῦν ἐναρξίζομεθα
Τίττει, κατινάξει τι φροσιζόμερον
Ἄλιον ἄλιον αἰτῶ
Τὶτο καρξίει ἢ Ἀλκμήνας.

Cæterum transire cum quarto casu
saepius ponitur a probatis Auctori-
bus. A. Gellius in praefat. pag. 8.

In se quidem volvendis transeundis-
que multis admodum voluminibus. id
est cursim perlegendis. vide ibi
Salmastii notas, & Waffie ac Cortium
ad Sallustii locum hic a Bosio cita-
tum. & transitus pons dixit Livius
lib. 2. cap. 10. ubi summum Gro-
novium consule.

² Tringinta diebus] Mirum. nam
obsistere ei conati sunt Thraces,
quos gravi proelio superavit, ut re-
statutur *Plutarchus in Agesilao*: idem-
que conati sunt & Thessali, quorum
dux erat Polycharmus Pharsalius:
quos etiam in fugam vertit, alios in-
terfecit, alios cepit, in eaque The-
salorum fuga & clade Polycharmus
ipse occubuit, itaque tropaeum in-
ter Prantem, & Narthecium con-
stituit, ut tradit *Xenoph. in Agesil.*
& lib. 4. de reb. Gr. neque praeter-
misit *Plutarchus*. Lambinus. Cum
nostro tamen facit *Xenophon Agesi-
lao*, cum ait minori quam mentis
spacio hoc iter confecisse, μὲν ἢ
ἐν μυνί. Noster tringinta dies nume-
rat, fortassis idcirco quod totidem
Xerxem in hoc itinere consumpsisse
dixerat 2, 5, 3. *Bosius*.

³ Quum haud ita longe] Sic Dan.
Leid. Boecler. Alii ita deest. *Bos-*
Voss. B. cum ita aut longe. pro *Boe-*
tii. *Voss*. A. & B. iterum *Boetii*.

⁴ Eorum socii] Hos enumerat *Xe-*
nophon in Agesilao & 4. de reb. Gr.
Argi.

quos omnes gravi praelio vicit. Hujus victoriae vel maxima fuit laus, quod quum plerique ex fuga se¹ in templum Minervae coniecissent, quaerereturque ab eo, quid his fieri vellet; ² etsi aliquot vulnera acceperat eo praelio, & iratus videbatur omnibus, ³ qui adversus arma tulerant; tamen ⁴ antetulit irae religionem; & eos vetuit violari. ⁵ Neque vero hoc

solum

Argivos; Corinthios, Aenianas, Euboenses, Locros utrosque, & multis verbis praelium illud ejusque eventum narrat. *Diodorus*, ut fere in ceteris, summam brevitatem adhibuit. Multa autem profert *Polyaenus lib. 2. Strategemata*, quibus usus sit Agefilaus adversus Thebanos, sibi oblitere conantes, *Lambinus*.

¹ *In templum Minervae*] Quasi in asyllum. Sic *Xenophon in Agesilao. & lib. 4. de reb. Gr. Plutarchus in Agesilao*. Templum autem Minervae intellige cognomento Itoniae, ut docet *Paulianus Laconicus*. Iras autem urbs Thessaliae est. *Lamb.*

² *Etsi aliquot vulnera acceperat*] Praeclarior moderatio est in victis, quo victor gravioribus injuriis & damnis est affectus. Laudatur eo nomine a *Trogo* apud *Justinum* 7, 6, 14. *Philippus*. Cum *Metboniam*, inquit, urbem oppugnaret, in praeterantem de miris sagitta jacta dextrum oculum regis effodit: quo vulnere nec segnior in bellum, nec iracundior adversus hostes factus est: adeo ut interjectis diebus pacem deprecantibus dedit; nec moderatus tantum, verum etiam mitis adversus victos fuerit. Alioqui victoria mitis vel cruenta est, prout minora vel atrociora in ea elaboranda pericula fuerunt subeunda. *Justinus* 1, 7, 6. Sed quanto bellum minoris periculi, tanto & mitior

victoria fuit. *Florus* 2, 8, 18. *Victis & supplici pacem atque partem regni dari placuit, eo libentius, quod tam facile cessisset*. *Curtius* 4, 6, 24. *Ira quoque accensus, quod duo in obsidione urbis ejus vulnera acceperat, vide reliqua*. *Caesar* 2. B. Civ. 13. *Caesar per literas Trebonio magnopere mandaverat, ne per vim oppidum expugnari pateretur; ne gravius permoti milites & defectionis odio, & contumptione sui, & diutino labore omnes puberes interficerent*. *Tacitus* 4. A. 25, 4. *Insensus miles memoria laborum, & adversum eludentes optatae toties pugnae, se quisque ultione & sanguine explebant*. *Gebh.* Pro fieri vellet *Leid.* m. vellet fieri.

³ *Qui adversus arma tulerant*] *Tib. Wopkens lib. 1. Lect. Tull.* cap. 4. pag. 19. explicat qui per quia.

⁴ *Antetulit irae religionem*] Cum de omni humana ope desperabatur; a victis confugiebatur ad Deorum templa atque aras, ut eorum veneratione ac majestate motus Victor imperum iracundiae frangeret; vitaeque crudelitati subtraherentur. Et cum sanctitas morum Deique timor inter mortales adhuc vigerent, quamvis vi urbem ingressus Victor repugnantes omnes juberet trucidari, tamen illis parci praecipit, qui ad Deorum templa confugissent. *Curtius* 4, 4, 13. *Alexan-*

solum in Graecia fecit, ut ¹ templa deorum sancta haberet: sed etiam apud barbaros summa religione omnia simulacra, arasque conservavit. Itaque praedicabat, mirari se, non ² sacrilegorum numero haberi, qui ³ supplicibus eorum nocuissent: aut non gravioribus poenis affici, qui religionem minuerent, quam qui fana spoliarent.

CAP.

der, exceptis, qui in templa confugerant, omnes interfici, ignemque rectis injici jubet. Victis autem nulla alia de causa, qui in Deorum templa confugerant, parcitum fuit, nisi respectu & reverentia erga Deos. Diodorus lib. 12. ὅστι τῶν λοιπῶν ἕνα τὸ μὴδὲν ἀσεβῆν εἰς τὸ δαιμόνιον διασωζόντων τὸς εἰς τὰ ἱερὰ καταπεργύβοντας. Tacitus 3. A. 61. 3. Mox Libervm Patrem bello victorem supplicibus Amazonum, quae aram insederant, ignovisse. Gebhardus. Reverentia religionis aciem hostilis ferri & vindictae reprimit. Adi Grotium de jur. B. & P. 3, 12, 6. & ibi in notis. Loccenius. Polyaeus lib. 2. Strateg. aliam causam adfert, quomobrem Agesilaus iis, qui in templum illud confugerant, pepercerit: quod esset periculosum cum eis configere, qui in rebus desperatis praelium de integro mirvent. Lambinus.

5 Neque vero] Tò vero abest a quibusdam Mss. & edd. & paullo post pro conservavit alii consecravit, non recte, ut Schottus recte judicat. Bofius. Agnoscunt τὸ vero Leid. m. & Voss. A. B.

1 Templa deorum sancta h.] Id est inviolabilia. Florus lib. 4. cap. 2. n. 21. Aerarium quoque sanctum, quia tardius aperiabant tribuni, jussit effringi. Tibull. lib. 1. El. 5. vs. 40.

Non feror incestus sedes adiisse deorum,

Servatae de sanctis deripuisse foci?

Sic muri sancti sunt ex instituto Romuli. V. Cl. Dukerum ad Florum lib. 1. cap. 1. n. 8. & sancta & sancire foedera. Vide Jac. Gronovium ad Livium lib. 1. cap. 24. Sic in Pelopida cap. 4. n. 2. vidimus legendum Quod apud omnes gentes sanctum esse consueisset. de inviolabili Legationis jure. quomodo sanctum nomen Virgilium dixisse notat Servius ad lib. 8. Aen. vs. 382.

2 Sacrilegorum numero haberi] Hanc locutionem illustravit summus Gronovius lib. 1. Observat. cap. 6.

3 Supplicibus eorum] Barbarorum ne, quos proxime; an deorum, quos paullo ante nominavit? Hoc malim. nam & Xenophon Agesilao sub finem, unde totus hic locus expressus Lambino, & recte quidem, videtur, deorum, & paullo post ararum supplices vocat: ἱκέτας ἢ θεῶν εἰδὲ ἱερέας ἱεραζέτω νομίμων ἀλογοῦν ἢ τὰς μὴ εἰς ἱερῶν κλέπτοντας, ἱεροσύνης καλεῖν. τὸς ἢ λαμῶν ἱκέτας ἀποστῶντας, ὡσεὶς ἠγῶνται. Nec insolitum Nostro, provocabulum relativum ad remotius Nomen referre. vide notata ad 16, 3, 2. Proinde non est, cur cum Magio legamus deorum. Bofius. Eorum Leid. m. & Voss. A. B. pro minuerent Leid. m. minuerint.

Post hoc praelium, collatum est omne bellum circa Corinthum, ¹ ideoque Corinthium est appellatum. Hic quum una pugna decem millia hostium ² Agefilao duce cecidissent: eoque facto opes adversariorum debilitatae viderentur: ³ tantum ⁴ absuit ab in-

¹ Ideoque Corinthium est appellatum] Diodorus 14. ἀπὸ τοῦ ἑπὶ τῷ Κόρινθον ἡρωϊσμοῦ, ὃ πῶλεται ἐπὶ τῷ Κόρινθον Κόρινθιαίς. Lambinus. Nugae ergo sunt, non modo quod nonnulli legunt, Corinthum est appellata, scilicet τὰ Κορινθία; sed etiam quod Longolius, qui illos ridet, legit, Corinthum est appellatum, & interpretatur, denunciatum, ut Corinthum conveniret: aequè risu excipiendus. Bos. Leid. m. & Voss. B. Corinthum.

² Agefilao duce] Quod Xenophon Agefilao nuncium tantae cladis (ἀγχαίαν) ad Agefilao pervenisse; Plutarchus autem cum in Agefilao, tum in apophthegm. reg. & duc. audisse eundem magnum hoc praelium, & in apophth. Lacon. audivisse numerum hostium mortuorum (ter verbo πρὸς τὸν ἄλλο) scribit; inde Magius & Lambinus colligunt, Agefilao neutiquam huic pugnae interfuisse. Addit tamen Lambinus, responderi posse, duces non ipsos cernere oculis mortuorum numerum, sed certis hominibus ex suis negotium dare, ut hoc cognoscant. Potius dixerim, duce aliquo fieri, etiam quae absente eo, sed auspiciis ejus sunt. Bosius. Una abest Vossiano A. & pro ceciderunt Leid. m. reciderunt.

³ Tantum absuit] Sic habent edd pleraque; nec discrepant, quod

sciam, libri meliores. Longol. tamen, Lambin. & quaedam recentiores, absuit: quod solum Latinos usurpasse contendit non modo heic, sed etiam ad 9, 1, 2. & 20: 1, 3. ac ad Horatii satyr. 1. pag. 50. & prolixius in notis Ciceroniam, post Muretionem & Victorium, Lambinus. Et certe veteres inaedum sic extulisse, atque sic passim in MSS. codd. legi, negare nolim: nube testium id evicit Phil. Pareus in Lexico Critico. Ex eo tamen nondum conficitur, alterum, quod & ipsam in plurimis codd. reperitur, Latinum plane non esse. Bosius. Leid. m. & Voss. A. B. absuit.

⁴ Absuit ab insolentia gloriae] Minime insolenter de tanta victoria gloriatus est: cum alioqui victoria inflat animum Ducis, ut supra in Pausania & Lysandro adnotabamus. Tacitus 4. H. 63, 1. Civilis & Classicus rebus secundis sublatis. Aurelius Victor Caesar c. 39. Quo prosperiore cedente metu ne hujusmodi ingenium magis ac magis victoria insolensceret. Ergo elationem animi comitatur quoque Gloriatio. Caesar 1. B. Gall. 14. Quod sua victoria tam insolenter gloriaretur. Modestia in successibus habet socios Agefilao & alios. De Philippo Justinus 9, 4, 1. Hujus victoriae callide dissimulata laetitia est. denique non solita sacra Philippus illa die fecit, non in convivio

Et 3.

visit.

insolentia gloriae, ut commiseratus sit fortunam Graeciae, quod tam multi a se victi: vitio adversariorum concidissent: namque 2 illa multitudine, 3 si sana mens 3 esset, Graeciae supplicium Persas dare + potuisse. Idem quum adversarios intra moenia compulisset, & ut Co-

rin-

xistit; non ludas inter epulas adhibuit; non coronas & unguenta sumit; & quantum in illo fuit, ita vicit, ut videntem nemo sentiret. De Timoleonte Nepes 20, 4, 2. Nihil unquam neque insolens, neque gloriosum ex ore ejus exiit. De Annibale Plutarchus in Marcello: ἄρτις φανερῶς ἀπὸ τῶν ἐπισημάτων, ἄρτι δὲ ὄψασθαι τὸ χαίρειν. Compositum mentis & vultus Agefilai habitum ita describit Xenophon: ἐν ἰσνάδις φανερῶς ἐξήσκατο. Plutarchus: ἐν ὄψασι μεγαλαΐας ἐδὲ ἐνεργεῖσθαι. Gloria pro gloriatio; P. Syrus: Cito ignominia fit superbi gloria. Tacitus 1. A. 8, 2. Plerique invidi sibi, sed jaevantia gloriae ad posteros. Haec prolixius deduxi, ut affligerem correctionem Lambini, insolenti gloria suspicantis legendum. Gebh. Hunc locum egregie illustravit Vir Clarissimus P. Burmannus ad Phaedrum lib. 1. fab. 11. v. 1.

1 *Vitio adversariorum*] Callida amolito a se culpae & damni communi Patriae illati. Nam si Diodoro credimus, existit Agefilai φῶρ δ' ἔγενετο ἢ φανερῶς. Quare ne videatur impie ac scelerate iisdem sacris, linguae commercio, cohaerentes bello obrivisse, illis versute culpam impurat. Usus est hoc colore quoque supra Alcibiades. Gebhardus.

2 *Illam multitud. Graecis supplicium Persas dare pot.*] Hoc est, ut Xenophon Agefilai, & Plutarchus in ejusdem vita, ac apophth. Lacon, lo-

quantur, tot viros vivos potuisse barbaros universos superare; aut, ut in apophth. reg. & duc. habetur, interficere. Similis querela Luciani princ. lib. 1.

Cumque superba foret Babylon spoliantia tropaeis

Ausoniis, umbraque erraret Bruti inulta,

Bella geri placuit nullos habitura triumphos?

Heu quantum potuit terrae pelagique parari

Hoc, quem cives hauserunt, sanguine dextrae! &c.

Quae ex hoc Agefilai dicto sumta esse, vir sui nominis H. Grotius in Notis ad eum locum observat. De phrasi, *supplicium dare*, Indicem vide. Bosius.

3 *Si sana mens esset*] Virg. *Si mens non laeva fuisset.* Gebhardus. Si sana Graecorum mens fuisset. Lambinus. Est fere proverbialis locutio, significans, *si Graeci consilii non fuissent expertes, si mentis suae fuissent compotes.* Mens sana alibi mens bona vocatur, cui obponitur mens mala & laeva. Consule Gonsalium de Salas ad Petronium cap. 3. & Dukerum ad Florum lib. 2. cap. 6. n. 20. Hinc etiam manavit formula, qua jurabant se purgaturi, qui alium aut re aut verbo laeserant, laesum esse injuria hac indignum, & se fuisse mente mala: ut nos docet Elegantissimus Broukhuis ad Tibullum 2, 5, 104. Vocem vero sa-

mā

rinthum oppugnaret, multi hortarentur: ¹ negavit id suae virtuti convenire. se enim ² eum esse dixit, qui ad officium peccantes redire cogeret, non qui urbes nobilissimas expugnaret Graeciae. nam si, inquit, eos ex-⁴tinguere voluerimus, qui nobiscum adversus barbaros ³ steterunt, nosmet ipsi nos expugnaverimus, ⁴ illis qui-

mus ad atimum transferri, & huic rei propriam esse, non est, quod multis ostendamus, hinc enim *sanitas* pro ratione, & bona mente sumitur a Phaedro lib. 4. fab. 25. v. ultimo, ubi vide Cl. Schefferi notas, quamvis ibi Nobil. Heinsius *sana mens* legendum conjiciat. & ipsum verbum *sanare* de animo aegrotantibus passim sumi docet abunde Cel. Broukhufius ad Propertium lib. 1. El. 10. v. 18. & ad Tibull. lib. 2. El. 3. v. 13.

⁴ Potuisse] Sic meliores libri. Alii potuisset, ac si Neporis iudicium hoc esset. Sed Agefilai esse e scriptoribus modo laudatis constat. *Bosius.*

¹ Negavit id suae v. c.] Etiam hic locus videtur fere e *Xenophonte* expressus, aut certe imitatus. *Lambin.* Vide eum pag. 669. *A. B.* qui tamen rem paullo aliter narrat. *Bosius.*

² Eum esse] I. e. talem, tantum. Vide Ind. v. is. Msc. Boecl. vox esse aberat. *Bosius.* Esse abest etiam Vossiano B. Cicero 5. ad Fam. Ep. 8. Is enim tu vir es, & eum me esse cupio, ut, quoniam in eadem Reip. tempora incidimus, conjunctionem amicitiamque nostram utrique nostrum laudandi sperem fore. Lib. 1. Ep. 8. Me quidem etiam illa res consolatur, quod ego is sum, cui vel maxime concedant omnes, ut vel ea defendam, quae Pompejus velit &c. Lib. 8. Ep. 6.

Cum praesertim is sit, qui, si perniciosum sciret esse loqui de hac re, vix tamen se contineret. ubi Cl. Cortium vide. Livius lib. 3. cap. 58. Orabatque, ne *Claudiae* genti eam iniustam maculam vellent, ut carcere & vinculis viderentur digni. Justinus lib. 4. cap. 1. n. 18. Ea est enim procul insipientibus natura loci, ut sinum maris, non transitum putes. Florus 1. 13. 3. Ea certe fuit vis calamitatis, ut &c. Confule Cel. Burmannum ad Phaedrum lib. 4. fab. 1. v. 5.

³ Steterunt] Msc. Boecl. steterint. bene. *Bosius.* Vossianus B. iterum consentit Boecleriano. Pro extinguere Leid. m. eos extinguere.

⁴ Illis quiescentibus] Non se moventibus, donec partes collisae inter se extreme defatigentur. Sed quamvis isti, qui talia spectant, armis quiescant: consiliis tamen non cessant: qui magis ac magis gliscentem discordiarum ignem fodiant. Artaxerxes videlicet, ut regno suo otium a Graecis constitueret, ipsos inter se collisit hoc artificio. Primo Oratores pecunia corruptos induxit, ut persuaderent populo hanc vel illam expeditionem suscipere; auxilium huic vel illi urbi ferre; dominium hujus vel illius territorii acquirere. Hoc intelligit Xenophon; *δαπειρὺς δ' ἐπέειπεν, ὅς αὖ νομίζω δαλίπυτος, πλείονα κερὰν εἶναι ἐπὶ δὲ τὸν ποταμὸν.* In eum si-

quiescentibus, quo facto, ¹ sine negotio, quum voluerint, nos opprimunt.

CAP. VI.

Interim accidit illa calamitas ² apud Leuctra Lacedaemoniis: quo ne proficisceretur, quum a plerisque ³ ad exeundum premeretur, ⁴ ut si de exitu divinaret, exire noluit. Idem quum Epaminondas Spartam oppugnaret, ⁵ essetque sine muris oppidum, talem se imperatorem praeiuvat, ut eo tempore omnibus

nem triginta millia Daricorum per Timocratem quendam Atheniensibus, ac Thebanis Oratoribus dilargitus est. Dein commotis in arma Graecis alimenta subministravit, ferendo parti infirmiori suppetias Polyaeus lib. 5. Ἀρταξέρξης ἔ παλιμοὶ ἠγωνησάτω τοῖς Ἑλλησιν αἰσι προσιδέμενοι τοῖς ἠττομένοις. αἰσι γὰρ ἐπανιστῶν ἔ ἰαταλίεμβον, τὴν ἰαλὴν τῶ νικῶντων κατέλυε. Hoc quoque intellexit Xenophon. ἔ ὁ τὴν ἐπιμαχίαν ἔ τῶν, μετ' ὀπισθίων ἀν ὄντων μίλιον βλάψεν. Gebhardus. Pro expugnauerimus Leid. m. expugnatus.

¹ Sine negotio] Id est, sine difficultate, sine labore. Negotium saepe de re molesta ac difficili ponitur. Cic. 2. ad Fam. Ep. 10. *Tantis opibus, tantoque negotio, ut mihi ad summam gloriam nihil desit, nisi nomen oppidi.* Vide P. Manutium ad lib. 3. ad Fam. Ep. 10. Suetonius in Caesare cap. 19. *Ut Provinciae futuris Coss. minimi negotii, id est, silvae callesque, decernerentur.*

² Apud Leuctra] Leid. meus & Voss. A. B. Leuctram.

³ Ad exeundum premeretur] Urgeretur, cogeretur. Gebhardus.

⁴ Ut si de exitu divinaret] Mfc. Boecl. *ut si de exercitu divin.* Ed. Ultraj. *ut si de exitu dimicaret.* Sed editam lecti. tuentur verba Diodori lib. 15. ἔπεσον ἔ δια τῶν ὀπισθίων μῆτων ἔδωκεν ἐν ἀνδροπίλῳ ἀπόρατον, ἀλλὰ θεῶν τινα χρησμὸν εἰρηκίνας. De re, adi Commentarium amplif. Boecleri pag. 22. ἔ seg. Bosius.

⁵ Essetque sine muris oppidum] Viri enim Lacedaemone fortitudine sua pro moenibus erant. Seneca rhetor suasor. 2. ut nos quidem emendabamus: *Non est Sparta lapidibus circumdata. Ubi viros habet, ibi muros non habet.* & mox: *Muri nostri arma sunt.* Schottus. Cur, quando & quamdiu Sparta sine muris fuerit ac non fuerit, post Lambinum & Magium ad h. l. itemque Cratium 1, 2. ac lib. 3, p. 120. ἔ deinde. Ennium lib. 3. p. 115. prolixè tradit Meursius Miscellan. Lacon. 4. 10. Bosius.

⁶ Nisi ille fuisset,] Sic supra locutus est 9, 2, 3. Sed quod ad rem attinet, eandem paullo aliter narrat Diodorus lib. 15. nempe sic. ut videatur Spartae salutem adscribere Agidis, non Agesilai, providentiae. Lambinus. Phaearchus tamen

bus apparuerit, ⁶ nisi ille fuisset, ¹ Spartam futuram non fuisse. In quo quidem discrimine ² celeritas ejus ³ consilii salutis fuit universis. Nam quum quidam adolescentuli, ³ hostium adventu perterriti, ad Thebanos transfugere vellent, ⁴ & locum extra urbem editum cepissent, Agesilaus, qui perniciosissimum fore videret, si animadversum esset, quenquam ad hostes transfugere conari, ⁵ cum suis eo venit, atque, ut si bono animo fecissent, ⁶ laudavit consilium eorum, quod

pag. 614. D. scribit, omnes fateri, Agesilaum causam fuisse. *Bosius.*

¹ Spartam futuram non fuisse] In Mf. libro est non esse. Eximio huic viro patria tam hanc quam multas insignes alias victorias debebat, & salutem denique. Epaminondae enim nemo magis hoc uno se objiciebat, efficiebatque, ne Sparta in hostium potestatem veniret. Qua de re aliisque ejus virtutibus legendi, praeter Xenophontem & Diodorum Siculum in perpetua ipsorum historia, etiam alii, qui peculiaribus opusculis eum ornandum sibi sumperunt, *Ernstius.*

² Celeritas ejus consilii] Quamvis alias celeritas inimica sit consilio; tamen in rebus asperis & ancipitibus, ubi spacium longiori deliberationi praeclusum est, in arena capere posse consilium praesenti necessitati accommodum, maxime expedit. Vide *supra* Not. ad 8, 1, 4. & 14, 6, 8. Hoc autem Agesilai promptum consilium adjungi potest illis exemplis, quae *Frontinus Strategem.* 2, 7. de dissimulandis adversis collegit. *Loccenius.* Referunt autem id, praeter *Nostrum*, etiam *Polyaenus* 2, 14. & *Plutarchus* in *visa* pag. 613. & *seqq.* sed paullo aliter. *Bos.*

³ Hostium adventu perterriti] *Leid.*

m. Hostium adventu perterriti. *Voss.* A. & B. etiam perterriti.

⁴ Et locum extra urbem editum] *Plutarchus* ἰαρώεον, vocat, locum bene septum & adscensu difficilem, ubi Dianae templum: *Polyaenus* λόπον ἰερόν Ἀρτέμιδος & Ἰαρώεας, prope *Pitanem*; uti quidem recte *Casaubonus* illic & *Meursius* *Miscell. Lac.* 4, 14. legunt; Nam vulgo legitur Ἀρτέμιδος & Ορθείας. Fortassis etiam legendum, λόπον ἔ ἰερόν Ἀγρ. Meminerit praeterea *Stephanus* & *Hesyehius*; sed hic Ἰαρώεας vocat. In Mf. *Boecler.* erat, & eum locum. Fortasse sub τῷ eum nomine loci latet, legendumque; & *Ifforium.* locum extra ur. editum. *Bosius.* *Voss.* B. & eum locum.

⁵ Cum suis eo venit] Sic legendum, non ut habent mendosi codices (*Mazio* laudati,) cum suis convenit. *Lambinus.* *Plutarchus* ac *Polyaenus* tradunt, solum, aut cum unico servo, & inermem eo venisse, dixisseque non illuc, nec unum in locum omnes, sed alios huc, alio loco demonstrato, alios illuc convenire jussus: ipsum vero *Ifforium*, aliis continuo accitis, occupasse. *Bosius.*

⁶ Laudavit consilium] Similis ars *Marcelli* relata *Plutarcho* pag. 303. *Buchnerus.*

E e 5

1 Ani-

quod eum locum occupassent, & se id quoque fieri
 3 debere ¹ animadvertisse. Sic adolescentulos simula-
 ta laudatione ² recuperavit, & adjunctis de suis co-
 mitibus locum ³ tutum reliquit. Namque illi, ⁴ aucto
 numero eorum, qui expertes erant consilii, com-
 movere se non sunt ausi, eoque libentius, quod late-
 re arbitrabantur, ⁵ quae cogitarant.

C A P. VII.

Sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedaemonii
 6 se nunquam refecerunt, ⁷ neque pristinum impe-
 rium

¹ *Animadvertisse*] Subintelligitur dixit, de qua ellipti utriusque linguae auctoribus usitata, v. Raphaelius ad Acta Apostol. cap. 14. comm. 22. & Kannegiterus ad Aviani Fabulam 8. vs. 7.

² *Recuperavit*] De persona rarius. Supra tamen Pelopida; Hinc Epaminondas recuperavit bello. Caesar lib. 111. de Bell. Gall. cap. 8. quod per eos suos se obsides, quos Crasso dedissent, recuperaturos existimabant. Frontin. cap. VIII. lib. 1. Bello Punico quaedam civitates, quae a Romanis despicere ad Poenos destinauerant, cum obsides dedissent, quos recipere antequam desciscerent, studebant, simulaverunt seditionem inter finitimos ortam, quam Romanorum legati dirimere deberent, missosque eos velut contraria pignora retinuerunt, nec ante reddiderunt, quam ipsi recuperarent suos. Tacit. IV. Annal. cap. 73. acri pugna hoste pulso recipiunt cohortis alasque festas vulneribus. Valer. Max. lib. v. cap. 11. s. Q. Terentius Culeo Africani superioris curiam triumphantis, quia captus a Carthaginiensibus ab eo fuerat recuperatus, pileam capite gerens, secutus est. Gebhardus,

³ *Tutum reliquit*] Illustravit hanc vocem cl. Perizonius ad N. Heinsium Ep. 13. adde notas ad Them. cap. 2. n. 3. unde docemur tutum non solum dici de hominibus securis, verum etiam de locis, in quibus homines sunt tuti, seu tuto versari possunt.

⁴ *Aucto numero eorum, qui expertes erant consilii*] Lambinus interpretatur, qui non erant secessionis illius participes. Quomodo igitur eorum numerus auctus? An legendum est, aucti numero eorum? adjunctorum scil. de comitibus Agefilai. An potius dicendum, quosdam transfugarum consilii, quod alii ceperant, expertes fuisse? Sane Polyaeus notatu principes factionis e ductos ait. Sed dubito, an prius Nepotis hunc sensum admittat. Bosius.

⁵ *Quae cogitarant*] Voss. A. quae cogitauerant. B. cogitant omisso quae.

⁶ *Se nunquam refecerunt*] Translatum ab iis, qui a deliquo aut gravi morbo se recolligunt Ovid.

— vix me grandaevis Aestes
 Vix mater gelida maesta refecit aquae.
 Infra Hamilcare: Si paululum modo
 res esset refectae. Tacit. XI. Annal.
 cap.

rium recuperarunt: quum interim Agesilaus non destitit, quibuscunque rebus posset, patriam juvare. Nam quum praecipue Lacedaemonii indigerent pecunia: ille omnibus, qui a rege defecerant, praesidio fuit. ¹ a quibus magna donatus pecunia, patriam sublevavit. Atque in hoc illud inprimis fuit ² admirabile, quum maxima munera ei ab regibus, & dynastis, civitatibusque conferrentur, ³ nihil unquam (in) do-

cap. 17. *Rursus Longobardorum opibus refectus per laeta per adversares Cheruscas afflictabat.* Sallust: *Quo & caeterorum animos reficeret.* Timoleonte: *Cum Siciliam recreare constituisset.* Gebhardus. Proprie usus est Phaedrus lib. 4. fab. 18. de Colabra gelu rigente. *Namque, ut refectu est, necuit hominem protinus.* Virgil. 3. Georg. 235.

Post ubi collectum robur, viresque refectae.

& vf. 336.

— *Et Saltus reficit jam roseida Lina.*

Et hinc reficere in genere notare in pristinum salutis statum restituere docet. cel. Burmannus ad Val. Flaccum l. 4. Argonaut. vf. 391. pro *Leutricam* Voss. B. *Leutricam.*

7 *Neque pristinum imperium recuperarunt* [Egulus seu ἐγούλιος eius, quod obscurius dictum esse videbatur. Nam hoc totum, neque pristinum &c. tantundem valet, quantum, nunquam se refecerunt. Lambinus.

1 *A quibus magna donatus pecunia* Vid. Xenophon pag. 663. B. Bosius.

2 *Admirabile*] Voss. B. *amirabile.* pro conferrentur Voss. A. conferrentur.

3 *Nihil unquam (in) domum*] Mf. *nihil nunquam domum.* Probo. Corruerunt, qui validius negare duas

negationes ignorarunt. Ita nihil nemi est in fragm. Petroniano pag. 14. ubi vide quae notavi. Schefferus. Praepositio etiam Leidensi aberat: quare uncis inclusi. Atque sic alibi dixit *domos suas discedere*, 2, 4, 1. quomodo Livius, *domos suas abire*, & *dilabi domos*: Ovidius, *suas quemque redire domos*; Tacitus, *reliquias suas domos comportare*: ut adnotatum Vossio de construct. cap. 42. & Bangio, observ. philolog. lib. 2. pag. 1064. Tamen nec alterum minus Latinum est, ut iidem, & ante eos Sanctius in *Minerva* lib. 4. pag. 363. observarunt. Et sic plane in re simili scriptor de viris illustribus cap. 60. in *domum suam nihil contulit*. Et cap. 33. *se nihil amplius de praeda hostili in domum suam convertisse*. Ac fieri potuit, ut in Mf. quos diximus, in ob praegressam *m* exciderit. Quare expunctum nolui. Bosius. Noster in Attico cap. 22. *Ut non ex vita, sed ex domo in domum videretur migrare*. Cicero lib. 1. Academ. Quaes. cap. 4. *Quid ergo, inquam, Antiocho id magis licuerit, nostro familiari remigrare in domum veterem e nova, quam nobis in novam e veterem?* Vide notas J. Arntzenii ad Victoris l. a Bosio citatum. n. 8. Haud agnoscunt tamen praepositionem Vossiani A. & B. pro

domum suam contulit, ¹ nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutavit. Domo eadem fuit contentus, qua ² Eurysthenes progenitor majorum suorum fuerat usus: quam qui intrarat, ³ nullum signum libidi-

unquam Voss. B. etiam *in*quam. de duplici negatione fortius negante vide ad Iphicrat. cap. 2. n. 2. Voss. A. Quod nihil unquam.

¹ Nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutavit] Eodem ex petore illa quoque verba 25, 14, 2. Cum tanta pecuniae facta esset accessio, nihil de cotidiano cultu mutavit, nihil de vitae consuetudine. Justinus 44, 2, 8. Viriati ea virtus continentiaeque fuit, ut, cum consulares exercitus frequenter vicerit, tantis rebus gestis non armorum, non vestis cultum, non denique victum mutaverit, sed in eo habitu, quo primum bellare coepit, perseveraverit, ut quisvis gregarius miles ipso Imperatore opulentior videretur. Tangit vero hic factum Paulanias, de quo supra (4, 3, 1) vel etiam aliorum ducum ac Principum; nec non Populorum vanitatem; qui post victorias secundasque res solent sibi cultum opulentiorum circumdare, ac lautiore victu genium macerare. Vide Curtium 6, 6. & multis aliis locis. Auctu enim opum adolescenti quoque magnificentia. Tacitus 2. A. 33, 3. Justinus 41, 2, 4. de Parthis: Vestis olim sui moris; posteaquam accessere opes, ut Medis, perlucida ac fluida. Gebhardus. At de Agefilao Xenophon: ἐναλλομένη δὲ τῆ μὲν αἰμαὶ τὸ σῶμα φαυλότατα. Nimirum satis habebat, ut magnae animae, intus nitere. Piccartus in hoc campo se diffundit Observ. 14, 1. hoc lemmate. Principes neque in victu neque in pompa sive vestitu nimis esse debere. Quod dictis & exemplis

fuse illustrat. Loccenius. Huc pertinet, quod eum a constantia morum & institutorum Plutarchus laudat, de discrim. adulat. & amici pag. 52. E. Buchnerus. In Leid. erat: nihil unquam de victu; nihil unquam de vestitu L. m. Bosius. Victus & vestitus saepissime a probatis Auctoribus jungi solent, consule Cl. Dukerum de Latin. Jurisc. Veterum pag. 230, ubi late de voce victus disputat

² Eurysthenes] Leid. m. Erysthenes. Voss. A. Heristenes. B. Erysthenes.

³ Nullum signum libidinis, nullum luxuriae; contra plurima patientiae atque abstinentiae] Opposuitne libidini patientiam, luxuriae abstinentiam, κατ' ἐναντιότητα, quemadmodum Terentius in Andria opponit laborem libidini, non longe a principio: Ita ut ingenium est omnium hominum a labore proclive ad libidinem? (patientia etiam in laboribus perferendis versatur: an κατὰ χάρα μὲν, libidini abstinentiam, luxuriae patientiam, ut tertium respondeat secundo, quartum primo? quod videtur probabilius. Patientia enim versatur etiam in tenuitate & duritie victus toleranda, cui opponitur luxuries. abstinentia autem recte opponitur libidini, ut abstinentia intelligatur eadem esse atque continentia, ac temperantia. Nam quamquam abstinentia saepius ea virtus intelligatur, quae avaritiae opponitur: videtur tamen interdum etiam virtutem, quae in aspernandis voluptatibus consistit, significare, id est, continentiam seu temperan-

bidinis, nullum luxuriae videre poterat: ¹ contra, plurima patientiae atque abstinentiae. ² Sic enim erat instructa, ut nulla in re ³ differret cuivis inopis atque privati.

CAP.

perantiam potius: ut apud *M. Tull.* 2. offic. *At enim, inquit Pericles, praetorem Sophocle decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.* Lambin. Hinc osculum a formoso sibi oblatum repudiavit, ut ait *Plut.* lib. De audiendis poetis. Res illa quomodo se habuerit, docet idem in *Apopthegm. Lacon.* cap. 6. Adde & cap. 7. Sanctimonia Vitae igitur superavit philosophum miles. Vide sup. quae diximus in *Alcibiad.* cap. 1, 2. de *Socrate Ernslius.* *Luxuria* h. l. ponitur proprie pro nimio & profuso sumptu. De hac voce latissime disputavit *Vir clarissimus P. Burmannus* ad *Phaedrum* lib. 4. cap. 4. n. 44. *Quaecumque summa tradet luxuriae domum;* ubi *Luxuriae domus* recte a *Viro Incomparabili* explicatur per domum nimio sumptu exstructam & politam. Hujusmodi *luxuriae domos* vocavit *Pindarus* *δύμους ἀβέστρατος*. *O. Pyth.* xi. vs. 51. *Scholastes* *Vetus* explicat, per τὴν οἴκον τῆς ὑδαμνοτίας, τῆς τῆς, τῆς πλουσίας οἴκον.

1 *Contra plurima patientiae]* *Leid. m. contra ea plurima pat.*

2 *Sic enim erat instructa]* *Xenophon* sic instructam fuisse perhibet, ut nullo eorum egeret, quae alii tam avidè concupiscunt. Et ita satis dives ac instructa fuit. *Loccen. Mf. Boeclr. sic enim structa.* Nempe ignotus librario vocis *instructa* significatus erat; & praecesserat de domo. Tè erat etiam omnibus libris, quibus *Lambinus* usus est, aberat; forsitan ob similitudinem a τὴν enim

absorptum. *Bosius.* *Erat abest a Leid. m. & Voss. A. sed B. sic enim structa.* quod rejici debet. *Instruere domum* notat ornare supellectile, unde *instrumentum* pro ornamento adhibetur, & *supellex* a *JCtis instrumentum domus* vocatur. consule *Eximios Viros N. Heinsum & P. Burmannum* ad *Ovidium* lib. 2. *Fast.* vs. 316. *Suet.* in *Caesare* cap. 37. *Diverso quemque apparatu & instrumento.* in *Augusto* cap. 73. *Instrumenti ejus & supellectilis parcimonia apparet etiam nunc.* *Justin.* 15, 1, 8. *Et ipsius Demetrii privatum omne instrumentum ac familiam reddidit.* ubi *Bongarsium* vide: & ita ornata & instructa domus apud *Ciceronem*, & *instructa taberna* est, quae omni instrumento ad eam tabernam, & artem in illa faciendam necessario est referta, ut docet *Cel. Graevius* ad *Orationem* pro *A. Cluentio.* cap. 63. in fine.

3 *Differret cuivis inopis]* *Vulgo* edunt, *differret a cuiusvis inopis.* Sed a *Vett. edd. Longol. Brix.* aliisque *Præpositio* abest. *Quod Lambinus* interpretatur, ut nulla in re cuiusvis inopis domus ab *Agesilai* domo differret. Ut nos primi, quod sciam, edidimus; erat in opt. libro *Boecleri*: nec dubito rectum & geminum esse. *Differret cuivis*, domui scilicet, dictum, *Graecorum imitatione*, pro *differre a quavis*. Ut apud *Horatium*, *differret sermoni sermo; enitar tragico differre color;* quantum simplex hilarisque, nepoti *Discrepet*, & similia, post *Vechnerum hellenoleniae* 1, 25. & *Vossium de construct.*

CAP. VIII.

Atque hic tantus vir, ut naturam faultricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam nactus est in corpore fingendo. Nam & statura fuit humili, & corpore exiguo, & claudus altero pede. Quae res etiam nonnullam afferebat deformati-

cap. 37. congesta a Bangio obs. philol. lib. 2. pag. 1022. 1023. Bosius. Leid. m. Ut in re nulla differret a c. i. a. p. Voss. A. Ut in re nulla differret cuiusvis imopis a. p. B. Ut nulla in re differret cuiusvis i. a. p.

1 Sic maleficam nactus est] Long. maleficam nactus est in corpore fingendo. Nam & statura fuit humili & corpore exiguo. Qui autem virtutes noverant. Schottus ac Savaro in corpore & claudus altero pede malunt. Nihil ergo ex vulgata lectione interpolare ausim. Quam heic Nepos naturam vocat maleficam, Ovid. non invenistiis difficilem dixit Epistola Sapphus

Si mihi difficilis formam natura nescivit,

Ingenio formae damna rependo meae. Gehardus.

Mire variant editi pariter ac scripti. Lambinus & post eum reliqui ediderunt, in corpore, exiguo & claudus alt. pede Longol. Brix. & scripti Schotto, Boeclero, ac Savaroni inspecti: in corpore exiguo, & claudus a. p. Nec discrepat Dan. Sed plenius Mf. Leid. in corpore ejus fingendo, nam & statura fuit humili & corpore exiguo, & claudus alt. pede. Ed. Ultrajectina: in corpore fingendo. Nam & statura fuit humili & corpore exiguo. Qui autem virtutes noverant. Unde non dubito Nepotem scri-

psisse ut nos edidimus. nisi & rō ejus e Leid. inseri debet. Ut nonnulla in vulgatis omitterentur, fecit vox corpore bis in eadem periodo posita. Vide quae diximus ad 7, 3, 2. Bosius. Pro nactus est Leid. m. & Voss. A. habuit. pro Exiguus Voss. A. & B. exiguo.

2 Nonnullam afferebat deformati.] Hinc factum puto, ut a ponenda imagine corporis abstineret. Xenophon in Agesilaō pag. 673. D. Buchnerus. adde Ciceron. ad famil. 5, 12. Bosius.

3 Ignoti faciem ejus] Vulgo enim magnorum operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie natura dignata est. Curtius 6, 5, 29. Vide & 7, 8, 9. Gebhardus. Geminum quid de Agricola Tacitus 48. 4. Plura in hanc rem doctiss. vir Franc. Junius de pictura veterum, 3, 2, 9. Cresfolius Vacation. autumn. 2. pag. 150. & Freinshemius ad Curtii 6, 5, 29. Ceterum ignoti sunt qui non noverant Agesilaum: facies autem videtur totius corporis formam & modum designari. Vide Ind. Bosius. Recte Bosius explicat ignoti per eos, qui non noverant Agesilaum, quibus Agesilaus erat ignotus. de hac significatione videndus cel. Burmannus ad Phaedrum lib. 1. fab. 11. vs. 2. nec ab explicatione vocis facies abhorreo, quoniam hic de totius

mitatem: atque ³ ignoti faciem ejus quum intuerentur, contemnebant: ¹ qui autem virtutes noverant, non poterant admirari satis. Quod ei usu venit, quum ² annorum octoginta subsidio ³ Thaco in Aegyptum ⁴ ivisset, & ⁵ in acta cum suis accubuisset, ⁶ sine ullo tecto: stratumque haberet tale, ⁷ ut terra tecta esset

tius corporis deformitate agitur. Sic facies pro imagine, & tota similitudine ponitur a Virg. 3. Georg. v. 58. Et faciem tauro propior. ubi vide Servii notas.

¹ Qui autem virtutes] Sic Boecl. & ed. Ultraj. melius quam alii virtutem. nam virtutes plures ei versu praeced. tribuit; & enumerat Xenophon sine Agesilai Bofius. Leid. m. & Voff. A. B. virtutes. paullo ante pro contemnebant Leid. contemnebant.

² Annorum octoginta] Boecl. septuaginta: sed vulgatum tuentur Xenophon, qui ἀμαί: & Plutarchus, qui ἄμαρ ὀδοῦντα ἴνυ τὸν νάτον fuisse dicunt. Bofius. Leid. m. Octuaginta. Voff. B. septuaginta.

³ Thaco] Scripsit, opinor, Tachos. est enim Plutarcho; Athenaeo 14. & Diodoro 15. ταχός, Africano & Eusebio τίας, aliis, nisi mendosi sunt, Thaus, Taos, Thamus. Regem omnes fuisse scribunt, Plutarcho excepto, qui ἑξῆς λέγει vocat Aegyptium; & tamen paullo post Nectanebin ab eo deficientem regem ab Aegypti renunciatum; in apophthegmatis etiam Laconicis Agesilaum a rege Aegyptiorum arcesitum ait. Porro non adversatur Nostro, uti Gebhardus censebat, Polyaeus 2, 22. cum Agesilaum Nectanebo συμμαχῆρα memorat nam ei postea opem tulit, ut dicemus ad vers. 6. Tacho autem adfuisse Agesilaum, etiam reliqui, modo lau-

dati, referunt. Bofius. Leid. m. Tachos. Voff. A. & B. Tacho.

⁴ Ivisset] Long. issit. mox in acta, est, in littore. vide Indicem. Bofius. Leid. m. & Voff. A. B. issit.

⁵ In acta] In litore. Cic. in Ver. Illo autem tempore iste, tametsi ea est hominis imprudentia, quam nostis, ipse tamen, cum vir esset Syracusis, uxorem ejus parum poterat animo soluto ac libero tot in acta dies secum habere. V. Muret. lib. 1. Var. Lect. cap. 3. Qui & hunc Tullii locum ab Hottomanni, nisi fallor, depravatione in lecto supponentis vindicat. Aufon. in Periocha Odysseae vi i. Cum virgo Nausica regis Alcinoi ludum cum aequalibus in acta exerceret. Prudent. lib. 1. in Symmachum:

Invenit expositam secreti in littoris acta.

Gebhardus. Acta vocatur amoenus in littore secessus. vide Cellarium & Cortium ad Ciceron. lib. 9. ad Fam. Ep. 6. n. 10. Vitiose itaque Leid. m. astha.

⁶ Sine ullo tecto, &c.] Quae heic certis documentis Nepos, ea univ. pulchreque de eo exponit Xenophon Agesilao; (pag. 665. D. E. & 666. A.) Haec temperantia ac tolerantia illum fortem et invictum praestitere. Loccenius.

⁷ Ut terra tecta esset stramentis] Hoc cum Gallis & Germanis Lacedaemonii habent commune. Athenaeus. Καὶ οἱ τὰς χιτῶν ἀεγυθιδίαν χιτῶν

esset stramentis : ¹ neque huc amplius, quam pellis
esset injecta : eodemque comites omnes accubuissent,
² vestitu humili, atque obsoleto, ut eorum ornatus
non modo in his regem neminem significaret ; sed
³ hominis non beatissimi suspicionem praeberet. Hu-
jus de adventu fama quum ad regios esset perlata, ce-
leriter munera eo cuiusque generis sunt allata. His
quaerentibus Agefilaum, ⁴ vix fides facta est, unum esse

χρότον ἐπιβλήσας, ἢ ἰπὶ τετραπύλων
ἐυκλιων μίσην δὲ τῆς γῆς ἐπιπέσαν :
Gebhardus.

¹ Neque huc amplius] More sc.
rustico, & priscorum, quibus id
genus strata & cubilia erant, strame-
ntis & pellibus parata, & de quibus
nos affatim 2, 16. *Miscellaneorum*.
Magius. Huc ponitur pro his
scilicet *stramentis*. Saepe Adverbia hu-
jusmodi pro pronominebus usurpa-
ri solent. Consule Viros Eximios
Munckerum ad Hyginum Fab. 3.
Burmamann ad Ovidium 6. Met.
v. 650. & Cortium ad Sallustium
Jugurth. cap. 14. n. 22. & ad cap.
47. n. 2.

² Vestitu humili, atque obsoleto.]
Voss. B. *V. h. a. obsoleto*. Eandem
varietatem supra ad Miltiad. cap. 6.
n. 2. adnotavi. *Humilis* tam de rebus
quam de hominibus adhibetur. Li-
vius lib. 1. cap. 39. *Viden' tu puerum
hunc, inquit, quem tam humili cultu
educamus?* sic *humilis fortuna* infra
in Attico cap. 19.

³ Hominis non beatissimi] Mf. *ho-
mines non beatissimos*. Consentiant
Schotti liber, optimisque Ultraje-
ctinus, ut repudiari non debuerit,
cum praecesserit non de Agefilao
solo, sed comitibus omnibus in
plurali. Omittitur autem post *be-
atissimos* τὸ εἶναι, quod non observa-

tum, correctioni praebuit occasio-
nem, maxime, cum in quibusdam
libris scriptum esset *hominis* anti-
que, pro *hominibus*. Schefferus. Voss.
A. *Hominibus non beatissimi*, sed supra
scriptum erat *hominis*. B. *hominibus be-
atissimos*. *Beati* passim a Latinis ut
μακάριοι, & *μακάριος* a Graecis, di-
cuntur divites, & qui in re laeta
vivunt, unde & *beate vivere*. dicitur
de eo, cui nihil omnino deest.
Videndus P. Manutius ad Cicerone-
nem lib. 6. ad Fam. Ep. 1. pag. 266.
Propertius 2, 5, 6.

*Nec quae deletas potuit componere
Thebas,*

*Phryne tam multis facta beata
viris.*

Ubi vide Passeratii notas, & J. Arnt-
zenii ad S. A. Victorem de Caesari-
bus eap. 14 n. 6. Quibus adde Cl.
Graevium in Lect. Hesiod. cap. 14.
Pro qui tum accubabant Voss. A. *qui
cum accubabant*. & pro *intulerant* &
intulerant.

⁴ Vix fides facta est] Similiter le-
pidum quid in Philopoemene acci-
dit ex obsoleto vestitu. vide *Plu-
tarch. Philopoemene* p. 357. A. Buch-
nerus.

⁵ Hujusmodi] Boecler. *ejusmodi*.
mox Lambinus edidit, ceteraque ref.
justit, invitis, opinor, libris, &
contra morem Nepotis. *Bosius*.

esse ex his, qui tum accubabant. Qui quum regis verbis, quae attulerant, dedissent, ille praeter vitulina, & huiusmodi genera obsonii, quae praesens tempus desiderabat, nihil accepit; unguenta, ¹ coronas, secundamque mensam ² servis dispersit; cetera referri iussit. Quo facto eum barbari ³ magis etiam contemserunt, ⁴ quod eum ignorantia bonarum rerum illa potissimum sumfisse arbitrabantur. Hic quum ex Ae-

¹ Coronas] Ex papyro, *coronaria* vocata, confectas. Refert enim *Athenaeus* 15, 6, ex *Theopompo*, Aegyptios Agesilao, in Aegyptum proficiscenti, inter alia munera papyrum coronariam misisse. *Plinius* 13, 11. Papyri florem ad Deos coronandos usui fuisse dicit. Idem 21, 2. *Aegyptiarum coronarum* mentionem facit. *Magius*. Voss. B. *Cerinos*. sed in marg. *coronas*.

² Servis dispersit] Idem eum fecisse donis, quae a Thafis oblata erant, *Plut.* in *apophth. Lac* scribit. Simile quid de *Lysandro Aelianus* 3, 20. *Bosius*.

³ Magis etiam contemserunt] Imo vero etiam irriserunt, & diis falsis atque amaris insectati sunt, ut alii narant, in quibus est *Pisarchus* & *Athenaeus*. *Lambinus*. Etiam abest a meo *Leid.* sed in Voss. B. etiam *magis*.

⁴ Quod eum ignorantia bonarum rerum] *Bonas res* vocat, quae ad voluptates pertinent: & eas maxime, quae gustu ractuque percipiuntur. Non quod tales revera sint, sed quod ita existimet vulgus, inanesque homines, qui felicitatem hominis his rebus maxime metiuntur. *P. Syrus*. *Bonarum rerum consuetudo pessima est*. Sed ut plane ab huiusmodi rebus abhorre, & nullum

earum usum admittere, imperiti & rustici hominis est, sive *ἀνασθηρά* ut Graeci vocant: sic iis supra modum deditum esse, & in his solis stupere, hominis vani ac mollis est. Hoc morbo animi laborabant Aegyptii, qui innutriti deliciis, propter opulentiam regionis, & eas maxime admirantes, aut infelices stantebant, qui carerent talibus, aut imperitos ac duros, qui non admitterent. Quo quidem nomine Agesilao irridebant, ad *ἀνασθηρά* interpretati, quod magni & constantis animi erat. Adversus enim disciplina Laconica, & frugalitate, non se adduci patiebatur peregrinis: & magni ducis existimabat, non voluptatibus perire uti, sed belli callere rationem, & consilere potius in rem communem, quam laute ac delicate epulari. Quod cum non attenderent homines immeriti voluptatibus, ac verae virtutis tanto magis ignari, quanto plus inanibus istis tribuebant; vitiam & rusticitatem putant, quae abstinentia erat. *Buchnerus*. Adde *Ind. V, bonus*. *Bosius*. *Res bonae*, sunt cibi delicati, lauti. *Consule Cl. Burmannum ad Phaedrum lib. 4 fab. 25, vs. 8.*

Aegypto reverteretur, donatus a rege¹ Nectanabe² ducentis viginti talentis, quae ille muneri populo suo daret: venissetque in portum, qui Menelai vocatur, jacens inter Cyrenas & Aegyptum: in morbum implicitus³ decessit. Ibi eum amici, quo Spartam facilius⁴ perferre possent, quod mel non habebat

¹ *Nectanabe*] *Nectanabe* legendum, non, ut habent exempla Veneta, *Nathabide*. Sic enim hunc appellant *Plutarchus*, *Diodorus Siculus*, *Polyaenus*, nisi quod ἀναπόρος *Nectanabus*, & *Nectanabis*, & *Nectanebis* ab illis nominatur. Quod autem in *apophthegm. Lac. n.* Νεκτακία scriptum est, erratum esse puto. *Lambinus*. Vide quae diximus ad 12, 2, 1. *Mf. Boecler.* *Onabide*, *Africano* est Νεκτακία, *Abul Fera* in historia dynastiarum pag. 89.

نقطا تبوس *Nectanebus*, (sic enim legendum puto pro

نقطا تبوس quod in edit. Pocokiana legitur:) sed *Patricidae* sive *Eutybio* in *Annal.* p.

266. ذرءون شاناقى

Pharann Sibane. Ceterum *Agefilaus*, *Tacho* regno pulso, *Nectanebi* adhaeserat: ut apparet e *Xenophonte*, *Plutarcho*, *Polyaeno* ac *Diodoro*. *Diodorus* tamen ait *Agefilaum* a *Tacho*, beneficio ejus restituto, non a *Nectanebo*, magnificis muneribus donatum. Quod ei assentiri non vult *Ufferius* parte 1. *amabilium V. T.* pag. 269 *Bosius* *Leid. m. Natomabile*. *Voss. A. Nabide B. Onabide*.

² *Ducentis viginti talentis*] *Plutarchus* CC. ac XXX. talentis dona-

tum fuisse *Agefilaum* dicit. In *apoth.* vero *Laconicis*, ingenti vi pecuniae. *Lambinus*.

³ *Decessit*] *Oëtuzagenario* major, rex celeberrimus, & perillustribus rebus gestis, & victoriis multis insignis, cum ex Aegypto victor discederet, in patriam trajecturus. *Plutarchus. Ernsius*.

⁴ *Perferre possent*] *Mf. Leid. possent perferri*. Non improbo. Sic 13, 8, 4. quae ad *hibernacula advers. possent perveniri*. *Bosius*. *Voss. A.* semper cum adspiratione *Spartam*. Graece vero Σπάρτη dicitur.

⁵ *Quod mel non habebant*] Melle enim cadavera, quae servari velent, condiebant, ut hic *Plutarchus* & *C. Plinius* 22, 24. auctor est. *Varro* *mei tazic* apud *Nonium*; *Herulides Ponticus* plus sapit, qui praecipit, ut comburentur, quam *Democritus*, qui ut melle servarent. *Cera* vero circumlinere *Perfarum* fuisse, refert *Herodotus* 1. & *Cicero* 1. *Tuscul.* Plura, qui de funeralibus scriperunt, in his *Pet. Bellonius*, ac *Pet. Vitrivius* 10. *Var. 6.* *Jo. Kirchmannus* 1, 8. *Schottus*. adde *Marcell. Donatum dilucid. ad Livii lib. 40.* *Bosius*.

⁶ *Cera circumfusderant*] Sic & *Plutarchus*. Sed *Diodorus* ἐν μέλιτι deportatum scribit: credo, quod alioquin id obtineret inter *Spartanos*. Nam & *Agefipoliden Xenophon* 5. *hist. Gr.* melle conditum & domum reportatum scribit. *Bosius*.

bebant, ⁶ cera circumfuderunt : ⁷ atque ita domum retulerunt.

⁷ *Atque ita domum retul.*] Solos enim reges peregre mortuos Spartem referre licitum, auctore *Plutarcho*. Alias in patriam ostia relata. *Propertius* 3, eleg. 11.

Novae aliquid de te findam refera-

tur in urna,

Sic redeunt illis qui cecidere locis.
Vide *Turneb.* 2.6, 13. & bis inf. in *Eumene*. *Schottus*. Vide ad cap. 4. *Eumenis*.

XVIII. E U M E N E S.

C A P. I.

¹ EUMENES ² CARDIANUS. ³ Hujus si vir-
tuti par data esset fortuna, ⁴ non ille quidem ⁵

¹ EUMENIS res¹ pete ex *Plutarcho* in *vita*, *Diodoro* 18. & 19. *Polyaeno* 4. *Frontino* 4, 7, 34. *Fustino* 13. & 14. Est & apud *Arrianum*, (praesertim in rebus post *Alexandrum*, apud *Photium* cod. 92.) *Curtianque* mentio viri. *Boeclerus*. Meminit & *L. Ampelius* in *lib. memoriali*. *Bosius*.

² *Cardianus*] Sic *Plutarchus* in *Eumene*. *Lambin.* Male alii *Sardinianus*. *Frontinus* 4, 7. *Eumenes Cardianus* ex *successoribus Alexandri M.* Auctor *scholiorum* in *Aristophanis Aves*: *Kardia πύλος Οἰκῆς*, ἢς ἐὶ πύλας Kapδίας. *Gebhard.* *L. Ampelius*: *Eumenes Cardianus, Philippi & Alexandri armiger bellicosissimus*. Sic legendus is locus. Male vulgo est; *Cardianus, Philippi Alexandri armiger*. *Bosius*.

³ *Hujus si virtuti p. d.*] Quod fere evenit contra. Nam plerumque viri virtute praestantes fortunam experiuntur sibi maxime adversam, infestam, atque iniquam: deterrimis & nequissimis hominibus omnia saepe ex animi sententia

dormientibus procedunt. Quare optandum quidem illud est; virtutem habere ducem, comitem fortunam; & haec duo maxime in imperatore requiruntur, ut in milite virtus & fides: sed tamen virtus a fortuna derelicta ac deserta, tueri locum suum, & retinere dignitatem suam aliqua ratione potest. *Lambinus*.

⁴ *Non ille quidem major*] Fortuna enim nihil adferre aut addere potest ad animi magnitudinem, ut docet *Aristoteles* 6. de *morib.* ad *Nicomachum*. *Lambinus*. Verbum *fuisse* adjecit *Lambinus*, ut antea *Longolius* πὸ ἐβαλίσset. *Ultraj.* ed. ad *oram* adnotat, *haberetur*, vel quid simile, desiderari. *Membranae nostrae* verbum omittunt, ut & *Magnus* ac *Sorvaro*. exaudiri enim facile queat. *Schottus*. *Gebhardus* quoque πὸ *fuisse* a correctoribus sustinendae sententiae insultum censebat. Sed πὸ *evaλίσset* alio loco posuit *Longolius*: ut paulo post dicemus. *Bosius*.

major, sed multo illustrior, atque etiam honoratior
 quod ¹ magnos homines ² virtute metimur, non for-
² tuna. Nam quum aetas ejus ³ cecidisset in ea tem-
 pora, quibus ⁴ Macedones florent, multum ei de-
 traxit ⁵ inter hos viventi, ⁶ quod alienae erat civita-
 tis:

¹ Magnos homines] Addit editio
 Colon. Longolii, *evassisset*. Debit,
 opinor, *evassisse*. Sed libris manu
 exaratis deest. Bofius.

² Virtute metimur, non fortuna]
 Probo hanc scripturam magis quam
 illam ex Officina Correctorum.
 Quod magnos homines virtute metimur
 non fortuna Prudentes. Nimirum
 quod non capiunt, e vestigio per-
 vertunt. Sic paullo ante legito.
 Non ille quidem major, sed multo il-
 lustrior atque etiam honoratior: dele-
 to *et* fuisse ad sustinendam senten-
 tiam a correctoribus insulto. Per-
 tinet ad illustrandam hanc senten-
 tiam locus Curtii lib. 9. cap. 54.
 Sed fortuna, quae rebus famam preti-
 atumque constituit, hoc quoque militiae
 probrum vertit in gloriam. Virtus ac
 Fortuna, lib. 14. teste Ammiano,
 plerumque dissident, nec quisquam
 ad eam magnitudinem ac gloriam,
 ut virtus mereret, pervenit, nisi
 aspiraverit Fortuna. Aurelius Vi-
 ctor. Mortalium conatus vacuos a For-
 tuna, cassis quoque esse. Hinc intel-
 ligendus versus P. Syri.

Fortuna unde aliquid defregit, cas-
 sum penitus est. Gebh.

Ceterum ut editum est, Mss. Schor-
 ti & Boecl. & q. edd. vet. exhibent;
 Vulgati: *metimur, non fortuna prudentes*.
 Quod ex officina correctorum esse recte
 notavit Gebhardus. Et Lambinus quoque
et pendentes ab aliis inculcatum censet;
 et si *et* metimur retinet, putatque

subintelligendum *homines, vel omnes, vel plerique*; aut *et* magnos non cohaerere cum substantivo *homines*, & subaudiendum *viros*, quod posterius valde coactum & ineptum est. Bofius. Leid. m. *metimur, pro metimur*. Quam lectionem etsi non damnem, quia saepissime Verba Activa tertiae personae pl. n. absolute poni solent sine praecedente Nominativo, pro Passivae Vocis impersonalibus. Consule Cel. Perizonium ad Sanctii Minervam lib. 4. cap. 4. n. 39 & Curtium ad Salustium B. Catilin. cap. 51. n. 40. non tamen in textum recipere audeo.

³ Cecidisset] Longol. Lamb. & alii: *incidisset*. quomodo fere loquitur infra 25, 7, 1. Bofius. Leid. m. *incidisset*. sed Voss. A. & B. *cecidisset*.

⁴ Macedones florent] Propter Philippum Amyntae filium & Alexandrum M. Philippi F. qui res omnium Macedonum maximas gesserunt. Lamb. adde *Just.* 33, 2. Bof.

⁵ Inter hos] Sic Mss. Lambinus & alii male omittunt. Q. edd. inter eos. Bofius. Voss. A. etiam inter eos.

⁶ Quod alienae erat civitatis] Quibus nec tanta, ut domesticis, fides ac dignatio, nec tanta jurium communio. Alexander apud Curtium 8, 8, 19. Callisthenem, si Macedo esset, tecum introduxisset, dignissimum te discipulo magistrum. Nunc Olynthio non idem juris est. Gebhardus.

¹ Generosa stirps] Ex antiquo genere

tis: neque aliud huic defuit, quam ¹ generosa stirps: ² et si ille ³ domestico summo genere erat. Tamen ⁴ Macedones eum sibi aliquando anteponi indigne ferebant: neque tamen non patiebantur. Vincebat enim omnes ⁵ cura, vigilantia, patientia, calliditate, & cele-

nere Macedonum origo: vel *si-
ua. Lambin.* vide Ind. v. *stirps.* Bof.

² *Et si ille domest. summo gen.]* Sic Mff. Vulgati: *tametsi enim ille &c.* Bof.

³ *Domestico summo genere]* *Domus nobilis:* Sic enim dicuntur a M. Tulio, qui *Romae sunt ignobiles & ob-*

scuri. *Diodorus* 18. tradit, eum fuisse peregrinum, nihil praeterea alii dicunt, aurigae filium fuisse, ut testatur *Plutarchus in Eumene.*

Lambinus. Sed non ideo ignobilem hunc fuisse dicendum est, cum nobilitas paupertatem comitem habere non dedignetur. Verum dixerit aliquis: si Eumenes *domestico summo genere* ortus fuit, cur *Probus* ei *generosam stirpem defuisse* adfirmat?

Non dissident *Probi* dicta: siquidem in urbe non inclita, & inter cives non claros, Eumenis stirps summa potuit esse: prae Macedonia vero nobilitate non item. *Ma-*

gius. Viri docti, qui a *Suida* regis filium vocari ad h. l. adnotarunt, non animadverterunt, eum duos Eumenes, hunc nostrum, & regem *Pergami, Attali* filium, confudisse: quod jam observatum *Reinesio* *not-*

atio, art. 3, 2. Bofius. Recte *Ma-*gius & *Lambinus* Auctoris sensum perceperunt. Nam nihil aliud indicat, quam Eumenem ex urbe *Cardia* in *Chersoneso Thraciae* sita oriundum habuisse domi, id est, in urbe patria sua stirpem generosissimam. De hoc loquendi genere egit *Cl. Cortius* ad *Sallust.* *Cati-*

lin. cap. 17. n. 4. Itaque ex invidia & calumnia Macedonum recte creditur ortum, quod Pater ejus dicitur ab aliis fuisse auriga ab aliis fiticen, consule *Celeb. Perizonium* ad *Aelianum* lib. 12. V. H. cap. 43.

n. 7. Nam acquis oculis adspicere non poterant Veteres Graeci, peregrinum indigenis praeponi, quare plerique peregrinos civitate sua donare noluerunt. Vide Eundem *Virum* ad lib. 13. cap. 16. n. 5.

⁴ *Macedones eum sibi aliquando anteponi indigne ferebant, neque tamen non patiebantur]* Pro aliquando *Lambinus* conjiciebat, aliquando, vel aliquantum: nihil tamen mutabat. Nec mutatione opus. Tò aliquando non ad verbum anteponi, sed ad *re-*

ferebant, referendum videtur. *Bofius.*

⁵ *Cura &c.]* *Cicero* *Philipp. 2. extr. Fuit in illo (Caesare) ingenium, ratio, memoria, litterae, cura, cogitatio, diligentia.* Attende vero imperatorias virtutes, & apud *Cicer.* & apud scriptorem nostrum. *Lamb.*

⁶ *Hic peradolescens]* Adnotat *Schottus:* *annorum fere trium & viginti:* laudatque illa ex c. 13, 1. *cum ab anno vicesimo, ut supra ostendimus &c.* E quo loco & *Lambinus* colligebat, Eumenem ab anno XX. aut XXI. in amicitiam regum venire coepisse. Legit enim cum *Cl. Puteano.* *ab anno vicesimo, & supra, septem annos &c.* Sed de *Puteani* correctione *Lambinus* ipse dubitat; neque ea, nostro judicio, opus est.

4 celeritate ingenii. 6 Hic peradolescens¹ ad amicitiam accessit Philippi, Amyntae filii: brevique tempore in intimam pervenit familiaritatem. 2 Ful-

ut suo loco docebimus. Quomodo autem ex his verbis colligi possit, Eumenum fere XXIII. annorum fuisse, cum ad amicitiam Philippi accessit, fateor me ignorare. Nam etsi iam annos VII. & XIII. quibus regibus ad manum fuit, quam VIII. illos, quos ab obitu Alexandri minimum exegit, & XLV. vitae illius, omnes pro completis accipias, ab his ubi priores detraxeris, non amplius quam XVII. ut recte Cl. Kirchmajerus observavit, relinquuntur. Si vero septimum Philippi, & XIII. Alexandri, & VIII. imperii militaris, pro inchoatis, aut nondum completis, accipias; (& sane Alexander solum annos XII. cum mensibus VIII. regnavit) vitae autem novissimum, XLVI. inchoatum facias: stramen neque sic plures, quam XIX, exhibent. En utrumque calculum!

Anni vitae	45	48
ministerii	28	26
	17	19

Atque tot annos natum fuisse Eumenum, cum in amicitiam Philippi veniret, ostendemus infra, ad c. 13, 1. Neque est quod cum Lambino objicias, non esse peradolescens¹, qui natus est annos XX nam cum noster 25, 2, 4. Atticum XXII. annos natum adolescentulum vocet; quidni biennio circiter minorem peradolescens¹ dicere liceat? Bosius. Saepe adolescentes vocantur respectu majorum natu, quibus opponuntur consule Cel. Corium ad Sallust. Catilin. cap 38. n. 1.

1 Ad amicitiam accessit Philippi,] Ait Plutarchus, Philippum, cum per otium Cardiae Eumenum strenue inter reliquos paeros decertare luctarique conspexisset, pueri prudentia & fortitudine delectatum, eum sibi desumpsisse. Verum alios probabilius dicere, Eumenum hospitii, & amicitiae paternae causa a Philippo ad altiora provectum. Magius. Pro Amyntae Voss. A. Amyntae.

2 Fulgebat enim iam in adolescentulo indoles virtutis] Quae non magis latet aut fallit, quam generosae plantae progerminantes fructus. Nam ut ex horum praeludio futurae arboris bonitatem; ita ex puerili indole virtutem plenioris aetatis praesumes. Ennius:

*Etsi segetem sunt in deteriore datae
Fruges, tamen ipsae suapte natura
evitent.*

Paterculus 2, 94, 3. Ut per id, quod agebat, quantus evasurus esset, eluceret. De Philippo Amyntae F. Trogus 7, 6, 1. Ut est ingressus imperium, magna de illo spes omnibus fuit, propter ipsius ingenium, quod magnum spondebat virum. De Alexandro 11, 1, 9. Erat hic annos viginti natus: in qua aetate ita moderate de se multa pollicitus est, ut apparet plura eum experimentis reservare. Claudianus lib. 1. de Laudib. Stiliconis.

Mens ardua semper

*A puero, tenerisque etiam fulgebat
in annis.*

Justinus 2, 9, 15. Inter ceteros tamen Themistoclis adolescentis gloria emicuit, in quo iam tunc indoles futurae imperatoriae dignitatis apparuit. Iterum

gebat enim jam in adolescentulo indoles virtutis. Ita-
que cum habuit ¹ ad manum scribae loco : ² quod
multo apud Grajos honorificentius est, ³ quam apud

Ro-

29. 1. 8. His regibus pueris, etsi nulli
senioris aetatis rectores erant, tamen
in suorum quisque majorum vestigia
nitentis magna indoles virtutis evituit.
Nazarius Panegyrico Constant. c. 3.
Rapitur ad similitudinem suorum ex-
cellens quaeque natura, nec sensim ac
lente indicium praeiit boni, quem in-
volucra infantiae vividum rupit inge-
nium, Gebhardus. Proprie hac vo-
ce utitur Noster. Justinus lib. 6.
cap. 5. Eoque in auxilium Beotio-
rum, per Iphicraten, viginti quidem
annos natum, sed magnae indolis ju-
venem, duci iubent. Livius lib. 1.
cap. 39. Juvenis evasit vere indolis
regiae. & ita passim.

1 Ad manum habuit scribae loco]
Plutarch. ἀρχιγραμματα Alexandri,
i. e. scribarum principem, Philip-
po mortuo fuisse tradit. Arianius lib.
5. c. 6. γραμματα appellat simpli-
citer. Lambinus. id est, ut hodie
loquimur, cancellarii. De scribarum
hodiernorum, praesentiumque digni-
tate, generibus, auctoritate & usu
vide Barth. ad verfar. lib. L. cap.
1. Ernstius. Ceterum illud scribae
loco de glossemate suspectum est
doctiss. Scheffero. Nam ad manum
aliquem habere, inquit, pro scribae
loco habere, usurpavit Cicero quoque.
Neque aliunde sunt, qui ex eo a-
manuenses appellantur. Haec ille.
Nil tamen mutare ausim. Potuitque
illa Nepos perspicuitatis ergo, ut
saepe alius, addere. Bosius.

2 Quod multa apud Grajos] Itaque
Phyllidas Thebanus, non contentus
civis, Archiae Thebani, & aliorum
polemarchorum scriba erat, apud

Xenoph. 5. de reb. Gr. & apud Iso-
cratem idem fungitur scribae, &
quaefforis munere: & hoc utrum-
que munus laudi, gloriaeque huius
vertit. Lambinus. adde Ind. & Freins-
hem. ad Curtii 7. 3. 4. ubi & de
Perfarum scribis, eorumque digni-
tate quaedam adnotat. Athenis tam-
en, pariter ut Romae, vile fut-
uisse scribarum munus, docet Sam.
Petrus commentar. ad Leges Atticas
lib. 3. tit. 2. pag. 257. 258. Bosius.

3 Quam apud Romanis] Quia apud
Roma. plerique libertini & ser-
vi locum illum pecunia emebant,
ut notant Casaubonus in Capitolinum,
[in vita Macrini cap. 7.] Lipsius E-
lect. 1. 32. Unde quod per se ho-
noricum munus erat, per sordes
dehonestabatur. Loccenius. E ver-
bis Ciceronis 3. in Verrem [c. 79]
intelligere licet, scribarum ordinem
apud Rom. ita honestum fuisse, ut
tamen ad magistratus & honores
populi aditus eis non pateret. Prae-
terea Horatii scribam quendam co-
gnomine Sarmantum, amare exagit-
tat Sat. 5. lib. 1. satisque declarat
eum servum fuisse, aut certe li-
bertum seu libertinum. Alium scri-
bam more suo ludit & irridet Sat.
5. lib. 2. Lambinus. Propter ingen-
tem numerum scribarum, qui ex
Libertinis fere constabat, quique
pecunia locum illum emebant, uti
e Verrinis M. Tullii ad Capitoli-
num notat Casaubonus, & ut,
Nepos heic ait, mercenarii erant.
Gebhardus. Magius refert, Petrum
Angelium Bargacum, cum se a
Paulo Fovio in historia scribam nunc-

EE 4

cupera

Romanos. Nam apud nos ¹ revera, sicut sunt, mercenarii scribae existimantur: at apud illos ² contrario nemo ³ ad id officium admittitur, nisi honesto loco, & fide, & industria cognita, quod necesse est omnium consiliorum eum esse participem. + Hunc lo-

cupari animadvertisset, aegre tulisse, & id tanquam injuriam cum eo expostulasse, tanquamque in iram exarsisse, ut mox in Jovii historias censuram conscripserit. Idem hodie a vilissimis scribarum exspectes, si hoc eos nomine appelles, adeo apud nos quoque id evuluit. *Bosius*

1 *Revera, sicut sunt, mercenarii existim.]* Mira locutio. An legendam, *sicut revera sunt?* vel *revera* glossema est? An *revera existimari* idem est, ac vere & reapse ut mercenarios haberi, etsi non ita vocentur? *Bosius*. Omnes mei Codices vulgatam tventur lectionem. Justinus lib. 18. cap. 5. *Ex frequentia hominum velut instar civitatis effectum est.* ubi Vorstius vocem *velut*, tanquam otiosam, censet delendam. lib. 12. cap. 16. in fine. *Videtur denique ad postremum est, non virtute hostili, sed insidiis suorum & fraude civili.* Vide Schefferum ad lib. 37. cap. 1. n. 9 quomodo & postea deinde conjungere optimi Auctores. Vide Tib. Wopkens lib. 3. Lect. Tull. cap. 3. p. 255. & *perse sua sponte, repente e vestigio, ut potero pro viribus, vix aegre, subito ex tempore* & similes pleonasmii apud Veteres occurrunt passim. vide Eundem cap. 4. pag. 258. & 259.

2 *Contrario]* Sic Mss. Boecler & q. edd. quomodo Cicero lib. de universo cap. 12. dixit, motus animi aliis contrario dissidentes, quos

Plato *εναρτίος δυσκόρας* vocarat. Sic enim legendum est, non ut vulgo editur, *contrarios*: quod jam vidit Giffanius in observ. Lat. L. loquutusque est Pareus in Lexico Critico. Alii apud nostrum edidere, *e contrario*, ut 11, 1, 4. & 22, 1, 2, 2. *Bosius*. Leid. m. *e contrario*. sed Voss. A. & B. *contrario*. Vide Cellarii Curas Posteriores pag. 59. & 60. & in Append. ad Cur. Post pag. 32.

3 *Ad id officium admittitur, nisi honesto loco]* Sic Suetonius in Vespasiano cap. 16. *Creditur etiam procuratorum rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria solitus promovere* Plinius Panegyrico cap. 91. *Nondum biennium compleveramus in officio laboriosissimo, & maximo.* ubi agit de praefectura aerarum. Vide Bauchi notas. *Locus* hic genus notat, ut docet Cl. Cortius ad Sallustium Catil. cap. 23. n. 1.

4 *Hinc (locum tenuit amicitiae)]* Ad eundem modum loquuntur purissimi scriptores, ne quis in Aemilio Probo seculum Theodosianum agnoscere se dicat. Caesar. lib. 1. de Bello Gall. cap. 20. *Cum ipse etiam locum amicitiae apud eum teneret.* Suetonius Othone c. 2. *Facile summum inter amicos locum tenuit congruenti morum.* Curt. 1x. cap. 7. *A regina in propriam ejus, qui tunc regnaverat, amicitiae locum adnotum.* Justin. lib. 41. cap. 5. *Quos Philippus in exaltatorem dignitatis locum provehens imperii praefecerat.* Gebhardus.

locum tenuit amicitiae apud Philippum annos septem. 6 Illo interfecto, ¹ eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim. Novissimo tempore praefuit etiam ² alterae equitum alae, quae ³ hetaerice appellabatur.

¹ Eodem gradu] In ora libri mei Ms. cum custode, quem vocant, scriptum est *eodem gradu dignitatis*. Sed nihil muto, Nam dignitatis vox in hac phrasi etiam apud Ciceronem saepe invenitur. *Ernst.* *ad dignitatis*, quod in ora cod. *Ernstiani* scriptum, haud dubie glossema est. Absolute *gradum* noster etiam 19, 2, 3. dixit. v. *Ind Bosius*. Pro *tredecim* Voss. A. & B. *tredecim*.

² Alterae equitum alae] Sic Mss. Gifan. Schott. Boecl. itaque alii *Lambino* memorati, suffragante *Gifanio* in *Ind. Lucret.* v. *una*. Caesar. de B. Gall. 1, 27. *ne qua legio alterae legionis subsidio venire possit*. Sic omnes Mss. *Brantio* viti habuere. *Terentius Heaut.* 2, 2, 30. *haec ipsa in itinere alterae dum narrat*. *Intra* 20, 3, 2. *tantum otium totae insulae consiliarvit*. Sic enim e Ms. legendum. Et ita veteres hanc & similes voces alias inflexisse, docent *Priscianus* lib. 6. *Vossius de analog.* 2, 3. & quos ibi laudat, itaque *Bangius* lib. 1. pag. 40. Quare non dubitavi sic pro *alteri*, quod in omnibus edd. haberetur, rescribere. Porro *altera ala* est. quae cap. 13, 1. *una* dicitur; (nisi hic locus corruptus est, quod valde vereor :) id est, una e duabus. Duae enim antiquitus alae erant, ut vel ipsum nomen docet, (de quo *Gellius* 16, 4. ac *Vegetius* 2, 1.) & quod *dextrae ac sinistrae* nominibus distinguebantur. *Thomas Reinesius*, *o τρω*, putabat, diversas intelligi debere a-

las, & Eumenem prioribus istorum XIII. annorum uni equitum alae, quocunque vocabulo; novissimo autem tempore etiam alteri, quae *hetaerice* dicta, praefuisse: adeoque haec de maxima parte XIII. annorum; cap. vero 13. de extrema, & ultimo vitae Alexandri sermonem nostro esse. Sed non tacuisset h. l. *Nepos* de priore praefectura, si aliquam prioribus Alexandri annis gessisset Eumenes. Et qui dixisset *alterae* (h. e. ut ille accipit, diversae, alii) eum alae praefuisse; cum prioris nullum mentionem fecerit? *Alter* igitur ala, est alterutra, e duabus una. Sic enim loquuntur optimi scriptores. *Suetonius Galba* cap. 10. *Alarem altera aegre retenta in officio*. *Cicero* 2. offic. 13. *cum te Pompejus alae alteri praefecisset*. *Hirtius* de bello Afric. *Caesar alteram alam mittit*. Sic Noster *alterum cornu* dixit 16, 4, 3. *Bosius*. *Leid. m.* & *Voss. B.* *alterae*. Vide *Schefferum* ad *Justinum* lib. 12. cap. 16. n. 6 *Munke-*rum ad *Hyginum* fab. 5. *Gronovium* ad *A. Gell.* lib. 2. N. A. cap. 28. & ad lib. 4. cap. 10. & nostrum *Bosium* ad *Pelopid.* cap. 3. n. 2.

³ Hetaerice] Quasi sodalium five amicorum, *ὁν ἑταίρων*; quod nomen Alexander indiderat honoratissimis suorum equitationi adfectis: sicuti *μεταρτίους* vocarat pedites. Testis *Anaximenes* apud *Harpocrationem* in *μεταρτίους*. Ipsam alam *Arrianus* lib. 6. *ἑταίρων ἢ ἑτα-*

batur. Utrique autem ¹ in consilio semper adfuit, & omnium rerum habitus est particeps.

C A P. II.

¹ ² **A**lexandro Babylone mortuo, ³ quum regna singulis

extr. vocat. Verba utriusque adduxit Lambinus. Bofius. Leid. m. & Voff. B. Etherice.

¹ *In consilio adfuit*] Long. & alii omittunt praepositionem. Sed ita & Cicero loquitur. v. Ind. v. adesse. Bofius. Praepositionem exhibent Leid. m. & Voff. A. B. Pro particeps Leid. m. particeps.

² *Alexandro mortuo, &c.*] Longior haec est perodus, & *επιμαρτυρησως*, post magnam interjectionem, connectitur finis cum principio. *Alexandro mortuo, cum regna disperterentur*: &c. hoc tempore data est Eumeni Cappadocia. ubi hoc tempore, suspensam, quae coepta erat, sententiam redauspicatur pariter & connectit. Ita mox 18, 3, 3. & 4. *Eumenes cum neque magnas cop.* post multa *μαρτυρησως* inserta, *Eumenes igitur*, i. e. inquam, ut Lambinus recte exponit. Gl. Freinshemius his comparavit ea quae in *Apuleji metaph.* 1. n. princ. leguntur: *Thessaliam* (deinde longa interjectio) *eam Thessaliam petebam.* potuisset dicere *Thessaliam, inquam,* aut *Thessaliam igitur.* In hoc ipso libro c. 7, 1. & 2. itidem longiori quam pro consuetudine ambitu utitur, singulis membris plusculum productis. quod cum sine obscuritate fit, quam in primis vitavit Noster, non est culpandum. Boeclerus.

³ *Quum regna singulis famil.*] De regnorum ab Alexandri excessu divisione praeter *Fusimum* & *Orosium*

3. extr. varii varie, quae non colligo. Adi, si vacat, *Decippium Atheniensem* de rebus post Alexandrum in Photii nostri *Bibliotheca* pag. 115. & *Arrianum*, *ibid.* p. 123. quibus sitim explere queas. *Schottus.* Auctor *historiae Maccabaeorum lib. 1. cap. 1.* hoc fuisse ab Alexandro factum demonstrat. *Lege Josephum Antiq. 12, 1.* Magius. Testamento Alexandri distributas provincias, etiam alii tradidere. Vide *Usser. anal. V. T. part. 1. pag. 402.* & deinceps Bofius. Pro *disperterentur* Leid. m. *disparterentur.* certe pro *dispartientur.* Sic cap. 3. Voff. A. pro *intelligebat, intellegebat.* In *Pelopida* cap. 3. n. 2. Voff. B. pro *obtenebat, obtenebat.* Vide quae congeffi ad Alcibiadem cap. 6. n. 5. familia de *contractare, detractare, obtractare* pro *contractare, detrectare* & *obtrectare* adnotavere D. D. V. V. Oudendorpius ad *Frontinum* lib. 1. strateg. cap. 1. n. 52. *Kannegierterus* ad Aviani fabulam 28. vs. 9. & J. Arnzenius ad *Victorem de Viris Illustr.* cap. 62. n. 4. *Adsalire* pro *adsilire* improbat tamen *Celeb. Burmannus* ad *Ovidium* lib. 11. *Meram* vs. 526.

⁴ *Ex quo omnes coniec. eum regnum ei commendasse, quoad liberi &c.*] Quoniam alias annuli traditio signum imperii aut haereditatis traditae fuisse videtur: (de quo videlicet *Kirchmannus* & *Licetun* in *de annulis*, illum cap. 22. hunc cap. 51. itemque *Freinsheer*, *not. ad. Curt.*

gulis familiaribus dispartirentur, & summa rerum tradita esset tuenda eidem, cui Alexander moriens annulum suum dederat Perdiccae: + ex quo omnes con-²jecerant, cum regnum ei¹ commendasse, quoad² liberi

10, 5, 3) idcirco nonnulli existimant, annulo dato Alexandrum Perdiccae imperium tradidisse. Sed verius est, quod noster tradit, cum solummodo temporarium regni administratorem, & custodem annuli constitutum. Vide quae notavit ad Curtii l. c. ampliss. *Locenius. Bos. Pro annulum* Voss. B. *annulum. pro Perdiccae idem Perdiccae.*

1 *Commendasse*] Mff. Schotti, Leid. & Savaro, *commisisse vel commendasse.* Sed alterutrum glossema esse, manifestum est. Gebhardus *commisisse* genuinum censebat; ego alterum. vide Ind. *Bosius. Voss. A.* etiam *commisisse vel commendasse.*

2 *Liberi ejus*] *Diodorus* 14. ait, Alexandrum mortuum esse sine liberis. Idem paulo post addit, *Aridaeum Philippi F. Alexandri regis fratrem ex alia matre, ab omnibus principibus regem factum ac probatum; Perdiccam autem regni administratorem creatum. Sed Plutarchus* tradit, Roxanem ex Alexandro praegnantem fuisse relictam. Arque hunc incertum filium, regem esse, & se interea regni curatorem declarari Perdiccas volebat, ut ait eodem loco *Plutarchus.* Idem *παρὰ τὴν Alexandri τῶνος ἢ ἀρ. λόγῳ β.* scribit, Alexandrum duas uxores habuisse, alteram Roxanem, alteram Statiram Darii filiam: utrum autem liberos pepererit, nec ne, non addit. In *Alexandro* vero narrat Statiram, cum praegnans esset, a Roxane epistola quadam insidiosa

& fallaci pellectam, esse interfectam & in puteum dejectam. Alii scribunt, *Barsinen* *Attabazi*, inno Darii (ut vult *Arrianus*) filiam, *Memmonis* uxorem, viro mortuo, ab Alexandro compressam, filiam peperisse, *Herculem* nomine, qui mortuo Alexandro annum aetatis decimum quintum ageret: quem regni heredem esse oportere potius, quam *Roxanae* partum incertum ad regnum expectari, *Nearchum* contendisse. Quid igitur dicendum? *Roxanes* filius, cum Alexander excessit vita, nondum natus erat; & non ita longo post, quam natus est, tempore, a *Cassandro* una cum matre interfectus est: & aliquanto ante *Hercules Barsines* filius ab eodem interemptus erat. *Statira* ex Alexandro nunquam praegnans fuit. Quare *Diodorum* tueri possumus, qui dicit Alexandrum sine liberis decessisse. Contra *Probus*, & si qui alii tradiderunt, Alexandro fuisse filios superstites, vere dixisse videri possunt. Nam & *Roxane* iusta uxor peperit, & *Barsine*, non ignobilis mulier, quamvis iusta uxor non esset, multo ante, quam Alexander moreretur, *Herculem* illum ediderat. Quod si quis dicat, eum solum Alexandri filium fuisse dicendum, qui mortis tempore natus esset: ne in hoc quidem *Probus* mendacii arguendus est, quod numero multitudinis utatur. Nam *liberorum* appellatione filius unus continetur.

Ve.

potestate. Hunc sibi Perdiccas adjunxerat magno studio, ¹ quod in homine fidem & industriam magnam videbat: non dubitans, si eum pellexisset, ² magno usui fore sibi in his rebus, quas apparabat. Cogitabat enim, quod fere omnes in magnis imperiis concupiscunt, ³ omnium partes corripere atque complecti.

de natum, quod aliquis in margine ad illas provincias, quas Eumenes acceperat, hanc vocem e c. 4, 17. adscripserat: vel fortasse rescribendum Pamphylia. Nam eam una cum Lycia & Phrygia magna primitus Antigono obtigisse, ex Arriani excerptis Photianis disco. Sic enim illa: Παμφύλιαν, ἢ Λυκίαν, ἢ Φρυγίαν τῆς μεγάλης Ἀντιγονοῦ. subaudi: ἀρχαίαν ἑταίρου. Magius apud Justinum reponerat Lycæonia: sed id a recepta lectione nimium recedit. *Bosius.*

8 *Sive potius dicta*] I. e. verbo attributa atque addicta Cappadocia & Paphlagonia est: quia, ut alii tradiderunt, nondum eas regiones subegerant Macedones: immo nondum in eas Macedonum arma pervenerant. *Lambinus.* Nominata ac promissa. Ita Nonius *dicere* interpretatur ex illo Varronis. *Virgo, dos a femina ut auferatur: quae mihi posteaquam ad concordiam dicta est.* Cicero pro Flacco. *Quaecumque sine tutore auctore est dicta dos, nulla est.* *Gebhardus.* Add. Ind. *Bosius.* Pro *sive* Voss. A. *sine.*

9 *In hostium erat potestate*] Ariarathis regis, qui Eumeni ibi imperare iusto quod cedere nolisset, victus a Perdicca & suspensus; Eumenes vero in regnum restitutus est. Testes *Arrianus* apud *Photium*, *Plutarchus*, *Diodorus*, & *Appianus Mithridaticis.* Ceterum *Schootius* pu-

tabat Nepotem scripsisse: *in host. er. potestatem*: quomodo Cicero in *Maniliana* c. 12. dixit *portus in praedonum fuisse potestatem*; ita laudante etiam *Gellio* 2, 7. Sed non, si Cicero, statim & *Nepos* ira loquutus est. *Bosius.* Pro *hunc* Voss. B. *nunc.* Pro *in hostium erat potestate* Voss. B. *Erat in hostium potestate.*

1 *Quod in homine fidem & industriam magnam videbat*] Explicat *Plutarchus* per *δεξιότητα* ἢ *πρόν.* Notetur, quas dotes in ministro requirere Princeps debeat. *Gebhardus.*

2 *Magno usui fore sibi*] Vides, ob quam causam Principes expetant & colant amicitias: solorum nempe commodorum contemplatione, non honestatis ac virtutis intuitu. *Justinus* 9, 8, 9. de Philippo: *Amicitias utilitate, non fide, colebat.* *Gebhardus.* Pro *si eum* Voss. A. *ni eum.*

3 *Omnium partes corripere*] Qui magna imperia affectant, omnium partes ad se traducere conantur: ut pluribus subsidiis opes suas firment. Unde societates non solum ut praesidia virium ac defensionis, sed ut munimenta potentiae ac dominationis habent. *Loceenius.* Talem describit *Pyrrhum* *Justinus* 17, 2, 11. *Qui & ipse spoliare singulos cupiens, omnibus se partibus venditabat.* *Gebhardus.* Mf. Codex legit, *omnes partes*, nempe Regni, sive omnes regiones. Sic Cicero ad *Att.* 3. *Sine te non esse nobis illas partes tener-*
das

4 plecti. ¹ Neque verò hoc solus fecit: sed ceteri quoque omnes, qui Alexandri fuerant ² amici. Primus ³ Leonnatus ⁴ Macedoniam praeoccupare destinaverat. Is multis magnis pollicitationibus persuadere Eumeni studuit, ut Perdiccam defereret, ac secum faceret societatem. Quum perducere eum non posset, interficere conatus est: & fecisset, nisi ille ⁵ clam noctu ex praesidiis ejus effugisset.

C A P. III.

Interim ⁶ conflata sunt illa bella, quae ⁷ ad internecio-

nas propter Antonium. Graece τὰ μὲν apud Matth. xv. 21. *Ernst.* Justinus locus fortasse favet lectioni cod. *Ernstiani*, omnes partes. *Bosius*. Pro amplecti. *Leid.* m. item *Voss.* A. B. complecti.

¹ Neque verò hoc solus fecit] *Msc.* Boecl. nec v. haec ille solus fecit. *Longolius*: Neque v. hoc tempore solus f. An fuit: neque v. hoc temere f. f. quomodo fere loquutus 25, 20, 2. *Bosius*. *Leid.* m. Neque verò hoc tempore solus fecit. *Voss.* A. Neque verò hoc ille solus fecit. B. Nec verò haec ille solus fecit. Mox pro quoque *Voss.* B. quaeque.

² Amici] V. *Ind.* *Bosius*. Pro fuerant *Leid.* m. fuerunt.

³ Leonnatus] Cui obtigerat Phrygia, quae Helespontum attingit. Fuerat autem unus ex Alexandri corporis custodibus. *Lambin.* *Voss.* B. *Leonnatus*.

⁴ Macedoniam praeoccupare] Specie ferendi auxilii Antipatro, revera ut ejus possessionem sibi ipse assereret. Itaque cave, & dispice, quem in auxilium voces, & qui se auxilio offerat. *Gebhardus*, vid. *Plutarchus*. Pro destinavit *Msc.* Boecl.

praedestinavit: plerique alii, praedestinaverat, quod *Lambinus* a praec. praecupare profectum putat. Mox alii, multis magnisque pollicit. *Bosius*. *Leid.* m. pro destinaverat, praedestinaverat. *Voss.* A. & B. praedestinavit. Pro multis magnis. *Leid.* m. & *Voss.* A. multis magnisque.

⁵ Clam noctu aufugisset] Q. edd. omittunt τὸ noctu. Sic tamen & *Plutarchus* τὸν κλεπτικῶς ἀνέβη. *Bosius*. *Leid.* m. meo abest etiam noctu.

⁶ Conflata sunt bella] Quae narrantur a *Diodoro* 18, 19, 20. & item ab aliis ab Alexandro moriente praedicta, hanc enim postremam Alexandri vocem fuisse ait *Diodorus* 17. extr. οἱ μὲν ἀγῶνα ἀπὸ τῶν ἐπιπέποι συνηγορίας παύσιν οἱ πρᾶξιόντι τὰς εἰρήν. *Lambinus*.

⁷ Ad internecionem] Quidam libri exhibent, ad internitionem Unde *Lambinus* divinat, ad interitionem. Neque me latet, idem monere *Cicconiam*, talem scripturam in vet. *Caesaris* membranarum reperiri. Sed mihi ab ipsis exscriptoribus verum vocabulum internecio in interitio interpolatum videtur. Est enim internecio usitatissima vox Latinis, signat-

tionem post Alexandri mortem gesta sunt, ¹ omnesque concurrerunt ad Perdiccam opprimendum. quem etsi infirmum videbat, quod unus omnibus resistere cogebatur, tamen ² amicum non deseruit, neque salutis, quam fidei, fuit cupidior. ³ Praefecerat eum Perdiccas ⁴ ei parti Asiae, quae inter Taurum montem jacet atque Hellespontum: & illum unum oppugnerat ⁵ Europaeis adversariis. Ipse Aegyptum oppugnatum adversus Ptolemaeum erat profectus. Eumenes quum neque magnas copias, neque firmas haberet, ³

gnatque *πρωτοειαν*. Attius Meleagro.

*Eum saevitiae finem, ac fati inter-
necionem fore;*

*Meleagros torris cum esset interfectus
flammeus.*

Liv. Lucerni & Sammites ad interne-
cionem caesi. Curt. 4. cap. 96. Ad
internecionem mibi persequendus est.
lib. 9. cap. 28. Tandemque interne-
cione hostium justae irae parentatum
est. Caesar lib. v. de B. Gall. cap.
17. Quare ne committeret, ut is locus,
ubi constitissent, ex calami tate populi
Romani, & interneccione exercitus
nomen caperet, ac memoriam proderet.
lib. 2. cap. 28. Hoc praesidio facto, &
prope ad interneccionem gente ac no-
mine Nerviorum redacto. Frontinus
lib. 2. cap. 5. 22. Flaminius non an-
te providit insidias, quam simul a fronte,
lateribus, tergo, circumfusus ad in-
ternecionem cum exercitu caederetur.
ubi perperam Mf. interemptionem
vel interitionem habent. Cicero in
Catilinam. Quae dissensiones non re-
conciliatione Concordiae, sed interne-
cione civium dijudicatae sunt. Hinc
bellum & odium internecinum, quod
cum excidio alterutrius geritur. Plin.
Habet deinde internecinum bellum
cum Ichneumene. Justin. lib. 11. cap.

*Graecos veterum bellorum memoria in-
ternecinique cum Persis odii accendo-
bat. M. Tullius in Antonium. Quae
sunt urbanarum maledicta li-
tium non iniustae belli internecini nota-
Gebhardus. Adi Indicem. Mf. Boe-
cler. habebat: ad interceptionem. Bo-
sius. Voff. B. interceptionem. Sed
Voff. A. & Leid. m. interneccionem,
quam lectionem hic satis superque
Gebhardus defendit, cui adde Cl.
Arntzenium ad S. A. Victorem de
Viris Illustr. cap. 23. n. 9.*

¹ Omnesque concurrer.] Et inprimis Craterus & Antipater, Graecia subacta belloque Lamiaco confecto, & postea Antigonus. Laminus. Pro Perdiccam Voff. A. Perdicam.

² Amicum non deseruit] In causa justa. nam Craterus faciebat injuria, & alienum imperium in se parabat transferre. Buchnerus.

³ Praefecerat eum] Mf. Boecler. praefecerat huic. Bosius. Sic quoque Voff. B.

⁴ Ei parti Asiae] Plutarchus: ἀντι-
δερξ̄ τ̄ ἐς Ἀσία καὶ Καρπασίου ὑ-
πάρχον ἀντιμέγετρα στρατῶν. Lam-
binus.

⁵ Europaeis adversariis] Cratero & Antipatro, & Pithoni, & Ari-
daco

¹ quod inexercitatae, & non multo ante erant contractae: adventare autem dicerentur, Hellespontumque ² transisse Antipater & Craterus magno cum exercitu Macedonum, viri ³ cum claritate tum usu belli ⁴ praestantes, (Macedones vero milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur: etenim semper habiti sunt fortissimi, + qui summam imperii potirentur:)

daeo, Alexandri ex alia matre fratri: qui postea *Philippus* dictus est. *Lambinus*. Leid. m. *Europis adversarius*. & paullo ante pro *Hellespontum* Voss. B. *Ellespontum*. pro *et*, ut. & pro *opposuerat*, *apposuerat*.

¹ *Quod inexercitatae, & non multo ante contractae*] Idcirco prudens imperator nunquam non, quomodo militem exerceat, & varietati incongruentium casuum praepararet, attendit. Vide supra in *Agesilao*. Disciplinae militaris Athenienses conditor *πομπὰς ἐξέμναζε τὴν στρατιάν, μηχανώμενος* *Ἰουδοσθενείας, Ἰουδοσθένους, Ἰουδοστροδίας, Ἰουδοτομοδίας, Ἰουδοπίδου, Ἰουδοπανικῆς*. *ἵνα εἴποιε ἐν τοῖσιν ὅτι ἦσαν, μὲν αὖτὸς ἐμπλήροιστο*. *Gebhardus*.

² *Transisse*] Longol. Lamb. alique, *transcurrisse*. Quod rejicere non ausim. Nam, ut recte *Lambinus*, *currere* interdum & pro navigare, & *cursum* pro navigatione usurpant Latini. vid. v. *cursum*. Bos. Tres mei Codices *transisse*. Nescio, cur Viri Docti hic *transcurrisse* substituere conentur, cum *transire* aequae ac *transcurrere* pro *transfretari* ponatur. Noster in *Hamilcare* cap. ult. *At Hamilcar, posteaquam mare transit, in Hispaniam venit*. *Ovidius* lib. 3. *Trist. El. 12. vl. 37*.

Rarus ab Italia tantum mare navigata transit.

Suet. in Caesare cap. 35. Ab Alexandria in Syriam, & inde Pontum transit. & ita facius, quomodo ingredi, intrare, & transgredi mare Latini dixerunt. consule *Celeb. P. Burmann*, ad *Quintilian. Declam. 6. p. 149.* & iter de navigatione. *Passi*, ad *Properrium 1, 1, 30. via de mari. v. Serv. ad Virg. 3. Aen. 202.* sic *ἰσχυρὰ ἐξέειπε*. *Homero Odyss. 8. vl. 82.* ubi videnda scholia. Quem de piscibus in mari natantibus imitatur *Apollonius Rhodius* lib. 1. *Argonaut. vl. 574.* Nec non *Isid. de navigatione. v. Schol. ad Eund. vl. 413.* Adde, quae congesti ad *Milt. cap. 1. n. ult.*

³ *Cum claritate tum usu*] Leid. m. *Tum claritate, tum usu*. Pro *Craterus* Voss. A. *Crateros*. Voss. B. *Antipater Crateros*.

⁴ *Qui summam imperii potirentur*] Sic vert. cod. *Gifanii* (ut is testatur in *Ind. Lucret.*) ac *P. Danielis*, & *Savaroni* inspecti, itemque ed. *Long.* & aliae plures. Itaque loquuti non solum *Accius* & *Lucretius*, quos ad h. l. *Lambinus* laudat, sed etiam *Plinius*, *Tertentius*, *Cicero*, *Sallustius*, *Iustinus*, alii. v. *Voss. de construct. c. 22. Bang. obs. philol. lib. 2. p. 1053.* & *Priscian. 18.* Tamen *Mf. Boecl.* qui *summa imperii potir*. *Bosius. Summam* Voss. A. & Leid. sed *summa* Voss. B. Sequamur plurimorum Codicum

tur:) : Eumenes intelligebat, si copiae suae² cognoscent, adversus quos ducerentur, non modo non ituras, sed simul cum nuntio dilapsuras. Itaque hoc ejus fuit prudentissimum³ consilium, ut deviis itineribus milites duceret, in quibus vera audire non possent: & his persuaderet, se⁴ contra quosdam barbaros proficisci. ⁵ Itaque tenuit hoc propositum, & prius in aciem exercitum eduxit, praeliumque commisit,

dicum MStorum fidem, licet utrumque sit rectum. Consule Cels. Graevium ad Ciceron. lib. 2. de Offic. cap. 23. cl. Burmann. ad Ovid. 10. Metam. 627. Curt. ad Sallust. Jugurth. cap. 25. n. 10. & Oudendorp. ad Front. lib. 2. Strat. cap. 8. n. 14. Imperium hic pro summo Orbis terrarum imperio, sive Monarchia ponitur, ut docet cl. Dukerus ad Florum 2, 7, 2. Pro potuerunt Voss. B. & Leid. m. poterunt. R. & e.

1 Eumenes intelligebat] *Εὐμένης* enim, propter longam interpositionem inter ea, quae multo ante dicta sunt, & quae nunc dicenda sunt, pendet enim sententia ab illo loco, Eumenes cum neque &c. idcirco repetitione nominis utitur ad memoriam lectoris renovandam. Lambinus. Q. edd. Eumenes igitur intelligebat. Bofius. Voss. A. intelligebat.

2 Cognoscent] Sic e memb. suis Schottus & Boeclerus. Alii cognoscerent. Bofius. Leid. m. & Voss. A. B. cognoscerent.

3 Consilium] Aberat haec vox Mf. Boecl. Atque sic fere loquitur 17, 7, 3. Bofius.

4 Contra quosdam barbaros] Plutarchus de garrulit. p. 506. Eumenes cum audisset, Craterum adversus se cum copiis venire, nemini ami-

corum rem aperuit, sed Neoptolemum esse finxit. hunc enim milites Eumenis contemnebant, illius & gloriam admirabantur, & virtutem dirigebant. rem ipsam excepto Eumene narrant nemo. Vide ibi plura. Bofius. Pro persuaderet Leid. m. perfunderet.

5 Itaque tenuit hoc propositum] Solenne quoque est ita loqui Caesari lib. 1. Civil. cap. 83. Tali instructa acie tenere uterque propositum videbatur. Lib. 3. Civil. cap. 42. Pompejus interclusus Dyrrachio, tibi propositum tenere non potuit. cap. 65. f. Commutat a ratione belli, quoniam propositum non tenerent. Nec procul abicit Cicero Verrina 6. Tenuit hoc institutum in turribus omnibus, quaecumque in Sicilia fuerunt. Pro Plarco. Tenere eum cursum, quem cepit. Gebh. Livius lib. 3. cap. 41. Quam libertas non ultra vocem excessisset, decemviri propositum tenuerunt. Unde & propositi tenax dicitur. Consule Viros Nobilissimos N. Heinsium & P. Burmannum de hac locutione late disputantes ad Ovidium lib. 2. Metam. v. 104. Pro praeliumque commisit Voss. B. Plurimumque commisit.

6 Quam milites sui severent] Miris hoc Eumenis consilium laudibus effert

misit, ⁶ quam milites sui scirent, cum quibus arma conferrent. Effecit etiam illud locorum praecoculatione, ¹ ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo erat ² deterior.

CAP. IV.

1 Quorum acerrimo concursu quum magnam partem diei esset ³ pugnatum, ⁴ cadit Craterus dux, & Neoptolemus, qui ⁵ secundum locum imperii tenebat. Cum hoc concurrat ⁶ ipse Eumenes. Qui quum ⁷ inter se complexi, in terram ex equis decidissent, ut

effert *Plutarchus*. Sed idem *Plut.* & *Diodorus* tradunt ante hoc praelium, aliud praeterea commissum fuisse, in quo Neoptolemus victus cum paucis equitibus fugerit. *Lambinus*. Confer & *Fufinum* 13, 8. *Arrian.* apud *Photium* cod. 92. Bos.

1 Ut equitatu potius dimicaret.] Voss. B. & equitatu potius dimicaret. Male. contra cap. 6. n. 1. hujus vitae. Ut eas res occuparet. ceteri & res eas occuparet. Quamquam ut ibi facilius admitti possit. Sed id vitium hi cum plerisque optimae notae Codicibus Mss. habent commune, qui centies ut & comutare solent: ut apud *Ovidium* 1. *Metam.* vs. 15. & 370. & saepius alibi. Vide quos laudat *Cel. Drakenburgius* ad *Silium Italicum* lib. 5. vs. 217.

2 Deterior] In Mss. est inferior pro deterior. Sed res eodem recidit, quomodoecumque legas. *Ernstius*. Ed. Ultraj. deteriore, quod recte rejicit *Sehottius*. repugnat enim & valebat, cui opponitur. & inferior, quod in suo cod. repperit *Ernstius*, haud dubie glossema est. *Bosius*.

3 Pugnatum] Longol. & Mf.

Boecl. oppugnatum. quod pro simpliciter reposuisse librarios, vix crediderim. An igitur ita loquuti veteres? An fuit, appugnatum, compugnatum, aut depugnatum? Dispiciant, qui omnes loquendi modos, verbaque rariora in numero habent. *Bosius*. *Lcid.* m. & *Voss.* A. B. oppugnatum.

4 Cadit Craterus dux] Voss. A. Crateros B. Chrateros. Cadere hoc loco sumitur pro gravi vulnere in pugna affligi, non verum mors statim sit secuta, quo sensu saepissime ab aliis etiam adhiberi solet. consule *Gebhardum* ad *Pausaniae* vitam cap. 4. n. 1. & *J. Arnzenium* ad *S. A. Victorem* de *Viris illustribus* cap. 39. n. 3. Pro *Neptolemus* Voss. A. *Pneotholemus*. B. *Nepolemus*.

5 Secundum locum imperii teneb.] *Sinifiro* enim cornu praecerat, sicuti *Craterus* dextro. *Diodor.* 18, 7. *Bosius*.

6 Ipsi] Aberat cod. *Boecl.* qui & mox habebat, nec eo magis. *Bos.* Nec eo magis etiam *Voss.* B.

7 Inter se complexi] Horum singulare certamen atque atrox pulchre

ut facile intelligi posset: inimica mente contendisse,
 2 animoque magis etiam pugnasse, quam corpore:
 3 non prius distracti sunt, quam alterum anima reli-
 querit. Ab hoc + aliquot plagis Eumenes vulneratur,
 neque eo magis ex praelio excessit, sed acius: ho-
 stis institit. Hic equitibus profligatis, interfecto du-
 ce Cratere, multis praeterea, & maxime nobilibus
 captis, 6 pedester exercitus, 7 quod in ea loca erat
 deductus, ut invito Eumene elabi non posset, pacem
 ab eo petiit. Quam quum impetrasset, in fide non
 mansit, 8 & se, simul ac potuit, ad Antipatrum re-
 cepit.

chre appingit Plutarchus. Magius. adde Diodor. 18, 8. Fast. n. 13, 8. Arrian. l. c. Bofius. Voss. B. complessi.

1 *Inimica mente contendisse*] Diod. lib. 15. Συμπλευόμενοι τοῖς σώμασι καὶ πνεύματι διαβίαις περιμάτων ἀπορροζόμενοι τοῖς θυμῶσι ἐν ἔργῳ. Gebb.

2 *Animoque magis etiam pugnasse quam corpore*] Possint haec addita videri ab aliquo, qui explicare voluerit, quid sit *inimica mente contendere*, quod praecessit: nisi haec ratio scribendi tales *ἐμπλεσίας* ultro admitteret. Boeclerus.

3 *Neque prius distracti*] Similis ardor pugnantium Romanorum apud Florum 1, 18, 17. qui *hostibus suis immoriebantur*. In manibus enses, in oculibus nimiae relictae: & in ipsa morte ira vivebat. Loccenius.

4 *Aliquot plagis*] Tribus, in brachio & feminibus: sed magis territis iis, quam laesus. Diodor. & Plut. Bofius.

5 *Hostis institit*] Sic e suis codd. Gifanius Ind. Lucr. v. *subjungere*, & Schattus. *Hostis* autem pro *hostes*, antique. *Instare hostes* etiam supra dixit 15, 9, 1. ubi vid. not. Vulgati:

hostibus institit. Bofius. Male Oxoniense editum est *instituit*. Leid. m. & Voss. A. *hostibus institit*. Nolo hic tamen a Bofio dissentire. *Instare hostes* erit stare in vel contra hostes, & in hac sententia est etiam Celeb. Perizonius ad Sanctii Minervam lib. 3. cap. 3. n. 77. Eodem modo, quo *adhinire equum* Antiqui dixerunt. vide Celeb. Burm. ad Ovid. Remed. Am. v. 634. *adjacere mare*. Vide ad Timoth. cap. 2. *assidere aliquem*. cl. J. Arnzen. ad Victorem de Caesaribus cap. 10. n. 3. & ita *incurrere Mauros* apud Sallustium Jugurth. cap. 1. n. 8. cum emendationibus codicibus legendum esse docet Cel. Burm. ad Ovidium lib. 2. Metam. v. 205.

6 *Pedester*] Sic Leid. & postrema edit. sua, e Mf. suo, ut arbitrator, ampliff. Boeclerus. Vulgo editur, *pedestris*. Bofius. Leid. m. & Voss. A. *pedestris*. sed B. *pedester*.

7 *Quod in ea loca*] Melius ita Lambinus, quam alii, qui in ea l. Bofius. Pro *petiit* Leid. & Voss. A. *petit*.

8 *Et se, simul ac potuit*] Nota, Lector, copulativam conjunctionem

4 cepit. Eumenes Craterum ex acie¹ semivivum elatum recreare studuit. Quum id² non posset, pro hominis dignitate, proque pristina amicitia (namque illo usus erat, Alexandro vivo, familiariter)³ amplo funere extulit, ⁴ ossaque in Macedoniam uxori ejus ac liberis remisit.

CAP.

nem hic habere significationem disjunctivae, quippe pro *sed* positam, ut recte observavit Tib. Wopkens lib. 1. Lect. Tull. cap. 13.

1 *Semivivum elatum recreare stavit. cum id non posset, &c.*] Cum homine, non cum humanitate, ut decet fortes ac moderatos, bellum gessit. Vide par exemplum de Ringtone Rege Suec. apud *Joannem Magn.* 8, 10. & *Kirchmann. append. de Funer. cap. 5.* Loecnius. Adde *Grot. de J. B. & P.* 2, 19, 3. *Bosius. Semivivum* abest a *Voss. B.*

2 *Non posset*] Alii, *non potuisset.* *Bosius. Leid. m. & Voss. A. B. posset.*

3 *Amplio funere extulit*] *Amplio munere* legit e suo codice *Gifanius* in *observat. Lat. L. v. minus*; additque illud *Valerii Max.* 8, 15, 2. *quotiescumque minus aliquod Corneliae gentis celebrandum est*; ubi quidam (*Pighinum* notat) nimis licenter *funus* reposuerit. Hoc autem loco etiam *Schottus* suum codd. habere *munere*, adnotat, sed addit: *vitiose fuisse.* Ac vereor, ne librarii lapsus sit. vix enim *Nepos* dixerit *Eumenem amplo munere extulisse Craterum.* Non ita solent, quod sciam, Latini. At altera ratione passim usi. *Curtius* 4, 8, 9. *Reperit corpus magnifico extulit funere.* *Suetonius Nerone* c. 9. *Claudium apparatusissimo funere elatum.* Et cap. 30. *Cercopithecum Panerorem prope regio extulit funere.* Quod ve-

ro nostro *amplissimo funere efferre*, id eidem *Suetonio* est *amplissime funerare*, *Calig. cap. 15.* Apud *Valerium* si *manus* retineri debet, intelligendum est gladiatorium. Cui heic locus haud est, neque enim id Graecorum, ea quidem aetate, funeribus adhibitam lego. *Bosius. Leid. m. & Voss. B. funer. A. munere. Funus & Munus* saepius in *Miss.* confundi solent. Vide *Cel. Barm.* ad *Ovid.* in *Nuce* vs. 131. & *Nic. Heinsium Epist.* 472. & 476. ad *J. G. Graevium*, ubi docemur, *Funus*, uti & h. l. centies poni pro pompa funebri; quibus innumera loca addi possunt: *E. G. Livii* lib. 2. cap. 33. *Reductori plebis Romanae in urbem sumptus funeri defuit. Extulit eon plebs sextantibus collatis in capita.* Et quod propius ad rem lib. 3. cap. 18. *In consulis domum plebes quadrantes, ut funere ampliore efferretur, jastasse fertur.* Eodem sensu non tantum *funus alicui facere* *Eidem* c. 33. ejusdem libri, sed & *Ciceroni*, (ut *Nostro amplo funere efferre*,) *amplum funus facere* lib. 4. ad *Fam. Ep.* 12. & pro *amplo funere efferri* saepius etiam *magnifico funere efferri* dixere. *Consule Cl. J. Arntzen*, ad *Victorem de Viris Illustribus* cap. 35. n. 11.

4 *Ossa in Macedoniam*] *Mf. Boecl. in Macedonia.* sicut infra 13, 4. *in Cappadocia* *Bosius. Voss. B.* etiam ut & in cap. ult. *in Macedonia.* Non qui-

CAP. V.

Hæc dum apud Hellespontum geruntur, Perdica¹ apud flumen Nilum interficitur² a Seleuco, & Antigono: ³ rerumque summa ad Antipatrum defertur. ⁴ Hic, qui deseruerant, ⁵ exercitu suffragium

quidem semper legibus Grammaticorum paruere Antiqui, ut docuimus ad Lyfandrum cap. 1. n. 5. quibus adde cl. Dukerum de Latinitate Jurisc. Vet. p. 351. J. Arntzenium ad Viſtorem de Viris Illuſtr. cap. 6. n. 9, 14. n. 2. cum addendis Ejus præfationi adſcripſis & 58. n. 2. & ad Epitomen cap. 33. n. 1. & ad cap. 46. n. 2. nihil tamen hic mutem. Ceterum olim in Patria ſepeliri ſummus habebatur honos, & præfertim majorum monumentis condi, quod ex ſacris ac profanis Auctoriſibus docet Ill. Spanhemius ad Callimachi Hymnum in Dianam vſ. 131. Hinc ſumma votorum peregre morientibus hæc erat, ut oſſa in patriam reportanda curarentur. V. Broukhuiſius ad Propertium lib. 1. El. 10. vſ. 13. & Schottus ad Ageſilaum cap. ult. n. ult. Eadem de cauſſa Tlepolemi oſſa ab iis, qui una cum ipſo militauerant, in Patriam relata ſunt. v. Schol. Pindari Od. Olymp. 7. vſ. 36. Themistoclis oſſa vidimus in ejus vita cap. ultimo clam ab amicis in Attica ideo eſſe ſepulta, quamquam Scholiaſtes Ariſtophanis in Equit. vſ. 84. Apolline jubente, ne peſtis amplius graſſaretur, factura narrat. Ceterum de ritu oſſium in patriam remittendorum conſulendi Tzerzes ad Lycophronem vſ. 367. & quos laudat Eruditiffimus J. Arntzenius

ad S. A. Viſtorem de Viris Illuſtribus cap. 45. n. 8.

¹ Apud flumen Nilum] Eſt veluti *noctes* Cæ Aegypti, inquit Longolius. Atqui ad Nilum caſtra poſuerat Perdicas, copiasque trajicere conatus erat, paulo antequam ab equitibus ſuis interficeretur. Vide *Diodorum* 18. Boſius. Pro *Hellespontum* Voſſ. A. *Hellespontum*. pro *Perdicas*, *Perdicas*.

² A Seleuco & Antigono] Immo ab equitibus ſuis, ſi *Diodoro* 18, 36. & *Arriano* credimus, vel, ut *Pauſanias Atticus* ait, a cuſtodibus corporis ſuis. Boſius. Voſſ. B. *Sacleuco*.

³ Rerumque ſumma ad Antipatrum] *Diodorus* narrat, antequam hoc factum ſit, imperii ſummam & regum curationem Pitthoni & Aridaeo de ſententia Ptolemaei & Macedonum delatam eſſe. *Lambinus*. Idem & *Arrian*. tradit, p. 608. edit. *nuperr. Amſtelodam*. Boſius. Voſſ. A. *verumque ſ*.

⁴ Hic qui deſ.] Alii libri: Hi qui deſ. quod non male rejicit *Lambinus*; Sed ratio ejus inepta eſt. *Dixiſſet*, inquit, potius, ſi qui deſ. Quasi non ſæpius ita loqueretur *Nepos*. Q. edd. *deſeruerunt*. Boſius. Voſſ. B. *deſeruerunt*.

⁵ Exercitu ſuffragium ferente] *Curcius* 6, 8, 25. De capitalibus rebus *vetuſto Macedonum more* inquirebat *exercitus*. *Loccenius*.

gium ferente, capitis absentes ¹ damnantur. ² in his Eumenes. Hac ille ³ perculsus plaga non succubuit, ⁴ neque eo secius bellum administravit. Sed exiles res animi magnitudinem, etsi non ⁵ frangebant, ⁶ tamen ² imminuebant. Hunc persequens ⁷ Antigonus, quum omni genere copiarum abundaret, ⁸ saepe in itineribus vexabatur: neque unquam ad manum accedere licebat, nisi his locis, ⁹ quibus pauci possent multis

re-

¹ *Damnantur*] Circiter L. Ita Diodorus & Arrianus. Bofius.

² *In his Eumenes*] Et Alcetas Perdiccae frater, ac Pitho Illyrius. Diodorus, Arrianus & ex emendatione Ufferii *anmal. V. T. pag. 412. Fusinus* 13, 8, 10. Bofius.

³ *Perculsus plaga*] Quamvis debilitata ex parte ejus esset auctoritas. Eucherius. Cave cum Lambino mutes in *perculus*. Nam *percellere* est pervertere ac perturbare, *καταρραδίζω*. Cicero pro M. Marcello: Quos antequam civis, eos Martius vis perculit, non ira victoriae. Gebhardus. vide Ind. Bofius. Omnes mei *perculus*. vide ad Pelop. 2, 2.

⁴ *Neque eo secius*] Si hic *segnius* Mss. exhiberent, facile admitti posse censerem. vide ad Datam. cap. 2. & Cl. Arntzen. ad Victorem de Caesariis cap. 40. n. 20. sed nunc MStorum fidem sequor.

⁵ *Frangebant*] Hirtius L. 8. c. 53. Quibus non frangebantur animi inimicorum Caesaris. Valerius Maximus lib. 7. cap. 5, 3. L. Aemylia Pauli virtutem injuriae non frugerunt, sed acuerunt. Quod vult Nepos, intelligit quoque Siracides cap. 38. *ἡ ἀσθενεὶς ἀσθενεὶς ἰσχυρῶν*. Gebhardus.

⁶ *Tamen imminuebant*] Significat conatus ejus destituisse fortunam; quod minoribus opibus esset, quam

ut tales res gerere posset, quae ejus magnitudini responderent. Magni animi non nisi in magnis versari expetunt. Quod cum per fortunam non licet, dolent & deterruntur quasi Eucherius. Mf. Boecl. & alii: *tamen imminuebant*, quomodo 7, 10. 3. dixit *minui oper*. Bofius. Leid. m. & Voff. A. B. *minuebant*.

⁷ *Antigonus*] Qui praefectus fuerat ab Antipatro magnae Phrygiae & Ciliciae: & praeterea exercitui regio praesse jussum erat, &c. quem admodum tradit Diodorus. Lambinus. Pro *persequens* Voff. B. *ipse sequens*.

⁸ *Saepe in itineribus vexabatur*] Propterea quod cum Eumenes multis erroribus, variis diverticulis ac flexionibus viarum ludificabatur; in quibus maximam spem constitutam habebat. fore enim sperabat, ut Antigonus sui persequendi finem faceret, itinerum difficultate & viarum asperitate deterritus ac defatigatus. Lambinus.

⁹ *Quibus pauci possent multis resistere*] V. supra ad 1, 3. Bofius. Pro *possent* Voff. B. *posset*.

¹⁰ *Multitudine circumventus*] Immo prodicione Apolloniae, sic enim Diod. l. c. Lamb. Ed Ultraj. *circumventus*. quomodo supra 2, 3. *2. ne multitudine circumventur*. itemque

143

resistere. Sed extremo tempore quum consilio capi
 non posset, ^{1o} multitudine circumventus est. hinc ta-
 men, multis suis amissis, se expedit, & ¹ in castel-
 lum Phrygiae, quod ² Nora appellatur, confugit.
 In quo quum ³ circumfederetur, ⁴ & vereretur, ne uno ⁴
 loco manens equos militares perderet, quod ⁵ spati-
 um non esset agitando: callidum fuit ejus inventum,
 quemadmodum stans jumentum ⁶ calefieri exerceri-
 que posset, quo libentius & cibo uteretur, & a cor-
 poris

14, 6, 2. Bofius. Voss. A. circuitus.

¹ In castellum Phrygiae] Immo Armeniae, ut vult Diodorus. *ἰνὰ τὸ ἀπὸ φρυγίας εἰς Ἀρμενίαν*. sed intellige Eumenem in Armeniam quidem fugere cogitasse, sed non potuisse. Plutarchus vero *ἡγεῖον ἐκ μεθόριον Ἀρμενίας ἢ Καππαδοκίας* dicit fuisse. Lambinus

² Nora] V. Ind. Caussas, cur huc se contulerit, habes apud Plutarchum, Diodorum, & Justinum 14, 2, 2. & 3. Bofius.

³ Circumfederetur] Ab Antigono, postquam missus ad se Ptolemaeo, illius fratris filio, nullam salutis suae & veniae mentionem in colloquio fecerat. Vide Plutarchum. Bofius.

⁴ Et vereretur] De hoc Eumenis consilio praeter Diodorum 18, & Plutarchum, Frontinus 4, 7, 34. Bofius.

⁵ Spatium agitando] Proprie de equis. Sueton. in Caesare cap. 39. *Quadrigas bigasque & equos desultorius agitaverunt nobilissimi juvenes*. Lucan. lib. 1. vs. 78.

Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem

Indignata, diem poscet sibi.

Propertius lib. 2. El. 12. vs. 32.

Terra prius falso partu delucta a rantes,

Et citius nigros sol agitabit equos.
 Ubi inspicere Passeratii notas. & agitare currus dixit Virgilius 3. Georg. vs. 18. hinc agitator egrorum 2. Aen. vs. 476. Ubi Servius: agitator, *auriga secundum usum communem. agere equus* dicit Florus lib. 1. c. 7. n. 3.

⁶ Calefieri] Voss. A. *concalefieri*. pro motu Leid. m. *vistū*. Elegans vero est praecedens verbum *exerceri*, quod dicitur, de iis, quae otiosa esse non patimur, & frequenti motu agamus, Virgil. 1. Georg. vs. 230.

Exerceite viri tauros, serite bordeae campis.

Ubi Servius: *Exerceite, id est, ad aratra iungite, cogite laborare. sic exercere ferrum, arma &c. pro multum uti*. Vide Servium ad 4. Aen. vs. 86. & Celeb. Burm. ad Val. Flaccum lib. 3. Argonaut. vs. 162. & ad Petron. Satyric. cap. 94. nec non Dukerum ad Florum lib. 4. cap. 12. n. 60. hinc pro exercitio ac labore fatigari. Ut docet Servius ad Virg. 1. Aen. vs. 435.

Qualis apes aestate nova per florea rura

Exerret sub sole labor.

Et Cl. Burm. ad Petron. Satyric. cap. 83. *exercere equos* in eadem historia dixit Frontinus Strat. 4, 7x

34.

poris motu non removeretur. Substringebat caput loro altius, quam ut prioribus pedibus plane terram posset attingere. Deinde ¹ post verberibus cogebat exultare, & ² calces remittere. Qui motus non minus sudorem excutiebat, quam si in spatio decurreret.

Quo

¹ Post verberibus] Savaro e Msc. suo legit, *posterioribus*, atque hanc optimi codicis lectionem praeter Diodorum & Plutarchum admodum confirmare Frontinum. Verum Frontinus & Diodorus non dicunt pedibus posterioribus exultasse, sed innoxios iis, dum anterioribus insistere cupiunt, crura jactasse. Diodorus: *Ἐπιπυρρῶν τοῖς ὀπίσθιοις ποσὶν ἐπιπυρρῶντα*. Et paucis interjectis: *ὁ μὲν ἰππῶν βυρρῶν ἐπιπυρρῶν τοῖς ἰμασποδίοις, δὲ πονηροῖς τῶντι σάμαλα πᾶντι, καὶ τοῖς σάμαλοις*. Frontinus: *Ut posterioribus pedibus innixi, prioribus adewatis, cum naturalem appetunt adstendi consuetudinem, ad sudorem undique (alii usque, vel omnes) crura jactarent*. Plutarchus, fateor, ait, clamoribus & flagellis, stimulos, posterioribus exultasse & tripudiasse cruribus: *τοῖς ὀπίσθιοις ἐπιπυρρῶν, καὶ διακρίτων σάμαλοις*. Non tamen idcirco quidquam mutandum est neque enim verisimile est, pro posterioribus librarios in tot codicibus reposuisse post verberibus, praeterea indicare Nepos voluit, qua ratione coegerit equos exultare. Verberibus scilicet; seu, ut est apud Plutarchum pag. 590. *ταῖς μέσῃν*. Barthius codici suo adscripsit, *legendum pone, i. e. posterioribus pedibus*. Sed nulla mutatione opus. Deinde post, dictum ut post deinde apud Terentium Andr. 3, 2, 3. Gellium 7, 3, 11. 7, 12, 5. deinde postea, apud Ulpian. lib. 15. §. 46. D. de injur. & famos.

libell. post hinc, Virgil. Aen. 8. *deinceps inde*, Liv. 5. & apud alios *semel una, pressus omnino, olim quondam, repente subito, rursus denovo, procul longe, nunc jam, tandem denique*, & similia, noto pleonasmio. Exempla habes apud Vossium de construct. c. 63. Bangium observ. philol. 2. pag. 1149. & 1343. Quae cum ignoraret librarius, praecessissetque de prioribus pedibus; illud posterioribus substituit. Simul autem hinc apparet, post haec non idem esse ac posteriore parte; sed significatum temporis obtinere. Bofius. Leid. m. & Voss. A. in marg. posterioribus. De similibus Pleonasmis. vide ad c. 1. n. 5.

² Calces remittere] Quibus instebat, relaxare, agitarum verbere. Propudiosa est Lambini conjectura, *emittere*. Frontinus lib. 4. cap. 7, 34. *Ceris quotidie horis ita suspendebat, ut posterioribus pedibus innixi, prioribus allevatis, cum naturalem appetunt consuetudinem, ad sudorem undique crura jactarent*. Gebhardus. vide Ind. & confer loca aliorum paulo antea adducta. Mox Mf. Boccl. *decurrevent*. vitiose. Bofius.

³ Jumenta aequae nitida] Nitida opponit strigosis & mali habitus. Nitida jumenta non tam *ἀποστρωγίονα*, quam *λεπώντα* sive *λεπᾶνα*. Et Nitior Apulejo lib. 10. Meramorph. est pinguedo, seu ut ipse loqui amat, *pinguities*. Ovid. lib. 2. Meram.

— Nitidam cape praemia vaccum. Gebhardus. Consule cel. Burman-

num

Quo factum est, quod omnibus mirabile est visum, 6
 ut jumenta aequè nitida ex castello educeret, quum
 complures menses in obsidione fuisset, ac si in 1 cam-
 pestribus ea locis habuisset. 2 In hac conclusione, 7
 quotiescunque voluit, apparatus & munitiones An-
 tigon

num ad Phaedr. lib. 3. fab. 7. vs. 4.

1 *Campesribus*] Addunt *Lambinus* & alii, & *planis*. Sed ea non agnoscunt libri meliores. *Bosius*.

2 *In hac conclusione*] Ita *Mss.* Burg. Leid. Boecl. & q. edd. vet. Aliae, *Ea conclusione*; quod etiam *Schottus* in suo cod. reperit. Quaedam plane omittunt, credo quod non intellexerit, quid esset *conclusio*. *Lambinus* interpretatur; in hoc conclusio loco, vel interea dum in hoc loco clausus erat. Ineptè. *Conclusio* idem est ac obsidio. vid. *Ind. Bosius*. Leid. m. & *Voss.* A. B. in *hac conclusione*. Pro quotiescunque *Voss.* A. & B. quotiescunque, ut in *Agessilaos* cap. 3. §. 6. iidem *Codices* exhibent *Quotiescunque congressus est*. Quam antiquorum lapidum & librorum scripturam esse docebunt, quos laudat *clar. Kannegijterus* ad *Aviani Fabulam* 30. vs. 16.

3 *Uno loco*] In castello illo, *Noris. Lambinus*.

4 *Quod castrum subsidia hab. non pot. & ver approp.*] Non incommodo sensu *Vet.* Liber legit. *sed castrum subsidia habere non poterat, & ver appropinquabat.* *Ernstius*. Ex omni *Lectio* inter Variorum turba, quas accumulavit *Lambinus*, commo sensui constituendo nullam sufficere video: quare *Savaronem* secutus animadverto, *Nepotem* hoc voluisse: Quo minus sub *Divo* castra habere posset, & se ab ista circumfessione liberare (nam belli

sciens Dux non facile se patitur in arctam redigi obsidionem) impedimento exstitit hiems. Pergit respondere interrogaturis. Vere quomodo se expedivit? *Simulata*, inquit, *deditione*. Et nihil est vulgarius, quam milites usque ad verum tempus contineri hibernis. *Tacitus* lib. 13. *Annal.* cap. 36. *Interim Corbulo legionibus intra castra habitis, donec ver adolesceret.* Verum enim vero non improbo *codicis Mendoziani* scripturam: *Quod castra subsidia habere non poterat.* Aut etiam si dispungatur vulgata *Lectio*: *Tenuit autem se uno loco, quandiu fuit hiems. Quod castrum subsidia habere non poterat; ver appropinquabat.* Hoc sensu. Hieme tota inclusus castrum mansit, cur non vere quoque & diutius? Quaeat aliquis tacite? Castrum, respondit *Cornelius*, nulla poterat habere subsidia. *Gebhard.* Mire variant libri, nec minus *Interpetes*. Quaedam edd. vet. legunt distinguuntque hoc modo: *quandiu fuit hyems, quod castrum subsidia (vel castra subsidia) habere non poterat, donec ver appropinquabat. Simulata tunc deditione &c.* Quam *lectionem* interpolatam esse manifestum est. Neque enim ita solet *Nepos*: nec *Mss.* concinunt. *Vetustissima Argentoratensis*: *quand f. hyems, quod castrum subsidia hab n. poterat, ver appropinquabat. Simulata deditione &c.* quomodo & *Ven.* ac *Flor.* nisi quod ante *sed simulata* inter-

Antigoni alias incendit, alias disjecit. Tenuit autem se uno loco, quamdiu fuit hiems. + quod castrum subsidia habere non poterat, & ver appropinquabat, 6 simulata deditioe, dum de conditionibus tractat, praefectis Antigoni imposuit: seque ac suos omnes extraxit incolumes.

CAP.

terpunctionem non habent. *Gifanius Ind. Lucr. v. Subjungere* e suo cod. legit; *q. f. hiems, quod castra subsidia hab. n. poterat.* atque sic & scriptus Schotti. Unde *Clar. Boeclerus* olim tentabat: *q. d. f. hiems, q. castra subsidia habere non poterat, cum ver approp.* ut exciderit particula. quomodo & *Freinshemius* autumabat, deinde aut simile quid ante voces quod castrum fuisse scriptum. *Gebhardus* cum *Sarvarone* legebat: *q. d. f. hiems, quod castra sub divo hab. n. poterat. Ver appropinquabat: simul. dedit. &c.* Non improbat ramen scripturam codicum Schotti & Gifanii. Immo nec vulgatam, quae & in ed. *Parif. & Ms. Boel.* reperita, ac a *Lambino* reliquis omnibus praelata, & a recentioribus plerisque, atque a nobis etiam, (nisi quod copulam & inferuimus) retenta est; modo sic dispungatur: *q. d. f. hiems. Quod castrum subsidia habere non poterat; ver appropinquabat.* hoc sensu: Hieme tota inclusus castro mansit: cur non vere quoque & diutius? quaerat aliquis tacite. Castrum, respondet *Cornelius*, nulla poterat habere subsidia. *Lambinus* varie conjectabat. modo: quod castris, (vel castrum, pro castrorum, suffragante *Puteano*) subsidia hab. n. p. Modo transponebat: *Ver* (vel, cum *ver*) appropinquabat; quod castrum subsidia habere non poterat, simul. *ded. Ms. Leid. quod castra*

subsidia vel sub divo habere non poterat, ver appropinquabat. *Ernstianus* denique: *Sed castrum subsidia habere non poterat & ver appropinquabat.* Longum esset, tot discrepantes lectiones sub examen vocare. Dicam breviter, quid mihi videatur. *Castra* tum nulla habebat *Eumenes*, nam fufus ab *Antigono*, & amissis suorum octo millibus cunctisque impedimentis, vagabundus & fugitans & videns se fortunam obsidionis subiturum, majorem militum partem dimiserat: qui, dum ille *Noris* obsidetur, partim in *Cappadocia* palabantur, partim ad *Antigonum* transierant. *Secum* autem solum equites *Io*, pedites *cc*, ut *Plutarchus*; seu, ut *Diodorus* ait, *Io*e in universum, retinuit. Cumque liberatus obsidione esset, pristinos amicos, & palantes per *Cappadociam* militiae suae socios recolligens, solum circiter duo millia contraxit: neque plures secum habuit, cum e provincia discederet. Vide *Plutarchum* pag. 589, 590. *Diodorus* 18. pag. 649, 650, 656. *Justinum* 14, 2, 3, & 6. Non igitur *Eumenes* neque tamdiu uno loco se tenuit, nec deditioem simulavit, quod castra subsidia, vel castris aut castrum subsidia habere non poterat, nulla enim tum quidem castra habuit. At utrumque facere ideo potuit, quod castrum (*Nora*) subsidia habere (aliunde) non poterat. Sed

mogia

CAP. VI.

1 Ad hunc Olympias, mater quae fuerat Alexan-
 dri, quum literas & nuntios misisset in Asiam,
 consultum, utrum 2 repetitum Macedoniam veniret
 (nam

magis tamen congruit, ut dicamus, eam ob causam simulasse deditorem. Quare & verba ea ad sequentia potius referenda erunt. Quod si facias, manifestum erit copulam aliquam aut particulam desiderari. Quod jam videre Lambinus, Freinberrius, & Boeclerus. Cum igitur copula diserte in codice Ernstiano fuerit, non dubito eam reponendam, legendumque, ut nos edidimus. Possis etiam ejusdem codicis ductu legere: *sed quod castrum s. h. n. p. & v. a.* Potuit vero facile 3 & ob ultimam syllabam vocis poterat; 4 quod autem in eodem codice ob particulae *sed*; & in aliis haec ob illius similitudinem excidere. Quanquam & pro quod facile sed reponi potuit, quod librarius ignoraret genus loquendi, quo noster etiam cap. 7, 1. usus est: *quod una erant Macedones, &c.* Quae ignorantia effecit etiam, opinor, ut alii verba ista ad praecedentia referrent. Ceterum non repugnabo, si quis cum Gebhardo Savaronianam lectionem amplecti malit: cum ea & Leidensi codice confirmetur. ut hic sit sensus, Eumenem in castello se tenuisse, quod ob hiemem non posset, recollectis militibus suis per provinciam dispalantibus, castra sub divo, hoc est in campo, habere. Sed magis tamen placet altera. Judicent, qui ingenio & judicio in his litteris subacto valent. Bofius. Leid. m. sub divo, ut & Voss. A. sed B. subsidia

5 *Ver appropinquabat*] Leid. m. ad ver appropinquabat: mox pro exstraxit Voss B. male traxit. Vulgata lectio recte explicatur in Indice, hinc enim extrahere pro liberare ponitur, ut *izayin* apud Grascos. vide Elfner. ad Epist. Pauli ad Galatas cap. 1. com. 4. Pro praefectus Leid. m. praefectus.

6 *Simulata deditio*] *Plutarch.* & *Diod.* paullo aliter, & multo plenius. *Lambinus.* Rursus aliter *Fustinius* 14, 2, 4. vide *Uffer. annal. V. T. pag. 421.* Bofius.

1 *Ad hunc Olympias*] Vide *Plut.* ac *Diodorum.* Bofius.

2 *Repetitum Macedoniam veniret*] Ex officina Lambiniana hoc quoque prodiit. Savaronis & Schotti Libri, *Utrum repetitum in Macedoniam veniret.* ita ut hic magis probet Ultrajectinae Editionis lectionem, *Utrum repetitum iret Macedoniam.* Lambinum vero delirare censebam, quod putaret heic locum habere posse, *Utrum expetitam in Macedoniam veniret.* Est autem repetere *Macedoniam*, regredi in eam, a qua diutius afuerat. *Apul. lib. 9. Metam. Maritus ignarus rerum, ac nihil etiam tum tale suspicans improvisus hospitium reperit.* *Curt. lib. 8. cap. 3. Et paullo post quasi potiora quaedam egisset, convivium repetit.* Idem lib. 3. *Eadem terras, quas victoria peragrassent, sibi fuga repetendas.* Gebhardus. *Repetitum in Maced. ven. habuere libri Schotti & Savaronis & q. ed. Longolius:*

(nam tum ¹ in Epiro habitabat) & eas res ² occuparet: huic ille primum suavit, ne se moveret, ³ & exspectaret, quoad ⁴ Alexandri filius regnum adipisceretur. ⁵ Sin aliqua cupiditate raperetur in Macedoniam, omnium injuriarum oblivisceretur, & in ³ neminem acerbiore uteretur imperio. Horum nihil ea fecit. Nam & ⁶ in Macedoniam profecta est, & ibi

goliis: *repetitam in Macedoniam ven.* Mf. Boecler. *repetū in Mac. ven.* Videri possit fuisse, *repente in M. v.* praesertim cum mox suadeat Eumenes, *exspectaret, quoad Alexand. F. regnum adipisceretur.* Sed, ut nos edidimus, etiam in Brugenſi ac Veneto fuisse, *Magius testis.* Simile est illud c. 3, 2. *Aegyptum opugnatum erat profectus.* Praepositionem addiderit librarii, ut arbitrōr, quod verbum *venire* ad *Macedoniam* referrent: cum ad *repetitum* pertineat. *Schottus* mallet, *utrum repetitum iret Macedoniam*, ut in Ed. *Ultraj.* legitur, quod etiam nuperae quaedam edd. sequaturae. *Lambinus* vero: *utrum expetitam in Mac. v. h. e. cupitam, seu exoptatam.* In quo *Gebhardus* cum delirasse censet. *Bosius.* *Leid. m. & Voss. A. repetitum in Macedoniam veniret. B. repetitum Macedoniam veniret.*

¹ *In Epiro habitabat*] Quia Neoptolemi Epirotarum regis erat filia. *Lambinus.*

² *Occuparet*] Addunt alii: *in Epiro maneret*, quod a *Lambino* est. nam libri non agnoscunt. Et fateatur ipse, subintelligi posse. *Bosius.* *Leid. m. ut eas res occuparet.*

³ *Et exspectaret*] *Paulo* aliter *Diodorus.* *Lambinus.*

⁴ *Alexandri filius*] E Roxane susceptum intelligi, facile adfentior *Lambino.* nam de *Hercule*, *Bar-*

crucis filio, qui, ut e *Diodoro* 20. constat, Pergami educabatur, ad regnum evehendo tum quidem nemo cogitabat: etsi postea *Polysperchon* id molitus est. *Roxanes* autem filius jam rex designatus erat. Ceterum nomen *Roxanes* filii quae-rit *Lambinus*: & conjicit, *Philippi* nomen ei impositum fuisse; immo ad *Phocionem* plane adfirmat: additque a *Trogo* *Hercule* nominari. *Mihi* posterius incertum, prius falsum videtur. nam etsi apud *Justinum* 34, 6, 2. legitur *Olympiada cum nuro Roxane, & nepote Hercule Pydnam concessisse*; vix tamen crediderim, *Justinum* id scripſisse: cum non ignoraret, *Hercule* dictum fuisse alium *Alexandri F. e* *Barſine* natum, ut apparet e 13, 2, 7. Non autem ille, sed *Roxanes F.* apud *Olympiadem* erat. quod non modo e *Diodoro* 19, sed ex ipſo etiam *Justinino* sine capitis constat, ubi *filiam Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanam missos* ait. quod de *Roxane* filioque ejus refert *Diodorus.* ut mirer, doctiss. *Usserium* *annal. V. T. pag. 427.* ea de *Barſine* & ejus filio, tanquam e *Justinino* ac *Diodoro*, narrare. *Suspicio* itaque, *Herculis* nomen apud *Justinum* posteriore loco e priore irrepsisse. Porro *Philippum* nemo veterum, quod sciam, *Roxanes* filium nominavit. *Nepos* enim 19, 3, 3. *Philippum*

crudelissime se gessit. ¹ Petiit autem ab Eumene absente, ne pateretur, Philippi domus & familiae ² inimicissimos stirpem quoque interimere, ferretque opem liberis Alexandri. ³ Quam veniam si sibi daret, quam primum exercitus pararet, quos sibi subsidio adduceret. Id quo facilius faceret, se omnibus praefectis, qui in officio manebant, ⁴ misisse literas, ut ei parerent, ejusque consiliis uterentur. ⁵ His rebus

Eu-

lippum Ariduum Alexandri M. fratrem designat, non, ut *Lambinus* censuit, Roxanes filium. Hunc autem *Alexandrum* vocatum, docuit e *Pausania*, *Dexippo* & *Porphyrio Freinshemius ad Curtii* 10, 6, 9. Adde-
dere poterat *Arrianum de rebus post Alex. sub initium*. *Bosius*.

⁵ *Sin aliqua cup. rap. in Macedoniam,*] Desunt heic aliqua in Ms. Boecl. statim enim sequitur, *profecta est, &c.* Occasionem praebuit vox *Macedoniam* repetita. vide quae diximus ad 7, 3, 2. *Bosius*. Quaedam in Cod. Vossiano B. desunt quoque, ita ut credam, Boecleri & hunc codicem, unum esse & eundem.

⁶ *In Macedoniam profecta*] Vide *Diodorum* 19. p. 676. *Justin.* 14, 6, & 7. *Bosius*.

¹ *Petiit*] Alii, *Petivit*. *Bosius*. *Leid. m. & Voss. B. petit*. Pro *Omnium injuriarum oblivisceretur* *Voss.*
A. Oblivisceretur omnium injuriarum.

² *Inimicissimos stirpem quoque interimere*] In *Brugensi* exemplo & *Veneto* reperitur, quod attestatur *Magius*, *Ne pateretur Philippi domus & familiae inimicissimos stirpem quoque interimere*. Quam lectionem & doctissimus *Schottus* in suo reperit, quam cur avertetur *Lambiniana* proluvie admissa? *Gebhardus*. *Meus*

codex cum *Colonienfi* exemplo optime legit, *amicissimos interimere*. Sensus plano & perspicuo. *Ernstius*. Ut expressimus, erat in Ms. *Schotti*, *Boecl. Brugensi*, & quibusdam editis, suffragantibus *Schotto*, *Gebhardo*, *Boeclero*, nec improbabant *Magius & Lambinus*, etsi aliter ipsi correxerant: Alii, *inimicissimos interimere*. *Ed. Colon. & Ms. Ernstii: amicissimos interimere*. Unde *Lambinus*, ratus similitudine vocum *amicissimos & inimicissimos* alterum membrum omisissum, edidit: *familiae inimicissimos regnare, amicissimos interimere*; ut vitis libris. *Magius* conjecerat, *amicissimus interimere*. *Lambinus* posteriore conjectura: *amicissimos stirpem ejus interimere*, sed anteponit tamen priorem. *Bosius*. Mei ut in textu.

³ *Quam veniam*] *V. Ind.* Quaedam edd. *quam veniam si daret*. *Bosius*.

⁴ *Misisse literas*] Vide *Diodorum* 18. pag. 658. *Bosius*. Pro *manebant* *Voss. B. manebat*.

⁵ *His rebus*] Sic e *Ms. suo* legit *Schottus*, suffragante *Boeclero*: concinitque & *Leidensis*. Alii, *His verbis*: ut infra 20, 1, 6. *Bosius*. Omnes mei *his rebus*. In edit. *Hackiana* legitur *fatius dixit*, cum omnes mei *codices fatius duxit* exhibeant. Pro *meritis* *Voss. B. meritis*.

1 Quod

Eumenes permotus fatius duxit, si ita tulisset fortuna, perire bene meritis referentem gratiam, quam ingratum vivere.

CAP. VII.

Itaque copias contraxit, bellum adversus Antigonom comparavit.¹ quod una erant Macedones complures nobiles, in his² Peucestes, qui corporis custos

¹ Quod una erant Macedones, &c.] Q. edd. etiam recentissimae, haec ad praecedentia referunt, hoc modo: comparavit: quod una er. Mac. compl. nobiles. In his Peucestes, &c. phalanx erat Macedonum. Invidiam verens &c. sed nullo commodo sensu, & praeter morem Nepotis. Longolius rectius illa: in his &c. parenthesi includit: sed male post Peucestes, addit fuit. Ceterum particula quod sic uti solet Nepos: nec, quod olim summo viro videbatur, aut ea omittenda, aut addendum est autem. Bofius.

² Peucestes] De quo v. Arrianus 6. extr. & in exc. Photii; Diodorus 19. Plutarchus in Eumene: Polyaeus 4. Curtius 9, 5. Plinius 34, 8. alii. Bofius. Voss. A. Peucestes. B. Pencrestis.

³ Antigones] Teutamus nugamentum Lambini est, cum rectius legatur Antigones. Nam hic princeps Phalangis erat, Teutamus secundum imperii gradum obtinebat. A. Polyaeo lib. 4. in Eumene com. 2. vocatur Τευταμάρης. Constabat autem ista phalanx ex viris delectis, robore & proceritate corporis eminentibus, qui argyraspides ideo μισθίων ἀνδρῶν a Polyaeo appellantur. Gebhardus. Sic e Plutarcho correxit Magius, & e schedis suis Schottus. Plerique alii habebant Antigono-

mus, sed is hostis Eumenis erat. Antigones autem fuisse phalangis Argyraspidarum praefectum, e Diodoro, Polyaeo, Plutarcho & excerptis Arriani constat. Aldus, eumque sequuti alii Teutamus ediderunt. Sed is secundum imperii gradum tenuit. Antigones autem princeps Phalangis fuit. Diserte Arrianus: Ἀντιγόνος τοῦ τῆς ἀργυρασπίδων ἡγεμῶνος. Q. edd. copulam addunt: & Antigones. Bofius. Leid. m. Antigonom Voss. B. Persidem: Antigonus. omissa copulativa.

⁴ Invidiam verens] Vide Diodorum 18. pag. 659. Bofius.

⁵ Effugere non potuit] Aliter Diodorus & Plutarchus, nam ille invidiam a se depulisse ait: hic, non acceptis pecuniis levassé. Sed noster, ut videtur, de postremo vitae tempore loquitur; illi de eo, quod adventum Eumenis proxime excepit. Bofius.

⁶ Summi imperii potiretur] Forsan hic quis praeferreret summam imperii vel summam, ut cap. 3. hujus vitae n. 4. Sed locus recte se habet. Noster enim solet tam summum imperium dicere quam summam imperii. Vide Cl. J. Arntzenium ad Victoriam de Viris Illustr. cap. 7. n. 10. Praeterea verbum potiri genitivo casu jungere amat. Vide Indicem, & cl.

fos fuerat Alexandri, tum autem obtinebat Persidem: 3 Antigenes, cuius sub imperio phalanx erat Macedonum: 4 invidiam verens, (quam tamen 5 effugere non potuit) si potius ipse alienigena 6 summi imperii potiretur, quam alii Macedonum, quorum ibi erat multitudo: 7 in principiis 8 nomine Alexandri 9 statuit tabernaculum, in eoque 10 sellam auream cum

cl. Cortium ad Sallust. Catilin. c. 47. n. 2. & ad Jug. 25, 10. Mox quorum abest a meo Leidensi.

7 In principiis] Principia est locus in castris, in quo cum jus erit dicendum, aliudque in commune deliberandum, praecipui ac principes exercitus conveniebant. Donatus autem non definit, utrum in medio vel extremo castrorum fuerint. Sed si Polyaeo credimus, sita erant in medio *sumis, ἐν μέσῳ στρατοῦ τοῦ πρῶτου*, inquit ille, Justin. lib. xi. Ordines quoque nemo nisi sexagenarius duxit: ut si principia castrorum teneres, senatum te alicujus priscoe Reipub. videre diceres, Polyaeo. lib. iv. Ep. ἐν αἰ πρῶτος ἡγεμόνης βασιλευσσοῦ τοῦ πρῶτου ἡγεμόνου ἀρχαίου. Romani Imperatores in Principiis concionabantur. Tacit. lib. i. Annal. cap. 67. Tunc contractos in principia jussuque dicta cum silentio accipere, temporis ac necessitatis monet. De iis iterum lib. ii. Histor. cap. 12. Nox proditioni electa, ut caeteris ignavis, soli in principia defectores coirent. Frontin. lib. ii. c. v. 30. Tempus elegit, quo missa principia quietem omnibus castris darent, praetoriumque secretius praestabant. Flor. lib. x. ut testamenta passim etiam in principiis scriberentur. lib. iv. cap. 11. Pompejus mane cum pullo (nescis!) apud principia conspectus est. Val. Max. lib. ii. cap. vii. 9. L. Calpurnius Piso jussit C. Titium E-

quitum praefectum toga laciniis abscissis amictum, discinctaque tunica indutum, nudis pedibus, a mane in noctem usque ad Principia per omne tempus militiae adesse. Gebhardus. Vide indicem. Polyaeus: ἐν μέσῳ στρατοῦ. Diodorus: in aula regia: Curtius: in regia. Plutarchus non indicat. vide Indicem. Bosius

8 Nomine Alexandri] Graecorum hunc ritum moremque explicat Casaubonus ad Suetonii Julium cap. 76. Romanorum quoque fuisse docet J. Lipsius noster ad 2. Annal. Taciti. Schottus.

9 Statuit tabernaculum] Qui nulla ratione propter ambitum & contumaciam regi ac lecti possunt; astute superstitionis fucio oblinuntur & ducuntur: Plutarchus: Ταῖς δὲ φιλονεικίαις ἐν στρατοῦ ἀντιῶν: μὴτε ἡγεμόνους δὲ ἀλλήλων, μὴτε ἐπὶ τοῦ βουλοῦσθαι, ἐπὶ τοῦ δεῖξασθαι. Gebhardus. Finxit scilicet, somnium ea de re sibi obtigisse. vide, praeter Plutarchum, Polyaeum in Eumene sect. 2. Diodorum i. 8. pag. 660. Bos. Voss. A. tabernaculum statuit.

3 Sellam auream cum sceptro & diad. Est hoc consilium Ptolomaei apud Curtium 10. 6. 15. Measententia haec est, ut sedo Alexandri in regia posita, qui consilii ejus adhibebantur, coeant, quoties in commune consulto opus fuerit, eoque, quod major pars eorum decreverit, fietur. Duces praefecti-

cum sceptro ac diademate iussit poni, ¹ eoque omnes quotidie convenire, ut ibi de summis rebus consilia caperentur: credens ² minore se invidia fore, si specie imperii, nominisque simulatione Alexandri, bellum videretur administrare. quod & fecit. Nam ³ quum non ad Eumenis principia, sed ad regia conveniretur, atque ibi ³ de rebus deliberaretur, quodammodo latebat: quum tamen per eum unum gererentur omnia.

CAP.

fectique copiarum his pareant. adde Indicem voce diadema. Sollers inventum ad sufflaminandas aliquamdiu, quae amisso capite, cujus in incerto successor est, oriri solent, discordias. Nam durabile remedium non est, omnia rumpit potentiae cupido, *jurisque secundi Ambitus impatiens, & summo dulcius unum Stare loco, sociisque comes discordia regni.* Stat. 1. Theb. Sed quo me casus temporum & fata bellorum rapiunt? Nam de Eumenis arte dicendum erat. quanquam illa se ipsam explicat. *Boeclerus.*

¹ *Eoque omnes convenire*] Nam dedignabantur ad eum, tanquam inferiorem, accedere; & ipse Eumenes erubescere ante ipsorum fores conspici. *Plutarchus.* *Bosius.*

² *Minore se invidia fore*] Subintelligitur praepositio *in.* V. *Celeb. Perizon.* ad Sanctii *Minervam* lib. 4. cap. 6. n. 7. & quae dixi ad *Datam.* cap. 5. n. 3.

³ *De rebus*] *Lambinus* conjicit leg. *de summis rebus*, ut versu praeced. Non opus. *Bosius.* *De rebus omnes mei Codices.*

⁴ *In Paraetacis*] In veteri meo Codice scriptum est, *Hic impar cum Antigono.* Pro quo *Schottus* ingeniose legit, *Hinc imparatus cum An-*

tigono conflixit. Paulo post tamen Nepos eodem sensu in re simili dicit: *Intelligeretque, se parem non esse paratis adversariis.* *Ernst.* *Ernstius* in suo cod. fuisse ait, *impar*: ac, ut videretur, probat. Reliqui plerique tam scripti, quam olim excusi; *impar* aetatis. Verum in *Paraetacis* diserte fuit in codice *Gif. & Ed. Ultraject.* idque post *Gifanium Ind. Lucret. v. Sola Loca,* *Lambinus*, sed tanquam a se excogitatum, & *Sarvato*, pariter ut *Lambinianum*, amplectitur, sequiturque & *Schottus ad h. l.* (quanquam in observat. lib. 3, 2. *imparatus* legat; quod etiam *Lambino* in mentem venerat;) & quicumque post illos Nepotem edidit, aut hunc ejus locum laudarunt. Erat autem *Paraetaca* urbs & *Paraetacorum* sive *Paraetacena* regio in Media sita, ut e *Strabone* 6. & 15. *Plinio N. H.* 6, 26. *Arriano de reb. Alex.* 4. *Ptolemaeo* 6. & *Stephano de urbibus* fuisse ostendit *Lambinus.* Meminit *Paraetacenorum* & *Herodotus.* *Arrianus* lib. 3. *Παετακας* vocat. *Isidorus Characenus* in *επαροιμια παρδοικα* *Paraetacenum* dici ait *Sacaftenem Sacarum Scytharum.* Porro e *Paraetacis* in *Gabienem* movisse *Eumenem* post hanc pugnam, scribit *Diodorus* 19. inque ea regione

CAP. VIII.

Hic 4 in Paraetacis cum Antigono conflixit, 1 non 1
 acie instructa, sed in itinere: eumque 2 male ac-
 ceptum in Mediam hiematum coëgit redire. Ipse 3 in
 finitima regione Persidis hiematum copias divisit,
 non

ne cum Antigono pugnatum, sum-
 maria Graeca ejus libri diferte indi-
 cant, quorum unum sic habet:
*παρετακίς Αντιγόνος μετ' Ευμένην ἐν τῷ
 περὶ τῶν ἐν παρατακίαις.* Quare non
 est, quod de veritate hujus lectionis
 dubitemus. Praesertim cum vulgatae
 ferri nequeant. Nam Eumenes
 Antigono *imparem aetate* non
 fuisse vel inde apparet, quod Eu-
 menes, ut etiam *Schottus* adnotat,
 tum annos fere XL habuit. Prae-
 terea locutio insolens est. Sed nec
impar copiis fuit, cum in exercitu
 ejus XXXV peditum, equitum sex
 millia & centum, ac Elephantum
 CXIV fuerint: in Antigoni vero
 XXVIII millia peditum, equitum
 VIII & quingenti, Elephantum LXXV.
 Testis *Diodorus l. c.* *Bosius.* *Leid.*
m. in Paretactis. *Voss. A. & B. im-*
par aetatis.

1 *Non acie instructa*] Acies iter
 conficere non potest, sed Agmen,
 & itineri & praefecto paratum. Qua-
 re ut rei bellicae scientiam Eume-
 nis demonstret *Nepos*, ita agmine
 instructo iter fecisse ait, ut victo-
 riam tam luculentam retulerit, non
 fecus, ac si summa industria & arte
 in campo acie instructa dimicasset.
Gebhardus. *Mf. Boecl. acie*
structa: quomodo *Virgilius* alicubi
 loquitur. *Bosius.* *Voss. B. etiam*
structa. *Struere & instruere* saepius
 jam in *Mf.* confusa vidimus, ut in
Themistocle cap. 6. n. 3. & in A-

gesilao cap. 7. n. 4. *Apud Virgil.*
lib. 1. Aen. vl. 708. hodie legitur
penum struere, cum *Favorinus* apud
A. Gellium lib. 4. N. A. cap. 1. in-
struere legerit. In *Frontino lib. 2. c.*
3. Strateg. n. 82. turbaveruntque Ma-
cedonum instructuram, pro instru-
 ctione & positione exercitus pu-
 gnaturi: sed *Cl. Oudendorpius* docet
 in *Octo Mf. Codicibus & Ed. Pa-*
rif. structuram legi, quam lectio-
 nem ibi praeferebam. Centies vero
 composita pro simplicibus & sim-
 plicia pro compositis *Librarii* scrip-
 sere. *V. Cort. ad Sallust. Catilin.*
cap. 51. n. 9. & infra cap. 12. n. 4.
parere confunditur cum *apparere.*

2 *Male acceptum*] *Clade affectum.*
Hirtius. Itaque adversarii male ac-
cepti tum demum praesidia contulerunt.
Gebhardus. Amiserat enim pedites
 3700. equites 54. vulnerati erant
 plures quam 4000. vide *Diodorum.*
Bosius.

3 *In finitima regione Pers. hiem.*
cop. divisit] Nihil haec ego muto,
 quamvis *Lambinus* malit, in *finiti-*
matam regionem; & alii, *dimisit.* U-
 trique male. Nam nullum haec mo-
 tum ad locum agnosceret lector; &
 quamvis coegerint milites, tamen
 ipse *divisisse* Eumenes intelligendus
 est, quia cum obfistere eorum li-
 centiae non posset, factus est *comes*,
 quo plus auctoritatis haberet. Ipse
Plutarchus vertit eis *χρησθῆναι*
ναυτιμαυτο. *Gebhardus.* *Polyaenus* ta-
 men

non ut voluit, sed ¹ ut militum cogebat voluntas.
² Namque ² illa phalanx Alexandri Magni, quae A-
 siam peragrarat, ³ deviceratque Persas, inveterata
 cum gloria tum etiam licentia, ⁴ non parere se duci-
 bus, sed imperare postulabat: ut nunc veterani faci-
 unt nostri. Itaque periculum est, ne faciant, quod
 illi fecerunt ⁵ sua intemperantia nimiaque licentia,
³ ut omnia perdant, neque minus eos, cum quibus ste-
 terint, quam adversus quos fecerint. Quod si quis il-
 lorum veteranorum legat facta; paria horum cogno-
 scat: neque rem ullam, nisi tempus, interesse judi-
 cer. Sed ad illos revertar. Hiberna sumserant non ad
 usum belli, sed ad ipsorum luxuriam: longeque inter
⁴ se ⁶ discesserant. Hoc Antigonus quum comperisset, in-

men alteri lectioni faveat: *ΕΥΤΥ Περ-
 σίδι τὸ αὐτὸ δὲναμὸν ἀπὸ τῆς παλαιᾶς
 χειμαλιώσεως*; in Eumene, sect. 4. Re-
 gionem illam Diodorus & Plutar-
 chus *Gabenem*, Polyænus *Gabiænen*
 vocat. Ptolemaeo sunt *Gabæna*. Bo-
 fsius.

¹ *Ut militum cog. vol.*] Alii: *mi-
 litum cogebat* (vel, *id cog.*) *vol.* Lam-
 binus: *mil. ut cog. vol.* Bos. Leid.
 m. Voss. A. *ut militum cogebat vo-
 luntas*. Sed Voss. B. legit *cogebant*.

² *Illam phalanx Alexandri*] *Argy-
 raspidæ*, sic ab Alexandro appel-
 lati (ut *Justinus* 12, 7, 5. testatur)
 quod argenteos clypeos haberent.
 Hi post Alexandrum (ut idem *Justi-
 nus* ait 14, 2, 7.) omnes duces fasti-
 diabant, & sordidam militiam sub a-
 liis, post tanti regis memoriam, exi-
 stimabant. Magius. adde *Diodorum*
 19. Bofsius. Voss. B. pro *Magni, ma-
 gis*. Pro *peragraverat* Leid. m. &
 Voss. B. *peragrarat*.

³ *Deviceratque Persas*] *Mf. Boecl.
 devigarat*. Unde Cl. *Schefferus* suspi-

cabatur, & *devastarat*. Mox idem
Mf. tum gloria tum & licentia. bene.
Bofsius. Voss. B. *devigaret*. Idem-
 que & Voss. A. *tum gloria tum &
 licentia*.

⁴ *Non parere se ducibus, sed im-
 perare postulant, ut nunc veterani fa-
 ciunt nostri*] Hinc illud *Gnomogra-
 phi Gruteri* concinnatum est.

*Non parere Ducis veteranus, impe-
 rare postulat.*

De veterani militis Rom. insolen-
 tia, praeter *Ciceronem Philipp.* 2. *Lu-
 canum lib. 5. p. m. 103.* & *Seqq. edit.
 Grot. Dionem Cassium lib. 41. p. m.
 189. 190. lib. 49. pap. 456. lege.
 Loccenius. Tè nostri quod antea abe-
 rat, restituit e *Mf. suo* & ed. *Ult.
 Schottus*; adnotatque aetatem heic
 indicare scriptorem, Attici nimi-
 rum & Caesaris. *Bofsius*. Pro *duci-
 bus* Voss. B. *omnibus ducibus*.*

⁵ *Sua intemperantia*] *Lambinus*
 mallet: *hoc est, sua intemp.* Non o-
 pus. *Bofsius*. Mox pro *neque rem ul-
 lam* Voss. B. *neque rem nullam*.

6 *Dis-*

intelligeretque se parem non esse paratis adversariis, statuit aliquid sibi consilii novi esse capiendum. Duæ erant viae, qua ex Medis, ubi ille hiemabat, ad adversariorum hibernacula posset perveniri. quarum brevior per loca deserta, quae nemo incolebat propter aquae inopiam, ceterum dierum erat fere decem. Illa autem, qua omnes commeabant, altero tanto longiorem habebat anfractum: sed erat copiosa, omniumque rerum abundans. ⁶ Hac si proficisceretur, intelligebat prius adversarios rescituros de suo adventu, quam ipse tertiam partem confecisset itineris. Sin per ³ loca sola contenderet, sperabat se imprudentem hostem oppressurum. Ad hanc rem conficiendam, imperavit quam plurimos utres atque etiam culleos comparari: + post haec pabulum: praeterea

6 *Discesserant*] Sic legendum, non ut vulgo *dissenferant*. Hoc enim sentit sive Probus, sive Nepos, milites longe inter se discessisse, ita ut primi a postremis longissime distarent, quemadmodum tradiderunt *Plutarchus* & *Diodorus*, *Lambinus*. *Leid. m. dissenferant*. *Voss. A. & B. dissenferant*. *Leid. m.* Mox pro *Medis*, *Medus*.

1 *Ad adversariorum hibernacula*] *Mf. Cod. Ad hibernacula adversariorum*. *Mollius* & elegantius *Erist.*

2 *Hac si proficisceretur*] *Mf. Boecl. hanc si proficiscerentur*, quod probabat *Cl. Schefferus*, mox alii, *itineris sui*, *sin per L. J. Longolius itin. sui*, quod si per *L. J. Bosius*. *Voss. B.* *Hac si proficiscerentur*. *Paullo post abest sui post itineris Leidensi meo, & Voss. A. B.*

3 *Loca sola*] Quae paullo ante vocat *deserta*. *Sic tñs ipñas xōgēs*. *Solitudinem* hujus loci ita describit *Polyaenus*: *Τὸ δὲ ἔσται ἄδιον, ἰμα-*

λόν, ἀνυδρον, ἀνίσχυρον, & ἄσπορον ἔχει, & δὲ ἄσπον, & ἄσπον. ἀσπυλάδες δὲ ἰσπυλάδες ἀνυδρον, ἐν αἷμα δὲ ἀνυδρον ἀπὸ τῶν ὕδατων ἀνυδρον. *Gebb. v. Ind. sol.* *Bosius*. *Consule Servium ad Virgillum 5. Aen. vi. 613. ad 3. Georg. 249. & ad 4. Georg. vi. 465. item Cel. Cortium ad Sallust. Jugurth. cap. 103 n. 1.*

4 *Post haec pabulum &c.*] *Mf. Boecl. post haec pabulum cibaria cocta dierum d. ut quam m. f. i. i. e. &c. praeterea* absorpsit vox proxime sequens terminatione simili. *Numero dierum Colon. & altae edd. postponunt. Bosius. Item Voss. A. Voss. B. post hoc pabulum 3 praeterea cibaria cocta dierum.*

5 *Cibaria cocta dier. dec.*] *Sic Liv. 21. Edicto proposito, ut socii navales decem dierum cocta cibaria ad naves deferrent. Contra Diodorus: ἀποκαταστασὶν ἰ. e. cibaria nondum cocta. Lamb. Polyaeus: οὐκ ἔστιν ἰμαρὸν πρὸς τὰς ἔξω. Cocta cibaria forte ἀποκαταστασὶν ἰ. e. igne*

terea ¹ cibaria cocta dierum decem: ² utque quam minime fieret ignis in castris. ³ Iter, quod habebat, omnes celat. Sic paratus, qua constituerat, proficiscitur.

CAP. IX.

Dimidium fere spatium confecerat, quum ³ ex fumo castrorum ejus ⁴ suspicio adlata est ⁵ ad Eumenem, hostem appropinquare. Conveniunt duces: ⁶ quaeritur, quid opus sit facto. Intelligebant omnes tam

igne non indigerent. Vide Polyæn. lib. 4. in Antiocho Seleuci F. Ἀντιόχου ὁ ἑξῆς ἀπὸ τοῦ σίλλα τισσάδων ἡμῶν πῶν καμίσων. Severi enim & tenaces disciplinae Imperatores mandabant & attendebant, ut milites sibi ipsi in castris coquerent panes, vebantque cibum coctum venalem proponi. Vide Val. Max. 2, 7, 2. Suidas ἀπὸ τοῦ σίλλα τισσάδων ἡμῶν πῶν δι' ὁπότερος καὶ λαχάνων, alimenta constantia fructibus autumnii & olivibus; aliisque terrae fructibus & herbis. Addit: ὁ δὲ ζῆλον ἀπὸ τοῦ ἑσπέρου ἐπέχειτο. Cibaria cocta sunt ἀπὸ τοῦ, quod ante profecionem cocta; postea in via igne opus non habebant. Arrianus: παρήγειν τοῖς Μανδασι τοῖσιν ἡμεῶν σίλλα τισσάδων ἀπὸ τοῦ. Male heic legebatur coacta. Gebhardus.

¹ Uique quam minime fieret ignis in castris] Unde possent prodri. Nam ex ignium magnitudine vel exiguitate colligitur copiarum numerus. Quocirca qui clam ingruere imparatis cogitabat, ignibus parcere debebat. Caesar 4. B. G. 29. L. Minutium Basilium cum omni equitatu praemittit, si quid celeritate itineris atque opportunitate temporis proficere possit;

monet, ut ignes in castris fieri prohibeat, ne qua ejus adventus procul significatio fiat. Gebhardus. Polyæmus ait plane interdixisse, ne ignes accenderent: καίεν ἢ ὄπτερον. Bofius. Adde Stewechium ad Vegetium de re Milit. lib. 3. cap. 5. pag. 281. Leid. m. & Voss. A. B. Ut quam minime &c.

² Iterque, quod habebat] Quod facere instituebat. Gebhardus. Voss. B. item.

³ Ex fumo castrorum] Arqui non ex fumo, sed ex fulgore, hostium praesentiam conjectabant. Plutarchus: θαυμάσαντες τὸ ἦν πυρῶν πλῆθος. Nam etsi plana esset regio, per quam incedebat Antigoni milites: tamen circumdata erat collibus editis, ex quibus facile erat, quamvis longo intervallo, fulgorem ignium animadvertere. Gebhardus. Cum nostro facit Polyæmus: τῶν φλόγα ἰδόντες οἱ πολέμιοι, συνέβησαν. Bofius.

⁴ Suspicio adlata est] A barbaris qui spectantes totam regionem montes incolebant. Nuncium autem attulerunt camelis cursoribus. Ubi notes velim, quos Plutarchus ἰππασίας καμίσους vocat, Diodoro dici

tam celeriter copias ipsorum contrahi non posse, quam Antigonus adfuturus videbatur. Hic omnibus² titubantibus, & de rebus summis desperantibus, Eumenes ait, si celeritatem velint adhibere, & imperata facere, quod ante non fecerint, se² rem expediturum. Nam quod diebus quinque hostis transisse posset, se effecturum, ut non minus³ totidem dierum spatio retardaretur: quare circumirent, + suas quisque copias contraheret. Ad Antigoni autem³ refrenandum impetum, tale capit consilium. Certos

mit-

dequidam. Gebhardus. Voss. B. *alata.*
5 *Ad Eumenum*] Plutarchus, ad Peucesten, qui propius ab hostibus aberat. Lambinus.

6 *Quaeritur*] Voss. A. *quaerere*, sed supra notatum erat *quaeritur*. Pro intelligebant Voss. A. iterum intelligebant. Ut & cap. 10. prope finem intelligebat. De qua scriptura consule cl. J. Arntzenium ad Victoris Epitomen cap. 47. n. 5. & passim apud Sallustium *negligere* pro *negligere* scribitur. vide Cort. ad Catil. cap. 54. n. 4. Vereres non semper in compositis sonum vocis simplicis mutasse ostendi ad Alcibiad. cap. 6. n. 5. & ad cap. 2. n. 1. hujus vitae. Similia de *acquarere*, *conquarere*, *exquarere*, *vequarere*, pro *acquirere*, *conquirere*, *exquirere*, *requirere* adnotavit cl. Dukerus ad Florum lib. 1. cap. 7. n. 2.

1 *Titubantibus*] Ἀμυχαιῶσι five ἀβυμῶσι. Gebhardus. Per metaphoram ab ebriorum pedibus linguaque desumptam. Consule Celeb. Burmannum ad Phaedrum lib. 4. fab. 14. v. 10.

2 *Rem expediturum*] Est metaphora ab iis, qui negotium illud, quod sub manu est ita administrant, ut postea nullae lites & inde da-

ma creditori aut debitori oriantur. vide Cl. Burm. ad Phaedr. lib. 1. fab. 16. v. 2.

3 *Totidem dierum*] Plutarchus: ut tribus diebus posterius, quam expectentur, adsint. Diodorus: ut tribus aut quatuor diebus tardius adveniat. Bosius. Pro *transire* Leid. m. *transisse*. ut a Bosio editum. Pro *quod diebus* Voss. A. *quot diebus*.

4 *Suas quisque*] Longol. & alii, *suasque quisque*. inox forsan Nepos scripsit, *contraheret*. Bosius. Leid. m. *suasque quisque copias*. Voss. B. *suas quisque contraheret copias*. Bosii conjecturam ambabus ulnis amplecterer, & in textum reciperem, sic enim loquitur Noster in Themistocle cap. 4. *Ut animos suas quisque discederent*. Vide & cl. Oudendorp. ad Lucan. lib. 1. v. 485. Sed non tam audax ego, ut reclamantibus omnibus Codicibus Mss. eam admitterem. Praeterquam, quod Latini sic saepe eos numeros variare soleant, ut docet cl. Arntzenius ad Victorem de viris Illustr. cap. 45. n. 2.

5 *Refrenandum impetum*] Celeritatem retardandam. *Refrenare impetum* videtur Plutarchus reddidisse ὀπιῶσα ἢ παύσαι το πῆχον. M.

Hh 3

Tul.

¹ mittit homines ad infimos montes, qui ² obvii erant itineri adversariorum: hisque praecepit, ³ ut prima nocte quam latissime possint, ignes faciant quam maximos, atque hos ⁴ secunda vigilia minuant, ⁵ tertia perexiguos reddant: & ad simulata castrorum consuetudine suspicionem injiciant hostibus, ⁶ his locis esse castra, ac de eorum adventu praenuntiatum: idem ⁵ que postera nocte faciant. Quibus imperatum erat, diligenter praeceptum curant. Antigonus tenebris obortis ⁷ ignes conspicatur: credit de suo adventu esse auditum, & adversarios illuc suas ⁸ contraxisse ⁶ copias. Mutat consilium, & quoniam imprudentes ado-

Tullius in Antonium. Brutus Antonium invadentem in Asiam a progressu arcuit, a reditu refrnavit. Gebhardus. Leid. m. referendum.

¹ Mittit] Q. edd. omittit. An debuit excudi, emittit? quo verbo noster usus hac ratione 17, 2, 1. Eofius. Omnes mci mittit.

² Obvii erant] Sic recte Lambinus. Nam ad montes, non ad homines, pertinet. Vulgati eant: quod Gebhardus tuetur. Nam ex hibernaculis suis, inquit, jussi quosdam procedere obviam adventantibus Antigoni militibus. Atqui hoc istis indicat Nepos: certos mittit homines &c. Neque scio, an satis latine dicatur obvium ire itinere alicujus. Certe exemplum desidero. Et cur non dixit potius qui adversarii obvii eant? Bosius.

³ Ut prima nocte quam latissime possint ignes faciant quam maximos] Cur prima vigilia latissime sunt quam maximi ignes? Quia vigilar adhuc exercitui curatque corpus; reficiendo se calore adque ignem cibo praeparando & sumendo. Diodorus 29. *δυσκρίτως ὡς ἀν' αἰνοσι πᾶ-*

χης κατὰ τὸν πρῶτον φυλακίῳ πολλῶν φλόγα ποιεῖν, ὡς ἀν' ἐγρηγορῶν ἢ ἐδῆτον ὁ Σπαρτιαλὸς μίμναι. Gebhardus. Voss. B. ignis.

⁴ Secunda vigilia minuant] Ut pote jam somno vacantes. Gebhardus.

⁵ Tertia perexiguos reddant] Cum vigiles tantum igne utantur caeteris quiescentibus. Cur autem quarta vigilia nullos fieri voluerit ignes Eumenes, anquirendum est. Nam Epaminondas Sparta repulsus jubebat suos ἰωθνήε φυλακίε (quartam capio) πύρας καίεν ἐν τῇ παρεμβολῇ. Diodor. lib. 15. Gebhardus. Quaerunt hoc loco Magius ac Gebhardus, cur nullos quarta vigilia ignes Eumenes fieri jufferit. Ac ille quidem respondet, post tertiam vigiliam non consuevisse ignes accendi: hic, solitos accendi, inde colligit, quod Epaminondas Sparta pulsus jussit suos ἰωθνήε φυλακίε πύρας καίεν ἐν τῇ παρεμβολῇ, ut est apud Diodorum 15, nam de quarta id capit. Nugae. Alia fuit Graecarum, alia Romanarum vigiliarum ratio. Nam apud Graecos, secus quam apud Romanos, nox in tres tantum vigiliis si-

adoriri non posset, flectit iter suum, & illum anfractum longiorem copiosae viae capit, ibique diem unum opperitur, ad lassitudinem sedandam militum, ac reficienda jumenta, quo⁹ integriore exercitu discerneret.

CAP. X.

Hic Eumenes callidum imperatorem vicit¹ confisus² Hlio, celeritatemque inpedivit ejus: neque tamen multum profecit. Nam² invidia ducum, cum quibus erat, perfidiaque (militum) Macedonum veterano-

ve partes distributa fuit: ut docet *De rursu in notis & Comm. ad Senecae Troad. v. 437.* agnovitque & *Lippus de Mil. Rom. 5. 9.* & in *analectis*, sequentusque est *Farnabius in not. ad Senecae l. c. & ad Thyestis versum 798.* ut mirer, doctiss. *Scholin in notis ad Castra Polybii pag. 197.* eundem Graecorum ac Romanorum fuisse morem, existimasse. *Bosius.*

6 *Hic locis esse castra*] Crebro eo pacto deceptus hostis, cum credit, ibi versari copias militares ac stationes adversariorum esse, unde fulgor ignium accidit. *Polyaenus l. 4. in Philippo Demetrii comm. 2. Kai dia vultu nugei polda inavru ac tuc soxaleu pavioni. Lib. I. (comm. 8.)*

αακιδιαι νερα μετρε εδρα πολλα νουα, η πυρ ιαβουαν, αμων αχρω. Οι εσπλαει τιν αυλω τε νουει ορδωτην αλλο μινω τρε βωλουα. Curtius 5, 4

14. Praecipit ut castrorum specie manente, plures de industria ignes fieri imperaret, quo magis barbari crederent, ipsum regem in castris esse. *Gebhardus. Pro praemonitionum Leid. m. permutatiam.*

7 *Ignis*] Ed. Colon. *ignis*, ut a hibi solet noster. *Bosius.* Sic iterum *Voss. B.*

8 *Contraxisse*] Sic v. 1. & 2. locutus. *Msc. Boecler. traxisse.* mox v. 6. idem *msc. & ed. Long. quom. imprudens ador.* quomodo loquutus c. 8, 6. *Bosius. Leid. m. & Voss. A. immortentem*

9 *Integriore exercitu*] Non fatigato, non laboribus viae exhausto *Curt. lib. 5. cap. 24. Ita hinc morientium gemitus, hinc ad suos recurrantium miserabilis facies integros quoque, antea quam discrimen experirentur, in fugam averst.* *Gebhardus.*

1 *Confisus*] *Aberat Msc. Schotti.* sicuti mox v. 2. *militum* in eod. *msc. & eodd. Boecl. ac Leid.* Et potest abesse. *Bosius.*

2 *Invidia ducum*] *Peucestae, Antigenis, Teutami, Eudemi, Phacdimi, & aliorum. Lambinus.*

3 *Perfidiaque (militum) Macedonum*] *Fulsius 14, 3. & Plutarchus in Eumene,* ad hoc facinus impulsos *Argyraspidas* dicunt, quo uxores ac liberos, suaque, quae in praelio amiserant, ab *Antigono* reciperent. *Mogius.* adde *Polyaenum 4. in Antigono, comm. 12. Diodorus 19. pag. 694. Bosius, Militum agnoscunt tres mei.*

Elb 4

2 *Quomodo*

ranorum,¹ quum superior praelio discessisset, ² Antigono est deditus, ³ quum exercitus ei ter ante separatis temporibus iurasset, se eum defensurum, nec unquam deserturum. Sed ⁴ tanta fuit nonnullorum virtutis obtrectatio, ut fidem amittere mallerent, quam eum ⁵ non prodere. Atque hunc Antigonus, quum ei fuisset infestissimus, conservasset, si per suos esset licitum, quod ab nullo se plus adjuvari posse intelligebat in his rebus, quas impendere jam apparebat omnibus. Iminebant enim Seleucus, Lyfimachus, Ptolemaeus, ⁶ opibus jam valentes: cum quibus ei ⁴ de summis rebus erat dimicandum. Sed non passi sunt hi, qui circa erant: quod videbant, Eumene recepto, omnes

¹ *Quum superior praelio discessisset*] Paulo aliter *Justinus*, *Plutarchus*, & qui proluxe praelium hoc describit, *Diodorus l. c.* Cum nostro tamen facit *Polyaenus*. Iis quae ad h. l. adnotavit *Ernstius*, adde *Justin.* 14, 4, 13. & ibi *not. Berneggeri*. *Bosius*.

² *Antigono est deditus*] *Diodorus* 18. refert, Antigonum acri praelio commisso Eumenem antevicisse, Apollonidis potissimum proditoris opera. Et deinde animum Eumenis magnificis pollicitationibus per Hieronymum, Cardianum, historiae conditorem, Eumenis civem & amicum tentasse. Donec tandem post varias velitationes Macedones Eumenem ducem suum caprum Antigono ex pacto traderent. *Diod.* 19. Qui proditores *αγορευόμενοι* dicti, perfidiam tamen suam graviter deinde luere coacti sunt. traditi Ibyrtio praefecto, ut perirent in Asia, nemo in patriam rediret. *Plutarchus*, *Ernstius*.

³ *Quum exercitus ei ter ante iurasset*] *Quater*, inquit apud *Justinum*

Eumenes, intra hunc annum in mea verba iurejurando obstricti estis. Eiusdem Eumenis, hanc ob proditorem, expostulationem apud milites, legas *Justinum*, & *Plutarchum*. *Magius*.

⁴ *Tanta fuit virtutis obtrectatio, ut fidem amittere mallerent*] *Fuit abest* & *Voss. B.* & *pro mallerent*. *Leid. m. nolent*.

⁵ *Non prodere*] *Sic Mss. Sch. & Boeckl.* Idque etiam doctiss. *Schaefferus* longe praestantius iudicabat, quam, quod in omnibus antea vulgatis legitur, *non prodere*. *Nam ex obtrectatione virtutis, inquit, non est tam proditio, quam studium perdendi atque subvertendi quacumque denique ratione.* Et quid aliud est prodere, quam fidem amittere? Nisi dicas, prodere perdendi significatu heic accipi: quod interdum fieri, docet post alios *Gronovius* *ò πένυ observ.* 3, 20. *Bosius*. *Voss. A.* & *B. prodere*. Sed *Leid. m. prodere*, *Servius* ad *Virg.* 4. *Aen. v. 231.* *PRODERE* sane significat, & occulta detegere: unde proditores dicti: & decipere vel perdere.

omnes prae illo parvi futuros. Ipse autem Antigonus adeo erat incensus, ¹ ut, nisi magna spe maximarum rerum, leniri non posset.

CAP. XI.

Itaque quum eum ² in custodiam dedisset, & praefectus custodum quaesisset, quemadmodum servari vellet? ut acerrimum, inquit, leonem; aut ferocissimum elephantum. Nondum enim statuerat, ³ servaret eum, nec ne. Veniebat autem ad Eumenem utrumque genus hominum: & qui ⁴ propter odium fructum oculis ex ejus casu capere vellent: & qui propter veterem amicitiam ⁵ colloqui, consolarique

CU-

Ut unus ob iram PRODIMUR. Et est in infinitum haec vox Polysemos. Plautus. nam illud, quod dat, perdit, & illi PRODIT vitam ad miseriam, cum de paupere loqueretur. Itaque cum proderet pro perdere saepius ponatur, facile confusionis causam conjicere licet. De hoc verbo latius egere plerique Reip. Literariae Principes, ut Burmannus ad Ovidium lib. 7. Metam 38. Broukhusius ad Propertium 2, 6, 10. & quos laudat Cl. Oudendorpius ad Frontinum lib. 2. Strateg. cap. 5. n. 173. item Corrius ad Sallustium B. Jugurth. cap. 31. n. 18. Mox iterum Voss. A. intellegebat pro intelligebat. & pro his, iis & pro hi, ii, pro imminebant, imminebat. Pro Ptolemaeus, Leid. Ptolomaeus Voss. A. Ptholomaeus. Pro prae illo Leid. pro illo.

6 Opibus jam valentes] Nam Seleucus Babyloniam; Lyfimachus Thraciam & finitimas regiones; Ptolemaeus Aegyptum tenebat. Bofius.

1 Ut, nisi magna spe] Ut, nisi

speraret Eumenem sibi ad eas res, quas concupiscebat, perficiendas atque obtinendas adjumento futurum, placari non posset. *Lamb.*

2 In custod. dedisset] Hunc propter veterem amicitiam & familiaritatem in suum conspectum venire non sustinuit. Justinus & Plutarchus auctores. Magius. Pro inquit, leonem Voss. B. leonem, inquit.

3 Servaret eum] Sic novissime edidit Boeclerus; credo, fide Mf. codicis. nam antea vulgati: conservaret. Bofius. Pro nondum Leid. m. mundum. Pro eum conservaret, conservaret eum.

4 Propter Odium] In Mf. Boecl. fuit, per odium &c. Bofius. Voss B. etiam per odium. Per & propter in Mff. confundi vidit etiam Cl. Oudendorpius ad Frontinum l. 2. Strat. cap. 3. n. 74. & per alibi pro propter poni solet. V. Passerat. ad Prop. 1, 8, 31. & Burm. ad Quintil. Declam. 19, 8. Attamen nihil muto Pro utrumque Voss. B. utriusque.

5 Colloqui] Lambinus conjicit, adloqui. nulla necessitate. Bofius.

Hh 5

1 Quem

cuperent: multi etiam, qui ejus formam cognoscere studebant, qualis esset, ¹ quem tamdiu, tamque valde timuissent, ² cujus in pernicie positam spem habuissent victoriae. At Eumenes, quum diutius in vinculis esset, ait Onomarcho, penes quem summa imperii erat custodiae, se mirari, quare jam tertium diem sic teneretur. Non enim hoc convenire Antigoni pruden-

¹ *Quem tamdiu tamque valde*] Male in edit. Hack. *quam tam diu* legitur. Leid. m. *quem tam diu valdeque*. Pro Onomarcho Leid. m. *Honomarcho*. Voss. A. *Onomarcho*.

² *Cujus in pernicie*] Vide not. ad 15, 9, 1. & 2. Bosius.

³ *Sic deuteretur victo*] Schoppius testatur in omnibus veteribus libris scriptum esse ut *sic deuteretur victo*. Sed ego existimo Nepotem scripsisse, *Ut sic utetur victo*. Nempe tam immoderate. *Ernstius*. Fidenter reposui scripturam: quae in omnibus Mss. & ante Lambinum editis reperta est. nam & codex Boecler. habet *denteretur*, quod ex altero corruptum esse, nemo non videt. Probant autem hanc lectionem. *Schottus*, *Savaro*, *Schoppius Verisim.* 4, 18. dictumque volunt, ut *denascei*, *deamare*, *desasvire*, *delitigare*, &c. *Cl. Schefferus* quoque sine dubio sic scribendum in textu, raritatemque vocis correctoribus fraudi fuisse censebat. Primus autem mutavit *Lambinus*, quod Latium non esse putaret. *Bosius*. Leid. m. & Voss. A. *deuteretur victo*. B. *se utetur victo*: hic itaque a Boccleriano codice discrepat.

⁴ *Missum fieri*] Id est dimitti e vinculis. *Hygin*, fab. 38. *Ille eam* (arborem) *viribus missam faciebat*. Vide *Passerat*. ad *Propertium* 2, 14,

8. & 18, 39. & post eum etiam *Kannegieterum* ad *Aviani* fabulam 23. vl. 2.

⁵ *Ferocius loqui*] *Ferociter loqui* etiam dixit *Livius* lib. 2. cap. 28. *Ferocius* hic recte vertitur in *Indice* elatius, arrogantius. *Ferox* enim dicitur is, qui superbit prospero rerum successu. *Cicero* 4. ad *Fam.* Ep. 9. *Sed miserius nihil quam ipsa victoria: quae etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferocios, impotentioresque reddit.* *Sueton.* in *J. Caesare* cap. 35. *Famque multiplici successu praeferozem, intra quintum* &c. Adde locum *Taciti* 12. *Ann.* cap. 21. n. 1. hic a *Gebhardo* citatum. Adisissimum *Gronovium* ad *Livium* lib. 39. cap. 31.

⁶ *Oecidisti*] Leid. m. *cecidisti*. item Voss. A. sed B. *Concidisti*: *Inquis* abest a Leid. m. & Voss. A. B. quae *Ellipsis* frequens est *Phaedro* aliisque *Auctoribus*. Vide ad *Ageflaum* cap. 6. n. 3. & *J. Arntzen.* ad *Victorem de Viris Illustr.* c. 73. n. 7.

⁷ *Quam in potestatem inimici veni-* *ver*] Quod censebantur facere ignavi & vitae nimium amantes. *Iustinus* 32, 15, 5. *In eo nobilis Achaeorum Philopoemenes Imperator capitur: non quia pugnando vitae pepererit, sed dum suis in praesertim revocat, in transitu fossae equo praecipitatus, a multitudine hostium oppressus est.* *Supra*

dentiae, ut ³ sic deuteretur victo. quin aut interfici, aut ⁴ missum fieri juberet. Hic quum ⁵ ferocius O-
nomarcho loqui videretur, quid? tu, inquit, animo
si isto eras, cur non in praelio ⁶ cecidisti potius,
⁷ quam in potestatem inimici venires? Huic Eumenes, ⁸
utinam quidem istud evenisset! inquit: sed eo non
accidit, ⁸ quod nunquam cum fortiore sum congres-
sus.

pra 4, 5, 11. Nicias, ne Demosthenis
quidem exemplo, ut sibi consuleret, ad-
monitus, cladem suorum auxit dedeco-
re captivitatis. Valerius 3, 5, 1. Su-
perioris Africani filius Scipio in tanta
domestica gloria ortus, a parvulo ad-
modum regis Antiochi praesidio capi
sustinuit: cum ei voluntaria morte ab-
sumi satius fuerit, quam inter duo
fulgentissima cognomina Patris & Pa-
trui, manus vincendas hosti tradere,
ejusque beneficium precarium spiritum ob-
tinere. Plautus Captiv. 2, 2, 12.

PH. Captus est? HE. ita. PH. non
igitur nos soli ignavi fuimus.

Unde tot cordatiores captivitatis
dedecus voluntaria morte effuge-
runt. Vide *Florum* 4, 11, 33. de O-
piterginis. Ibidem de Scipione,
Juba & Perrejo, v. 68, 69. Geb-
hardus. Lambinus mallet, quam
commisisti, ut in pot. in. ven. sed
mox fatetur alteram lectionem an-
tiquitatem illam incorruptam &
simplicem magis olere. *Bosius*.

8 Quod nunquam cum fortiore]

Dum se cum fortiore nunquam con-
gressum perhibet, se semper supe-
riorem fuisse significat. Neque e-
nim superior est, nisi qui melior
fortiorque est: deterior cadit &
superatur. At hoc cum dicit, o-
sifendi scilicet, ecur non potuisset
cadere, quod factum vellet, &
paullo ante custodum praefectus

objecerat. Puto autem hoc non
tam ad summam fortunam praelii,
quo contra Antigonum victor fuit,
quam ad eventum certaminum,
quae sua ipsius manu in acie ex
consuetudine Eumenes commisit,
referendum. Quod ex iis satis cla-
rum est, quae super hac ipsa re
Plutarchus extremo *Eumene* refert.
Illa enim verba, quibus Eumenem
ipsum respondisse tradit: *ἔγω γὰρ τὸς
αὐτῶν χάριτι ἐπὶ δόρυ* &c. satis revin-
cunt. Simul & istud quoque, Eu-
menem hoc praelio non ducis mo-
do, sed & strenni militis partibus
functum: non satis memorem,
quod Strategici scriptores pruden-
ter inculcant, duci ipsi haud teme-
re descendendum eo esse, ut ma-
num cum quoquam conferere ne-
cessè habeat. Ejus enim officium
esse, consilio potius, quam manu,
impetrare victoriam, quod ad mi-
litarem pertineat. Sed hoc & alibi
neglexit. Ut quando cum Neopto-
lemo concurrat, eumque sua occi-
dit manu, de quo supra noster ex-
ponit. Videri poterat infestissimo
odio adductus in ejus certaminis
descendisse aleam: sed ex *Plutarcho*
constat, concurrisse eos initio teme-
re, & inter se vovisse demum
conserta manu. Quare hunc quasi
morem Eumenes habuit, ut & im-
peraret juxta in acie & pugnaret.

Quo

fus. Non enim cum quoquam arma contuli, quin is mihi succubuerit. ¹ Non enim virtute hostium sed amicorum perfidia decidi. Neque id falsum. ² * Nam & ³ dignitate fuit honesta, & viribus ad laborem ferendum firmis, neque tam magno corpore, quam figura venusta.

CAP. XII.

De hoc Antigonus quum solus constituere non auderet, ⁴ ad consilium retulit. ⁵ Hic, quum ⁶ plerique omnes primo perturbati admirarentur, non jam de

Quo & *Plutarchi* observatio pertinere videri potest, cum Eumenum *φιλοτιμίαμον* & *φιλότιμον* notat. Locus est ipsa *comparatione* ejus cum *Sertorio*. Nam eorum vitas commisit. *Bucknerus*.

¹ Non enim virtute hostium] Ostendit, quod caprus sit, non factum, quia virtus hostium superior, aut suus se animus reliquisset: sed potius, quia defecisset amicorum fides, qui nihil tale suspicanti contra datam sacramenti religionem injecissent manus, & vinculum tradidissent. Respondit autem quasi ad illud, quod *Onomarchus* instare poterat: atqui jam succumbis. Et tale quid *Eumeni Onomarchum* dixisse, *Plutarchus* clare indicat. Sed *Nepos* omisit brevitati studens, contraxitque narrationem. *Bucknerus*. Ceterum vir doctus ingrati censebat hanc vocum, non enim, repetitionem, & festinanti forte *Nepoti* excidisse. Atqui sic & cap. 13. τὸ tamen, & cap. 3, 5, 6. τὸ itaque reperitur. Et sexcenta ejusmodi apud Graecos Latinosque scriptores observasse licet. *Bosius*.

² Nam & dignitate] Haec non

fatis bene cohaerent praecedentibus. quomodo enim ex eo quod *Eumenes dignitate honesta*, & *viribus ad laborem ferendum firmis*, & *figura* denique *venusta* fuit, sequitur aut semper antea superiorem fuisse praelio, aut postremo non virtute hostium, sed amicorum perfidia decidisse? Quare adsentior summo viro *Aug. Bucknero*, quaedam hoc loco deesse putanti, eoque asteriscum adposui. Fuit cur putarem haec subjicienda iis, quae cap. 12. de forma *Eumenis* dixit. Sed dubito an & illis satis congruant. *Bosius*,

³ Dignitate honesta] Dubitabat olim vir summus, an ut forma & facies, sic & dignitas, honesta diceat: & quoniam in libris est *viribus firmus*, conjiciebat legendum, & *dignitate honestus*, & *vir*, ad *lab. fer. firmus*: quomodo apud *Tarentium honestus* pro pulchro ponitur. Sed deseruit ipse hanc conjecturam postea: neque ea opus. *Dignitas* enim hoc loco formam corporis eximiam notat, ut alibi: v. Ind. v. *dignitas*, & alia huc spectantia in v. *figura* & *venusta*. *Bosius*.

de eo sumtum esse supplicium, a quo tot annos adeo essent male habiti, ut saepe ad desperationem forent adducti, quique maximos duces interfecisset: denique in quo uno esset tantum, ut, quoad ille viveret, ipsi securi esse non possent; interfecto, nihil habituri negotii essent. Postremo, si illi redderet salutem, quaerebant, ¹ quibus amicis esset usus? sese enim cum Eumene apud eum non futuros. Hic, cognita ² consilii voluntate, tamen usque ad septimum diem ³ deliberandi sibi spatium reliquit. Tum autem, quum jam vereretur, ne qua seditio exercitus oriretur, venit ad eum quenquam admitti, & ³ quotidianum victum

fius. Nob. Nic. Heinsius ad Vellejum Paterculum lib. 2. cap. 29. §. 2. legit, *Nam & dignitate oris (vel formae) fuit honesta.* Sed Mss. codices hic tuto sequi possumus. In Leid. meo, & Voss. A. scribitur *& viribus ad laborem ferendum firmus.* Sed Vulgata lectio quoque proba est. Nec necesse est, ut cum Boeclero forma venustus rescribamus. Vide Celeb. Perizon. ad Sanctii Minervam, 4, 4, 5.

⁴ *Ad consilium reversit*] Aptum rei verbum Curt. lib. 4. cap. 95. *Alexander, legatis excedere tabernaculo iussis, quid placeret, ad concilium refert.* Justin. 32, 3. *Cum cunctari eum videret, consultationemque ad amicos referre.* Gebhardus.

⁵ *Hic quum plerique o. primo part. adm.*] Mf. Boecler. *Hoc cum primo perturbati adm.* Ed. Col. *Hic cum omnes vel primo p. a.* Bofius.

⁶ *Plerique omnes*] Maxima pars: non omnes. Nearchus enim & Demetrius Antigoni F. & nonnulli alii Eumenem servari cupiebant: ceteri omnes necari volebant. *Lambin* Leid. & Voss. A. *Hic cum omnes.*

Sed B. *hic cum plerique omnes.* Idcoque non delendum cenfeo. Vide Bofii Indicem.

¹ *Quibus amicis*] Mf. Boecl. *quibus amicitia.* An legendum, *quibus amicis jam esset usus?* Bofius. Pro ille redderet, quod in Hackiana Edit. legitur Leid. m. & Voss. A. B. *illi redderet.* Voss. B. iterum Boecleriano consentit, pro *amicis, amicitia* exhibens.

² *Deliberandi*] Mf. Boecl. *deliberando:* mox q. edd. *cum vereretur,* omisso *jam.* paullo post Mf. Boecl. *victum removeri.* Bofius. Leid. m. & Voss. A. B. agnoscunt *jam.*

³ *Quotidianum victum amoveri iussit*] Poenae hujus genus initium nactum esse videtur in sacris virginibus, quas *Vestales* appellant scriptores. Quae cum diis consecratae essent, ferro occidi aut alia poena confici sine piaculo non poterant. Quare eas in gurgustiola subterranea demissas fame necabant. Vide Plutarch. *in Numa.* Exemplum ejusmodi poenae habemus in Antigone, animosissima virgine: quam cum Creon, apud Sophoclem, ferro

Etum amoveri jussit. Nam¹ negabat, se ei vim adlatu-
 4 rum, qui aliquando fuisset amicus. ² Hic tamen non
 amplius, quam ³ triduum, fame fatigatus, quum ca-
 4 stra moverentur, ⁴ insciente Antigono, jugulatus est
 a custodibus.

CAP.

ferro necare nefas putaret, in sub-
 terraneum *δρυιδιον* demisit, deorum-
 que arbitrio permisit. Eodem ani-
 mo filius Jacobi, autore Josepho
lib. 11, Antiq. Jud. Cap. 111. Ru-
 beus consuluit, ut frater ejus Jo-
 sephus in puteum projiceretur. Quo
 putabat minus fore fratrum suo-
 rum ista in nece piaculum. Simi-
 lem viam ad mortem sibi fecit At-
 ticus. De quo & aliis infra *in vita*
ejus cap. 22. dicitur. *Ernstius*. Leid.
m. vitium moveri. Voss. B. *removeri*.
 paullo ante *pro ad eum quemquam ad-*
mitteri Leid. m. *quengquam ad eum ad-*
mitteri.

¹ *Negabat se ei vim adlaturum*
 Quasi vis non esset, inedia ac fame
 hominem exhaurire. Certe in *l. 1*.
Cod. de custod. rer. inter crudelitatis
exempla refertur. Rittershusius in
Novell. 12, 14, 3. nullum *violentiae*
 mortis genus fingi posse crudelius
 ostendit, quam fame necare. *Loc-*
cenius. Vide ad Pausaniae vitam cap.
 ult.

² *Hic tamen*] *Mf. Boecl. tamen*
aberat, Bosius.

³ *Triduum*] *Plutarchus: δὲς ἡμέ-*
*ρῃ τρεῖς ἡμέρας ἀσθενῶν ὄντων ἡρώδης τανα-
 ρῶν διήγητο Lambinus.*

⁴ *Insciente Antigono jugul. e. a. e.*
 Miserum Regem! cujus servis tan-
 tum licet, ut occidant, prout ipsis
 libet, moram explendae crudelitatis
 praescriptam non tolerantes. Spe-
 cimen simile habes in Vitellio a-
 pud *Tacit. 2. hist. 64*. Gebhardus.

⁵ *Ab anno vicefimo*] *Vir doctus*
 annum non vitae ac aetatis, sed
 officii apud Reges, Philippum at-
 que Alexandrum, indicari ait. Ra-
 tiones adducit has. Primo quod
 dicit, *uti supra dicimus*. Id fecisse
27. quod dicitur cap. 1, 6. Deinde,
 quod sequitur, *septem annos Phil.*
appar. & tredecim apud Alex. &c.
 Denique, quod, cum accederet ad
 amicitiam Philippi, annos non am-
 plius xv. aut maxime xvii. natus
 fuerit, Nollem ista bono illi viro
 excidisse. Sunt enim, ut mollissi-
 me dicam, plane *ἀσχετοὶ δὲ βίβρω*, par-
 tim & falsa. Quomodo enim Eu-
 menes *ab anno* officii xx. septem an-
 nos Philippo apparere potuit? Ini-
 tium enim & terminum a quo (ut
 scholae loqui amant) ministerii,
 verbis illis indicari, nemo non vi-
 det. Atqui *vicefimus* officii annus,
 ultimus erat Alexandri. *A quo*, (h.
 e. inde usque, ab eo tempore) Phi-
 lippo adparuisse Eumenem, ut di-
 camus, consuetudo Latini sermo-
 nis haud permittit. Quis enim sic
 loquitur? Si id voluisset Nepos,
 dixisset, *ad annum usque vicefimum*,
 vel, *per annos xx*. Atqui supra id
 docuit, inquis; imo docuisse se
 ait? Nego utrumque. Nam illa,
ut supra ostendimus, genuina non
 esse, mox docebimus. Neque idem
 est *locum amicitiae apud Philippum*
annos vii apud Alexandrum xiiii.
tenisse, ac *ab anno vicefimo apparu-*
isse Philippo annos vii, xiiii Alexan-
dro.

CAP. XIII.

Sic Eumenes annorum quinque & quadraginta, quum
 ab anno vigesimo (6 uti supra ostendimus) se-
 ptem

dro. Aliud enim est, annos xx. aliud ab anno vigesimo regibus inseruisse. Quare necque supra c. 1, 6. nec in iis, quae heic subjiuntur, docetur, quod vir doctus voluit, hunc annum vigesimum de officio intellegendum esse. Nam utrobique non initium ministerii, sed anni illius, indicantur. Eumenem vero, cum ad amicitiam Philippi accessit, majorem annis xvii. immo xix. annos natum esse potuisse, jam supra ad c. 1, 4. docui, idque ita esse, sic ostendo. Secundum Usserium (qui accuratissime omnium res Alexandri M. & successorum ejus digessit) Eumenes obiit sub initium anni Periodi Julianae 4399. sive hyeme anni 1. Olympiadis cxvi. Alexander anno P. J. 4391. sive I. Olympiadis cxiv. mensē Daesio, h. e. secundum Usserium, Majo Juliano. Supervixerit igitur Alexandro annos vii cum mensibus circiter viii. Alexander autem regnavit annos xii, & si Arrianum sequimur, menses viii. si alios, qui eodem, quo Caligula die, h. e. xxiv. Januarii, Philippum caesum volunt, solum iv. Quare e tredecim

annis, quibus Eumenem Alexandro apparuisse ait Nepos, postremus solum de iv, aut viii. mensibus accipi debet. Pari modo dici potest, ultimum eorum septem, quibus Philippo apparuit, tantummodo inchoatum, aut certe nondum completum fuisse. Contra ea, quod annorum xlv. fuisse, cum interficeretur, dicitur, id licet accipere de completis; ita ut tum sextum & xl. egerit, ejusque jam aliquot menses effluerint. Notum enim est, saepe non solere in computandis vitae annis menses, etiamsi plures, attendi. Potuit igitur annos xlv. cum mensibus vi. aut etiam pluribus, exegisse. Ab his si subtrahas annos integros imperii militaris post Alexandrum vii, Alexandri xii, Philippi vi. & pro iii nondum completis sesquiannum, (quod licere, e superioribus apparet) remanebunt anni aetatis completi xix, ac fortassis & unus alterve mensis praeterea: incidetque adeo initium ministerii Eumenis in annum vitae xx inchoatum sive currentem. Adponam calculum, ut res eo manifestior sit.

Eumenes supervixit Alexandro an.	7.	mens. 8.
apparuit Alexandro	12.	4. vel 8.
Philippo	6.	6. vel 2.
ante ministerium vixit	19.	-
Vixerit igitur unversè	45.	6.

Sic igitur plana omnia, nec opus erit de anno XX officii Nepotem interpretari. Quod si maxime largiar, non excellisse Eumenem annos XLV, & Philippo apparuisse annos VII integros, aut majori sui parte elapsos; tamen ne sic quidem necesse erit ad annos ministerii haec verba

ptem annos Philippo ¹ apparuisset; & tredecim apud Alexandrum, eundem locum obtinuisset, ² in his uni equitum alae praefuisset, post autem Alexandri

Ma-

verba trahere. Nam potuit Nepos, aliorum scriptorum exemplo, numero rotundo usus, *annum vigesimum* dicere, qui revera XIX. vel XVIII. erat. *Bosius.*

6 *Uti supra ostendimus*] Quidam libri solum, ut *supra*, omisso verbo. Praeterea nusquam in superioribus de anno vicefimo aetatis (hunc enim intelligendum esse, jam docuimus) loquutus est. Itaque *Lambinus*, conjecturam *Cl. Puteani* sequutus, legebat *& supra*, hoc sensu: Eumenem ab anno XX. vel XXI. in amicitiam regum venire coepisse. Ego hoc omne ab aliquo in margine ad illa *septem annos Philippo &c.* adscriptum, postea in textum irrepsisse arbitror. quare uncis inclusi. *Bosius.*

1 *Apparuisset*] Msc. Boecl. & q. editi, *paruisset*. quod recte *Magius* corruptum putat. Nempe cum ignoreret imperitus librarius hanc vocis acceptionem, *parendi* verbum, quod ministerio Eumenis congruentius putabat, supposuit. *Parere* quidem interdum idem esse quod *apparere*, dudum eruditi monuerunt. videlicet doctissimi viri *Christiani Darnii*, amici nostri, *notas ad disticha Catonis nomen praeferebat lib. 2. 8.* sed dubito, an ministrandi significatu ullibi reperiat. *Bosius.* Leid. m. *apparuisset*. sed Voff. A. & B. *paruisset*. *Parere* quidem pro *apparere* ponitur, sed tum notat, conspici, exire in vulgus, pateferi, patere, ut docent *Cl. Munkerus* ad *Hyginum* fab. 204. & *Burmann.* ad *Petron.* *Satyric.* cap. 137. Sed ap-

parere alicui notat saepe praesto esse, alicui ministrare. Vide *Cl. Voffium* & *Torrenium* ad *Valerium Maximum* lib. 2. cap. 2. n. 34. Itaque *Bosium* secutus nihil mutabo. Utrum recte, Eruditi viderint. In *apparuisset & tredecim* Leid. & Voff. B. omittunt copulativam conj. Voff. A. pro *Tredecim*, *tresdecim*, sicut Voff. A. & B. ad cap. 1. hujus vitae scribere adnotavi.

2 *In his uni equitum alae praef.*] *Perelegans* & ingeniosa est correctio eruditiss. *Freinsheimii* in not. ad *Curtii* 7, 1, 40. in his VIII. (sc. annos) legentis; quam & amplif. *Budlerus* probat. *Annos enim*, inquit, *putat, & nihil facilius fieri potuit, quam ut nota numeri transiret in vocem.* Sed, quod pace summorum virorum dixerim, dubito, an tot annos patiantur illa extremo cap. 1. *Novissimo tempore etiam alteri equitum alae praefuit.* nam cum cetera eodem utrobique modo narrentur, & hoc in loco veluti recapitulentur, quae cap. 1. dicta fuerant; nec aut ibi prioris, aut haec alterius alae ac praefecturae fiat mentio; non dubito utroque loco eandem alam, idemque munus designari. Quare & tempus illud, quod h. l. indicatur, cap. 1. *novissimum tempus* vocari sequitur. Sic vero dici posse tot annos, sive majorem partem annorum, qui recententur, vix crediderim. Adde, quod Alexandro regnante, usque ad obitum suum *Hephaestio* alae haereticae chiliarchus fuit. Testis *Arrianus* 6, & 7. & in *Indicis*. Is vero demum proximo

Magni mortem, imperator exercitus duxisset, fummosque duces partim repulisset, partim interfecisset: captus non Antigoni virtute, sed¹ Macedonum perjurio,² talem

ximo ante Alexandrum anno obiit. Videturque Eumenes ei successisse, non tamen pari cum dignitate, nam, ut est apud eundem *Arrianum*, Alexander neminem chiliarchum in Hephæstionis locum τῆ Ἰππικῆ τῆ ἐ-
τασεύει praefecit, ne Hephæstionis nomen ex agmine interiret: sed Hephæstionis chiliarchiam vocari voluit, &c. Certe Eumenem inter ductores equitum Alexandro mortuo, etiam *Arrianus in Excerptis Photianis sub initium* recenset. Utcunque fuerit, octo annos ei alae praefuisse, vix crediderim. Sed nec vulgata lectio placet, quippe nescio quomodo inconvenientius paullo videtur, dicere *in his* (tredecim) *annis* uni alae praefuisse, qui solum *novissimo* tempore praefuit. Addidisset *Nepos*, quot annis praefuerit, aut saltem dixisset, *aliquandiu* praefuisse. *Reinesius* editam lectionem tuebatur ob *hunc* cap. 1, 6. Cum enim *Nepos* alam, cui praefuisset Eumenes *novissimo* tempore commilitii Alexandri, *alteram* appelleret; manifeste, inquit, insinuat, jam ante istam, annis prioribus, rexisset alam, coque hanc alam aliam esse ab illa. Adde quae diximus ad eum locum. Sed ostendimus ibidem, *alterae* idem esse ac alterutri. Libens itaque amplector scripturam msc. codicis bibliothecae Leidensis: *in his unum* eq. alae praef. *Unum*, sc. annum. Quae vox compendio exarata, ab exscriptoribus facile aliter inflecti, h. e. *I* sive nota unitatis *in tui*, propter continens *alae*, mutari potuit. Mf. Boecl, aberat vox

equitum. Bofius. Pro *tui* Leid. m. & Voff. A. *unum*.

1 *Macedonum perjurio*] A quo ipse sibi postea metuit Antigonus; quare eos callida ratione separavit & quasi ex oculis amovit. *Polyaenus lib. 4. in Antigono, Comm. 15.* Ἀντιγονοῦ τὸς ἀρχαρχαπιδας, οἱ δὲ Ευμῆνη δισμωλίω ἀπὸ παρὶδωκεν, ἐλέμησα δαφραῖς. Τὸ δ' ἀπὸ τῶν αὐτῶν φυλατῶ-
 μέθου, χιλίαις μὲν αὐτῶν ἔδωκε συμμαχίαις εἶναι Σιγυρίω τῷ σαλευτῆ τῆς Ἀσαχασίας. Τὰς δ' ἄλλας εἰς ἄλλα χωρία φερούρας διέπεμψεν ἐχουράς τε δούδατα, ἵνα φρουρὸν αὐτοῖ τῶν χωρίων ἔχουσιν. διὸ τυχέως ἀφανεῖς πάντες ἐγίνοντο. Pari in proditores dissidentia fuit Lycus dux Lyfimachi, qui principem piratarum Mandronem (*Polyaenus* vocat *Andronem*) cujus perfidia Ephesum ab Aeneto Demetrio Praetore custoditam acceperat, promissis quidem praemiis affecit; sed protinus faceffere urbe iussit, scelus perfidiae in priores socios formidans. *Polyaenus lib. 5. Frontinus 3, 3, 7.* Proinde verissimum est, proditorem gratam acceptamque esse; ipsos proditores viles atque invisos. *Tacitus 1. Annal. 58.* *Proditores etiam iis, quos antepomunt, invisi sunt.* *Julius Capitolinus in Maximinis c. xi.* *Tycus dormiens domi suae ab uno ex amicis suis interfectus est, qui sibi doluit illum esse praepositum, Macedonico nomine, qui eum Maximino prodidit, quique caput ejus ad Imperatorem detulit.* *Post Maximinus primo ei gratias egit, postea tamen, ut proditorem, odio habuit.* *Ammianus 21, 13.* *Gumoiarium proditorem antiquum ti-*

lem habuit exitum vitae. ¹ In quo quanta fuerit omnium opinio eorum, qui post Alexandrum Magnum reges appellati, ex hoc facillime potest judicari, ² quod nemo Eumene vivo rex appellatus est, sed praefectus: ³ iidem post hujus occasum, statim regium ornatum ⁴ nomenque sumferant: neque, quod initio praedicarunt,

quem cum scutarios reget, la-
 tenter prodidisse Veteranionem suam
 Principem audiebat. Neque solum
 suspecti atque inuisi proditores; sed
 etiam crebro post peractum scelus
 cum cruciati enecti fuerunt. Fl.
 Vopiscus in D. Aureliano cap. 23.
 Sed Aurelianus duo statim praecipua,
 quorum unum servitutem ostenderet,
 alterum lenitatem; ex imperatoria men-
 te monstravit. Nam & Heraclamma-
 nem proditorem patriae suae sapiens vi-
 detur occidit. Diodorus lib. 16. Η μὲν
 ἐν Σιδῶν διὰ τοιαύτης ἀποδοσίας ἐξήλυ-
 το ὑποχείμενος τοῖς Πέρσαις. Ὁ δὲ βα-
 σιλεὺς ὑπολαβὴν τὴν Τένου μνηστῆρ ἡθι-
 σμῶν ὑπαρχεῖν, ἀπέθην. Polyaeus
 lib. 4. in Lyfimacho comm. 2. Λυ-
 σίμαχος ἀμυπηδῶς νεωστίας Ἀνδρα-
 γάδου ἀποδοῖν, πῶν δὲ ἢ μὲν ἀλλὰ
 χαριστέον αὐτῷ, μετῴνα δὲ ὑποχί-
 μενος, ἰὰν εἰς τῶν Ἀσίων αὐτῷ σωμα-
 τισμῶν. Ἐπει δὲ αὐτῷ ταῖς δευτερίαις
 πύλαις ἐξήλυτο, ἔ μόνον πάντα ἴσα ἐ-
 τέρχων ἔχει, ἀπέθην, ἀλλὰ ἢ αὐ-
 τῶν βασιλείας ἀπέθην. Coronidis lo-
 co inquirendum est in verum no-
 men ejus Satrapis, qui Arachosis
 tunc praerat, & cui mille Argy-
 raspidum suppetias missi. A Polyae-
 no, ut vidimus, appellatur Σιδη-
 ρῆ. Diodorus lib. 19. Σιδηρῆ
 μὲν, inquit, τὴν Ἀραχωσίας ἐξήλυτο
 παρὰ τὸν πῆλιν μὲν χιλις. Propius ad
 verum, & unde de vitio liquet le-
 ctionis apud Polyaeum: τὴν Ἀραχίας.
 Plutarchus quoque corruptus hoc in

nomine est. Τὰς Ἀραχωσίας παρ-
 ἰδοῦν Ἰβυρτίου τῶν δὲ μνηστῆρ τῶν Ἀρα-
 χωσίας. Neque non & Arriani (lib.
 6. de rebus Alex.) Ὁβαντα δὲ σατρα-
 πῶν ἐπὶ ταύτῃ ἐτάξ. Τῶν δὲ νόμῳ
 τῶν ὑποχίμενος, Σιδηρῆ τῶν σατρα-
 πῶν ἐπὶ ἐξήλυτο. Legendum apud is-
 tos omnes Σιδηρῆ. Fundum ha-
 beo hujus correctionis Q. Curtium
 9, 10, 20. Proposito igitur (inquit) re-
 gioni Sibyrtio (namque Memmen praefectus
 ejus nuper interierat morbo) in
 Carnaniam ipse processit. Sciendum
 autem est lib. 7, 3, 7. Memnonem
 a Rege Arachosis praetorem da-
 tum, quatuor millibus peditum &
 sexcentis equitibus in praesidium
 relictis. Praeterea Diodorum ipsum,
 apud quem hujus purpurati nomen
 integrum restitit lib. 18. Καὶ Σιδηρῆ
 μὲν ἰδοῦν Ἀραχωσίας & Κοδρωσίας. De-
 nique Justinum 13, 4, 22. Arachysii
 Gedrosique Sibyrtio traduntur. Geb-
 hardus. Plutarcho nomen id resti-
 tuit etiam Dmgarsus ad Justin. l. c.
 Arriano, apud quem & lib. 5. in-
 corruptum exstabat, Nic. Blamardus.
 Bosius.

2 Talem habuit exitum vitae.]
 Phrasin hanc illustrat Cortius ad
 Sallust. Catilin. cap. 11. n. 4.

1 In quo quanto fu.] Sic habent
 edd. ante Lambinum vulgatae. Etiam
 Mf. Boecl. in quo quanto fu. Sed
 Lambinus correxit: De quo. quem
 sequuti sunt reliqui. Ego veterem
 lectionem loco movere nolui. Sic
 fere

carunt, se Alexandri liberis regnum fervare, id praestare voluerunt; & uno propugnatore sublato, quid sentirent, aperuerunt. Hujus sceleris principes fuerunt Antigonus, ⁵ Ptolemaeus, Seleucus, Lyfimachus, ⁶ Cassander. Antigonus autem Eumenem ⁴ mortuum ⁷ propinquis ejus sepeliendum tradidit. ⁸ Hi mi-

fere & cap. 12, 2. loquutus: *in quo vivo esset tantum.* Statim Mf. Boecl. omnium hominum opinio eorum. Sed *re hominum* e varia lectione in textum irrepsit. Norunt qui scriptos codices tractarunt, duas illas voces crebro invicem permutari. *Bosius.* Omnes mei Codices *in quo.* Mox pro facile, quod in Ed. Hack, legitur, iidem *facillime.*

2 *Quod nemo Eumene vivo rex appell.*] *Justinus* 15, 2, 14. hoc eos non Eumenis, sed potius *verecundiae* gratia fecisse ait. *Magius.* Quia ipse Eumenes rex erat, quare a *Suida* vocatur *βασιλεύς Μανδραγών.* Et paulo post. *ἀντὶς, ἐπὶ τῶν τοῖς πρῶτοις ἰδρῖσι δὲ τῶν ἄλλων κατ' αὐτῶν βασιλείων γινώσκουσι.* Vide ibidem plura. *Ernst.* Ridiculum est idcirco id factum dicere, quia ipse Eumenes rex erat. Nunquam enim fuit. *Suidas* ita vocat, fateor: sed eum confudisse hunc nostrum cum Artali Filio, rege Pergami, jam ad c. 1, 2. monuimus. Ceterum hunc locum expressit *Ampelius* ubi de Eumene: adeo *terribilis, ut vivente eo nemo ausus sit rex appellari.* *Bosius.*

3 *Iidem post h. o.*] Mf. Leid. Sed h. o. mox mfc. Boecl. & q. edd. praestare vol. omisso id. In eod. mfc. in principibus sceleris deest nomen Antigoni. Pro Principes mfc. Schotti participes, ejus judicio non male. Sed plures participes sceleris hujus fuisse, apparet e superioribus. *Bosius.*

Voss. B. *Eidem.* & *re id* ante praestare abest etiam meo Leidensi. Pro aperuerunt Voss. A. & B. *aperuerunt.* Voss. A. Pro principes, participes. Sed in Marg. al. principes.

4 *Nomenque sumpsit*] Curt. 1. 4. cap. 4. *Ille cuius nomen sumpsit Darius.* Gebhardus.

5 *Ptolemaeus, Seleucus, Lyfimachus*] V. supra ad 8, 10, 3. *Bosius.*

6 *Cassander*] Antipatri F. Cariae praefectus, qui patre mortuo, bellum gessit adversus Polysperchontem, Macedoniae, nomine liberorum Alexandri, praefectum. *Lambinus.* Voss. B. *Cassandrus.*

7 *Propinquis*] *Tois ἀνείροις.* sine causa reponit Lamb. amicis. sicut & crema verunt loco *re humana verunt* Quis attendisset, quae Doctissimus *Magius* monuisset, eo remeritatis non fuisset prolapsus. *Gebhardus.* *Plutarchus* *τὸ δὲ σάμα τοῖς φίλοις παραδόντες ἰπότερσι κατόση.* E quibus verbis *Lambinus* mallet legi, *amicis ejus sep. trad.* invitis libris, & nulla necessitate. *B. flus.*

8 *Hi militari hon. sim.*] *Lambinus* & alii: qui cum *militari honestoque sim.* Ed. Colon. *hi militari honestoque sim.* Ur nos, edidit *Boeclerus*, fide, ut arbitror, sui codicis. *Bosius.* Voss. B. etiam omittit conjunctionem. Ad *Datamis vitam* cap. 3. n. 2. jam ostendi saepius duo Adjectiva *ἀντιδρῶν* uni substantivo adponi *Conasule etiam Tib. Wopkens lib. 2. Lect.*

militari honesto funere, comitante toto exercitu,
 2 humaverunt: ossaque ejus 2 in Cappadociam 3 ad
 matrem atque uxorem liberosque ejus deportanda cu-
 rarunt.

Left. Tull. cap. 6. pag. 152.

1 *Humaverunt*] Quoniam Diodo-
 rus ac Plutarchus corpus Eumenis
 crematum fuisse scribunt, idcirco
 Lambinus legi vult *cremaverunt*. quod
 etiam Magius olim in mentem sibi
 venisse ait, auctoritate Plutarchi in-
 ducto, & quod absurdum ei vide-
 retur, humato Eumene, ossa fuisse
 in Cappadociam remissa. Sed is
 tamen rejicit hanc conjecturam,
 quod animadverterat, Nepotem
 verbo *humare* improprie pro *sepelire*
 usum. *Sepultos* autem dici quoquo
 modo conditos, etiam crematos,
 postquam cineres collecti essent, e
 Plinio N. H. 7, 54. Gellio 10, 8. au-
 ctore de *viris illust.* c. 45. & Valerio
 Max. 5, 1. ext. 6. ostendit. idem-
 que nuper nube exemplorum evicit
 Gish. Cuperus, *Observationum lib. 1,*
cap. 7. Nulla igitur mutatione o-
 pus. Bofius. Recte hunc locum ce-
 pere Viri Docti Cuperus & Bofius,
 nam verbum *humare* per praecedens
 verbum *sepelire* explicandum, ut
 apud Homerum *Odyss.* μ. vf. 12.
 verbum *θάπτεται* per sequens verbum
καίεται.

ΘΑΠΤΟΜΕΝ ἀζυμῆσαι θαλίῃσι καὶ
 δάκρυ χέοντι.

Ἄλλα ἐπὶ νεκρῶ τ' ἑκα' ἠ, καὶ
 τὰ χεῖρα νεκρῶ.

Ceterum *sepelire* h. l. ponitur pro
cremare. Ut Justino lib. 15. cap. 2.
*Corporaque eorum terra obrui, ne cae-
 des sepultura proderetur.* hinc *sepulcra*
 pro bustis, rogis. Consule Hottel-
 mann. ad Ciceron. 5. in Verrem
 cap. 36. & J. Arntzenium ad S.
 A. Victorem de Vir. Ill. cap. 35.
 n. 11.

2 *In Cappadociam*] Ms. Boecl. in
Cappadocia. corrupte. Bofius. Sic et-
 iam Voss, B.

3 *Ad matrem atque uxorem* &c.]
 Diodorus: *ωπὸς τῶς εὐχέως.* Plutarchus:
τῆς γυναικὸς καὶ τοῖς παῖσι. Lambinus.
 De more ad propinquos mittendi
 occisorum cadavera, Kirckmannum
 adi *appendice de funer.* Rom cap. 4.
 Bofius. Justinus lib. 9. cap. 15.
*Atheniensibus, quos passus infestissimos
 fuerat, & captivos gratis remisit, &
 bello consumptorum corpora sepulturae
 reddidit; reliquiasque finerum ut ad
 sepulcra majorum deferrent, nitro hor-
 ratus est.* Haec enim causa est, cur
 reliquiae ejus in Patriam ad ma-
 trem uxoremque remissae sint. Vi-
 de ad cap. 4. hujus vitae in fine de
 Cratero.

XIX. PHOCION.

CAP. I.

PHOCION ATHENIENSIS, ² etsi saepe ex-
 ercitibus praefuit, summosque magistratus ce-
 pit; tamen multo ejus notior ³ integritas vitae, quam
 rei

DE PHOCIONE vide *Plutar-
 chum in vita*, & alibi: *Aeschinem
 de falsa legat.* Athenaeum 10. *Aeli-
 anum saepius. Diodorum* 18. *Polyae-
 num* 3. *Suidam. Valerium Max.* 3, 8.
 ext. 2. *Boeclerus. Phoci filius. Sui-
 das in Phocion. Erasmus.*
 1 *Phocion*] *Lambino* semper *Phocio*

PHOCION.



Apud Fulvium Ursinum
 in schedis ex marmore.

scribitur: sed melius aliis *Phocion*, ut
Cimon, Conon, Timoleon. Phoci fi-
 lium, & φώκω, vocant *Aelianus Var.*
 2, 26. & *Suidas*. *Cochlearii* filium,
 idem *Aelianus* 12, 43. *Bosius*.

² *Etsi saepe*] *Quadrages* & *quin-
 quies*, auctore *Plutarcho*. *Lambinus*.
Mf. etsi saepe. scriptor *persaepe*, o-
 pinor, voluit. *Boeclerus*. Nisi tamen
 mendum est, inde natum, quod li-
 brarius, cum ob festinationem pri-
 ore syllaba vocis *saepe* omissa, po-

steriorem exarare coepisset, p. lit-
 teram non delevit. *Bosius*.

³ *Integritas vitae*] *Qua instructis-
 simum* fuisse, scribit *Valerius Max.*
 5, 3. ext. 3. *Bosius*. *Est* abest a *Lei-
 den*si meo & *Voss*. *A. B. Sallust.*
B. Catilin. cap. 54. n. 2. *Caesar* be-
 neficiis ac *munificentia* magnus *habe-
 batur*, integritate *vitae* *Cato*. ubi
 vide *Cortii* notas, qui vocem *labor*
 inlustravit ad caput 7. ejusdem *Belli*
 n. 4.

rei militaris labor. Itaque ¹ hujus memoria est nulla, illius autem magna fama: ex quo cognomine ² Bonus est appellatus. ³ Fuit enim perpetuo pauper, quum ⁴ divitissimus esse posset propter frequentes delatos honores, potestatesque summas, quae ei a populo ⁵ dabantur. Hic quum ⁶ a Rege Philippo munera magnae pecuniae repudiaret, legatique ⁷ hortarentur accipere, simulque admonerent, si ipse his facile careret, ⁸ liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile

¹ *Hujus Memoria est nulla*] Immo multas ejus res militiae gestas, & functiones imperatorias commemorat *Plutarchus in Phocione*; & ejus uxor ornamenta sua dicebat esse viri sui consilia factaque imperatoria, ut tradit *Plutarchus ibid.* & refert *princ. libelli περὶ φωκίωνος*. Sed, ut ait idem *Plutarchus*, cum Phocionis virtus esset nacta adversariam gravem & violentam, temporum inclinationem; illam res adversae Graeciae obscuram & minus illustrem, minusque gloriosam reddiderunt. Quod idem de magnis & praestantibus viris hodie queri licet: quorum virtus, & sapientia, & animi magnitudo, & doctrina, obscura atque incognita est, propter iniquitatem temporum doctrinae & virtuti infestorum. *Lambinus*. Respicit *Nepos* aetatem suam, qua Phocion tantum ob morum bonitatem notus erat; rerum bello ac pace gestarum nomine obscurus. Dein non raro fit, ut in bono viro una virtus praelucens caeteras, si non obruat, saltem fama anteciat. Exemplum praebet *Aristides Gebhardus*.

² *Bonus est appellatus*] *Suidas* loco cit. ait *χρησις ἐπιπέδη καὶ ἰσότης ἐπιμανεία*. *Ernstius*. Praeter *Plutar-*

chum in Phocione, & *lib. de musica*, & *Suidam*, *Valerius* 8, 3, 2. *Savaro*. Miratur *Plutarchus*, quo pacto vir tam aspera tristisque natura cognomen *χρησις* (sic enim Graece vocatus fuit) consequutus sit. Sed respondet mox ipse sibi, adi *Buchnerum in access. ad Thef. Fabri. v. Bonus*. *Bofius*.

³ *Fuit enim perpetuo pauper*] Paupertatem enim quasi praecipuum aliquod virtutis decus & argumentum excoluit. Auctor *Plutarchus*. Idem in *lib. de cupidit. divitiarum*, frugalem parcamque mensam habuisse dicit. *Athenaeus* 10, 3. frugalissime vixisse refert. *Magius*.

⁴ *Divitissimus*] Sic e suo cod. legit *Gifanits Ind. Lucret. v. divitior*, sequutusque, ut videtur, *Lambinus* est. quomodo *Cicero* 1. de divin. 36. *divitissimum fore praedictum est*. Et 2. offic. 17. *Mamercio homini divitissimo*; uti quidem eum locum e vet. cod. emendavit *Car. Langius*. *Ulus & Sidorius* 4. *epist.* 3. Sic *divitior* apud eundem, itemque *Plautum*, *Lucretium*, *Torentium*, *Caesporium*, *Martialem*, *Tacitum* occurrit: ut jam observatum *Vossio de analogia* 2, 25. *Bangio* p. 191. & *Parco in Lexico Critico*. *Bofius*. *Solus Vossianus A. divitissimus*.

cile esset in summa paupertate tantam paternam tueri gloriam: ¹ his ille: si mei similes erunt, idem hic, ⁴ inquit, agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit: ² si dissimiles sunt futuri, nolo, meis in- pensis illorum ali augerique luxuriam.

C A P. II.

Eidem quum prope ad annum octogesimum prospera ¹ pervenisset fortuna, extremis temporibus magnum ⁴ in odium pervenit suorum civium. ⁵ Primo quod

⁵ *Dabantur*] Sic Mss. & editi veteres; itaque locutus est supra 16, 1, 3. *Mandabantur*, quod in aliis legitur, *Lambini* audaciae debetur. *Bosius*.

⁶ *A rege Philippo*] Ab Alexandro C. talenta argenti ad se missa accipere noluisse Phocionem, tradunt *Plutarchus in vita* & in *apophth. Imperatorum*: *Aelianus* 11, 9. sed quae de liberis haec adduntur, non memorant. Quare quae haec narrantur, fortasse diversa sunt ab illis. Philippus autem fortassis ille fuit, de quo infra cap. 3, 3. *Bosius*. Vide Perizonium ad Aeliani locum.

⁷ *Hortarentur accipere*] i. e. ut acciperet, vel ad accipiendum. Hunc loquendi modum explicuere *Cel. Perizonius ad Sanctii Miner- vae lib. 4. cap. 6 n. 5.* *Munkerus ad Hyginum fab. 274* & *Eruditi Lipsienses in Actis suis M. Aprilis A. 1731. pag. 189.* Quomodo & Graecos locutos fuisse docet *Perizonius ad Aelianum lib. 9. V. H. cap. 18.* & ad *lib. 14. cap. 38. & 43.*

⁸ *Liberis tamen suis*] Reliqua de liberis Phocionis paullo aliter a *Plutarcho* referuntur, eaque non *Alexandro*, sed *Menyllo* attribuun-

tur. *Lambinus*. Pro *caveret* *Voss. B. curaret*.

¹ *His ille*] *Lambinus* edidit: *hic ille. Bosius*.

² *Si dissimiles*] *Luxuriosi, in- temperantes, libidinosi, nequam. Lambinus*.

³ *Pervenisset*] *Schoppius* Mss. codicibus adjutus lib. 4. *Verisim. cap. 18.* vult suo periculo legi: *Idem cum prope ad annum octogesimum pervenisset fortuna.* sed credam scribere eum voluisse; *prospera pervenisset fortuna*: uti est in nostro membrana- ceo codice. prior *Boecleri* editio habet: *prospera mansisset fortuna.* *Ernstius*. Sic plerique omnes Mss. itemque edd. *Ven. Col. Paris. aliae. Lambinus* cum aliis, *mansisset*. Rursus alii, *permansisset*. *Schoppius Veris. 4, 18.* legit: *Idem cum pr. ad a. o. pr. pervenisset fortuna.* quod genuinum esse vix dubito. Pro *idem* facile ob- similitudinem irrepere potuit *eidem* nam & infra v. 4. in codice *Boecl.* legebatur *eidemque postularet*, pro *idemque*. *Bosius. Leid. & Voss. B.* etiam *pervenisset*.

⁴ *In odium pervenit*] *Voss. B. per- venit in odium.*

⁵ *Primo quod cum Dem.*] *Restituit*

quod ¹ cum Demade de urbe tradenda Antipatro con-
 fenserat : ² ejusque consilio Demosthenes cum cete-
 ris, qui bene de republ. mereri existimabantur, ³ po-
 puliscito in exsilium erant expulsi. Neque in eo so-
 lum offenderat, ⁴ quod patriae male consuluerat, sed
 etiam

70 quod auctoritate codicis Leid. (nam editis omnibus aberat) & fa-
 vent, quae mox subjicit. mox Boecl.
meriti existim. non male. *Bosius. me-
 ritis* Voss. A. non vero B.

¹ *Cum Demade*] Cum quo ad
 Antipatrum legatus fuerat missus,
 vide *Diodor.* 18. & *Plutarchum*, pro-
 lixe ista narrantes. *Bosius.*

² *Ejusque consilio*] I. e. eo adpro-
 bante : quia scilicet plus poterat
 Antipater, quam populus Atheni-
 ensis : neque aliter saluti civitatis
 consuli poterat. *Lambin.*

³ *Populiscito in exsil. er. expulsi*] Sic diserte Mf. Schotti, & ed. Ul-
 traj. Etiam Leidensis : *scito populi.*
 Et Nepos alibi hac voce usus, qua-
 re & h. l. pro *plebiscito* reponen-
 dam censui. vide ad 3, 1, 5. Reli-
 qua Leid. sic exhibet : *in exsilium*
erant missi & expulsi. quae faciunt
 ut suspicer, illa in *exsilium* glossema
 esse, Nepotemque scripsisse : *populi*
scito erant expulsi. quomodo loquur-
 us 3, 1, 5. ac fere & 7, 6, 2; 15,
 6, 3. *Ejiciendi* verbo similiter usus
 est 2, 8, 1. & 7, 4, 6. Scilicet ad-
 scripserat aliquis margini vocis *ex-
 pulsi*, interpretamentum, *in exilium*
erant missi. quod postea in textum
 irrepsit. Sed exscriptores alii, cum
 viderent alterutrum verbum abund-
 dare, abjecto spurio, genuinum re-
 tinuerunt, simulque partem glossae.
Bosius. Pro *plebiscito* Leid. m. *scito.*
 Voss. B. *plebiscito.* in *Exilium* agno-
 scunt Leid. meus & Voss. A. item

B. sed qui pro *in exilium*, scribit
in exilio. perpetua variatione. Ideo-
 que delere non audeo.

⁴ *Quod patriae male conf.*] Miror
 hoc a Probo, seu Nepote, scriptum
 esse. Quid enim Phocio faceret? ni-
 nusne armis Antipatri obfisteret?
 Praeterea jam Demosthenes, &
 Hyperides, & ceteri, ante quam
 Antipater Atticae appropinquaret,
 post pugnam ad Cranonem, urbem
 Thesalicae, ut tradit *Plutarchus*, seu
 ad Peneum fl. ut scribit *Diodorus*,
 commissam, ex urbe discesserant
 populo dissidentes. Itaque absentes,
 Antipatro jam victore, & armis plus
 valente, damnati sunt. *Lambinus.*
 Haec & quae sequuntur parum de
 integritate vitae Phocionis testan-
 tur, ob quam supra laudatus est.
Ernstius.

⁵ *Quod amicitiae fidem non praestit-
 erat*] Sed nonne patriae jura, quam
 amicitiae, sunt sanctiora? praeter-
 ea, quatenus amicitia Phocionis cum
 Demosthene intercedebat, nisi ci-
 vilis, & ex societate reip. admini-
 strandae nata? Promiseratne Pho-
 cio Demostheni, se ejus causa om-
 nia facturum, etiam contra reip.
 utilitatem, & contra patriae salu-
 tem? illa vero non jam amicitia,
 sed conjuratio in remp. fuisset. Prae-
 terea profitebatur Phocio, ut testatur
*Plutarchus apophth. reg. & du-
 cum*, sibi nihil eorum probari, quae
 ab aliis & fierent, & dicerentur.
 Postremo Demosthenes cum dice-
 di

etiam, ¹ quod amicitiae fidem non praestiterat. Nam-
que ¹ auctus adjutusque a Demosthene, ² eum, quem
tenebat, ascenderat gradum, quum ³ adversus Chare-
tem eum subornaret: ⁴ ab eodem in judiciis, quum
ca-

di finem faceret, surgente ad dicen-
dum Phocione, dicere solebat fa-
miliaribus suis prope sedentibus; *En*
verborum meorum bipennis: auctor i-
dem *Plutarchus in Phocione*. Idem i-
terum *in apophth. reg. & duc.* scri-
bit, cum aliquando Demosthenes
Phocioni ita dixisset, *interficiant te*
Athenienses, si insanire coeperint: re-
spondisse, *me quidem, si insanire; te*
vero, si sapere coeperint. Ex quibus
intelligere licet, non ita magnam
Phocioni cum Demosthene amicitiam
intercessisse, ut ea patriae cari-
tatem superaret. *Lambinus*.

¹ *Auctus adjutusque*] Cl. Grae-
vius in *Lect. Hesiod.* cap. 1. pag.
m. 3. monstraturus verbum *augere*
aeque apud Latinos, ac apud Grae-
cos *αὐξάνειν* pro ornare, evehere,
usurpari, citat adfirmandi caus-
sa hunc Nostri Auctoris locum hoc
modo *Auctus ornatusque*, quae qui-
dem verba conjungi solent, ut a Ci-
cerone lib. 7. ad *Fam. Ep.* 17. *Semper*
te non modo tuendum mihi, sed
etiam augendum atque ornandum
curavi. Sed quia nescio, qua au-
thoritate id fecerit *Ultrajectinum*
illud *Decus*, nihil hic mutare su-
stineo, praeterquam quod omnes
vulgatam tueantur lectionem. Quid-
quid tamen sit, *auctus* recte expli-
cat *Vir Incomparabilis per eveetus,*
ornatus. de qua significatione multa
concessere *Nob. N. Heinsius* ad *O-*
vidium lib. 1. *Factor.* v. 677. &
Cortius ad *Sallustium* in *Jugurtha*
cap. 26. n. 3. Verbum *αὐξάνειν* eo-

dem modo pro evehere, augere
quem honore, a Graecis adhiberi
patet etiam ex *Pindaro Od. Nem.*
2. v. 24. — Σὺ δ' ἀλλὰ Πανεγ-
λίῃ τλαδύμῳ αἰεὶ. hinc pro *μυα-*
λίθειν, λίγειν. Vide *Schol. Sophocl.*
Oedyp. Tyr. v. 1103. ac denique
ad divinos honores transfertur a
Callimacho H. in Dian. v. 34. ubi
de hoc verbo plura *Anna Fabri* &
ill. *Spanhemius* proferunt.

² *Eum, quem tenebat, ascenderat*
gradum] Ad illud dignitatis fasti-
gium. *Curtius* lib. 6. cap. 66. *Sin*
autem in illo fortunae gradu positum
etiam venerari necesse est. *Gebhard*.

³ *Adversus Charetem subornaret*]
Unde haec sumserit *Probus*, con-
jicere non possum, nisi forte ex
Theopompo aut *Timaeco* maledicentis-
simis hominibus, ut hic scriptor
faretur 7, 11, 1. Nam ii, quos *Plu-*
tarchus secutus est *in Phocionis vita*,
nihil tale de Phocione, quod sciam,
scripserunt. Quin *Plutarchus in apo-*
phthegm. reg. & duc. refert contra
haec, Phocionem aliquando in Chare-
tis locum a populo susceptum & sub-
stitutum imperatorem fuisse. *Lam-*
binius.

⁴ *Ab eod. in judiciis defensu*] Ea-
dem fors & *M. Tullii*, *Oratorum*
Latinorum principis, quia *C. Po-*
pillio Laenate, quem parricidii reum
defenderat, interfectus est, *M. An-*
tonio praemio pro tam impio fla-
gitio suppeditante *HS. decies cer-*
rena millia. *Appianus, Plutarchus* &
Valerius Max. 5, 3. *Schott.* *Omnes*

capitis causam diceret, defensus, aliquoties¹ liberatus discesserat. Hunc non solum in² periculis non defendit,³ sed etiam prodidit. Concidit autem maxime uno crimine: + quod, quum apud eum⁵ summum esset imperium populi, & Nicanorem Cassandri praefectum infidiari⁶ Piraeo Atheniensem⁷ a Dercyllo mo-

mei *aliquotiens* pro *aliquoties*.

¹ *Liberatus discessit*] Nihil hac de re me legere memini. *Lambinus*.

² *Periculis*] Vorstius ad Valerium Maximum lib. 6. cap. 4. §. 4. pro iudiciis, accusationibus h. l. sumi docet, quo sensu saepius a Cicerone usurpatur. Vide Gifanium in *Observ.* in l. l. pag. 69.

³ *Sed etiam prodidit*] Non est hoc *amicum prode*, si *amicum* tuum a potentiore aliquo oppressum tueri & servare non possis: aut si, cum servare coneris, te non solum inane operam sumere, sed etiam tibi, & reip. periculum struere videas, eum non liberare. Quid enim erat, quod Phocio praestare posset? plus poterat Antipater, quam totae Athenae, nedum Phocio, alia conditione cum Antipatro transigi, & bellum componi non poterat, nisi dederetur Demosthenes, & ceteri oratores, nihil aequi ab Antipatro poterat impetrari. Ille leges, quales ejus libido ferebat, non quales humanitatis ratio, aut Atheniensium dignitas postulabat, civitati imponebat. eas subire, & perferre necessitas coegbat. aequa postulabant Athenienses: sed arma Antipatri plus valebant, quam aequitas & Atheniensium postulatio. Praeterea quid erat, cur Demosthenem Phocio defendere conaretur; si Demosthenes ipse sibi deerat? si se ipse deserebat, suamque ipse sa-

lutem prodebat? Nam Demosthenes, & ceteri oratores, antequam Antipater Atticae appropinquaret, post ejus victoriam ad Peneum & Cranonem partam, sese ex urbe subdlexerant, salute sua desperata. Quod si quis dicat, defendi absentis a Phocione debuisse, nec Phocione tacente a populo damnari: eodem revolvemur. Non poterat Phocio unus civitatis paene subactae civis, Antipatro victore, armaque & vim intentante, & Demosthenem cum minis exposcente, multaque alia iniquissima postulante, atque adeo imperante, quo minus imperata faceret civitas, recusare, nedum prohibere. *Lamb.*

⁴ *Quod quum*] Sic *Msc. Boecl.* Reliqui: *quia quum*. statim idem cod. *eidemque postul.* & *huic aud. pop.* Alii *hinc, aud. pop.* quod esset, a Nicanore. *Bosius. Voss. A. & B. quia cum. Leid. m. quod cum.* Mox pro *Piraeo Leid. m. Pireo. pro Dercyllo, Dercilo.* Pro *idemque Leid. & Voss. A. B. eidemque.* pro *Hic* *Idem* *Codices huic.*

⁵ *Summum imperium populi*] *Plutarchus: & ἐπιπέτε εἰς ἀγρον.* *Lamb.*

⁶ *Pyraeo Atheniensem*] *Lambinus* ait, videri legendum *Pyrr. Ath. portui*, vel delendum πρὸς *Atheniensem*. nil tamen mutare se ausum. Rem ipsam prolixè refert *Plutarchus.* *Bosius.*

⁷ *A Dercyllo*] *Quem regis Antipatri*

moneretur : idemque postulare, ut provideret, ne comitatibus civitas privaretur : hic, audiente populo, Phocion negavit esse periculum, seque ejus rei obsidem fore pollicitus. ¹ Neque ita multo post Nicanor Piraeo est potitus. ² ad quem recuperandum quum populus armatus concurrisset : ille non modo ³ neminem ad arma vocavit, sed ne armatis quidem

patri nomine, Attica tunc regio praefectum habebat. *Magius e Plutarcho. Bosius.*

¹ *Neque ita multo post Nicanor]* Sed fecellit Phocionem Nicanor potius, quam Phocio populum Atheniensem. Ita enim sibi persuaserat Phocio, tantamque Nicanori fidem habebat, cum nihil contra Atheniensis facturum, ut, cum multi Nicanorem apud Phocionem arguerent, & criminerentur, cum Piraeo oculos adiecisset, infidiasque comparare, & milites externos in Salaminem transmittere, & nonnullos eorum, qui in Piraeo habitabant, corrumpere : hos sermones excusserit, atque adeo excluserit, neque crediderit. *Lambinus.* Locus hic absque ulla difficultate per *non potitus* ita legitur. *Neque ita multo post Nicanor Piraeo est potitus (ad quem recuperandum cum populus armatus concurrisset : ille non modo neminem ad arma vocavit, sed ne armatis quidem praesse voluit) sine quo Athenae omnino esse non possunt.* *Ernstius.*

² *Ad quem recuperandum, &c.]* In *Mss.* fere legitur ut expressimus. Sed illa, *sine quo Athenae &c.* jam olim trajecta nonnullis visa. Itaque *Longolius* & *Magius*, paucis immutatis, sic legebant : *ad quem recuperandum (quod sine eo Ath. omni. esse*

non possent) cum populus &c. *Edd. Gebh. & Keuch.* sic ordinant : *ad quem recuperandum (sine quo Ath. o. e. n. possunt) cum pop. &c.* Vir summus olim tentabat : *Neg. i. m. p. N. P. est potitus sine quo Ath. omni. esse non possunt, ad quem recup.* Fateor, hoc minime omnium coactum esse. Fortasse tamen nihil loco suo movendum est. Sive enim haec verba usque ad illa, *sine quo &c.* parentesi cum *Ernstio* includas : sive omnia ea, illud *sine quo* ad remotius nomen referri dicas, nihil insolens Latinis scriptoribus adfirmabis, vide quae diximus ad 16, 3, 2. & 17, 4, 8. quibus nunc addo locum *Flori* 3, 11, 10, 11. huic nostro plane geminum : *Filium ducis (Crassi) paene in conspectu patris eisdem telis operuere. Reliquiae infelicis exercitus, quo quemque rapidi fuga distraetae, vix nuntium cladis retulerunt. Caput EJUS recisum cum dextera manu, ad regem reportatum.* *Bosius. Leid. & Voss. B.* ponunt haec verba post *praesse voluit.* sed *Voss. A.* omittit.

³ *Neminem ad arma voc. &c.]* *Plutarchus* vero ait, Phocionem tunc tumultuantem populum frustra conatum educere, & odio & contemtu omnibus fuisse. *Magius.* Propria locutio. vide *Passeratium* ad *Propertium* lib. 2. *El. 25. vl. 6.*

dem praesse voluit. sine quo Athenae omnino esse non possunt.

CAP. III.

Erant eo tempore Athenis duae factiones: quarum una populi causam agebat, altera optimatum, in hac erat Phocion & Demetrius Phalereus. harum utraque Macedonum patrociniis¹ nitebatur. Nam populares² Polysperchonti favebant: optimates³ cum

Caf-

Et bene concordēs tristia ad arma vocat. Sic ad arma vocantium clamor Frontino lib. 1. Strat. cap. 9. Ex. 2. De formula ad arma consule cl, Duker. ad Florum lib. 2. cap. 15. n. 9.

¹ *Nitebatur*] Mss. Schotti, Leid. & Edd. Ultraj. ac Colon. utebatur. Bofius. Leid. m. Voff. A. B. utebatur. Paulo ante pro Phocion & Demetrius Leid. m. Phocion ac Demetrius.

² *Polysperchonti*] Sic scribendum. Est enim Πολυσπέρχων Graecis, Diodoro, Plutarcho, Arriano, Polyaeo, fortassis & apud Aelianum. Var. 12. 13. pro Πολυσπέρχων legendum est Πολυσπέρχων. Polysperchon, quod hucusque in omnibus edd. Nepotis & Justinii (sicut & alicubi in Mss. & edd. Graecis) legitur, nihili vox est: quemadmodum & Polyperchon apud Curtium. Ceterum Polysperchon filium Cassandrum cum exercitu in Atticam miserat; verbo, ut Nicanorem oppugnaret; re, ut urbem occuparet. Vide Diodor. 18. & Plutarchum. Bofius.

³ *Cum Cassandro*] Antipatri filio. Bofius.

⁴ *A Polysp. C. M. P. E.*] Voff. B. Polyperchonte Cassandrus Macedonia populus est.

⁵ *Populus superior factus*] Poly-

sperchon enim legatis Graeciae civitatum promiserat, libertatem iis, sublata paucorum potentia ab Antipatro instituta, se redditurum: ratus hoc pacto Cassandri res se labefacturum, multorumque benevolentiam sibi comparaturum. Refert Diodorus l. c. Bofius.

⁶ *Duces advers. factionis*] Magistratus in oligarchia creatos: in quorum locum suffecti alii e maxime popularibus. Diodorus. Bofius.

⁷ *Patria pepulit*] Propulit Edd. Col. & Ultraj. & e Ms. suo Schottus, probantibus Gebhardo & Keuchenio. Sed alteram lectionem facile tuctur similis locus 3, 1, 3. Scriptum fuerat forsā, ppulit. Unde alii fecere propulit. Bofius. Leid. m. & Voff. A. propulit. B. perpulit.

⁸ *In his Phocionem & Demetrium Phal.*] Plutarchus Callimedontem & Periclem vocat, qui ex urbe tum profugere, quique paucorum dominationi una cum Phocione faverunt, & Antipatro ac regibus studuerunt, populi vero opibus ac potentiae adversari sunt. Vide Diod. Sic lib. 18. cap. 65. cum seq. & Plutarch. Ernestius. De Demetrio silent Plutarchus ac Diodorus. adde notam Ernestianam. Bofius.

⁹ *Deque care legatos ad Polysperch.*] Di.

Cassandro sentiebant. Interim 4 a Polysperchonte Cas- 2
sander Macedonia pulsus est. quo factō 5 populus su-
perior factus, statim 6 duces adversariae factionis ca-
pitis damnatos 7 patria pepulit: 8 in his Phocionem
& Demetrium Phalereum: 9 deque ea re legatos ad
Polysperchontem misit, qui ab eo peterent, 10 ut sua
decreta confirmaret. 11 Huc eodem profectus est Pho- 3
cion. Quo ut venit, causam 12 apud Philippum re-
gem

Diodorus ac Plutarchus scribunt, Pho-
cionem & reliquos confugisse ad
Polysperchontem: postea demum
Athenienses misisse legatos, qui il-
lum accusarent. *Bosius.*

10 *Ut sua decreta confirm.* Diodorus
Μενοχίαν αὐτοῖς δίδου μὲν δὲ τὴν ἀνομομασίαν.
Quaerit *Lambinus*, populine de Pho-
cione & reliquis, an Polysperchon-
tis de libertate civitatibus reddenda,
decreta intelligi debeant; vultque
de posterioribus accipi. Et favere
videtur *Diodorus*, cum ait, Poly-
sperchontem puduisse ἐπιπέλα πειρ-
εῖν τοῖς ἰσὶ ἐαυτῶν γυρομαμίνα διαγομά-
ματι. Nil tamen prohibet populi
decreta de tollenda oligarchia &
damnatis magistratibus oligarchicis
intelligi. *Bosius.*

11 *Huc eodem*] *Q. edd. Hic eodem.*
non aequè eleganter. mox *Col. &*
aliae: profectus est & Phocion. quod
probo. *Bosius.* *Leid. & Voss. A. B.*
Hoc eodem.

12 *Apud Philippum reg. verbo, re-
ipsa quidem ap. Polysperch.*) Philippum
Aridaeum intelligit, Eurydices ma-
ritum, uxori & aliis monitoribus
obnoxium. Suppeditat hic Princeps
eximium recordiae ac stuporis ex-
emplum, quem penes tantum um-
bra nominis, penes uxorem alios-
que vis atque imperium. *Justinus*
14 5. *Interea Euridice, uxor Ari-*

daei regis, ut Polysperchonta (sic le-
gendum) a Graecia redire in Macedo-
niam cognovit, & ab eo arcessitam
Olympiadem, muliebri aemulatione per-
culsa, abutens valetudine viri, cuius
officia sibi vindicabat. Non video
autem causam, cur mutato ordine
malit *Schottus*; *Causam apud Philip-
pum verbo quidem: reapse apud Poly-
sperch.* *Gebhardus Lambinus* Alexan-
dri filium e Roxane vult intelligi.
sed vide quae adnotavimus ad cap.
6, 2. *Bosius.* Loquendi modum in-
lustravit *Cel. Curtius* ad *Ciceron.*
lib. 1. ad *Fam. Ep.* 4. n. 4. Eodem
modo Graecis λόγῳ & ἔργον ob-
ponuntur. *Sophocli. Aiac.* v. 824.
& *Electr.* v. 59. ac alibi saepius.
Eurip. in *Phoeniss.* 392. & in *Al-*
cest. 339. *Herodot.* 1. 4. cap. 8.
Plura in primis ad Auctorem no-
strum illustrandum facientia dedit
Doctissimus *Elfnerus* in *Epistol.*
Pauli ad Coloss. cap. 2. comm. 23.
Hinc contra homines certi, qui
dicta factis statim confirmant, di-
cuntur τοῖς ἔργοις τὰ ἔργα περιεχόμενοι ἴ-
μοια. Vide *Herodotum* lib. 3. cap.
135. & 157. Haud dissimiles lo-
cutiones occurrunt apud Poetas de
Diis tam fidis ac potentibus, ut,
quidquid cogitent, dicant, promit-
tantve, simul cum dicto perficere
velint ac possint. πέποισι δ' ἔργον, αἷς
ἔπειτα

gem verbo, re ipsa quidem apud Polysperchontem iustus est dicere. namque is tum ¹ regis rebus praerant erat. ² Hic (quum) ab Agnonide accusatus (esset,) quod Pyraeum (Nicanori) prodidisset: ³ ex consilii sententia ⁴ in custodiam coniectus, ⁵ Athenas deductus est, ut ibi de eo legibus fieret iudicium.

CAP. IV.

¹⁶ **H**uc ubi peruentum est, quum propter aetatem pedibus iam non valeret, ⁷ vehiculoque portaretur,

¹⁷ &c. de quibus latissime disputavit Ill. Spanhemius ad Callim. H. in Jovem. v. 87.

¹ *Regis rebus praerant*] Curator regni & administrator erat. *Lambinus*.

² *Hic quum ab Agnonide accusatus* est] *Gifanius* Ind. *Lucr.* voce *sententia* e suo cod. legit. *Hic ab Agnone accusatus*. Etiam *Schedae Schotti*: *Hic ab Agnonide accusatus*. *Agnone* etiam in *Boecl.* & aliis codd. fuit. Apud *Plutarchum* tamen semper *Agnonides* vocatur. mox ad *Nicanori* ab erat cod. *Gifanii*. *Bosius*.

³ *Ex consilii sententia*] *Savaro* ex consimili sententia, fulcitque interpretatione. Nolim haec tamen admittam sollicitari lectionem. *Gebhardus*. Sic primus, ut arbitror, emendavit e cod. suo *Gifanius* l. c. sequutusque *Lambinus* & reliqui. Etiam *Sluiskenii* codicem sic legere, testis *Keuchenius*. Mf. *Boecl.* & consimili sententia. Ante *Lambinum* vulgatae etiam *Brixientis*, quemadmodum & nupera quaedam edd. & Mss. *Savaronis*, ex consimili sententia, habent. quae lectio, inquit *Savaro*, non rejicienda videtur, & hac mente accipi potest: consimili sententia, qua antea *Phosion* in carcerem coniectus & in

exsilium erat expulsus, iterum reus proditionis actus in carcerem coniectus est. Sed quis non vider, haec valde coacta esse? Et fateretur ipse. *Lambini* lectionem praeterquam quod juvetur concepta decernendi formula, de consilii sententia, quae apud *Magnonem* in libro notarum & *Ciceronem* legitur; etiam more Atheniensium comprobari, quem innui vult 18, 12. 1. & 3. Sed ista quidem loca Macedonum potius, quam Atheniensium, morem innuunt: *phosion* tamen *Nostri* firmant; magis vero tuentur loca *Ciceronis* a *Lambino* adducta. adi Ind. v. consilium. *Bosius*. *Leid.* m. & *Voss.* A. ex consilii sententia. B. & consimili sententia.

⁴ *In custodiam coniectus*] In *Pausania* cap. 3. n. 5. & alibi dixit in vincula publica coniectus, ubi vide *Gebhardi* notas. Quomodo & in carcerem conijci proprie dicitur. Hanc phrasin illustrare *Cl. Cort.* ad *Sall.* *Catil.* c. 42. n. 3. & *Arntzenius* ad *S. A. Victorem* de *Vir. Illustr.* cap. 1. n. 2. & ad cap. 24. n. 5.

⁵ *Athenas deductus*] Ut scilicet causam capitis diceret. Vide *Diodorum* l. 18. & *Plut.* in *Phocione*. obiter observabis, reos honoratiores Athenas

retur, magni concursus sunt facti : quum alii, reminiscences veteris famae, actatis misererentur; plurimi vero ¹ ira exacuarentur, propter prodicionis suspicionem Piraei : maximeque, quod adversus populi com-
moda in senectute steterat. Qua de re ² ne peroran-
di quidem ei data est facultas, & dicendi causam. Inde iudicio ³ legitimis quibusdam confectis damna-
tus; traditus est ⁴ undecim viris, quibus ad suppli-
cium, more Atheniensium, publice damnati tradi fo-

nas missos fuisse, ut magistratibus traderentur, utque, legitimis confectis, aut absolventur, aut addicerentur, quod & apud Romanos invaluit. v. not. ad Sidon. ep. 7. lib. 7. Savaro.

6 Huc ubi perventum] Voss. A. Huc perventum.

7 Vehiculoque portaretur] Plutarchus: ἐν ἀμαξίαις νομιζομένων αὐτῶν hic tamen non propter infirmitatem pedum sic vectos significat, sed contumeliae causa. Lambinus. Alioqui invalidi debilesque sellis gestatoriis ad locum supplicii ferebantur. Ammianus 29, 2. Nullo contactu delicto, promiscue juvenes atque membris omnibus capiti ad supplicia sellis gestatoriis ducebantur. Gebhardus.

1 Ira exacuarentur. Verbum hoc illustravit Cel. Broukhuisius ad Tullium 2, 6, 19.

2 Ne perorandi quid. ei data facultas] Totam hanc rem copiose & luculente exponunt Plutarchus & Diodorus 18. Lambinus. Ex eodem Diodoro constat, proditos Athenienses fuisse a Polyperchonte. Pro & dicendi causam melius, nisi opinio mea me fallit, in Ms. libro ad dicendam causam. Ernstius.

3 Legitimis] Quae lege ad ac-

cusandum & audiendum reum, nec non reliquum iudicii ordinem sunt constituta. Cicero ad Antonium. Cedo illa legitima, quae consules Populum jure rogaverunt. Gebhardus. Vide Ind. Bosius.

4 Undecim viris] Undecim viri, de quibus hic Probus, quos Julius Pollux τὰς ἑνδεκά dici solitos arguit, quosque etiam νομοφύλακας, atque ἱπποχῆς Graeci appellabant: titium-viris Romanorum capitalibus erant non absimiles, ut Budaeus in posterioribus. Annotationibus ad Pandectas observatum reliquit. Horum erat officium (ut ex multis, quae legi, pauca afferam) delinquentes facinorososque homines comprehendere, in carcerem conijicere, & capitis damnatos ad supplicium ducere. Demosthenes in Timocratem: ἐάν

ἢ τις ἀπαχθῆ τῶν γόντων κερκασίας ἢ λακκῆς, ἢ ἀστοκτείας, ἢ πορνημῶν αὐτῶν ἢ νόμων εἰρησθεύει εἰσιαν ἐπι μὴ χρῆν, διασάντων αὐτὸν εἰς ἑνδεκά, καὶ εἰτα γόντων αὐτὸν εἰς πλεῖστα, κατηγορεῖται ἢ ὀβρισημῶν, οἷς ἔστι. Idem καὶ ἀστρογείτων. ὅτε γὰρ, ἔρη, τὸ δεσμοτέρων διορίζας ἀπέδ. τότε πρὸς γυνῆκα τιὰ ἔρχεται νόματι ζωῆαν, ἢ ἐτόχραν, ὡς τοῖς, κεχημέν. ποτε, καὶ κρύπτει καὶ διαλέξει τὰς πρώτας αὐτὸν ἡμέρας, ἀς ἔχεται καὶ ἐλευθέρων αἰ

3 solent. Hic quum¹ ad mortem duceretur, obuius ei fuit² Emphyletus, quo familiariter fuerat usus. Is quum lacrimans dixisset: ³ O quam indigna perpetueris Phocion! huic ille, at non inopinata, inquit: hunc

ἑρδῆνα. Hos XI viros significare voluit Plutarchus, quando in *Apophth.* & *vita ejusdem Phocionis*, Phocionem ad supplicium tegdentem, cum ab inimico quodam obvio conspiceretur, ad Magistratum conversum dixisse refert: *Cobibebitne quispiam hodie hujus hominis petulantiam, atque ineptias?* Eosdem etiam significavit Seneca lib. de consolatione ad Albinam, cap. 13. eadem sere, quae de Phocione ad supplicium eunte retulimus, Aristidi ex memoriae vitio tribuens, & comitantis magistratus mentionem faciens. Erat enim XI virorum magistratus, non alius. Sane quantum ad horum electionem attinet, Decemviri (ut Pollux ait) singuli a singulis tribubus cooptari solebant, quorum numerum augebat *ῥεξιμακτιὸς*, id est, scriba, ut hoc pacto undecim essent, & dicerentur. Plura de XI viris doctus quidam Auctor, magni apud Gallos nominis, in libello quem de Atheniensium Magistratibus conscripsit. Magius, adde Sigon. de repub. Athen. 4, 3. Emm. tom. 3. Graeciae vet. pag. 50, 51. Bosius.

¹ Ad mortem duceretur] Duci proprie de iis, qui ad supplicium ducuntur. Consule Cl. Dukerum ad Florum lib. 3. cap. 21. n. 28. Graecorum imitatione, qui hoc sensu verbum *ἀγιδεύ* adhibere solent. Aelianus lib. 1. V. H. cap. 30. *ἰδὼν ὃ πάροθεν ΑΤΟΜΕΝΟΤΕ* ἐπὶ Δαδά-*ρα* ubi vide interpretes, pro quo Attici absolute *αἰτάγιδεύ* posuere.

Consule Cl. Duporti Praelectiones in Theophrasti Char. Eth. cap. 6. pag. 413. & Raphelium ad Acta Apostol. cap. 12. comm. 19. proprie dicitur etiam in vincula, in carcerem duci. Livius lib. 3. cap. 13. *Virginus arripi jubet hominem, & in vincula duci.* Suetonius in Caesare cap. 20. *M. Catonem interpellantem extrahi curia per lectorem, ducique in carcerem iussit.* Capito Atrejus apud A. Gellium lib. 4. N. A. cap. 10. *Prebendi loquentem & in carcerem duci iussit.* Duci ad verberandum dixit Fabius Pictor apud Eundem lib. 10. cap. 15

² Emphyletus] Primus Longilius suspicatus est Nepotem heic lapsum esse, quod minus curiose Graecos codices inspexisset vertissetque. nam ex *Aristide* parere, in Graecis auctoribus scriptum fuisse *ἐμφολὸς* *λες*, h. e. *tribulis*. Hunc postea Magius aliique secuti sunt. *Schottus* tentabat *Euippus*: hunc enim una cum Phocione capitis damnatum fuisse, e Plutarcho in *Phoc.* & *apophthegm.* ac *Aeliano* 13, 42. constat. quamquam apud *Aelianum* non *Εἰππ* sed *Θόδιππ* legitur, sed utrumque longius abit a scriptura Nepotis, quam ut error ex affinitate ortus videri queat. *Euphyleti* cuiusdam meminit *Andocides or. de myster.* qui an heic locum reperire possit, viderint eruditi. *Fortassis* apud *Aristidem* nomen viri corruptum, & in appellativum transit, cum ipse scripsisset *ἐμφολὸς* *λες*: aut *Nepos* ex aliis

4 hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenienses. In hoc tantum fuit 5 odium multitudinis, ut 6 nemo ausus sit eum liber sepelire. Itaque 7 a servis sepultus est.

alii auctoribus narrationem suam hausit: aut denique in corruptos codices incidit. Certe tam oscitanter eum Graecos scriptores tractasse, vix crediderim. *Bosius*. *Leid. m. Enphiletus*. *Voss. A. Euphyletus*. Deceptum esse Auctorem nostrum Graeco vocabulo, quo tribulis significatur, sed id vitium cum aliis Auctoribus, qui verba peregrina interpretantes eodem modo fuere lapsi, commune habuisse docet *Celeb. Perizonius* in *Animadvers. Histor. cap. 9. pag. 395. & seq.*

3 O quam indigna] Aut aliud quiddam, sed simile; aut hoc ipsum, sed aliter tamen, de Phocione *Plutarchus* refert *libro de sui laude pag. 541. G. Buchnerus*.

4 Hunc enim exitum plerique] Quorum catalogum habes apud *Dionem Prusaenum orat. 73. & Valerium Max. 5. 3. ext. 3.* Quorundam & *Lucianus* meminit *libello meci μη παδίας μεγαύων διαβολή, pag. m. 581. Bosius*.

5 Odium multitudinis] Sic fere

Plutarchus quoque. Tamen lege etiam prohibitum fuisse, ne prodicionis rei sepelirentur palam, docet 2, 10, 5. & quos ibi laudavimus. *Bosius*.

6 Nemo ausus sit eum liber sepelire] *Dio Prusaenus Orat. 73. ait. Non satis putarunt tantam interficere, sed neque mortuum permiserunt jacere in Attica, sed extra terminos eiecerunt.* *Ernstius. Plutarchus* ait decrevisse inimicos ejus, ut corpus extra fines Atticae exterminaretur, & ne quis Atheniensis rogum funeri incenderet. *Ejectum* finibus Atticae, etiam *Valerius Max. & Dio* scribunt: *Diodorus*, cum reliquis insepultum projectum. Brevi tamen interjecto tempore, ossa ejus publice sepulta, statuaque ei posita. Testis *Plutarchus. Bosius. Voss. B. Sepeliri*.

7 A servis] A *Conopione* quodam, hujusmodi ministeriis adjecto, crematum; ossa vero a muliere *Megarica* clam apud focum suum defossa, refert *Plutarchus. Bosius*.

XX. TIMOLEON.

CAP. I.

I. TIMOLEON² CORINTHIUS. sine dubio
 magnus omnium iudicio hic vir extitit. Nam-
 que huic uni contigit, quod³ nescio an ulli, ut &

TIMOLEONTIS historia peti
 poreff ex *Plutarcho* in *vita* & *alibi*,
Diodoro 16. *Polyaeno* 5. *Suida*. Praeci-
 puus ejus scriptor *Timaenus* interci-
 dit. *Boeclerus*. Hunc *Timaenum* lau-
 dant de rebus *Timoleontis* *Cicero* 5.
ad famil. 12. & *Polybius* 12. in *ex-*
cerptis Peirescianis, qui & reprehendit,
 quod nimium laudaverit. Fe-
 cit autem, opinor, in *Συναμοίς*,
 de quibus *Vossius* 1. *de hist. Graec.* 12.
 De *Timoleonte* quaedam & *L. Ampel-*
ius narrat *libro memoriali cap.* 32.
Bosius.

1 *Timoleon*] Apud *Aristophanem*
Ranis act. 4. sc. 2. scriptum est *θυ-*
μολέων *Gebhardus*. Imo *θυμολέων*, ut
Suidas interpretatur, *θυμώδης τῷ*
ψυχῷ. Animum Leonis habens.
Ernstius. Ita nomen hoc scribitur
 non solum in recentioribus *Nepotis*
 editionibus, sed etiam apud *Cicero-*
nem & *Ampelium*, itemque *Polybium*,
Plutarchum, *Polyaenum*, *Diodorum*,
 &c. eamque scripturam & *Lambin-*
us ut indubiam praefert. In pleris-
 que tamen *Mss.* & *vett. edd.* *Nep-*
otis legitur *Thymoleon*: quod no-
 minis haud scio, an alibi legatur.
 Nam apud *Aristophanem* *Ranis* 4. 2.
 in illis verbis, *παλέγκλον, τούκρον,*
θυμολέωντων, (quem locum laudari
 video) vox postrema appellative ac-
 cipi potest, ut apud *Homerum* *Iliad.*

E. v. 639. & *alibi*. Nec vertendum,
 ut *Frischlinus* fecit, *Thymaleontium*;
 sed, *leonino animo praedictorum*. *Hely-*
chius: *θυμολέωντας, γενναίον, ἥτοι ἀ-*
δρείον ἔσσι *ἢ δεινόντας, ἢ δεινέθυμον*. Nec
 aliter *Suidas*, quem pariter laudari
 video: *θυμολέων, θυμώδης τῷ ψυχῷ*.
Bosius. *Voss* A. *Thimoleon*.

2 *Corinthius*] *Timoleontis* pater
 fuit *Timaenetus*, auctore *Diodoro*
Sic. lib. 16. sed, ut vult *Plutarchus*
 in *Timoleonte*, *Timodemus*: mater
 autem *Demariste*. *Lambinus*.

3 *Nescio an ulli contig.*] In *Mf.*
 quidem *Cod* est *quod nescio a nulli*.
 sed mendose. Non tamen rejicio
 vulgatam lectionem: quod *nescio an*
nulli, quam retinet prior *Boecleri*
editio. *Ernstius*. *Lambinus* & alii e-
 didere, *an nulli*. nec ausi rejicere
Schoottus & *Ernstius*, neque nego,
an aliquando idem esse ac *annus*;
 ut 8, 1, 1. sed hoc in loco ita scrip-
 sisse *Nepotem* vix crediderim. Si
 in libris quibusdam sic habetur, for-
 san id inde profectum, quod *lib-*
rarius invenerat *a nulli*; quomodo
 & in *Ernstiano* fuit. Sed meliores
 habent, *an ulli*. mox q. *edd.* sine
 copula, ut *patriam*. *Bosius*. Omnes
 mei *Codices* exhibent *an ulli* atque
 ita omnino legendum statuit *Cel-*
Corrius ad *Cic. lib.* 6. ad *Fam. Ep.* 7.
 n. 6. nimiaeque temeritatis eos in-
 cusat,

patriam, in qua erat natus, oppressam¹ a tyranno liberaret, &² a Syracusis, quibus auxilio erat missus, inveteratam servitutem depelleret: ³ totamque Siciliam, multos annos⁴ bello vexatam, a⁵ barbarisque oppressam, suo adventu⁶ in pristinum restitueret. Sed in his rebus non simplici fortuna con-² flicatus est, &, id quod⁷ difficilius putatur, multo sapientius tulit secundam,⁸ quam adversam, fortunam. Nam quum frater ejus⁹ Timophanes,¹⁰ dux³

cusat, qui hic *nulli* rescriperunt; cui tamen lectioni faveret ipse Cicero lib. 9. ad Fam. Ep. 14. n. 13. *Contigit enim tibi; quod haud scio, an nemini, ut &c.* Quoniam vero manu exarati libri, variaque aliorum Auctorum loca Bosii Cortiique sententiam confirmant, me ad eorum voluntarem conformabo. Consule interea, Lector, de hac loquendi formula Cl. Burm. ad Quinctilian. lib. 12. Institut. Orator. cap. 11. pag. 1108. & Duker. ad Florum lib. 3. cap. 12. n. 6. Pro *contigit* Voss. B. *contingit*. Pro *ut patriam* Leid. m. *ut & patriam*, sicuti Bosius jam edidit.

1 *A tyranno*] Timophane. vide *comma* 3. Bosius.

2 *A Syracusis*] *Infra* cap. 2, 1. *Bosius*.

3 *Totamque Siciliam*] *Ibidem* *comm.* 3, 4. *Bosius*.

4 *Bello vexatam*] Quod gestum est a Karthaginienſibus partim adversus Dionysium majorem duce Dione: &, Dione interfecto, Callippum, qui menses XIII. tyrannidem obtinuit, ut narrat *Diodorus* 16 & Callippo subactō, Hipparinum Dionysii F. qui annos duos imperio paterno potitus est; deinde Dionysium ipsum, qui imperium amis-

sum recuperavit. *Lambinus*.

5 *Barbarisque*] *Poenis*, ut arbitrator. vide *Plutarch. Timol. principio*. *Buchnerus*.

6 *In pristinum*] *Eleganter*. *Vulgo statum* addunt. *Gebhardus*. *Mox codex Schotti, consuetus*, quod ille dictum putat, ut *exercitus*, & similia. *Nugae*, quis unquam *configi* hoc sensu dixit? *Bosius*. *Restituere in pristinum* eodem modo dicitur, quo *restituere in integrum*. *Justinus* lib. 31. cap. 1. *civitates in integrum restitui jubet*. *Sueton.* in *J. Caesare*, cap. 16. *Ascitionque in curiam & amplissimis verbis collaudatum in integrum restituit*. *Phraſis* satis nota. Pro *Restitueret* *Voss. C. Restituerit*. *Mox pro consuetus* *Voss. C. consuetus*.

7 *Difficilius putatur*] *Aristoteles* 5. *Politic.* 8. *φιλοτὶ ἀ πολλοὺ ἀνδρῶν ἐν τυραννίᾳ*. *Loccenius*. adde dicta ad 9, 1. In *Boecl.* erat, *putabatur*: corrupte sine dubio. *Bosius*.

8 *Quam adversam fort.*] *Hoc dixit*, quod mater offensa esset, & alii carperent ejus facinus, quod adfuisse illis, qui fratrem occiderant. *Alias satis aequo animo fuisse in adversis*. vide *cap.* 4, 1. *Buchn.*

9 *Timophanes*] *Homo nulla in re Timoleontis fratris similis*, &c. *Vide Plutarch. pag.* 337. *C. D. Bosius*.

a Corinthiis delectus, tyrannidem per milites mercenarios occupasset, particepsque regni posset esse: ¹ tantum abfuit a societate sceleris, ut antetulerit suorum civium libertatem fratris saluti: ² & patriae parere legibus quam imperare, satius duxerit. Hac mente per ³ haruspicem, ⁴ communemque affinem, ¹ cui

¹⁰ *Dux a Corinth. del.]* In bello adversus Argivos & Cleonacos. Lambinus.

¹ *Tantum abfuit]* Lambinus & Gebh. *afuit.* vide quae diximus ad 17, 5, 2. *Bosius.* Voss. B. *afuit.* Consule Drakenburg. ad Silium Italicum lib. 13. v. 268. & paullo ante pro *particeps*, *participes*.

² *Et patriae parere legibus quam imperare satius dux.]* Lambinus perrendit legendum *& legibus patriae obtemperare satius duxerit, quam imperare.* sed non est penes Lambinum dare modum & leges ad arbitratum suum loquendi scriptoribus in ipsa latinitate natis atque eductis. *Gibbardus.* Sic diserte opt. liber Gifanii, (ut is testatur in *Ind. Lucret.* voce *Ullas*) & Ed. Ultrajectina. Eiusque lectionis vestigia etiam in Boecl. & Leid. supersunt. nam ille: *& patriae legibus quam imperare patriae, satius dux.* hic vero: *& parere leg. quam imp. satius dux.* Ob similitudinem vocum *patriae* & *parere* in illo prior, in hoc posterior excidit; sed quod in ora libri postea adscripta erat, quae exciderat vox, inde factum, opinor, ut alieno loco post *ad imperare* infereretur postea. nam illic delendam, ut ab aliquo inculcatam, & repetendam *de re prioribus*, facile adfentior *Lambino*: quanquam nec valde repugnare, si quis etiam in posterioribus retineri velit. Simile

fere modo loquutus Nepos 17, 4, 3. Vulgo ediderunt: *& patriae legibus obtemperare satius (vel sanctius) dux. quam imperare patriae.* Sed *rs sanctius* recte rejecit *Lambinus*, et si dissentiente *Gebhardo.* nam *rs satius* satis firmant cum scripti codices, jam laudati, tum alia Nostri loca, ex Indice cognoscenda. Illud *obtemperare* autem, ut recte observat ampliff. *Schefferus*, confectum a sciolis est, qui locum in suis codd. sicut in Boecleriano, mutilum explorare voluerunt. Fortassis autem & totum illud, *quam imperare patriae*, ab aliena manu est. *Lambino* certe suspectum fuit. *Bosius.* *Satius* Leid. m. & Voss. A. *Obtemperare* abest Vossiano B. qui tamen servat *duxit sanctius.*

³ *Haruspicem]* Huic *Theopompus* nomen imponit *Satyri*, Ephorus & Timaeus *Orthogorae*. Ego illi *Satyri* nomen fuisse proprium puto; *Orthogorae* vero, adjectivum laudis causa, quod vera ex haruspicina responderet. *Langol.* Leid. & Voss. A. *Aruspicem*. B. tamen *Haruspicem*. atque ita scribendum. *Haruspices* enim erant, qui victimarum exta consulebant, id est, inspiciabant. Vide praeter alios *Servium* & *Cerdam* ad *Virgilium* 4. *Aen.* v. 56. & 64. Quam artem seu disciplinam Romanis ab Etruscis traditam constat, unde saepius legimus, *Haruspices* ex Etruria Romam fuisse accitos. Vide *A. Gellium* lib. 4. N. A.

¶ cui soror ex eisdem parentibus nata nupta erat,
 2 fratrem tyrannum interficiendum curavit. Ipse non
 modo 3 manus non attulit, sed ne adspicere quidem
 fratrem sanguinem voluit. Nam dum res confice-
 retur, procul in praesidio fuit, ne quis satelles posset
 succurrere. Hoc 4 praeclarissimum ejus facinus non
 pari

A. cap. 5. Quae causa est, cur eos Etruscae originis vocabulo designarint ex *Haruga* victima, & *specere* composito. Consule celeb. J. Perizonium ad Aelianum lib. 2. V. H. cap. 31.

4 *Communemque affinem*] Hunc *Aeschylum* vocat *Plutarchus*, & uxoris Timophanis fratrem fuisse dicit. De hoc Timoleonis pio simul atque impio facinore idem *Plutarchus* in *politico* mentionem facit *Magius*. Voss. A. *communemque fratri affinem*. Voce *communis* proprie utitur. Dicitur enim de una & eadem re vel persona, cujus duo pluresve participant. Vide Celeb. J. Perizon. ad Sanctii Minervam lib. 1. cap. 7. n. 6. Hinc *Mars communis* dicitur, qui utrique parti favet. v. Cort. ad Cic. 6. Fam. Ep. 4. n. 4 & de *communi*bus diis, consule Celeb. Burm. ad Valerium Flaccum lib. 4. Argon. vs. 761. contra *communis hostis* utrique parti aequa infestus. V. Cl. Arnzen. ad Victorem de Orig. G. R. cap. 13. n. 3. Eandem habet significationem haec vox in ista loquendi formula *in commune*, de qua egit Celeb. Burmannus ad Phaedrum lib. 5. fab. 6. & ita passim. Mox pro *iisdem* Leid. m. *eisdem*.

1 *Cui soror ex eisd. par. nata*] Vide quae supra notavi ad Cimonis vitam cap. 1. 2. *Ernstius*. Scil. quibus Timoleon & Timophanes, *Bosius*.

2 *Frat. tyrannum interfic. cur.*] Justam censens injuste imperium aut tyrannidem occupantis interfectionem, ex veteri lege Rhadamanti, & pluribus Graecorum, de quibus *Grotius* de *J. B. & P.* 1. 4. 17. *Loccenius*. Adde judicium *Clapmarii* de *Arcanis verump.* 4. 20. *Bosius*.

3 *Manus non attulit, &c.*] Sic & *Plutarchus* in *vita*: paullulum abscessisse, & operata facie stertisse lacrymantem; *Aeschylum* autem & *Satyrum* gladiis eum interfecisse; & in *praeceptis politicis* adjuvisse interfectores, ait. At *Diodorus* ipsum, dum in foro deambular, necasse *Timophanem* scribit. *Bosius*. Leid. m. & Voss. A. C. *manum*.

4 *Praeclarissimum facinus*] Sic edd. quas vidi omnes, excepta postrema *Boeckl.* & quae hanc sequuntur: credo quod scriptus liber maximi illius viri sic haberet. Reliqui MSS. haud discrepant ab editis. Quare illos sequi malui: cum verisimile non sit, tot librarios pro *factum* supposuisse *facinus*. Sic autem & alii veterum hac voce usi. vide *Indicem*. *Bosius*. Leid. m. & Voss. A. C. *facinus*. Quae vox centies ab *Optimis Auctoribus* in bonam sumitur partem. *Livius* lib. 2. c. 12. *Majus*, si *Dii jurant*, in animo est *facinus*. Consule cl. *Cortium* ad *Ciceron.* lib. 2. ad *Fam. Ep.* 9. n. 3. & ad *Salustii Catilin.* cap. 2. n. 9. Mox *Voss. B.* *Ab omnibus probatum est*.
 Kk 3 Pro

pari modo probatum est ab omnibus. Nonnulli enim laesam ab eo pietatem putabant, ¹ & invidia laudem virtutis obtinebant. Mater vero post id factum, neque ² domum ad se filium admisit, neque adspexit, ⁶ quin cum fratricidam inpiumque ³ detestans compelleret. ⁴ Quibus rebus ille adeo est commotus, ⁵ ut nonnunquam vitae finem facere voluerit, atque ex ingratorum hominum conspectu morte decedere.

CAP. II.

¹ Interim Dione Syracusis interfecto, Dionysius rursus ² Syracusarum potitus est: cujus adversarii opem

Pro nam dum Voss. C. nondum.

¹ Et invidia laud. virt. obter.] Calumniando & invidiam concitando laudem rei praeclare gestae infringebant atque inminuebant. Curt. lib. 8. cap. 4. silentium tamen habuere seniores, donec Philippi res orsus obterere. cap. 6. Et rex, velut patienter audiret, quis Clytus obterebat laudes ejus, ingentem iram animo conceperat. M. Cicero, antequam iret in exilium: Qui novam rationem suscitant, veteres majorum obtrunt laudes. Gebhardus. Aberant ista membranis Schotti. haud dabie omnia ob similem terminationem vocum putabant, obterebant. Bofius. Obterere & deterere passim pro inminuere, vilius quid reddere &c. Consule Torrentium ad Horatium lib. 1. O. 6. v. 12. & cl. Burm. ad Phaedrum lib. 3. Prol. vs. 55. sed a Vossiano C. omnia haec verba absunt.

² Domum ad se] Vel haec duo, inquit Lambinus, pro uno posuit: Vel AD SE, id est, eo ubi esset. De posteriori, adfentior. Poterat enim & domum suam admittere filium, ut

ad se h. e. in conclave aut cubiculum suum non admitteret: & ad se, sed in alia domo: Non igitur pro uno haec posuit Nepos; nec, ut idem Lambinus volebat, ad se, idem est, ac domum suam, ut apud Terentium: Eamus ad me. Apud Plutarchum est: *οἰκιστὴν ἐκ τῆς μητρὸς τοῦ ὄψιν, ἀδελφῶν ἐπιεικῶς ἀπέκρινεν.* Bofius.

³ Detestans] Addit Plutarchus, eam diris devovisse filium. *ἢ ἡλιθίως ἐκ' ἀλλοῦ ἀεζήσας ἐπέκρινεν.* Bofius. Leid. m. detestatus.

⁴ Quibus rebus] Sic e. Mss. suis Savaro edidit, & in postrema edit. Boeclerus. Nec aliter loquutus noster 7, 10, 2: 14, 6, 6: 18, 6, 5. ut jam Savaro annotavit. Bofius. Voss. C. Quibus res.

⁵ Ut nonnunq. vitae fin. f. v.] Invidia se extinguere. Plutarchus: *ἀφ' ἑαυτοῦ ἰσθ' ἀς διαδριπὼν ἀπέκρινεν τὸ σπῆς.* Sed mollem animum illum dicat, qui praeclarissimi facinoris sibi conscius, absurdissimo mulierculae judicio tantopere conturbetur. Gebhardus. Secundum Stoicorum artificium. De quo disputavi cap.

pem a Corinthiis petierunt, ducemque, quo in bello uterentur, postularunt. Huc Timoleon missus, ³ incredibili felicitate Dionysium tota Sicilia depulit. ² Quum interficere posset, noluit: tutoque ut Corinthum perveniret, effecit: quod ⁴ utrorumque Dionysiorum opibus Corinthii saepe adjuti fuerant, ⁵ cuius benignitatis memoriam volebat exstare: ⁶ eamque praeclaram victoriam ducebat, in qua plus esset clementiae, quam crudelitatis: postremo, ut non solum auribus acciperetur, sed etiam oculis cerneretur, ⁷ quem & ex quanto regno ⁸ ad quam fortunam

cap. 22. Introduct. ad veram Vitam §. 26. & nonnulla dixi in Comment. ad Senecae lib. 3. de ira cap. 15. Vide infra a nobis dicta ad vitam Attici cap. 21. 6. *Ernstius*. Plutarchus addit, amicorum precibus prohibitum, constituisse vitam in solitudine agere, inque desertissimis locis commoratum. *Bosius*.

1 *Interim Dione Syracusis interfecto*] Fraude nimirum ac scelere Callipii Atheniensis, quem Auctor noster in Dione Callicratem vocat. Diodor. Sicul. lib. 16. & Plutarch. Dione. *Ernstius*.

2 *Syracus. potitus est*] Ita tamen, ut Ictea tyrannus Acradinam & Neapolim teneret, Dionysius insulam: ut tradit Diodorus 16. Lambinus. Leid. m. *Syracusanorum*. Pro *petiverunt* Voss. B. *petierunt*.

3 *Incredib. felicitate*] Quam multa ostenta, & prodigia, & somnia praesignificaverunt, ut tradunt Plutarchus ac Diodorus. Lambinus.

4 *Utrorunque Dionysiorum*] Adscripserat uni codicum suorum *Bartholomaeus*: *Nepos dixisset* UTRIVSQUE Sed ita & alii veterum loquuti. Ad indicem. *Bosius*. Pro *quid* Voss.

C. qui. Paulo ante pro cum interficere Voss. C. *quem interficere. pro tutoque* Leid. m. *tutoque. & pro perveniret, pervenerit.*

5 *Cuius benignitatis &c*] Male vulgo distinxerant hunc locum: nos interpunximus, prout res poscebat. Nam, ut etiam Lambinus adnotavit, tres ab auctore causae recensentur, cur Timoleon noluerit interficere Dionysium, effeceritque ut Corinthum tuto perveniret. *Bosius*.

6 *Eamque praeclaram*] Sic Mss. Sch. Leid. & Ed. Ultraj. ac, fide Mss. Codicis, ut arbitror, novissima Boecleri, eamque sequitae. Vulgo est: *Et quod eam praecl.* *Bosius*. Consentiant tres mei. pro *in qua* Leid. m. *ex qua.* pro *clementiae* Voss. B. *clementia*.

7 *Quem & ex quanto regno &c.*] Ennius apud Ciceronem lib. 3. Tuscul.

— *Ut scias quanto e loco*

Quantis opibus quibus de rebus lapsa, fortuna accidat. Gebhardus.

Vide Ind. voce *qui*. *Bosius*.

8 *Ad quam fortunam detrusisset.*] Quo pacto Dionysius se, & arcem.

3 nam detrusisset. 1 Post Dionysii decessum 2 cum Hiceta bellavit, qui adversatus fuerat Dionysio: quem non odio tyrannidis dissensisse, sed cupiditate, indicio fuit, quod ipse, expulso Dionysio, imperium 4 dimittere noluit. Hoc superato, Timoleon 3 maximas copias Karthaginensium apud 4 Crimessum flumen 5 fugavit, ac satis habere coëgit, si liceret Africam obtinere, qui jam 6 complures annos possessionem Siciliae tenebant. Cepit etiam 7 Mamercum, Ita-

& totum adparatum tyrannicum Timoleonti tradiderit, & ex potentissimo tyranno privatus & imbecillissimo effectus sit, exponit *Plutarchus in Timoleonte*. Lambinus. Adde laudatos *Ernstius*. Pro *detrusisset*, alii *detulisset*: Ed. *Ultraj. depulisset*. *Bosius*. Leid. m. *detulisset*. *Voss. A. detulisset*. B. & C. etiam *detulisset*,

1 Post Dionysii decessum] I. e. posteaquam Dionysius Syracusis decessit. *Lambinus*. Prior *Boecleri* editio legit *decessum*. Sufficiebat Timoleonti, ut Dionysius deposita tyrannide e Sicilia excederet, & in Peloponnesum abiret. Ubi privatam vitam deinceps egit. Corinthi igitur ludum literarium aperiens ita se gessit, ut contemptu potius, quam innocentia tutus esset. Quae plenius petenda e *Diodori* lib: 16. *Plutarchi* *Dione*, *Timoleonte*, & *Justin*. lib. 21. *Ernstius*. ad *Ind. Bosius*. Leid. m. *Post Dionysium decessum*. Similes loquendi modos recenset *Cortius* ad *Sallustii* *B. Jugurth*. cap. 55. n. 4.

2 Cum Hiceta] Uno de amicis *Dionis* *Ernstius*. Sic scribendum non *leeta*, ut hucusque ab omnibus editum. Est enim Graecis *intra*. Praeterea *Mf. Schotti* *Herata*. *Boecl. heccata* habuit, quae haud dubie ex

Hiceta corrupta sunt. Q. edd. vett. habent *leete*. Mox idem cod. *Boecl. quoniam non odio*. corrupte itidem. *Bosius*. Leid. m. *Herata*. *Voss. A. Heccata*. C. *Heccata*. mox pro *fuerat* Leid. m. *erat*.

3 Max. copias Carthaginensium] Magnam Siciliae partem Carthaginenses occupaverant dudum, vindicaturi sibi & cetera, occasionem commodam nacti. Quae tum se maxime videbatur offerre, cum Syracusani cum Dionysio, denuo occupata tyrannide post interfectum *Dionem* qui dejecerat, committerentur. Nam cum nihil mediocre timeretur a tyranno, totas habenas laxaturo ulciscendi inimicos cupiditati, & omnibus modis destruenda videretur nova tyrannis, ad bellum deducta res est. *Buchnerus*.

4 Crimessum] Varie nomen hoc scribitur. In *Mss.* & vett. edd. *Crimissum* legitur. *Crimissus* verum nomen esse, & poetice *Crimissus*, post *Magium* etiam *Cluverius* censuit *Siciliae antiq.* 2, p. 266. adde *Bochartum de coloniis Phoenicium* l. 29. *Lambinus* e *Plutarcho* reposuit *Crimessum*, quod alii retinuerunt. Ed. *Col.* cum *Longolio* *Crimessum*. voluit, opinor, *Crimessum*. Adde *Ind. Bosius*. Leid. m. *Cymissum*, *Voss. A. B. & C. Crimissum*.

Italicum ducem; hominem bellicosum & potentem, qui tyrannos adjutum in Siciliam venerat.

CAP. III.

Quibus rebus confectis, quum propter diuturnitatem belli non solum regiones, sed etiam urbes desertas videret, conquistavit, quos potuit, primum Siculos; ¹ deinde Corintho arcessivit colonos, quod ab his initio ² Syracusae erant conditae. ³ Civibus veteribus sua restituit, novis bello vacuefactas possessiones divisit, ⁴ urbium moenia disiecta, ⁵ fanaque (deserta)

nissum. Mss. Codices Vibii Sequestris exhibent *Crimisor*, quod propius accedit ad scripturam Codicum meorum.

⁵ *Fugavit*] Multis verbis hanc pugnam describit ejusque eventum exponit *Plutarchus*, quae longum sit vel referre vel interpretari *Lamb.*

⁶ *Complures annos*] Vide *Strabonem* pag. 270. *Buchnerus*. *Voss. C.* *plures annos.*

⁷ *Mamercum*] *Catanae* tyrannum. vid. *Plutarchus*. *Polyaenus lib. 5. Strategem.* paullo aliter hoc refert. Commemorat & hunc *Mamercum Diodorus* 16. pag. 547. ubi tamen mendose legitur *Μάμερον* pro *Μάμερον*. *Lambinus*. Paullo ante male in *E*. dir. *Hack.* editum est *tenebat* pro *tenebant*. Pro *Mamercum* *Voss. A.* *Mamercum*. *C.* *Mamoren.*

¹ *Deinde*] *Voss. A.* *deim.* & pro *his* idem *iii.*

² *Syracusae*] De pulchritudine & magnitudine hujus urbis vide *Cicer.* 6. *Verrina.* Ubi dicit constare eam ex quatuor urbibus maximis. A quo *Strabo* lib. 6. dissentit, scribens *Syracusas* quinque urbes ambitu suo complecti. Vide *Plutarch.*

in *Marcello*. Quanta urbs fuerit. rudera ejus indicant, quae non sine magna admiratione coram intuitus sum. *Ernstius.*

³ *Civib. veter. sua restituit*] Quale institutum in restituendis bello amissis servavit etiam *Aratus Sicyonius*, & *Caesar*; de quibus operae est legere *Tullium* 2. *offic.* & *Caesarem* initio *lib. 3. bell. civ.* Totum autem hoc argumentum accurate pertractavit *Grotius de J. B. & P.* 3. 9. & 10. *Loccenius*. Quaedam verba hic absunt *Vossiano B.*

⁴ *Urbium moenia disiecta*] *Gravissimum* poenae, qua victi percelluntur, genus, ne possint resurgere, & injuriae vim a suis depellere cervicibus. *Cato* ita punit *Celtiberos* apud *Polyaenum* 8. Auctor de *Viris Illustribus* cap. 47. *Consul. Celtiberos domuit, & ne rebellare possent, literas ad singulas Civitates misit, ut muros diruerent.* *Diodorus* l. 16. Ἀγλαζήτης ἢ παραλάων πᾶσαν τὴν Ἀργυρίαν, ἢ τῶν ἀειδοσυντάτων πόλεων τὰ τεῖχη. Non solum autem rebelles; sed quicumque officio in principem defuissent, hujus poenae acerbitate plectebantur. *Suetonius*

ferta) refecit, civitatibus leges libertatemque reddidit: ¹ ex maximo bello tantum otium totae insulae conciliavit, ut hic conditor urbium earum, non illi ³ qui initio deduxerant, videretur. ³ Arcem Syracusis, quam munierat Dionysius ad urbem obsidendam

Galba c. 12. Praecesserat de eo fama saevitiae simul atque avaritiae: quod civitates Hispaniarum Galliarumque, quae cum tantis sibi accesserant, gravioribus tributis, quasdam etiam murorum destructione punisset. Ceterum ut invidiosissimum habebatur dejicere victis moenia; ita contra, uberrima favoris materia, Principes sese ademptum muniendi jus restituros, aut suis impensis dejectos muros rursus excitaturos esse promittebant. Justinus 8, 3, 7. & 8. Deinde ad abolendam invidiae famam, qua insignis praeter caeteros tunc temporis habebatur, per regna mittit & opulentissimas civitates, qui opinionem sererent, Regem Philippum magna pecunia locare & muros per civitates, & fana & templa faciunda. Gebhardus.

5 Fanaque deleta] Lambini correctionem non probat Savaro, eque suis Mss. mavult *deserta*. Neutrum in suis conspici schedis testatur Cl. Schottus, malum & ipse abesse. Propertius autem opinionem Savaronis videtur juvare lib. 3, El. 12.

At nunc desertis cessant sacra varia lucis.

Imo similis locus est Ennii apud Ciceron. lib. 3. Tuscul.

Quoi nec arae patriae domi stant, fractae & disjectae

Facient Fana flamma deflagrata.

Gebhardus. Lambinus emendavit, *deleta*, cum in Mss. & edd. vet. omnibus *deserta* legatur. Audiamus eum. Quae *deleta* sunt, inquit, re-

fici dicuntur, cum redintegrantur: quae *deserta* sunt, non reficiuntur, sed colonis accessitis & conquestis celebrantur, & frequentantur. quod verum est. Savaro tamen *deserta* aliis Nepotis locis tueri conatur, ut cum *desertas* urbes versu 1. & *desertam Carthaginem* 22, 2, 2. dixit. Sed heic non tam in disceptationem venit, an *fana deserta*, (nam & lucos *desertos* dixit Propertius. 4. eleg. 3.) quam an *deserta refici*, recte dicatur. Ne dicam, posteriore loco in edd. & Mss. plerisque *deletam* dici Carthaginem. Schedis Schotti utrumque aberat: Gebhardi iudicio recte; cui plane assentior. Bostius. Leid. m. item Voss. A. B. *deserta*. Fanaque *deleta* refecit absunt a Vossiano C. pro *urbium moenia* Voss. B. *urbiumque moenia*.

1 Ex max. bello] Sic e suo cod. legit Gifanius loco cit. & in noviss. editione celeberr. Boeclerus: suffragante Leidensi. Vulgo edunt & *max. b.* Mox idem cod. Gifanii & alius Lambino fide Cl. Puteani laudatus: *totae insulae*, non, *toti*, recte. v. notas ad 18, 1, 6. Bostius. Leid. m. & *maxim. bello*.

2 Qui initio deduxerant] Verbum primis urbium conditoribus proprium. Servius ad Virg. 2. Aen. vf. 800.

In quascumque velim pelago deducere terras.

Fuxta morem Romanum deduci coloniae dicebantur. Bene ergo de Aenea dixit deducere, quod eis civitatem conditurus erat. unde saepius apud

dam, ¹ a fundamentis disjecit: ² cetera tyrannidis propugnacula demolitus est, deditque operam, ut quam minime multa vestigia servitutis manerent. Quum 4 tantis esset opibus, ut etiam invitis imperare posset, tantum autem haberet amorem omnium Siculorum, ut

puđ Livium & alios deducere colonias legimus. Consule Cl. Arntzenium ad Victorem de Vir. Ill. cap. 5. n. 3. Pro conditor Voss. C. condicio.

3 *Arce[m] Syracusis, quam munierat Dionysius ad urbem obsidendam* Arces eo fine inventae sunt, ut cives obsidione & quasi compedibus premant, tyrannosque a liberatoribus tutos praesentent. Seneca Thyeste versu 639.

In arce summa Pelopis una est pars domus

Conversa ad austrum; cuius extremum latus

Aequale monti crescit, atque urbem premit,

Et contumacem regibus populum suis Habet sub ictu.

Hic Scriptores tot astute cogitata tyrannorum, literis consignarunt, qui arce callide excitata servitutem suis imposuerunt. Polycrates non ante Samiorum dominatu potiri potuit, quam perfecta arce Astopalaea. Polyaeus lib. 1. quem & lib. 4. in Clearcho, lib. 7. princ. Herodot. Clio cap. 39. f. vide. Gebhardus. Unde T. Flamininus, ut Graeciam tyrannidis metu liberaret, tres arces, Acrocorinthum, Demetriadem & Chalcidem, quas Philippus junior Maced. Rex Graeciae compedes appellabat, solo aequavit. Ubbo Emmius lib. 2. ver. Frisic. de Worstensibus: *Arce[m] impositam non patiuntur, velut instrumentum servitutis.* Sed de hoc argumento Aristoteles Politic. 7,

11. & Bodinus de re publ. 5. s. p. m. 873. 886. 887. fuse Quamvis autem arces & castella in bello sint praesidio contra vim hostilem, & receptaculo in excursionibus, in pace contra civium rebellionem munimento: quidquid etiam contraferat Machiavellus cap. 20. Principis; in eo tamen probamus illius sententiam, quod parum tutum in his sit ei Principi praesidium, qui odio publice exagitur. Haec autem arx inaccessa, hoc inexpugnabile munimentum est, munimento non egere; ut loquitur Plinius in paneg. Amor autem civium erga bonos Principes, est arx illa inaccessa, & inexpugnabile munimentum. Cum his etiam conferri possunt, quae in hanc rem Histor. Suec. lib. 3. pag. 97. scripti. Loccenius Adde Ind. in vocibus arx munita, tyrannis, & propugnaculum Bosius.

1 *A fundamentis disjecit*] Vide Diodor. lib. cit. pag. 547. & 553. Bos. Voss. B. fundamentis disjecit. sed sic infra in Hannibale cap. 7. n. 7. dixit domum a fundamentis disjicere ubi nulla Codicum est varietas. Verbum disjicere illustravit Cel. Burmannus ad Ovidium l. 12. Met. vs. 108. Mox Vestigia metaphorice posuit pro signis, reliquiis. Vide Tennulium ad Frontin. lib. 3. Strat. cap. 15. n. 16.

2 *Cetera tyrannidis propugnacula demolitus est*] In quorum uno quod hodie vocatur Merket, marmoreum stemma, teste Mario Aretio & Franc.

ut nullo recusante ¹ regnum obtineret: maluit se diligi, quam metui. Itaque quum primum potuit, imperium deposuit, ² & privatus Syracusis, quod reliquum vitae fuit, vixit. neque vero id inperite fecit.
⁵ Nam quod ceteri reges ³ imperio potuerunt, hic benevolentia tenuit. Nullus honos huic defuit: neque postea ⁴ res ulla Syracusis gesta est publice, de qua prius sit decretum, quam Timoleontis sententia cognita. Nullius unquam consilium non modo antelatum, sed ne comparatum quidem est. neque id magis benevolentia factum est, quam prudentia.

CAP.

Franc. Maurolyco apud Gualtherum in antiquis Siciliae tabulis inventum est. EXTINCTORI TYRANNICAE. Quod sine dubio Timolonti erectum est. *Ernstius.*

¹ Regnum obtineret] Malebat *Freinhemius*, obtinere. Sed revera obtinebat imperium Timoleou, nam, ut statim sequitur, cum primum potuit, imperium deposuit. nisi de imperio militari id accipere malis. *Bosius.*

² Et privatus Syracusis, quod rel. v. f. vix.] Probe sibi conscius, ita ab se rempub. esse administratam, ut exuta potestate jure ad poenam a civibus suis non posset deposci. Illi tamen, qui contra leges singularem potentiam struxerunt, impunitatem praeteritorum impetrarunt deposito imperio & populo metu liberato. vide supra in *Miltiade* (ad 1, 3, 5.) *Gebhardus*, *Voss. C. acprivatus*. Mox vero post neque abest *Voss. B.* & *τὸ id abest Leidenf.*

³ Imperio potuerunt] *Vix potuerunt*, rescribendum videri ad oram olim adnotatum, placeretque conjectura. *Schottus*, *Gebhardus* & *Kenchenius* eam scripturam in dextrum receperunt. Sed invitis, opinor, libris.

Et tamen vulgata ferri vix potest. An igitur *τὸ potuerunt* expungi debet, subaudiendumque *tenuerunt*. *Bosius*. *Vix abest Leidenf.*, *Vossianis A. & C.* paullo post male *nullus* in *Ed. Hack.* est editum.

⁴ Res ulla Syrac. gesta est publice] Sic optimus liber *Boecl.* longe melius, etiam doctiss. *Schefferi* iudicio, quam quomodo hucusque editum, *Syr. res ulla gesta est publica*. *Paraphraseos* loco possunt esse illa *Plutarchi* de hac ipsa re: ἡ πόλις ἐκ λύσις, ἡ νόμον θέσις, ἡ χάρις κερτακισμός, ἡ πολιτείας διατάξις ἰδὲ καὶ κελῶς ἔχτη, ἥς ἐκείνη μὴ περτάσαντο, μὲν δὲ κατὰ κομῆσις, &c. *Bosius*. Pro decretum *Leid. m. decretus*.

¹ Lumina oculorum amisit *Eye*] Multos qui & oculis capti fuerint, moderateque eum casum tulerint, enumerat *Cicero Tuscul. 5.* & *Marcus Marulus Spalatensis*. *Schottus*. Exempla eorum, qui non modo caecitatem patienter tulerunt, sed etiam lumine mentis, etsi oculis capti, multum privatim publiceque profuerunt, habes in *Passeratii oratione de coecitate*, quam ipse tunc coecus habuit. *Locecius*. Idem cura acci-

CAP. IV.

Hic quum aetate jam provectus esset, sine ullo mor-
 bo¹ lumina oculorum amisit. quam calamitatem
 ita moderate tulit, ut neque cum querentem quis-
 quam audierit, neque eo minus privatis publicisque
 rebus interfuerit. Veniebat autem² in theatrum,²
 quum ibi concilium populi haberetur,³ propter va-
 letudinem vectus jumentis junctis, atque ita de ve-
 hiculo, quae videbantur, dicebat: neque hoc illi
 quisquam tribuebat superbiae. + Nihil enim unquam,
 neque insolens, neque gloriosum,⁵ ex ore ejus exiit:³
 qui quidem, quum suas laudes audiret praedicari,
 nunquam aliud dixit, quam⁶ se in ea re maximas diis
 gra-

accideret viro elegantissimo Johan-
 ni Passeratio, doctam scripsit Ora-
 tionem de *Coecitate* eamque post-
 quam publice habuit Car. Saldanio
 dedicavit. De eodem argumento
 exemplum vide apud Cic. 5. Tu-
 scul. quae est. pag. 134. B. *Ernstius*.
 Adde *Fac. Gutherii Tiresiam seu de*
coecitatis & sapientiae cognatione disser-
tationem. ad Nicol. Brulattium Gal-
 liae Cancellarium scriptam, & e-
 jusdem erudito operi *de officiis do-*
mus Augustae subnexam. *Bosius*.

2 *In theatrum, quum ibi concilium*
populi haberetur] Nam Graecis &
 Graeciensibus plerisque theatrum
 pro curia, foro, comitio fuit. vi-
 de *Lips. ad Taciti 2. Hist. nota 90.*
Bernegger. ad Jusin. 22, 2, 10. Jo.
Pricaeum notis ad Aetor 19, 29. &
Buchnerum in accession. ad Theof. Fabri.
Bosius. Adde *Frontinum lib. 3.*
Strat. cap. 2. E. 6. & lib. 4. 7, 22.

3 *Propter valetud. vectus jumentis*
junctis] Appius Claudius senex &
 coccus lectica in senatum latus est

Gebhardus. De Timoleonte vide *Plu-*
tarch. p. 254. Bosius. *Junctis* abest
 Leidensi m. & Vossiano A. mox
 male in Ed. Hak. est editum *ulli*
 pro illi.

4 *Nihil enim unquam]* Voss. C.
nihil enim unquam.

5 *Ex ore ejus exiit]* Adscripserat
 uni codicum suorum *Barthius; Phra-*
sis biblica. sed ita & Cicero loquutus,
 ut jam *Lambino* observatum. vide
Ind. v. exire. Bosius.

6 *Se in ea re max. diis grat. ag.]*
 Sic lego in omnibus edd. excepta
 novissima Boecleriana; quae *rd in*
 omittit; fidene Ms. codicis, an o-
 perarum incuria, dicere non pos-
 sum. Quare nil mutare volui. praes-
 sertim cum sic & alibi noster loqua-
 tur. Ut 25, 11 6. *ne qua in re jure*
plesteretur. Laudant ita hunc locum
 & *Schoppius in Grammat. philos. ac*
Vossius de analog. 4, 21. indeque col-
 ligunt, quare elliptice dici pro *in*
qua re. Atque sic *ea re* esset, ea
 propter, idcirco: quomodo 1, 4 4.
 end. m

gratias agere, ¹ atque habere, quod quum Siciliam ² recreare constituerent, tum se potissimum ducem esse voluissent. ³ Nihil enim rerum humanarum sine deorum numine ⁴ geri putabat. Itaque suae domi sacellum ⁵ ἀνοματίας constituerat, idque sanctissime colebat.

C A P. V.

Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles acceperunt casus. Nam praelia maxima ⁶ natali

eadem re dixit. Bosius. Omnes mei in ea re.

¹ *Atque habere]* Vide Ind. v. habere. Bosius.

² *Recreate]* Hist. lib. 8. cap. 49. *Defessa tot adversis proeliis Gallia. Cic. de Provinc. Macedonia ita vexata est, ut vix possit se dutura pace recreare. Et in Epistol. Ipsa causa ea est, ut jam simul cum Rep. quae in perpetuum jacere non potest, necessario reviviscat, atque recreetur. Gebhardus.*

³ *Nihil enim rerum humanarum sine deorum numine agi putabat]* Dei, oportuisset dicere, quomodo apud Plutarchum loquitur. Quae orthodoxa ac pia sententia est. Qua omnes profanos superat miles hic Philosophos, etiam illos Theologos, qui inter civiles & spirituales actiones distinguunt. Christi sententia est. *χαρις ἐμὴ ἔδωκεν ἐπιείκεια ἐμὴ.* Joh. 15, 5. sed sacellum ἀνοματίας fortuiti casus, quod condidit, de quo sequitur, animum hominis athei prodit. *Ernstius.*

⁴ *Geri putabat]* Sic Mss. Schotti, Boecl. & Ed. Ultraj. idque & *Schefferus* non dubitabat in textum recipere. Neque aliter loquutus 4, 2, 4. 10, 8, 4. 14, 5, 1. 23, 12, 1.

25, 22, 3. Vulgo editur: *agi putabat*, quod *Scheffero* videbatur ex glossa natum. *Bosius. Leid. m. agi. sed Voss. A. B. C. geri. Agere & gerere confusa etiam vidimus ad Dionis cap. 8. n. 4. Ratio est, quia haec verba cognatas sibi habent significationes. Gerere pro gubernare, regere, dirigere passim ponitur. Tibullus lib. 3. El. 3. vs. 22.*

Nam Fortuna sua tempora lege gerit. id est disponit, gubernat. ubi vide Broukhufii notas. Sed eo sensu etiam Verbum agere saepe occurrit. Consule Cl. Dukerum ad Florum lib. 4. cap. 3. n. 6. & Cortium ad Sallustium Jugurth. cap. 2. n. 3. Agere & gerere saepius confundi in Mss. videbimus etiam ad Hannib. cap. 8.

⁵ *ἀνοματίας]* Denuo Indicem vide. *Bosius.*

⁶ *Natali die suo fecit omnia]* Memorabilia non pauca de certorum dierum eventibus observatis colligit *Forstnerus in not. ad Tacit. l. 1. Boeclerus. Trajanus natali die adoptatus est, & ad imperium adspiravit. Plinius Paneg. cap. 92. [Nisi tamen ibi natalis pro die, quo adoptatus est, accipi debet.] Carolus V. natali suo ad Ticinum vicit, & Fran-*

tali die suo fecit omnia: quo factum est, ut ¹ ejusdem natalem festum haberet universa Sicilia. Huic ² quidam ³ Lamestius, homo petulans & ingratus, ³ vadimonium quum vellet imponere, quod cum illo se lege agere diceret, & complures concurrissent, qui procacitatem hominis manibus coercere conarentur: Timoleon oravit omnes, ne id facerent. Namque id ut ⁴ Lamestio ceterisque liceret, se maximos ⁵ labores summaque adiisse pericula. Hanc enim speciem

li-

Franciscum regem Galliae cepit, anno cto 15 xxv. x. Kal. Febr. Anno cto 15 xxx Bononiae eodem die coronam a Pontifice accepit. *Thuanus lib. 1. pag. 39. 41.* Augusto mense Augusto & primus consulatus & pleraque victoriae contigerunt. *Sueton. c. 31.* Idem Augustus sub suum natalem plerumque languit. *Sueton. vita ejus cap. 31.* vide *Muret. ad Tacitum pag. 116.* Buchnerus. Memorabile quoque est, quod Condaeus Princeps eodem mensis & hebdomadis die eademque hora, qua natus erat, jussu Regis & Reginae captus fuit: ut refert *continuator historiarum Thuanii lib. 9. pag. 664.* Fuit autem natalis Timoleonis, XXVII. Thargelionis: nam eo Karthaginenses vicit, teste *Plutarcho. Bofius.*

¹ *Ejusdem natalem*] Sic plerique ediderunt. *Boeclerus* tamen, haud scio an fide sui codicis: *ejus diem natalem.* Vix crediderim intra unam periodum has voces bis adhibuisse Nepotem. Ed. Colon. *ejusdem natale festum haberet min. Sic.* Non ausim rejicere. *Natale*, subaudi *tempus.* *Bofius. Leid. m. & Voss. A. B. C. ejus diem natalem.* Similes vocum repetitiones enumerat *Tib. Wopkens lib. 2. Lect. Tull. cap. 6.*

& alibi. quare hanc lectionem praefero.

² *Lamestius*] Sic *Mss.* quidam & edd. laudante *Magio*; retinuitque *Lambinus* ac multi editorum alii. Nec discrepant alii codices *Mss.* *Boecl.* mox *Lamistio* habet, & *Gifaniani* versu ³. *Lamythii. Longolio, Magio, Gebhardo,* aliisque *Laphystius* placet, quoniam *Plutarcho* *λαφύσιος* audit. Atque hoc Graecum nomen esse scio: non item, an & reliqua sint. *Bofius. Leid. m. Lamestius. Voss. A. B. C. Lamistias.*

³ *Vadimonium*] De voce hac vide, quae alii notarunt tam heic, quam in *Attrici* vita. *M.* noster codex legat *badimonium.* quod idem vocabulum est. Sic in *Excerptis ex veteribus lexicis Graecolatinae*, quae *H. Stephanus* edidit, *ἐμν. β.* scriptum est *ἐγμνίον* *εμνίον.* *Badimonium* fuge pro *vadimonio.* Quae transpositio literarum pueris nota est. *Ernstius.*

⁴ *Lamestio ceterisque liceret*] *M.* *Boecl. Lamistio* & *civris* lic. Interpolavit forsitan sciolus, ob illa versu ³. *in qua civris liceret* &c. *Bofius.* Sic & *Voss. B. C.* sed *A. Lam. & quis.*

⁵ *Labores summaque pericula*] *La-*
borea

libertatis esse, si omnibus quod quisque vellet ¹ legibus experiri liceret. Idem, quum quidam Lamestii similis, nomine Demacnetus, in concione populi, de ² rebus gestis ejus detrahere coepisset, ac nonnulla inveheretur in Timoleonta: dixit, nunc demum ³ se voti esse damnatum. Namque haec a diis immortalibus semper precatum, ut talem libertatem restituerent Syracusanis, in qua cuivis liceret, de quo ⁴ vellet, impune dicere. Hic quum diem supremum obiisset, publice a Syracusanis ⁴ in gymnasio, quod Timo-

bones passim pro difficultatibus, malis, discriminibus. ut in Hannibale cap. 13. Sic vir fortissimus multis variisque perficiendis laboribus anno acquievit septuagesimo. Servius ad Virgilium lib. 2. Aen. vs. 143. — Miserere laborum Tantorum dicit periculorum, malorum. Consule Broukhufium ad Propertium 1, 16, 25. Graevium ad Justinum lib. 22. cap. 6. n. 3. & Miscell. Obs. pro Julio & Aug. 1732. pag. 26. & 27. sic ΠΟΝΟΣ Graecis. Vide Euripidem in Hecuba 784. & in Oreste 343. Schol. Aeschyli Prom. Vincto 118. Perizon. ad Aelian. 5. V. H. cap. 6. unde πονησιος pro Aerumnoso. Eurip. Phoeniss. 160. Mox pro speciem Voss. B. spern. quae voces saepius in Mss. confunduntur. Vide J. Arntzenium ad Victorem de Viris Illustr. cap. 54. n. 1.

1 Legibus experiri] Voss. C. experire. Hanc phrasin illustrat Cl. Snakenburgius ad Curtium lib. 8. cap. 10. p. 636. Pro idem Voss. A. id. Pro Demacnetus Leid. m. Demacnetus Voss. C. Demacnetus.

2 Rebus gestis ejus detrahere] Ita editum est in Ed. Hack. sed omnes mei codices de rebus gestis ejus de-

trahere. atque sic solet Nepos. vide Gebhardum ad Chabriam cap. 3. Cicero 3. ad Fam. Epist. 8. Ego si in provincia detrahere de tua fama inquam cogitasset. Consule & Davilium ad Caesarem de B. Gall. lib. 7. cap. 45. Pro inveheretur male Voss. A. inveherentur.

3 Voti esse damnatum] Sic e Mss. Gifanius & Lambinus suffragante Schotto. Antea legebatur, etiam in memb. Schotti: voti esse compotem: quomodo Horatius in Arte:

— voti sententia compos.


Sed hoc Gifanio glossam redolet. cui plane adfentior. vide Ind. v. damnare. Idem Gifanius e suo cod. mox legit, namque hoc a diis Erc. quomodo & edd. Gebh & Keuch. habent. Bosius. Leid. m. & Voss. A. C. item Oxon. compotem. sed B. damnatum. Vide Perizon. ad Sancti Minervam lib. 4. cap. 4. n. 14. & Munckerum ad Lactantium Narrat. Fabul. lib. 10. fab. 8. Pro restituerent Voss. B. C. item Leid. m. restitueret. Liceret abest a Vossiano C.

4 In gymnasio, quod Timoleontium app.] Non in gymnasio, sed in foro sepultum adferit Plutarchus: sed gymnasium nomine hoc in gratiam illius

XX. TIMOLEON. V. 529

Timoleonteum appellatur, s tota celebrante Sicilia,
sepultus est.

illius constitutum. Longolius. Ejus
meminit Polyænus lib. 5. in Agathone
comm. 8. Gebhardus. s Tota celebrante Sicilia] Vide Plu-
tarchum extr. vita, & Diodorum 16.
Bofius,



XXI. DE REGIBUS.

CAP. I.

Hi fere fuerunt ¹ Graeciae gentis duces, qui memoria ² digni videbantur, praeter REGES. Namque eos ³ attingere nolimus, quod omnium res gestae ⁴ separatim sunt relatae. Neque tamen hi admodum sunt multi. ⁵ Lacedaemonius autem Agefilaus, nomine ⁶ non potestate fuit rex: sicuti ceteri Spar-

DE REGIBUS] Adnotat *Lambinus*, nullis in libris, neque antiquioribus, neque recentioribus, hanc inscriptionem se repperisse. In *Boecl.* certe ista vitae *Timoleontis* continuantur. *Gifaninus* quoque *Ind. Lucret. v. Vestis* illa c. 3, 4. Neque ita multo post *Seleucus*, &c. tanquam e vita *Timoleontis*, fide *Mf. cod.* sui laudat. *Bosius*. Et ita in tribus meis *Vossianis*.

¹ Graeciae gentis] Similiter *Graeciam gentem* dixit *Festus*: *Gellius* 7, 5. *Graeciam terram*: qui & terram *Sicilianam*, 3, 7. & terram *Italianam* eod. lib. cap. 3. *Buchnerus*. adde *Voss. de construct.* c. 2. In *Mf.* tamen *Boecl.* erat: *Graecae gentis*. *Bosius*. Quatuor mei *Codices Graeciae gentis*. Sic in *Alcib.* cap. 7. n. ult. mei *Codices* exhibent, *Manuque collecta primus Graeciae civitatis in Thraciam introiit*. ubi *civitas Graecia* pro *ipsis Graecis*, pro quo hic *gens Graecia* adhibetur. *V. Oudendorp.* ad *Lucan.* 7, 847.

² Digni videbantur] Sic non modo q. edd. vet. sed etiam optimus liber *Boecl.* Nec video, cur mutarent alii in *videantur*. *Bosius*. *Leid. m. videbantur*. *Voss. B. videbantur*.

³ Attingere] *Lib. Schotti*, *adungere*. Vitis nimirum *Graeciae excellentium imperatorum*. Nescio, an ideo *vulgata lectio* moveri debeat. *Gebhardus*. Et *attingendi* verbo hoc sensu usus etiam 16, 1, 1. quamquam & alterum adhibuit 15, 10, 4. *Bosius*. Omnes mei *attingere*.

⁴ Separatim] Alio libro, qui *regum vitas* continebat: ita *Lambinus*. Nec aliter *Vossius* accepit, *de histor. Lat.* 1, 14. Malim aliorum scripta de singulorum rebus gestis intelligi, nam si de suis loqueretur, a se relatas dixisset. quomodo 24, 3, 5. in eo libro, quem *separatim de eo fecimus*. *Bosius*.

⁵ Lacedaemonius] Adde & *Phocionem*. De quo vide in vita ejus, quae notavi ad cap. 1. §. 1. *Ernstius*. Ed. *Ultraj. Lacedaemonis*. Sed repugnat quod statim sequitur, sicut ceteri *Spartani*. *Bosius*.

⁶ Non potestate] Vide ad 4, 3, 5. & 17, 1, 2. dicta. *Bosius*.

⁷ Qui dominatum] Proba lectio, nec pervertenda. Intelligit enim eos, qui dominati sunt in volentes nolentes, neque legibus alienis se constringi passi sunt. *Interpolatum* du-

Spartani. Ex his vero, ⁷ qui dominatum imperio tenuerunt, excellentissimi fuerunt (ut nos iudicamus) Perfarum ¹ Cyrus, & ² Darius Hyftaspis filius: quorum uterque privatus virtute regnum est adeptus. Prior horum apud Massagetas ³ in praelio cecidit. Darius senectute diem obiit supremum. Tres sunt ³ praeterea ejusdem generis, ⁴ Xerxes, & duo Artaxerxes, ⁵ Macrochir & ⁶ Mnemon. ⁷ Xerxi maxime est

dudum fuerat. *Qui domitum orbem imperio tenuerunt.* Cicero Tuscul. *Civitatem oppressam servitute tenere.* Gebhardus. Olim debeatur: *qui domitum orbem.* Sed jam observavit Magius, nullam exemplar huic Aldi lectioni suffragari. Venerum, eodem teste, habebat, *imperio recinuerunt.* Sed receptam lectionem facile tuentur loca alia, 14, 4, 1: 1, 3, 5: 1, 1, 2. & praesertim 20, 3, 5. Bofius. Voss. C. *dominatum imperium.* Ceteri cum Bofio faciunt. Pro *excellentissimi* Leid. m. *excellentissimum.*

1 Cyrus] Major scilicet, Cambysis filius, Astyagis e filia nepos: cujus res, praeter scriptores historiae universales, (e quibus praecipui sunt Herodotus, Diodorus Siculus & Justinus) persecuti sunt Xenophon in *Cyropaedia*, & Ctesias in *Excerptis Photicis*. Bofius.

2 Darius Hyft. F.] De quo consulendi iidem scriptores, Xenophonte excepto. Quaedam & noster habet 1, 3. & deinceps: itemque 2, 2. & segg. Bofius. Leid. m. *Hyftaspis*. Voss. A. *Hirtaspis*. C. *irtaspis*.

3 In praelio cecidit] In praelio contra Scythas sive Massagetas eum cecidisse, etiam Herodotus 1. Polyaeus 8. Justinus 1, 8. & Valerius Max. 1, 10. scribunt: sed in acie captum

& cruci affixum, Diodorus 2, 44. Aliter item Xenophon 8. & Ctesias in *Persicis*, qui ex acie faucium clatum, & in castris suis mortuum ajunt, postquam filiis praecepta dedisset. Rursus aliter Joannes Malela, & Lucianus libro de *longaevitate*. vide Usserii *Annal. V. T.* pag. 140. & 149. Bofius.

4 Xerxes] Cujus res praeter jam laudatos scriptores fufius enarrat Petrus Bizarrius l. 2. *rerum Persicarum*. Quaedam & noster narrat 2, 2. & deinceps. qui & alibi ejus meminit. Bofius. Leid. m. & Voss. A. C. *Xerxes*. & *Artaxerxes*.

5 Macrochir] Mendose legitur in omnibus libris, *Macrochir quoque*. hoc enim significat harum vitarum scriptor, tres esse reges ejusdem generis, nempe Xerxen unum, duos Artaxerxes, quorum alter *Macrochir*, alter *Mnemon* dictus est. Artaxerxes autem *Macrochir* Xerxis filius erat, alter vero, qui *Mnemon* dictus est, Darii posterioris, qui *notus* dictus est, & Parysatis filius, Cyri minoris frater. Parysatis porro Artaxerxis Longimani foror, Xerxis filia, fuit. Atque haec fere ex *Plutarcho* & *Diodoro*. nam *Ctesias* longe diversa tradit, quae prudens praeterco. *Lambinus*. Quoque addunt L. m. & Voss. A.

est illustre, quod ¹ maximis post hominum memori-
am exercitibus, terra marique bellum intulit Grae-
4 CIAE. At Macrochir praecipuam habet laudem am-
plissimae pulcherrimaeque corporis formae: ² quam in-
credibili ornavit virtute belli. Namque illo ³ Perse
nemo fuit manu fortior. Mnemon autem justitiae
fama floruit. Nam quum ⁴ matris suae scelere ami-
sisset

Pro Macrochir. B. *Macrochir.*

6 *Mnemon*] Hujus res, praeter
Ctesiam, *Diodorum*, *Fustinum*, sepa-
ratim tradit *Plutarchus* in *vita illius*,
& magnam partem auctor *librorum*
septem de expeditione Cyri, fratris e-
jus, sive is *Xenophon* est, sive *The-*
mistogenes Syracusanus. *Bosius*. *Leid.*
m. Memion. *Voss*, *B. Memmo*. *C. Me-*
mnion.

7 *Xerxi*] *Xerxi* positum pro *Xer-*
xis. Est autem haec sententia, *Xer-*
xis factorum hoc maxime est illu-
stre, &c. *Lambinus*. Vide not. ad
2, 1, 1. & 17, 1, 2. Similiter loqu-
tus est 3, 2, 2. *Bosius*.

1 *Maximis exercitibus terra mari-*
que bellum intulit Graeciae] De hoc
bello vide supra 2, 2. & deinceps,
quaeque nos ad ea capita adnotavi-
mus. *Bosius*. Venerandus Praece-
ptor meus *P. Burmannus* ad *Ovi-*
dium lib. 13. *Metam.* vs. 216. ad
probandum plurium *Ablativorum*
concursum *Optimis* *Auctoribus* u-
sitatum, adducit hunc locum isthoc
modo; *Maximis exercitibus terraque*
marique bellum intulit.

2 *Quam incred. b. ornavit virtute*
belli] Cum formosuli sint plerum-
que ignavi, & molliculi. *Gebhard*.
Minimum est in aliquo, quod sit
magno & formoso corpore; nisi
virtus illud ornet. Et sic *Gratior est*
pulchro veniens e corpore virtus. *Loc-*
cenius. Pro *eccidit* *V. C. Schotti*

eccidit habuit. Non ita solet *Noster*.
Bosius. *Leid. m. eccidit*. *Voss*. *A. B.*
C. occidit.

3 *Perse nemo f. m. f.*] In *Ora*
Mf. mei Codicis vetusta manu ad-
ditum invenio: *Namque illo Perse-*
rum nemo fuit pulchrior, nemo fortior.
Cui lectioni quisque tribuat, quan-
tum velit. Ego nihil corrigo. *Ern-*
stius. Pro *Perse*rum membranae
Schotti Perse. Quomodo & alibi
Mss. codd. habent, ut 7, 9, 5. Quod
autem in *Mf. Ernst.* fuit; *nemo fuit*
pulchrior, nemo fortior: haud dubie
a manu scioli cujusdam est, qui
cum videret, *pulcherrimae corporis*
formae paullo ante mentionem fa-
ctam, eam neque heic omittendam
putavit. *Bosius*. *Leid. m. & Voss*,
A. B. C. Perse, atque ita scriben-
dum docet *Clar. Oudendorpius* ad
Frontini strateg. in *Addendis* pag.
506. Pro *habet laudem* *Voss*. *A. ha-*
beret laudem. pro *fortior* *Voss*. *B. fe-*
rocior. *Ferox* quidem in bonam par-
tem pro forti strenuoque ac audaci
ponitur, ut discimus e *Themistocle*
cap. 2. & *Cortio* ad *Sallustii Catil-*
lin. cap. xi. n. 5. item aliis. sed an
manu ferox eo sensu dicatur, inqui-
rendum restat. *Aetate viribusque fe-*
rox dixit *Livius* lib. 3. cap. 70.

4 *Matris suae*] *Parysatidis*, quae
Statiram uxorem ejus veneno ne-
cavit. Vide *Ctesiam* & *Plutarchum*.
Bosius.

fisset uxorem, ¹ tantum indulgit dolori, ut eum pietas vinceret. Ex his ² duo eodem nomine, ³ morbo naturae debitum reddiderunt: ⁴ tertius ab Artabano praefecto ferro ⁵ interemptus est.

CAP. II.

Ex Macedonum autem ⁶ genere ⁷ duo multo ceteros antecefferunt rerum gestarum gloria: Philip-

pus

¹ *Tantum indulgit dolori, &c.*] Nempe matre Babylonem dimissa, solum ancillam ejus Gingin, seu, ut *Ctesias* vocat, Gingen, ministram sceleris, supplicio affecit. *Pietas* igitur erga matrem intelligenda est, non erga defunctam uxorem, ut vir doctus viderur accepisse. Adde *Ind. v. dolor.* *Bosius.*

² *Duo eodem nomine.]* Duo Artaxerxes. *Lambin.*

³ *Morbo naturae debitum reddiderunt.]* *Lucretius* 3, 985. *Vitaeque mancipio nulli datur, omnibus usu.* Idcirco quia propria non est, aliena est, velutque debitum restituendum. Pari elegantia loquitur *Curtius* 10, 5, 3. *Dimissoque vulgo, velut omni vitae debito liberatus, fatigata membra rejecit.* Unde *Fatum* ac *Mors* creditori seu *Depositori* aequiparantur; qui *repetere* sive *reposecere debitum* proprie dicuntur. *Propertius* 2. eleg. 1. *Quandocumque igitur vitam mea fata reposecet.* *Curtius* 6, 10, 33. *Ego in ipso robore aetatis eripior; tibi carnifex spiritum admittet, quem si fortuna exspectare voluisset, natura reposebat.* Idem 7, 10, 9. *Interroganti, quo pignore fidem obligaturi essent; vitam, quam acciperent, pignori futuram esse dixerunt, reddituros quandocumque repetisset.* *M. Tullius Tuscul. Disputat.* 1, 39. *Natura de-*

dit usuram vitae tanquam pecuniae, nulla praestituta die. Quid est igitur quod querere, si repetit cum vult? Ea enim conditione acceperas. Nec non commodanti. Idem Curtius 10, 6, 6. *Credere licet, tantum virum Deos accommodasse rebus humanis, quarum sorte completa cito repeterent eum suae stirpi.* *Gebhardus.* Similia passim apud *Senecam* & alios invenias. *Bosius.* *Reddere* proprie hic adhibet *Noster*, quia vita tanquam debitum restituenda. *Reddere* enim proprie de debitis vel creditis usurpari docet *Servius* ad *Virgil.* 2. *Aen.* vs. 360. Hinc passim *reddere vitam, animam* &c. dicitur. Vide *Interpr.* ad *Propertium* 1, 6, 26. & *Burm.* ad *Ovidii* *Ibin.* vs. 407. *Naturae debitum persolvere* dixit *Hyginus* fab. 26. & fab. 52. *Ex qua qui biberet, debitum naturae solvebat.* *Pro indulgit* *Voss.* B. *indulxit.*

⁴ *Tertius ab Artabano.]* Scilicet *Xerxes.* *Lege Justinum in princ. lib. 3.* & *Orosium* 2, 11. *Magius.* *Commemorat* hanc *Xerxis* caedem & *Aristoteles* 5. *polit.* 10. *Ctesias* autem haec aliter narrat. *Lambinus.* adde *Diodorum Sic.* 11, 19. *Bosius.* *Voss.* A. *Artabano* B. *Artabano.*

⁵ *Interemptus est.]* Ita rescripti, sequutus *Mss.* *Boecl.* & *Leid.* utque vitam *nausosavian.* nam vulgo

L 1 3

edunt.

pus Amyntae filius, & Alexander Magnus. Horum alter Babylone morbo consumptus est. Philip-
 pus Aegis a Pausania, quum spectatum ludos iret,
 2 juxta theatrum occisus est. Unus Epirotes Pyr-
 rhus, qui cum populo Rom. bellavit. Is quum Ar-
 gos

edunt, interfectus est. Bofius. Voff.
 B. interemptus.

6 Genere] Ita ferme loquitur
 Curt. lib. 7. cap. 42. Statuerat au-
 tem parere urbi conditae a Cyro: quip-
 pe non alium gentium illarum magis
 admiratus est, quam hunc regem &
 Semiramis, in queis & magnitudinem
 animi & claritatem rerum longe emi-
 cuisse credebat. Gebhard. Mf. Schott.
 & Ed. Ultraj. gente. sed generis vo-
 ce hoc sensu & paullo ante cap. 1.
 3. usus est. Bofius. Leid. m. & Voff.
 A. B. gente. Genus tamen saepissi-
 me pro gente ponitur. Virgil. 1.
 Aen. vf. 10.

Inferretque deos Latia, genus unde
 Latinum.

Auctor consolationis ad Liviam Au-
 gustam vf. 17.

Ille genus, Sueros, acre, indomi-
 tosque Sygambros

Contudit, inque fugam barbara
 terga dedit.

A. Gellius lib. 4. N. Att. cap. 16.
 M. Varronem, & Nigidium, viros
 Romani generis doctissimos comperimus.
 Hyginus fab. 2. Inuit consilium cum
 totius generis matronis. Florus lib.
 2. cap. 3. n. 4. de Liguribus, Tuti
 locis ac fuga, durum atque velex ge-
 nus, ex occasione magis atrocitiam,
 quam bella faciebant. ubi vide Clar.
 Dukeri notas.

7 Duo multos ceteros antecess. ver.
 gest. gloria] Ita ferme loquitur Cur-
 tius 7, 6, 20. Gebhardus.

1 Alexander Magnus] Ad diffe-

rentiam ita dictus, ob magnas ta-
 men res gestas, alterius, nempe
 Molossi. Hic maximo licet fuerit
 animo, magni tamen nihil gessit.
 Cum in Italiam ait A. Gellius lib.
 17. cap. 21. transiret, bellum Po-
 pulo Romano facturus, dixisse fer-
 tur: se quidem ad Romanos ire
 quasi in *avd'egrotus*, Macedonem isse
 ad Persas quasi in *γυωανovitus*. sed
 priusquam bellum faceret, vita de-
 cessit. Cum altero, videlicet Ma-
 gno, componit Livius L. Papirium
 Curforem lib. 9. cap. 16. sub fin.
 Cujus sententiam repetunt Amma-
 nus Marcellinus lib. 30. & P. Oro-
 sius lib. 3. cap. 15. sed Muretus lib.
 15. Var. Lect. cap. 14. Livium si-
 bi contradixisse ostendit. *Ernstius*.
 Rerum ab Alexandro gestarum scri-
 ptores recenset *Breinshemius prologo-*
men. in Curtium cap. 4. cujus indi-
 culum supplet *Reinesius epistola 38.*
ad Rupertum, quae & apud *Ruper-*
tum in observationib. ad Besoldium cap.
8. legitur. Ex iis, qui supersunt,
 praecipui, *Curtius*, *Arrianus*, &
Plutarchus. E recentioribus diligen-
 ter eas digessit *Ufferius in annal. V.*
I. Bofius.

2 Morbo consumptus] Quo genere
 morbi incertum est. A. Gellius, lo-
 co citato, cum Nepote dicit: *obit*
mortis diem. Mortis genus non in-
 dicat. Vide notas Dn. Bofii. *Ernst.*
 De genere mortis Alexandri diffi-
 cile dictu est, & magna inter hi-
 storicos veteres dissensio atque con-

gos oppidum oppugnaret in Peloponneso, ⁶ lapide ictus interiit. Unus item Siculus, ⁷ Dionysius prior. Nam & manu fortis, & belli peritus fuit, & id quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinofus,

troverfia: Sed tamen haec habetur omnium verissima sententia, Alexandrum febre ex immoderato vini potu, & commiffatione apud Medum contracta, Babylone interiiffe. *Lambinus*. vide *Ufferium* pag. 398. A. Mf. Böel. aberat τὸ ἐστ. *Bofius*. Est abest a *Voff. B.*

3 *Philippus Aegis a Pausan.*] Aristoteles 5. politic. 10. ἢ 3, inquit, φαίνεται τὸν Πανουαίης διὰ τὸ ἐπὶ τῶν ὑπερδύναμι αὐτὸν τὸν ἀπὸ πρὸς Ἀχιλλῶν. *Legē Diadorum Siculum* in lib. de gestis Philippi (sive libri 16.) *Justinum* 9, 6. *Orosium* 3, 14. Meminit *Plutarchus* in *Alexandro*, & *Ovidius* in *Ibni*. *Magius*. Adde *Ciceron. de fato* cap. 3. *Aelian Var.* 3. extr. *Val. Max.* 1, 8. *Plutarch.* *Alexandro*: *Pausaniam Arcadicis*: *Josephum* 11, 8. *Persarum* insidiis interfectum, fingit Alexander apud *Curtium* 4, 1, 12. & *Arriaman* 2. *Bofius*. *Leid. m. Egs.* *Voff. A. Aegys. B Thebis*. Pro *Peloponneso* *Leid.* & *Voff. A. C. Peloponneso*. sed *B. Peloponneso*.

4 *Occisus est*] Ex insidiis addit *A. Gellius* loco jam saepius laudato. *Ernstius*.

5 *Epirotēs Pyrrhus*] Cujus res, praeter *Justinum*, *Florum*, alios, separatim composuit *Plutarchus*. *Bofius*.

6 *Lapide ictus interiit*] Alii volunt tegula: Auctor de *Viris illustrib.* c. 35. *Tum in Graeciam regressus, dum Aegos oppugnaret, ictu tegulae prostratus est.* *Polyacum* l. 8. testae ictu exanimatum refert: ἐπεσπίονε τὸν τῶν κρητῶν ἀπὸ ἀνεπιπίονε, quae

verba reperiuntur apud *Plutarchum*. Sed *Nepotis* opinionem roborat *Paulus Diaconus* l. 2. cap. 20. *Apud Argos Achaiae florentissimam urbem Spartanū regni aviditate seductus, saxo ictus occubuit.* *Verbotenus* descripsit *Orosium* l. 4, 2. *Justinus* 25, 5, 1. *Dum Antigonus in urbe clausum expugnare conatur, inter confertissimos violentissime dimicans, saxo de muris ictus, occiditur.* *Zonaras* tomo 2. Πύρρον μὲν ἐν ἑπιρρωσῶτα, ἐν στρατιῶν γαίᾳ ὑπερδύναμι, ὅπῃ τῶν ἑλλὰδα στρατεύσας ἢ πολλῶν ἕσπερον ἐν Ἀργεὶ ἀπέθανε. γὰρ τὸν τῶν, ὡς λόγος ἔχει, περιεβήτα αὐτῶν ἔργον, ὅπῃ τῶν τῶν ἐπιπυμίσσαται ἑσπερον, ἢ ἐπιπυμίσσαται αὐτῶν. *Gebhardus*. Simili occasione *Abimelechum* mulier fragmine molae dejecit & interfecit. *Judicium* 6, 53. *Alta rerum molimina unus fatalis ictus, etiam mulieris, interrumpere potest.* Hi casus etiam documento erunt regibus & principibus, ne ipsi oppugnationibus urbium intersint: quum in illis vel fortissimus a muliere interfici possit. *Vid. 2. Sam. 11, 20, 21. Grotii Notae in dictum Judicium caput*, & quae scripsi lib. 5. *hist. Suec.* de arcis *Calmariae* expugnatione, cui periculose misceri *Gustavum*, milites, deprecantur. *Loccenius*. *Tegulae ictu Pyrrhum occubuisse, etiam Pausanias Atticis, Strabo* 8. & *Ovidius* in *Ibni*, scribunt. *Bofius*. *Oxon. lapidis ictu*.

7 *Dionysius prior*] De quo multa noster 10. 1. & 2. *Bofius*.

nosus, non luxuriosus, non avarus, ¹ nullius rei denique cupidus; nisi singularis perpetuique imperii, ob eamque rem crudelis. Nam dum id studuit munire, nullius pepercit vitae, quem ² ejus insidiatorem putaret. Hic quum virtute tyrannidem sibi peperisset, magna retinuit felicitate: ³ majorque annos sexaginta natus + decessit florente regno. Neque in tam multis annis

¹ Nullius rei denique cup.] Itaque solebat dicere, tyrannum non equo insidentem, sed pedibus tractum, tyrannidem relinquere debere. Et cum aliquando rebus suis diffidere coepisset, approbavit & arripuit illud ² quodam dictum, *καλὸν ἐπὶ τῶν τυραννίδων*. Et ad extremum tyrannidem suam ita stabilivit, ut adamante vinciri esse diceret. Lambinus. vide Diodorum Sicul. 20. & Livium 24, 22. Bosius.

² Ejus insidiatorem] Imperii scilicet, non vitae, adeoque & heic pronomen relativum ad remotius nomen referendum. vide ad 19, 2, 5. Bosius.

³ Majorque annos sexag. natus] Vapulat tacite Lambinus censura Savaronis ob temeratam futili conjectura lectionem, cum eodem pene modo loquatur in Annibale. Gebhardus. Postquam Syracusarum regnum 38. annis obtinuerat. Xenoph. Ernstius. Ita Col. & quibus Lambinus usus. Aliae, & Miss. Savaronis: majorque enim annos sexag. natus. quomodo & Boecl. nisi quod *annis*, ut videtur, habet. Lambinus sola, ut ait, conjectura ductus, damnata vulg. lectione ut Latinis auribus inaudita, correxit, majorque annis sexag. natu. quod retinere alii, Lambinianas correctiones sequi soliti, etiam amplifl. Loccenius; etfi

Boeclerus, quem alias fere sequitur, novissime emendarat, majorque annis sex. natus. Et sane sic Cicero loquitur 2. in Verrem c. 49. & in quaest. Academicis. Neque tamen altera lectio ferri nequit, si subaudiatur particulae ante, & quam. Ut integre sit, majorque quam ante annos LX. natus. nam & noster alibi dixit, annos LXXX, LV, XXI. natus. vide Ind. v. natus. Ne de aliis veterum nunc dicam. Sed quoniam in quibusd. libris legitur majorque enim: non dubito aliquid mendii subesse. Forsan Nepos scripsit: majorque duo & sexag. annos natus. Ut nota binarii transierit in n, qua litera voculam enim a librariis compendio scripturae exprimi notum est. Sane LXIII. aetatis anno Dionysium obiisse, colligas e Ciceroe Tuscul. quaest. 5, 20. ubi diodequadrageinta annos tyrannum Syracusanorum fuisse scribit, cum V. & xx. natus annos dominatum occupavisset. Copula, semel corrupto loco, facile potuit excidere. Quod si haec conjectura displiceat, legi possit; major enim quam sexag. annos natus. Vel, omisso *quam*, major enim s. a. n. Nam ea particula, si ve in ora lecta fuit, facile in encliticam, quae nunc ibi legitur, corrumpi potuit. Bosius. Recte vocem natus suetur Bosius, consentientibus

annis cujusquam ex sua stirpe funus vidit, quum ex tribus uxoribus liberos procreasset, multique ei nati essent nepotes.

CAP. III.

Fuerunt praeterea ¹ magni reges ex amicis Alexandri Magni, qui post obitum ejus ² imperia ceperunt. ³ In his Antigonus, & ⁴ hujus filius ⁵ Demetrius:

bus Mss. Leid. Voss. A. B. & C. qui pro *annos* exhibet *annus*. Consule Cl. Burm. ad Petron. Satyric. cap. 57. p. 285. Pro *majorque* Leid. m. *majorque enim*. Quod firmat Bosii conjecturam.

⁴ *Decessit*] Plinius 7, 54. gaudio vitae supremum diem obiisse tradit. Diodorus 15. paullo aliter. Lambinus.

⁵ *Ex tribus uxoribus*] Vapulat hic Lambino aliisque Nepos; quoniam, ut volunt, Dionysius duas tantum uxores habuerit. Et sane duas solum memorant Cicero *Tusc.* 5, 20. Valerius Max. 9, 13. ext. 5. Aelianus 13, 10. & Diodorus 14. sed uno die ductas ac eodem tempore in matrimonio habitas, postquam denuo tyrannidem recepisset. Verum cum primum eam occupasset, duxerat Hermocratis Syracusani filiam, quae ob immanes Syracusanorum contumelias ipsa sibi mortem conscivit. Sic diserte Plutarchus *princ. Dianis*. quem si recte inspexissent viri docti, nae illi erroris haud arguissent nostrum, nec eorum unus de *tertia concubinae vicem implente* cogitasset Bosius. Vocem *nepotes*, quae abest a multis, quas vidi, editionibus, agnoscunt omnes mei codices.

¹ *Magni reges*] Sic Mss. Schottii. Leid. Boecl. & ed. Ultraj. probante optimo Schaefferq. nostro: cujus ju-

dicio non satis convenit ad *multi*, (quod hucusque in edd. tantum non omnibus legitur) cum numerus non fuerit tantus. Et cap. 1, 1. univ. se negat *admodum multos* esse reges memoria dignos. Putabat idem emendationem factam a sciolo, cui non placuerit vocem *magni* reperi, cum sequatur statim, *Alexandri magni*. Fortasse Nepos scripsit, *multi magni reges*; atque ab altera absorpta est, prior alibi, alibi posterior vox. Bosius. Magni Voss. A. & C. Voss. B. *multi reges ex Amici Alexandri*, qui.

² *Imperia ceperunt.*] Quomodo imperia ceperint, & quae tanti regni membra quibus cesserint, accurato labore consignatum habes in *sine Freinsheimianorum commentariorum in Curtium*. Boeclerus. Adde Uffer. *amal. V. T. p.* 403. & 404. & denuo p. 409. 413. & 414. Bosius.

³ *In his Antigonus*] Cujus & reliquorum gesta accurate e suis scriptoribus diligenterque digessit Ufferius in *amalibus* modo laudatis. adde Rupertum in *animadvers. ad Besoldum*. Bosius.

⁴ *Hujus filius*] Mss. Boecl. *ejus filius*. Bosius.

⁵ *Demetrius*] Cognomento *Polioretetes*. Bosius.

trius: Lyfimachus, ¹ Seleucus, ² Ptolemaeus. Ex his Antigonus, quum adversus Seleucum, ³ Lyfimachumque dimicaret, ⁴ in praelio occisus est. ⁵ Pari leto affectus est Lyfimachus a Seleuco. Nam societate dissoluta, bellum inter se gesserunt. At Demetrius quum ⁶ filiam suam Seleuco in matrimonium de-

¹ Seleucus] Cognom. *Nicator*, ea enim vera cognominis hujus scriptura est, ut post alios docet amplissimus idemque eruditissimus vir, *Ezech. Spanheimius dissertat. 5. de praestantia & usu numism. vet. pag. 375. & deinceps.* Aliis *Nicanor* est. *Bosius.*

² Ptolemaeus] Non Ceraunus, quod vir doctus putabat, sed Lagi filius, ut jam monuit *Lambinus.* *Bosius.*

³ Lyfimachumque] *Voss. A. & C. & Lyfimachum.*

⁴ In praelio] De quo prolixè *Plutarchus Demetrio.* A *Leid.* aberant haec verba: sed ita & 22, 4, 2. loquitur. *Bosius.*

⁵ Pari leto affect. Lyfimachus] Non servat temporum ordinem *Probus.* nam post Demetrii mortem Lyfimachus cum Seleuco conflixit. *Lambinus.* *Tacitus lib. 4. Annal. cap. 45. L. Pisonem pace incuriosum in itinere adortus uno vulnere in mortem adfecit.* Neo dissimiliter *Suetonius Galba cap. 9. Tutorem, quod pupillum, cui substitutus haeres est veneno necasset, cruce adfecit.* *Gebhardus.* Pro a Seleuco *Voss. B. ab Seleuco.* more solito. Vide ad *Miltiad. cap. 3. n. 3. & J. Arntzenium ad Victoris Epitomen cap. 24. n. 4. Pro nam Idem namque. pro eo magis Voss. C. eos magis.*

⁶ Filiam suam] *Stratonicen* ex *Phylla.* *Lambinus.*

⁷ Captus bello] Immo dedit se Seleuco. *Testes Plutarchus in vita, Justinus 16, 2, 6. Bosius.*

⁸ In custodia generi] *Peninsulae Syriae* inclusus, ut *Plutarchus:* seu, ut *Diodorus 21. in excerptis Peirescianis,* *Pellae* custoditus. *Bosius.*

⁹ Perit morbo] In quem ex ocio, sagina & vino delapsus erat. *Plutarchus.* *Bosius.* Non inveniste *Voss. B. perit a morbo.* *Propertius, 2. 20, 69.*

Solus amans novit, quando periturus. & a qua

Morte: neque hic Boreae flabra, neque arma timet.

Ubi vide *Passeratium. Hyginus fab. 14, p. 47. Ab serpentis morsu in Africa obiit. Florus 1, 23, 2. Deinde miribundos a sejunctione rediisse in gratiam.* Ubi *Ciceronen* eodem modo locutum esse docet *Cl. Dukerus.* Haec enim *Præpositio* verbis neutris saepius additur causam efficientem significans. Sic etiam dicitur *cadere, interire, perire, mori ab aliquo.* Vide *Sanctium in Minerva p. 405. Munckerum ad Hyginum fab. 33. & Cl. Burmannum ad Ovidium 5. Metam. v. 192. Eodem modo, quo a Graecis præpositio τῶν verbis τελευτῶν, θνήσκων, ἐπιπίπτειν adjici solet. Herodot. l. 3. cap. 65. ἔτ' ἢ μὴ, ἀνοστήσει μὲν τελευτήτης τῶν ἢ ἐαυτῶ ὀκνηωτάτων. Eurip. *Oreste* 746. Μῆμ' ἰδὲν θανόντ' ἔσθ' ἀσάν. Sophocl. *Ajace* *Flag.* 1045. ἔφ' ἔ ποθέεις εἰς ἑξίπνευσας.*

dedisset, neque eo magis fida inter eos amicitia manere potuisset: 7 captus bello 8 in custodia foecer generi, 9 periit morbo. Neque ita multo post Seleucus 1 a Ptolemaeo Cerauno dolo interfectus est: 2 quem ille 3 a patre expulsus 4 Alexandria, 5 alienarum opum indigentem receperat. 6 Ipse autem Ptolemaeus,

1 *A Ptolemaeo Cerauno*] Ptolemaei Lagidae ex Eurydice filio. Caedem hanc narrat *Justinus* 17, 24. *Appianus Syriacus*: *Pausanias Atticis*: *Memnonis Excerpta*, apud *Photium*, cap. 13. *Plinius* 6, 11. *Bosius*. Verbum substantivum iterum abest *Vossiano A.* & *Leidenf. meo*. Pro *Seleucus* *Voss. B.* *Seleucus*.

2 *Quem ille*] *Ptolemaeum Ceraunum Seleucus*. *Lambinus*.

3 *A Patre*] *Lagi F. Lambin.*

4 *Alexandrea*] Sic legit e suo cod. *Gifanius Ind. Lucr. v. Vestis*. firmatque *Lambinus* illo *Horatii* 4. od. 14. *Portus Alexandrea* *supplex*. *Vetus inscriptio Neapolitana* apud *Gruterum* 376, 3. PROCUR. LUDI. FAMIL. GLAD. CAESARIS. ALEXANDREAE. AD. EGYPTUM. Alia apud eundem 525, 2. TR. MIL. ALEXANDRE. AD. AEGYPT. LEG. XXII. In nummo *M. Lepidi* apud *Ursinum in Familiis Rom.* pag. 7. capiti turrato subscriptum legitur: ALEXANDREA, & in alio: ALEXSANDREA. Sic *Antiochea*. *Ausonius* de claris urbibus: *Tertia Phoebeae lauri* *dimus Antiochea*. *Priscianus* lib. 2. *Inveniuntur auctores frequenter varie proferentes ALEXANDRIA, ALEXANDREA & ANTIOCHEA*. Et mox *Horatii* loco jam laudato id firmat. Quare obtemperandum *Gifanio* censui, monenti ne deleantur

haec antiquitatis vestigia etiamtum in *vet. lib. expressa*. nam hucusque omnes ediderant, *Alexandria*. *Bosius*. *Voss. A.* *Alexandrea*. atque ita legendum etiam statuit *F. Ursinus* ad *Ciceronem* 1. *Fam. Ep.* 4. sed vide notas nostras ad *Alcibiad.* cap. 4. §. 7. & ad *Epamin.* cap. 9, n. 1.

5 *Alienarum opum indigentem*] *Exsulem*. *Infra Hannibale*. *Qui quidem cum patria pulsus esset, & alienarum opum indigeret*. *Val. lib. 4. cap. 6. Minyae expulsi armis, alienae opis indigi, excelsa Taygetorum montium juga supplices occupaverant*. *Curt. lib. 6. cap. 15.* *Etsi non de exfule affinem tamen locutionem habet. Qui ultimum ausi scelus regem suum etiam externae opis egentem, certe cui nos victores pepercissimus, quasi captivum in vinculis habuit*. *Tacit. lib. 3. Hist. cap. 48.* *Eo properantius Alexandriam pergit, ut, fractio Vitellii exercitus, urbem quoque externae opis indigam fame urgeret*. *Sallustius Jugurtha. Quod ante rex genere fama atque copiis potens, nunc deformatus acrianmis, inops alienas opes exspecto*. *Gebhardus*. Hanc phrasin latius illustravit *Cl. Burmannus* ad *Quinctilian.* declam. 248.

6 *Ipse autem Ptolemaeus*] *Pater*, *Lagi F.* non *Ceraunus*, [de quo verba haec accepit *Magius*] quippe qui a *Gallis* interfectus est. *Lambinus*. vide *Justinum* 24, 5, 6. *Memnonis excerpta Photiana* cap. 15. *Pausanias*

maets, ¹ quum vivus filio regnum tradidisset, ² ab illo eodem vita privatus dicitur. ³ De quibus quoniam satis dictum putamus, non incommodum videtur, non praeterire Hamilcarem & Hannibalem: quos & animi magnitudine & calliditate omnes in Africa natos praestitisse constat.

Janiam Phocicus, aliosque. Bos. Leid. & Voss. A. B. Ptolemaeus. C. Ptolemaeus.

1 *Cum vivus filio regnum trad.]* Monstrat hic locus supra in Agefilao cap. 1, 4. melius legi *vivus*, quam *vivens*. Ernstius. Idem fecit Artaxerxes Mnemon, apud *Justinum* 10, 1, 2. & apud alios alii: sed inconsulte magis, quam infelicit. De Ptolemaeo vide eundem *Justinum* 16, 2, 7. & *Porphyrium*, in Graecis *Eusebianis Scaligeri* pag. 59. e junioribus, *Usserium* p. 469. *Bosius*.

2 *Ab illo eodem vita privatus dicitur.]* Nusquam alibi, quod sciam, hoc legitur, ne quidem apud *Justinum* & *Porphyrium*. Sed nec ullibi praeterea invenio, quo mortis genere Ptolemaeus Lagi perierit. Nam quod apud *Syncellum* pag. 271. legitur, *πτολεμαῖος τὸ δάρυα κεραινοῦ τὸν δάρυα*, quodque *Fac. Goar* reddidit, *Ptolemaeo Lagi F. fulminis ictu mortem obiente*; id non ad eum, sed ad Ceraunum, filium ejus, (quem & alibi *Ptolemaeum Lagi F.* vocat) spectare, satis arguunt quae de pugna cum Gallis (sic enim verendum, non Galatis, ut *Goar* fecit) subjiciuntur, respiciuntque, quae

paullo ante, pag. 266. ea de rescripterat *Syncellus*. legendum autem *κεραυνῶ*. quod & *Scaliger* vidit. Legit enim, *τὸ δάρυα, τὸ ἐν κεραινοῦ*, in *Graecis Eusebianis* pag. 66. quod miror non observasse *Goarem*, qui tanto studio loca a *Scaligero* mutata consignavit. Hoc autem vult, opinor, *Syncellus*, mortuo Cerauno, fratre natu majore, regnum obtinuisse Philadelphum. Sed de his plura, DEO dante, in *notis ad Syn-cellum*, cujus novam editionem meditamur. Quae cum ita sint, paene suspicor, lapsum heic *Nepotem*, & ad *Lagidem* retulisse, quod de *Euergeta* legerat: quem a filio, idcirco *Philopatore* dicto, interfecit, apud *Justinum* 29, 1, 5. legimus. Sane diversos *Ptolemaeos* etiam alii veterum confuderunt. *Bosius*.

3 *De quibus quoniam satis dictum putamus.]* Non certe a *Nepote*, sed ab aliis historiarum conditoribus, quos supra nominavimus, & a *Dn. Boeclero* collecti sunt. *Ernstius*. Pro *Hamilcarem* & *Hannibalem* *Voss. A. Amilcarem* & *Anibalem* Pro & *animi magnitudine* *Voss. C. cum magnitudine*. pro *Africa* *Voss. A. & B. Affrica*.

XXII. HAMILCAR.

CAP. I.

¹ HAMILCAR, ² HANNIBALIS F. cognomine ³ Barcas, ⁴ Karthaginienſis, ⁵ primo Poenico

De HAMILCARE hoc (nam plures eo nomine Poenorum duces fuere, congeſti ab Hemingio in *Theatro genealogic. tomo 2. pag. 221. & ſeqq.* ſed aliquando, etiam a veterum nonnullis, ut videtur, non factis diſtincti:) videndi praeterea *Polybius 1. & 2. Livius 21, 1. Diodorus Sicul. in eclogis lib. 24. & 25. & in Excerptis Peireſc. lib. 25, & 26. Valer. Max. 6, 6, 2. & 9, 3. ext. 2. Silius Italic. lib. 1. Juſtinus 44, 5, 4. Appianus principio Ibericorum, & Annibalicorum: & ecloga legation. 18. Porphyrius de abſtin. 2, 57. Eutropius 2. Oroſius 4, 9. & 13. L. Ampelius cap. 36. Zonaras tomo 2. ac fortalliſſis & Frontinus 3, 10, 9. & 3, 16, 2. Non item 1, 1, 2. ut Savaro voluit: nam ibi Himilco legendum eſſe, viri docti recte cenſent. Nec apud Li-*

vium & Florum, quos idem laudat, ulla noſtri mentio. Sicuti nec apud *Valer. Max. 4, 3.* apud quem & qui 1. 7. ext. 8. memoratur Hamilcar, non hic, ſed Giſconis F. eſt. Ejus caput, ut volunt, exhibetur in numo argenteo tetratrachmo inter *Imagines illuſtrium Fulv. Urſini, num. 9.* ad quam vide *commentar. Jo. Fabri, pag. 9, 10.* integra vero effigies in duabus gemmis ejusdem, de quibus dicemus ad 23, 2, 3. Neminem ex feliciffimis etiam regibus ei comparandum eſſe, cenſebat *Cato apud Plutarchum in vita, pag. 340. Martem alterum a ſuis vocatum, apparet e Livio 21, 10.* Alia illius eclogia habes apud *Diodorum in exc. Peireſc. lib. 23, 24. Zonaram l. c. pag. 55.* alioſque. *Boſius.*



Apud Fulvium Urſinum
in numismate Argenteo

nico bello, sed ⁶ temporibus extremis, ⁷ admodum adol-
 2.lescentulus in Sicilia praecessit coepit exercitui. ⁸ Quum
 ante

1 *Hamilcar*,] Ita non modo apud nostrum in editis & Mss. libris scribitur hoc nomen; sed etiam apud *Justinum*, *Frontinum*, *Eutropium*, & *Ampelium*. Etiam in saxo vet. apud *Reinesium* classe 3. praestantissimi operis *Inscriptionum* nondum editi, est: HANNIBAL HAMILCARIS F. Verum apud *Livium*, *Valerium*, *Silium*, aliosque sine adspiratione legitur. quomodo Graecis plerisque ἀμύλας dicitur; *Appiano* autem ἀμύλας, seu, ut in *eclogis* *legationum* legitur, ἀμύλας. quod origini suae propius est; quippe haud dubie אֲמִלָּא vel אֲמִלָּא, quod regem Tyrii Phoenicibus designat, ortum. de quo vide *Soldentum de Diis Syr.* 1, 6. *Vossium de idololatr.* 2, 11. *Bochartum de coloniis Phoenicium* 2, 5. *Bosius*. *Voss. A. B. Amilcar.* sed *Leid. m.* & *Voss. C. Hamilcar.* & mox pro *Hannibalis* *Voss. A. B. Anybalis.* sed *Voss. C. & Leid. m. Hannibalis*. Quos codices hic sequar. Quia *Inscriptiones antiquae*, & optimi aliorum Auctorum Codices hanc earum vocum scripturam tuentur, quam postea annuente *Bosio* nostro probaverunt contra *Dausquejum D. D. V. V. Drakenburgius*, *Cortius*, & *Oudendorpius*, quos laudat *Cl. Arntzenius* ad *Victorem de Viris Illustr.* cap. 14. n. 6. quem vide & ad cap. 41. n. 1.

2 *Hannibalis F.]* Nusquam alibi, quod sciam, legitur, cujus filius *Hamilcar* hic fuerit. *Polybius* πατήρ αὐτοῦ ὄνομα Ἰννίβη vocat. Unde factum, puto, quod nonnulli heic maluerunt legi, *Hannibalis parens*: quod etiam in prima *Boecl.* legitur.

Verum non ita solet *Nepos*. Cogitandum, an fuerit filius ejus, qui *Valerio Max.* 7, 3. extr. 7. *Superior* *Hannibal*; *Orosio* 4, 7. *Superior*; aliis *Gisconis F.* a *Duilio* victus. *Bosius*.

3 *Barcas*] Sic & apud *Silium* ac *Frontinum* cognomen hoc exaratum inuenio nec aliter *Graeci*, *Polybius*, *Diodorus*, *Strabo*, *Plutarchus*, *Appianus*, &, ex emendatione *J. Valentini*, ac *Rob. Keuchenii* in notis ad *Frontinum*, *Porphyrus* μετὰ δὲ τῶν 2, 57. ubi vulgo est Βαλκας. Etiam *Zonarae* Βαρκίς sic dicitur, credo quod erat, ut ait *Silius*, ortus, *Sarranae* *prisci Barcae de gente*. Unde & apud *Livium* *Barcina familia*, 23, 13. *Barcina factio* 21, 2. & 9, 30, 42. & *Barcini* 21, 2. & 28, 11. In scriptis aliquot nostri codd. & vulgatis edd. *Frontini* *Barca* est. Haec scriptura si vera est, *Barcas* idem fuerit ac *fulgur*, *fulmen*, aut *tonitru*. nam id *Chald.* & *Syr.* est בַּרְקָא, *Ebr.*

בַּרְקָא, Arabic. نَمْرُق Sic *Prolemaeorum* unus νεμερως dicitur. In aliis *Nepotis* codd. *Barcha* scriptum; quomodo & scriptoribus aliis *Barchus* dicitur. Id esset בַּרְחָא, sic *Talmudici* ac *Syri* *hoedum* vocant; quod cognomen *Asdrubalis Poeni* est ap. *Livium* 38, 42. & 44. *Appianus* Βαρκας vocat. Paulo aliter *Ampelius*: *Hamilcar* qui *BOCCOR.* cognominatus est. quod si genuinum esset, de quo tamen valde dubito, dixerim idem esse ac *Armentarius*, quo cognomine *Galer. Maximianum Imp.* appellatum esse, notum est. nam id *Ebraeis* est בַּרְקָא, *Chald.*

ante ejus adventum⁹ & mari & terra male res gere-
rentur Karthaginienſium,¹⁰ ipſe ubi adfuit, nunquam
hoſti

& Syr. כרתים , Arabic. قارتان ,

Baccâr. Ceterum *Barcas* gentile nomen fuiſſe, modo laudata *Silii* verba docent. Apud *Suidam*, niſi is corruptus eſt, aliud *Hamilcari* cognomen tribuitur. Sic enim ille: *Αμύκτας*, ὁ καὶ φακίας. Et alibi: *Φακίας*, ὁ καὶ *Αμύκτας*. Verum vix dubito, apud Scriptorem, unde hauſit, fuiſſe primitus, *Βάρκας*: ſed vitioſe poſtea deſcriptum, *φάρκας*. Inde β in φ. & κ in σ, litteras in ſcriptis codd. haud valde diſſimiles, mutari, exiit *φακίας*. *Boſius*. *Voff. A. Barbas*. *C. Bartha*. *Oxon. Barcha*, unde *Barca* confici poteſt. Conſule *Celeb. Oudendorpium* ad *Frontinum* lib. 3. *Strateg.* cap. 10. n. 30.

4 *Carthaginiensis*] Ita nomen hoc exaratum reperitur in optimis quibusque libris *Ciceronis*, *Livii*, *Plinii*, aliorum; & in ſaxo Romano apud *Gruterum* pag. 586. 9. Recteque I. literam interſeri, poſt *Prifcianum*, *Manutium*, *Lipſium*, *Dauſquium* in orthographicis, quosque hic laudat, docent contra *Ful Scalligerum* *Voffiumque* duo ſummi atque harum rerum peritiſſimi viri, *Auguſt. Buchnerus*, & *Juan. Freder. Gronovius*: ille in *acceſſionibus ad Theſaurum Fabri*: hic ad *Livii* 28, 26. & *Plinii* 33, 11. Non repugnabo tamen, ſi quis malit cum *Dauſquio*, *Carthaginiensis*, eliſo H. nam ſic plane in columna roſtrata *C. Duilii* bis ſcriptum, numero plurali, *CARTACINIENSIS*, apud *Gruterum* pag. 404, 1. *Pighium* in *Faſtis*, alioſque: C pro G adhi-

bito, *αρχαίνως*. Sed & in aliis lapidibus occurrit *Carthaginiensis*, p. 174, 3. 349, 1. 580, 10. *Cartago*, in fragmento tabulae aeneae paullo poſt bellum Punicum II. ſcriptae, pag. 512. *Cartagine*, in ſaxo *Vulſinienſi*, p. 1, 385. Immo ne quidem τὸ *Carthaginiensis* five I. quod in quibusdam Mſſ. ac edd. *Nepotis* habetur, plane improbare auſum, cum ob analogiam, tum ob lapides modo laudatos: quibus addi poteſt alius, in quo legitur *Carthaginensis conventus*, apud *Reineſium* in *Novo opere Inſcriptionum*, claſſe 3. K littera in hoc nomine exarando uſos veteres, e *Grammaticis antiquis*, *Diomede*, *Prifciano*, *Victorino*, *Sergio*, *Cledonio*, *Velio Longo*, *Terentio Scauro*, *Conſentio*, *Beda*, diſcimus, idque ſequuti plures e junioribus, in his *Lambinus*, & qui poſt eum vulgarunt *Nepotem*: ſed dubito an ſcripti codices veterum auctorum, inſcriptioneſque ita exhibeant. In nummis quoque non aliter quam per C ſcriptum invenio. Ut in aereo *Scipionis*, qui penes me eſt, in cujus antica parte caput *Scipionis* cum epigraphe: P. SCIPIO AFRIC. in poſtica, CART. SUBAC, & homo quadrigis inſiſtens. Et in ſimili, apud *Garlaeum* in *theſauro numiſm. Rom. tab. 45. n. 1.* cui inſcriptum: CARTHAGO SUBAC. *Boſius*. *Leid. m. Carthaginensis*. *Voff. A. B. Carthaginensis*. *C. Karthaginensis*. *Supra* in *Datame* cap. 1. n. 1. pro *Carthaginensibus* *Leid.* & *Voff. B. Carthaginensibus*. Cum *Boſio* ſentiunt plerique viri *Eruditi*. Vide *Oudendorpium* ad *Front.*

544 CORNELII NEPOTIS
 hosti cessit, ¹¹ neque locum nocendi dedit: saepeque e
 contrario, occasione data, ¹² laceffivit, semperque fu-

Frontinum lib. 1. strateg. cap. 1. n. 10. & quos laudat J. Arntzenius ad Victorem de Viris Ill. cap. 37. n. 2. Per C. vocem hanc scribendam esse cum Bosio nostro statuunt Cortius & Arntzenius, a quibus dissentiant Drakenburgius & Oudendorpius. Vide Arntzen. l. 1. Cui liti me nolo interponere, nam partim referre puto.

5 *Primo Poenico bello*] Quod anno Urbis CCCCLXXXIX. geri coeptum est, & finitum Anno DXXII. qui belli erat XXIV. Magnitudinem, etiam tempus hujus belli e Polybio petat Lector: cui addendi sunt Flor. 2. cap. 2. Epit. Livii 19. Eutrop. lib. 2. Oros. lib. 4. cap. 10. & 11. *Ernstius*. Cujus scriptores praeter *Ernstium ad b. 1.* recensent *Freinsheimius ad Flori 2. 2.* & *Dausgiquius ad 1. Sili.* E junioribus id egregie enarravit *tomo 2. Amalium Steph. Pigbius*. Res mari in eo gestas accurate consignavit *Tho. Rivius lib. 3. historiae navalis antiquae a cap. 9. ad 27. usque*: brevius *Claud. Morisotus lib. 2. Orbis maritimi c. 13.* Ceterum *Poenico* rescriptimus pro *Punico*, fide Gifaniani codicis, in quo & infra c. 4. 3. & 24. 3. 3. *Poenicum* pro *Punicum* legebatur, teste *Gifanio Ind. Lucr. v. Poeniceus*. Atque sic postremo loco etiam *P. Daniel* in suo scriptum repperit. Nimirum ita solebant non modo vetustiores; unde in columna Duihana CLASES POENICAE, & in fragmento judiciario paulo ante laudato BELLUM POENICIUM PROXSUMUM; ac ap. *Cn. Naevium* principiū histeriae suae (qui

& ipsi *Belli Poenici* titulum fecerat, ut e *Nonio v. calumnia* cognoscimus) *Poenica*, seu, ut *Paulus Merula* corrigit, (vide *commentarium* ejus in *Ennium*), *frondes Poenicae*: sed etiam Augusti ac Tiberii aetate. Hinc in Fastis Capitolinis triumphalibus apud Gruter. 297. *classis Poenica*, & apud Val. Max. *Poenicum vallum*, 3, 2, 20. *Poenicae feminae* 2, 6, 15. *Poenici exercitus*, 3, 6, 4. *Poenica victoria*, 3, 18, 6. *Poenicus astus*, 5, 1. ext. 6. *Bos*. Leid. m. & Voss. B. *Punico*. sed A. *Povenico*. C. *Penico*. Utrumque pro *Poenico*. Alteram tamen scripturam praefereunt Vorstius ad l. 1. Val. Maximi, & Cortius ad Sallust. Catil. cap. 51. n. 6.

6 *Sed temporibus extremis*] Nempe Anno primi hujus belli Punici XVIII. Olymp. cxxxiiii. Anno autem urbis Idv. Hamilcar bello huic praefectus Italiae oram maritimam populatus est. *Ernst*.

7 *Admod. adolesc. praesse coep. exercitui*] Tacitus lib. 4. *Annal.* cap. 44. de L. Antonio. *Hunc* admodum adolescentulum sororis nepotem seposuit Augustus in civitatem Massiliensium. Curtius lib. 7. cap. 61. *Benignus igitur exceptis Sacarum legatis comitem. Excipinium dedit admodum juvenem.* Justinus lib. 3. cap. 1. *Secutor de Artaxerxe puero admodum.* Corrigendus lib. 17. cap. 3. *Aeacides in exsilium actus Pyrrhum filium unicum admodum parvulum in regno reliquit.* Vulgo *virum*, neque probum Bongarsii *bimium*. lib. 18. cap. 4. *Populus Pygmalioni admodum puero regnum reliquit.* Florus lib. 2. cap. 6. *Nisi protectum patrem praestatus* ad-

superior discessit. Quo facto, quum paene omnia in Sicilia Poeni amississent, ille Erycem sic defendit, ut

admodum *fius ab ipsa morte raptisset*. Et eodem modo loquitur Orosius lib. 4. cap. 14. *Gebh.* Fuit autem Hamilcar successor Carthaginiensi datus: ut apparet e *Polybio* 1. 54, 55, 56. idque exferre tradit *Zinnarus*. *Bof. Pro praefate Leid. m. post.*

8 *Quum ante ejus adventum*] *Mf. Boecl. cum aut ejus adventu.* Unde *Schefferus* legebat: *cum autem ejus adventu.* Fuisse scilicet compendiose scriptum, *cum autem ejus*, post, illud e in ante visum male adglutinatum ex voce *ejus*. *Ejus adventu*, esse, illo tempore, statim cum advenisset. Vereor, ut hanc emendationem admittat, quod mox sequitur: *ipse ubi affuit*. *Bofius*. *Voss. B. cum ejus adventu.*

9 *Et mari & terra male res gerer.*] Nam Romani navali praefio vincebant Cartaginienses ad Aegimurum insulam. Praedam tamen partam omnem amiserunt tempestate. *Florus* 2, 2. Quomodo ante, postquam hostem aliquot praefis superaverant, urbes multas ceperant, & magnam praedam fecerant, onustis CL. navibus, ignoratione locorum in Syrtis abrepti, non tantum praedam illam omnem amiserunt, sed etiam magnam classis partem. *Polyb.* 1, 38. *Diodor.* lib. 23. *Eutrop.* 2. *Ernstius*. Vide notata ad h. 1. *Ernstio*, qui & deinceps, quoniam ad hanc & seqq. vitas operosior est, saepius adeundus, neque enim opus est repetere, quae ille jam occupavit. *Bofius*. *Voss. C. & marique terra.* Supra in *Regib.* cap. 1. *terra marique* dixit. Phrasin illustrat *Cl. Bentlei* ad *Horatium* 1. *Od.* 6. *vs.* 3.

10 *Ipse ubi adfuit*] *Voss. A. ipse ubi adfuit*. *B. ipse ubi fuit.*

11 *Neque locum nocendi dedit*] Occasionem aperuit, ut hostes nocere possent. Sic supra *Pelopida*. *Sed ut quemcumque ex proximo locum Fors obtulisset*. *P. Syrus*. *Habent locum maledicti crebrae nuptiae*. *Cicero Verrina* 3. *Non est, non est, in hoc homine cuiquam peccandi locus*. *Tacit.* lib. 2. *Ann.* cap. 78. *Incurat Germanicum luxus & superbiae, sequē pulsum, ut locus rebus novis pateficeret*. *Gebhardus*.

12 *Lacessivit*] *Hostem* de suo *Lambinus* adjecit non necessario; neque enim in membranis compareret. *hostis* enim antecessit. *Schottus*. Quomodo Romanos lacessiverit, vide apud *Polybium* 1, 56. & *seqq.* *Zinnarum* p. 63. *Ejus* hoc bello singularē industriam & fortitudinem cum eximia prudentia conjunctam praedictat *Diodorus* 24. in *Eicc. Peiresciani*. *Bofius*. *Hostem* abest ab omnibus meis *Mff.* mox pro *semperque* *Voss. B. semper*.

1 *Ille Erycem sic defendit*] Imo oppugnavit sive obsedit. nam tenebant Romani, a *L. Junio Bruto* paullo ante captum, ut testatur *Polybius* lib. 1. Ita quidem *Lambinus*. Verum *Nepos*, ut arbitror, non de monte Eryce, seu vertice montis, cui templum Veneris Erycinae inaedificatum erat, loquitur; quem, & radicem montis, Romani tenebant: sed de urbe, inter fastigium & radices montis sita, quam Hamilcar occupaverat, ac adversus Romanos, undique se prementes, acerrime tuebatur. vide

I ut bellum eo loco gestum non videretur. ¹ Interim Karthaginienſes claſſe ² apud Inſulas Aegates ³ a C. Lutatio, conſule Romanorum, + ſuperati, ſtatuerunt belli finem facere, eamque rem ³ arbitrio permiferunt Hamilcaris. Ille etſi flagrabat bellandi cupid-

Polybium 1, 58. & 2, 7. *Diodorum* 24. *ecloga* 2. Urbem autem ipſam fuiſſe *Erycem* dictam e *Thucydide* 6. *Diodoro* 22. *Stephano* de urbibus: *Tzetze* ad *Lycophronem*, & *Scholaste Theocriti* ad *Idyllium* 15. conſtat: quorum verba habes apud *Cluverium Siciliae antiq.* 2, 1. *Bofius*.

¹ Interim Carthaginienſes] Duce Annone. *Polyb.* eod. lib. *Lambinus*.

² Apud inſulas Aegates] Miratur *Cluverius Siciliae antiq.* 2, 15. nemini haſtentiſ, ne quidem linguae Graecae ad miraculum peritis viris, animadverſum, vocabulum hoc apud omnes, quotquot has inſulas memorarunt, auctores, corruptum eſſe, uti apud uos duos, *Nonium* & *Freculphum*, integrum ſanumque hodie legatur: *Aegades* ſcilicet. Sic enim in commune dictas tres inſulas, Hieram, Phorbantiam & Aegufam, eadem formatione, uti *Stoebades*, *Choerades*, *Echinades*, *Strophades*, *Sporades*, *Cyclades*. Quare non modo hoc loco, ſed etiam apud *Melam* 2, 7. *Florum* 2, 2, 33. *Livium* 21, 10, 41. & *epit.* 19. *ſcriptorem de viris illuſtribus* c. 41. *Silium Ital.* 1. & 2. reſcribit *Aegades*. Sed intercedit *Iſ Voſſius* *in manu* in *obſervat.* ad *Melam*, contenditque omnino Romanos *Aegatas* vocaſſe has inſulas: & ſic quoque habere libros manu exaratos *Nonii Marcelli*. *Silium* quoque paſſim producere mediam, quae tamen brevis foret, ſi *Aegades* verum nomen eſſet.

Addo ego, quod hae inſulae nuquam apud Graecos, quod ſciam, *αἰγάδες*, vocantur. Certe qui hanc pugnam memorant, ſolum ad Aegufam, vel ad Erycem, commiſſam ſcribunt: nam quod in Latina *Polybii* interpretatione c. 60. legitur, AEGATES vocare alios Aegufam, id a *Casaubono* eſt: quem idcirco recte reprehendit *Cluverius*. Neque enim unius inſulae id nomen eſt. quare & apud *Oreſum* 4, 10. legendum eſt, apud Aegates inſulas; ut jam monuit *Struſonius* parte 5. *Chronici catholici* pag. 84. *Αἰγάδες* e quidem apud *Polybium* 1, 44. invenio: ſed negat *Cluverius* omnes tres inſulas ita eum adpellaviſſe. *Aegates* autem *Livius* etiam 22, 54. 23, 13. & *Ampelius* cap. 46. vocant. Atque ſic & apud *Nonium* cap. de genere armorum edidit e *Mſſ. doctiſſ. Mercerus*, eandemque lectionem inter varias ſuas adnotavit *Gothofredus*. Non diſſimulandum eſt tamen, in ſcriptis codd. libri de viris illuſtribus *Aegadas* vel *Egades*: & apud *Vaspergenſem* quoque, ac forſan & alios aevi poſterioris, *Aegades* legi. *Bofius*. *Voſſ.* C. *Aegatis* atque ita ſcribendum. Conſule *Cl. Arntzenium* ad *S. A. Victorem* de *Viris Ill.* cap. 41. n. 1.

³ A C. Lutatio] Quod factum eſt ſequenti anno poſt, quando Lutatius ad Drepana graviter vulneratus, & poene captus eſt; An-

piditate, tamen paci servendum putavit, quod patriam, exhaustam sumtibus, diutius ⁶ calamitatem belli ferre non posse intelligebat: sed ita, ⁷ ut statim mente agitaret, si paullum modo res essent re-
fectae,

no nimirum Urbis 10XII. Tum Lutatius militem viresque colligens adventanti Hannoni, cum hostili classe occurrit, commissioque praecilio L. naves depressit: LXX. cum x. militum millibus cepit. Atque hac clade fracti Cartaginienfes, interventu Hamilcaris, qui ad Erycem haecenus cum exercitu Romano luctatus fuerat, pacem faciunt, & quidem iis conditionibus, quas Polybius lib. I. & Orofius lib. 4. cap. 11. referunt. *Ernstius*. Ita nomen consulis hujus exaratur in *Fastis Capitolinis consularibus* ac *triumphalibus* apud *Gruterum* pag. 292. & 297. & in melioribus libris *Florini*, *Scriptoris de viris illustr.* ac *Livii*, locis modo laudatis, itemque apud *Valerium Max.* 1, 3, 1. & 2, 8, 2. & *Ampelium*, & in nummo veteri apud *Pighium* *annal.* 10. 2. p. 69. Etiam *Zonarae* *lib. 8.* est. sicuti *Polybio*, & *Appiano* *lib. 1.* Nec aliter fratris ejus *Quinti*, anno sequente Consulis, nomen scribitur in iisdem *Fastis*, in nummis vet. apud *Fulv.* *Ursinum* & *Gorlaeum*, & apud *Livium* 30, 44. *Orosium* 4. 1. &c. Sicut & aliorum illius familiae, in faxis veteribus apud *Gruterum*, apud *Pighium* in *Annalibus*, *Plutarchum*, *Catone* *majori*, *Livium* 42, 6. &c. Ut dubitari non debeat, hanc veram esse scripturam. Veram in q. MSS. & edd. *Nepotis*, & apud *Orosium*, *Eutropium*, *Cassiodorum*, aliosque recentiores, tum & in q. edd. *Livii*, & aliorum scriptorum,

C. inserto, *Lutatius* legitur. quod *Pighius* corruptum, & ad fidem antiquitatis corrigendum censet. Cui dubito, an adferri possim: cum etiam in lapidibus vetustis apud *Gruterum* legitur C. LUCTATIUS. pag. 551, 6. & Q. LUCTATIUS Q. P. MENS. p. 63, 6. Ut utrumque Romanis in usum fuisse videatur. *Bosius*. *Leid. m.* & *Voss. C. Lutatius*. *Voss. A. G. Lutatius*. *B. C. Lutatius*. Vide *Arzen* ad *Victorem* de *Vir. Illustr.* cap. 41. n. 1.

4 *Superati*] Memorant hanc victoriam, praeter laudatos *Ernstio*, *Livius* *epit.* 19. *Florus*, *Auctor de viris illustr.* *Valerius Maximus*. *Eutropius*, *Ampelius*, *Zonaras* locis citatis. *Bosius*.

5 *Arbitrio permis.* *Hamilcaris*] Sic & *Polybius* 1, 62. *Bosius*. Verbum *permittere* iniustrarunt *D. D. V. V.* *Munkerus* & *Burmannus* ad *Lactantium*. lib. 1. *Fab.* 9. Mox pro *belli cupiditate* *Leid. m.* *Voss. A. B. C.* item *Oxon bellandi cupiditate*. *Vossiano C.* abest tamen.

6 *Calamitatem belli*] Sic invento in omnibus ante novissimam *Boecleri* vulgatis, in qua est *calamitates*. Nec video, cur mutari debeat. nam ita passim *Cicero* & alii veterum loquuntur. *Bosius*. *Leid. m.* & *Voss. A. B. C.* *calamitates*. Pro *paullum* *Leid. m.* *paullum*.

7 *Ut statim mente agitaret*, &c.] Sic & *Polybius* 3. 9. adde *Livianum* 21. *prin.* *Bosius*.

fectac, ¹ bellum renovare, Romanosque armis perse-
qui, ² donicum ³ aut certe vicissent, ⁴ aut victi ma-
nus

¹ *Bellum renovare*] Mf. Oxon. *bellum revocare*. Saepius haec verba in Mss. confunduntur. Vide Celeb. Drakenburgium ad Silium Italicum lib. 14, vs. 112. sed hic *renovare* retinendum. Vide ad Aristidem cap. 2. §. 3. pro quo *referre bella* dixit Silius Italicus. Vide N. Heinsium ad lib. 11, vs. 28.

² *Donicum*] Corruptus Lambino locus; nam diserte Vet. Cod. quidam *donicum aut ut certe vicissent*. Quare amplector judicium Schotti conjectantis, *Donicum aut vi certe vicissent*. *Donicum* notum est pueris valere *donec*. Plaut. Mostell. 1. scen. 2.

— *Magna pars hominum*

*Morem hunc inducerunt, si quid
numo sciri potest*

*Usque mantant, neque id faciunt,
donicum*

Parietes ruit.

Jam certo *vincere* est Victoriam indubitam, etiam confessione hostium reportare. Talem victoriam Florus vocat *totam* lib. 1. cap. 18. Sed tunc ad *totam* victoriam exitum, quem *datura* virtus fuit, casus dedit. Gebhardus. Lambinus ad haec verba notat, se ita, ut nunc leguntur, restituisse. Gifanius autem Jctus Appendice Conjectur. in Lucret. sibi emendationem istam vindicat. Schopp. 4. Verisim. cap. 18. restatur, se in Vet. lib. legisse: *donicum aut ut certe vicissent*. In alio vero inferioris vetustatis libro: *donec aut certe vicissent*. E quibus hanc conficit scripturam: *Donicum aut vi certe vicissent*. Quam lectionem, ommissa *vi*, ultima Boecleri

editio retinet. Verum cum vulgata lectio sit plana, nihil mutandum esse existimo. *Ernstius*. Ita libri meliores, Gif. Bavar. Schotti, & Boecl. cum in aliis sit *donec*, vide Indicem. *Besius*. Leidensi meo absunt *donicum aut*.

³ *Aut certe vicissent*] Sic praeter editos ante Lambinum, etiam Mf. Boecl. (nisi quod compendium scripturae etiam accipi potest, *vicisset*) & alter e. Schoppianis. nam in altero, eoque antiquiore, itemque Schotti membran. erat, *aut ut certe vic*. Unde uterque legit, *aut vi certe vic*. quod etiam Gebhardus amplectitur, ac *certe vincere* exponit, victoriam indubitam, etiam confessione hostium reportare. Atque sic & Lugduni nuper editum video. *Certe* autem Schoppius dictum vult pro *certo*, ut apud Lucretium 3, 1092. & 4, 761. *Vi* autem *vincere*, ut apud Plautum *Amphitr.* 1, 1, 82. *Vicinus vi feroces*. Conjeciebat etiam Schottus: *aut vere vicissent*. *Gifanius Ind. Lucr. v. Donicum*, e suo cod. legit: *aut virtute vicisset*: *Lambinus* conjectura, ut ait, ductus: *aut virtute vicissent*. Nam si *certe*, inquit, adfirmationem significat, non est heic ei voci locus, sin pro *saltem* ponitur, posteriore loco semper poni solet. *Vincere* autem *virtute*, eleganter dictum vult, ut *vincere eloquentia, ingenio, dolo, &c.* Sic autem & Leid. habuisse videtur. Plana est lectio, fateor: sed quis credat pro notissima voce librariorum scripsisse *certe*, aut *ut certe*? Tentabam olim: *aut hi certo vic*. sc. Romani. Sed non fati-

nus dedissent. Hoc consilio ⁵ pacem conciliavit: ⁶ in qua tanta fuit ferocia, ⁷ ut quum Catulus negaret, se

fatis placebat. Vix dubito, latere gravius ulcus, haud temere sanandam sine ope melioris codicis. *Bosius*. Leid. Voss. A. ut certe vicissent. vi abest Vossiano B. C. ut. Licet vincere optimae notae sit locutio pro fortitudine, virtute vincere, refragantibus tam Mss. in textum recipere non audeo, quum altera lectio per se satis plana est. Latius de hoc loco disputavit cl. Arntzenius ad S. A. Victorem de Vir. Illustr. cap. 2. n. 3.

4 Aut victi manus dedissent] Manus rescribo multitudinis numero ex fide membranarum & veterum scriptorum auctoritate, *Lucretii*, *Horatii*, *Caesaris*, ac *Ciceronis*: Celsitque in proverbium, manus dare, ut & herbam porrigere. Ducta autem a gladiatoribus victis tralatio est (quam in Saturnalibus non attigisse *Lipsium* nostrum equidem miror) qualem vidimus nuper *Sardonychen* *Cecropis* & *Danubii* ab eruditissimo *Marquardo Frehero* bono publico evulgatam Danuvio prostratum digitum attollente. Nam & digitum tollere, verere verbo victi dicebantur, ut & manum dare. *Virgilius*: Et victum tendere palmas *Videre Ausonii*. *Sidonius* in *Narbone*: *Palnam tu digito daves Menander*. *Cicero* in *Consolatione* apud *Lactantium* 3. 28. *Victum se a fortuna turpiter confuetur*, *Cedo*, inquit, *en manum tollo* Quo respexit *Hieronymus* *lib. 3. advers. Pelagianos* & *Dial. advers. Luciferianos*: *En tollo manum, cedo, vicisti*. *Graecos* etiam multitudinis numero *xięs* *ęęrsivę* extulisse observo. *Legendus Pet. Faber*

Agonistici 1, 8. *Schottus*. *Confessi* essent se victos. *Lambinus* & *Schottus* malunt manus ut *Horatius*

Famjam efficaci do manus scientiae. *Plautus* *Perfa* Actu 5. sc. 2.

Satis sumpsimus supplicii jam. Do, fateor,

Manus vobis do.

Verum infra *Annibale*. *Cum his manum conseruit*. pro manus. *Gebhardus*. *Manus*, praeferebat etiam *Lambinus*, & e suis codd. *Gifanius* ac *Savaro*: reperitque in suo etiam *Boeclerus*. Atque sic & *Plautus* *Perfa* 5, 2, 72. *fateor, manus vobis do*. Vide & *Erasmum* *chil.* 1, 9, 79. ac *Savaronem* *adepistolam Sidonii* *carmine* 14. *praeficam*. Neque tamen vulgata lectio, *manum dedissent*, exemplo caret, ut jam observatum *Lambino*. *Bosius*. *Leid. m.* & *Voss. A. C. manus*. Eadem confusio est in *Timol. c. 1. Ipse non modo manus non attulit*. ubi *Leid. & Voss. A. C.* exhibent *manum non attulit*: quod facile ibi admitti posset. De ista locutione *Munckerus* & *Burmannerus* ad *Lactantium* *lib. 1. fab. 9* Hic vero manus praefero, codicum scriptura ductus, quamvis alterum nequaquam damnem. Nihil hac locutione familiaris. Dicitur autem victus dare manus, & dare manus victis; consule *Cl. Burm.* ad *Petr. Satyr.* cap. 3. ad & *Ovidium* *Ep. 17. Heroid. vi. 260.*

5 Pacem conciliavit] Quibus ea conditionibus convenerit, habes apud *Polybium* 1, 62, 63. *Scriptorem de viris ill. c. 41. Appianum eclog. legation. 18. Eutropium sine 2. Orostena* 41 11. *Zonaram* pag. 65. Facta autem est *Q. Lutatio*, *A. Manlio* *Con-*

M m 3

fuli-

se bellum compositurum, nisi ille cum suis, qui Erycem tenuerunt, armis relictis, Sicilia decederent: succumbente patria, ipse periturum se potius dixerit, quam⁸ cum tanto flagitio domum rediret. non enim suae esse virtutis, arma a patria accepta adversus hostes, ⁹ adversariis tradere.

CAP.

fulibus, teste Livio 30, 44. Bofius. Locutionem illustrarunt Gebhardus ad Cimonem cap. 3. n. 3. & J. Arntzenius ad Victorem de Viris illustr. cap. 2. n. 9.

6 In qua] Quomodo in pace tanta fuit ferocia; quae nondum facta erat? An legendum, in quo, vel, in qua re? Bofius.

7 Ut quam Catulus &c.] Ms. Boecl. transposito *ut*, habet: cum Catulus &c. ut succumb. patr. mox Col. negaret bellum compos. omisso provocabulo. Et pro tenuerunt, Lambinus & alii tenuerant. non ita congrue. nam adhuc tenebant, cum ista agerentur. Bofius. Ut abest Vossiano B. Leid. & Voss. A. B. C. non agnoscunt se. Mox pro succumbente Patria Voss. B. C. ut succumbente Patria. Leid. & succumbente Patria.

8 Cum tanto flagitio] Cum tanta infamia. Nam flagitium notare infamiam ac dedecus, ante quasi seculum nos docuit Joseph. Scaliger ex loco Plauti Epid. Act 3. Scen. 4.

Flagitium cum majore post reddes tamen.

Tacitus 3. A. 20, 2. Illam oblationem flagitii ratus. Ibid. cap. 21, 1. Quae postquam L. Apronio comperta; magis dedecore suorum quam gloria hostis auctus. raro ea tempestate & e veteri memoria facinre. decuriam quaeque ignominiosae cohortis sorte ductus sustinet. Cicero pro Cluentio: Sta-

tuerunt majores nostri, si a multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animadverti, ut metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perveniret. Justinus 22, 8, 12. Exemplum flagitii singulare, rex exercitus sui desertor, filiorumque pater proditor. Florus 1, 16, 11. Ut nec amici ferent beneficio, & post flagitium hostes magis. Loquitur de Romanis ad Caudinas Furculas sub jugum a Pontio missis. Quare si occurreret, arma tradere, seu abjicere, flagitium esse militare; intellige irrogare infamiam aut capitale supplicium. Tacitus de German. 6, 9. Scutum reliquisse, praecipuum flagitium; nec aut sacris adesse, aut concilium inire ignominioso licet. Multique superstites bellorum, infamiam laqueo finiunt. Isocrates de Pace: ὅτις ἐπιβίον ἢ (λαοίων) οἱ μὴ τοιμύνηται ἐν ταῖς μάχαις ἀποδύσαντες, ἀτιμότεροι γίνονται ἢ τὰς τάξεις λαπύρων ἢ ἀσπίδας λαπύρων. Qui pro regibus non sustinent occumbere; majore se obligant flagitio, quam si ordinem deseruissent aut clypeum abjecissent. Tacitus de German. 14, 2, 3. Fam vero infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem Principi suo ex aetate recessisse. Eum defendere, tueri, sua quoque sortia facta gloriae ejus assignare, praecipuum sacramentum est. Quam vero ab hoc postularo abhorreant barbari, discite ex Floro 2, 18, 4. de Sedigenibus: Cum se ab

Hujus ¹ pertinaciae cessit Catulus. At ille, ut ¹ Karthaginem venit, multo ² aliter, ac sperabat, Rempublicam se habentem cognovit. Namque diurnitate externi mali tantum exarsit intestinum bellum, ut nunquam ³ pari periculo fuerit Karthago, nisi quum deleta est. Primo ⁴ mercenarii milites, qui ² ad-

omni bellorum contagione removerent, in legitimi foederis precium jussi arma deponere. Hoc sic a barbaris acceptum, quasi manus abscinderentur. Itaque statim Megara viro fortissimo duce ad arma conversi. Caesars lib. 1. de Bello Gallico cap. 27. Eo postquam Caesar pervenit obside, arma, servos, qui ad eos perfugissent, poposcit. Et paulo post: sine timore perterriti, ne armis traditis supplicio afficerentur. Gebhardus. Adde notas Berneggeri ad Jussum. 33, 2, 3. & 44, 2, 5. Ceterum de tergiversatione Hamilcaris paulo aliter Zonaras: μέγιστος τῶν τῶν ἀρτίμων ἐκείνων πρῶτος ἦτο. Bofius. Voss. A. pro rediret, redierit. Leid. redierat.

9 Adversarius tradere] Schotti cod. adversarius reddere. quod tamen ille non sequitur. Bofius. Voss. A. & C. reddere.

1 Pertinaciae cessit Catulus] Msc. Boeci. vox Catulus aberat. Bofius. item Vossiano B.

2 Aliter rempub. se habentem cognovit] Pro se habere. Dictum, et apud Livium 2. juventutis proceres secum partem periculi sustinentes vidit. Et apud Perrium sat. 2. bellicorum Postentes videt, Bofius.

3 Pari periculo] Schoppius lib. 4. Verisim. cap. 14 dixit praepositionem in e vetustioribus membranarum abesse. In meo tamen Mf. reperio.

Ernstius. Sic libri omnes Lambino inspecti, & membranae Bavaricae vetustiores. Similiter alibi locutus Nepos. v. Ind. v. esse. Tamen Mf. Ernstii, & quidam editi, pari in periculo. mox pro delecta alii libri deserta, quod Gebhardus probius censet, nec Lambinus omnino improbat. Bofius. Leid. m. tali periculo. Pro delecta Leid. m & Voss. A. C. deserta. Eodem modo haec confanduntur in Timoleonte cap. 3. n. 2. sed omnino delecta praefendum, ut exhibet praeter alios Vossianus B. imo, ut norunt docti, in proverbium fere abiit, delenda Carthago. Florus lib. 2. cap. 15. n. 4. Cato inexpiabili odio delendam esse Carthaginem, & quum de alio consuleretur, pronuntiabat. Plura hujus locutionis exempla dabunt Eximii Interpretes ad Silium Italicum lib. 15. vl. 558.

4 Mercenarii milites deseruerunt] De seditione hac, & inde orto aliquot annorum bello, quod Livius Africanum, Graeci Libycum, vocant, ejusque causis, prolixè Polybius 1. 66. & deinceps. Brevius id narrat Diodorus 25. ecloga 1. & in excerptis Peiresc. Appianus Libycis pag. 3. Ibericis pag. 257. Annibalicis pag. 313. & in fragmento Σικελικῶν, quod habetur ecloga legationum 8. Bofius. De Carthaginiensium militibus.

- ¹ adversus Romanos fuerant, desciverunt: quorum numerus erat viginti millium. Hi ² totam abalienarunt Africam, ipsam Karthaginem oppugnarunt.
- 3 Quibus malis adeo sunt Poeni perterriti, ³ ut etiam auxilia a Romanis petiverint, eaque impetrarint.
- ⁴ Sed extremo, quum prope jam ad desperationem pervenissent, Hamilcarem imperatorem fecerunt. Is non solum hostes a muris Karthaginis removit, quum am-

litibus mercenariis consule. cl. Arntzenium ad Victorem de Viris Illustr. cap. 40. n. 3.

1 *Adversus Rom. fuerant*] Adnotat Lambinus, quosdam legi velle, *iverant*. Et sane infra 23, 42. dixit *Scipionem adversus Hannibalem venisse*. Atque sic plane Plautus, quamquam in re alia, *Amphitr.* 3, 3, 43. *huic eam adversum*. Et Terentius *Adelphis* 1, 1. *qui adversum ierant*. *Adversum tendere* dixit Virgilius *Aen.* 6. Nil tamen mutonam sic fere eodem Hannibale c. 23, 12, 3. *quod adversus jus hospitii est*. Alibi dixit *adversus aliquem facere, stare, arma ferre*. Vide *Indicem. Bosius. Leid. m. & Voff. A. B. C. fuerant*. Quare, licet *ire, venire adversus aliquem* probae sint locutiones, consule *Cel. Burm. ad Phaedrum lib. 1. fab. 21. vs. 5. tamen cum Bosio codices Mss. sequor*.

2 *Totam abalienarunt Africam*] Ad defectionem impulerunt. Sic *Cimone Insulae alienatae*, quae defectionem fecerunt. & paullo post *opida alienata*, *Gebhardus*.

3 *Ut etiam auxil. a Rom. petiverint, eaque impetrarint*] Sic *Mf. Boecl.* Alii transponunt: *ut auxil. etiam a R. p. eaque impetr.* Ceterum absunt ab ed. *Ultraject.* duae postremae voces, adnotante *Schotto*: qui ad-

dit; *Et certe Polybius nihil horum commemorat, subsidia Romanos Poenis misisse. quam Schotti adnotationem si inspexisset Cl. Kirchmaierus, haud vocasset, opinor, errorem, quod ea in priori editione nostra sub eo nomine laudata est. Sed & ante Schottum negaverat Lambinus, ullum hac de re verbum apud Polybium reperiri, nisi forte sit illud, quod lib. 1, 83. narrat, Romanos nihil promittentibus erga Carthaginenses, opem sociorum implorantes, omisisse: & ab eo tempore, quo controversia inter eos orta, composita fuerat, in omnibus, quae postularant, promittereque iis admisit. Addere poterat, quod mox adjicit Polybius, promississe eos mercatoribus, ut ad illos necessaria exportarent, non item, ut ad eorum hostes: nec recepisse qui ab eis defecerant: denique, quod statim subjicit, Carthaginenses a jam diu amicis (Hierone scilicet ac Romanis) accepto auxilio, (τοῦ ἑταίρου ὄντος) obsidionem tolerasse. Verum haec postea demum facta esse, quam Hamilcar imperator creatus esset, e serie narrationis Polybianae intelligitur. Ac dubito, an de his Nepos accipi queat. Etiam Appianus in *historia Sicula* disertè ait, Romanis auxilium rogantibus Carthaginensibus milites quidem haud submissos sed pe-*

mily-

ī amplius centum millia facta essent armatorum: sed etiam eo compulit, ut locorum angustiis clausi, ² plures fame, quam ferro, interirent. Omnia ³ oppida abalienata, in his Uticam atque Hipponem, valentissima totius Africae, restituit patriae. Neque eo ⁵ fuit contentus, sed etiam ⁴ fines imperii propagavit, ⁵ tota Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuisse.

CAP.

mississe, ut merces ex Italia Siciliaque exportarent, & ad hoc solum bellum milites in Italia conducerent: mississe etiam legatos, qui bellum sopire conarentur, sed frustra. Quae posteriora etiam principio belli Punici habentur, itemque apud Zonaram: qui tamen addit, Romanos frumentum misisse Carthaginiensibus. Quare haud valde repugnaverim, si quis, quae de impetratis auxiliis heic adduntur, ut spuria ejienda puter. Expungere tamen non sum ausus, quod in optimis libris Mss. inveniuntur. *Bosius*. Pro a Romanis Voss. A. C. ab Romanis. pro ut auxilia etiam Voss. B. ut etiam auxilia. pro eaque imp. Voss. C. ea imp. pro impetraverint Leid. & Voss. A. C. impetrarint. pro hostes. Leid. & Voss. B. hostis.

⁴ Sed extremo] Per aliquot enim annos graviter ab improbis istis militibus sunt afflicti, & in angustias coacti. Polyb. 1, 65. cum seq. *Ernst*.

¹ Amplius centum millia] Male in Voss. B. Amplius centum millibus. De ellipsi vocis quam, de qua multa notantur in Indice in voce amplius vide, quae dixi ad Datam cap. 8. n. 3. quibus adde Cl. Burm. ad Vellejum Paterculum lib. 2. cap. 110. n. 1.

² Plures fame quam ferro interirent] Adeo ut occisos in praelio,

captos, & servos, ac denique se invicem devorarent. Testes Polybius 1, 84, 85. Porphyrius de abstinentia 2, 57. Addit tamen Polybius, postea plures XL. millibus trucidatos ab exercitu Hamilcaris & elephantis. *Bosius*.

³ Oppida abalienata] Sic Mss. Savar. Boecl. & quidam Lambinovi. quomodo paulo ante v. 1. totam abalienarunt Africam. Vulgo editur, alienata. Sic insulae alienatae, 5, 2, 4. Statim Leid. validissima totius Afr. Lambinus autem coniciebat, opulentissima. Mihi valentissima rectum est. nam & alibi ea voce usus. docebit Index. *Bosius*. Leid. m. & Voss. C. alienata. quam lectionem videtur probasse Cortius ad Ciceron. lib. 1. ad Fam. Ep. 7. n. 7. & ad Sallust. Jugurth. cap. 48. n. 1. pro in his Voss. A. in iis.

⁴ Fines imperii propagavit] Edd. Ven. & Flor. prorogavit. Lambini iudicio, mendose. *Bosius*. Pro fine Voss. B. finis. Omnes mei Codices propagavit. Atque ita omnino legendum. Propagare enim notat fines imperii proferre, latius extendere, per metaphoram a vineis desumptam, ut docet Cl. Perizonius in Animadv. Histor. c. 6 p. 230. Pro opulentissima Leid. m. & Voss. A. B. C. Valentissima.

⁵ Tota Africa tantum otium reddidit] M m 5 didit]

Rebus his ex sententia peractis, fidenti animo atque infesto Romanis, quo facilius causam bellandi reperiret, effecit, ut imperator cum exercitu in Hispaniam mitteretur, eoque secum duxit filium Hannibalem, annorum novem. Erat praeterea cum eo adolescens illustri, formosus, Hasdrubal: quem nonnulli diligi turpius, quam par erat,

didit] Fuit cum legendum putarem, totae Africae. quomodo fere loquitur 20, 3, 2. tantum otium toti insulae conciliarit. Nunc nihil muto. *Tota Africa*, dictum ut praefat. vers. 5. *tota Graecia*. Bostius.

1 *Rebus ex sententia peractis*] Nempe post victos mercenarios, & Libycum bellum, quod Livius 21, 1. Africum vocat. Hoc tempore Hamilcar res magnas in Hispania gessit. De quibus vide Polybium, Livium, Orofium, locis citatis, & Justinum lib. xi. cap. 5. *Ernst*.

2 *Quo facilius causam bell. reperiret*] Sic fere & Polybius 1, 10. ἐποίησε τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὰ καὶ τὴν Ἰβηρίαν πειράγματα σπουδαίων ταύτην χηρσαδῶν παρασκευῆν ὡς καὶ Ῥωμαίων πρόβλεπον. Et Orofius 4, 13. *Amilcar ab Hispanis in bello, cum aliud bellum adversus Romanos clam pararet, occisus est.* adde *Livium* 21, 2. *Aliiter Appianus Iberico: ἀπορμὴν ἀναὶ τῶν ποταμῶν ὁρμητίας τῆς Ἰβηρίας, ἢ δημοκονίας.* Adde eundem *Annibalicō pag.* 314. Ceterum edd. *Colon. Gebh.* & aliae habent: *caussa bell. reperiretur*, non aequè apte. *Bostius*. Pro *rebus his* Voss. A. *rebus iis*. Omnes mei Codices habent *causam belli reperiret*. Vocem *infesto* illustravit Cl. Arntzenius ad *Victoris*

Epitomen cap. 2. n. 4.

3 *In Hispaniam*] Addunt praepositionem etiam *Mss.* Savar. & Boecl. Ab ed. Lambin. aliisque abest. *Bostius*, Leid. m. & Voss. B. C. *in Hispaniam*, sed A. *Hispaniam*. Vide ad *Datamis vitam* cap. 4. n. 4.

4 *Mitteretur*] Ita quidem & *Polybius* 2, 1. & *Fustinus* 44, 5, 4. sed *Zonaras* ait, contra voluntatem magistratuum, (ὡς γὰρ μὲν Ἰβηρίαι οἶκος τολών) in Hispaniam abiisse. *Diodorus* & *Appianus* neque negant missum, neque adfirmant: sed solummodo ad columnas Herculis Gadesque transisse, bellumque adversus Hispanos gessisse tradunt. Hanc, opinor, expeditionem *Strabo* designat lib. 3. cum Carthaginenses μετὰ τῷ Βόονα στρατεύσαντας ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ memorat. Ceterum e *Diodoro* 15. in exc. *Peiresc.* apparet, Hamilcarem, confecto Libyco bello, effecisse, ut populus ei exercitum daret ἢ ἑὸς ad brevissimum tempus demandaret. quod an huc pertineat, cogitandum est. *Bostius*.

5 *Secum ducit Hannibalem*] Vide ad 23, 2, 3. *Bostius*.

6 *Erat cum eo Hasdrubal*] Sic & *Appianus Iber. pag.* 257. *Polybius* l. c. cum interficeretur Hamilcar in Hispania.

erat, ab Hamilcare, loquebantur. Non enim maledici tanto viro deesse poterant. Quo factum est, ut a praefecto morum Hasdrubal cum eo vetaretur esse. Huic ille filiam suam in matrimonium dedit, ¹ quod moribus eorum non poterat interdici socero gener. De hoc ideo mentionem fecimus, quod, ² Hamilcare occiso, ille exercitui praefuit, resque magnas gessit: & ³ princeps largitione vetustos pervertit mores

Hispania, illic gubernatorem ac triterarchum fuisse scribit. *Bosius.*

7 *Formosus*] *Et formosus*, edidit *Lambinus* & alii. haud scio, an fide scriptorum codicum. *Bosius.* Leid. m. *illustris formosus.* & ita *Voss. A. B. C.* Pro nonnulli *Voss. C.* nonnulla. pro loquebantur, loquebatur.

8 *Diligi turpius quam par erat*] *Livius* 21, 2. *Hasdrubal*, flore aetatis, uti ferunt, primo *Hamilcari conciliatus.* *Bosius.*

1 *Quod moribus eorum non poterat interdici socero gener.*] Alii, genero. Utrumque verum. Verecundiae autem hos inter fervendum monet *Cicero offic.* 1. *Non laevantur cum soceris generi.* *Schottus.* Ms. *socer a genero.* quod vehementer laudo. *Socer genero*, habet etiam *Leidensis*, & plerique veteres. Ut non sit dubitandum, illud a genero plene dictum, quod scoli non intellexerunt. Sic *Plinius* 39, 1. *interdixi tibi de medicis.* Adde *Sanctii Minervam lib. 3. pag. 167.* *Schefferus.* Ceterum cur *Hamilcar Hasdrubali* filiam suam in matrimonium dederit, aliam adferre causam *Livius: gener ob altam indidem provento annis adscitus: uti quidem eum locum emendavit, praecunte Lipsio, in postrema editione incomparabilis Gro-*

novius: cum antea observat. 3, 8. aliter censuisset. *Bosius.* Omnes mei Codices *socero gener.* praeter *Vossianum B.* exhibentem *socer a genero.* Consule summum *Gronovium* ad *Justinum* lib. 5. cap. 4. n. 15. & *Interpretes ad Ovidium* lib. 6. *Metam.* vs. 332. ubi plurimi Codices Ms. exhibent.

— Cui quondam regia Juno Orbem interdixit.

Adi & Cel. J. Perizonium ad *Sanctii Minervam* lib. 3. cap. 3. n. 78. Mox pro *fecimus* *Voss. A. facimus.*

2 *Hamilcare occiso, exerc. praefuit &c.*] *Hasdrubal* videlicet: idque propterea, quia filii immaturi tum erant imperio. Quatuor autem reliquit filios superstites: quos totidem catulos leoninos in perniciem Romanorum ab se, dicere solitus est, educari. *Hasdrubalis ingenium Livius* prodit initio lib. 21. *Ernst.* De *Hasdrubalis imperio militari*, rebus in Hispania gestis, ac caede videndi praeterea *Polybius* 2, 1. 6. 13. & lib. 3, 13. *Diodorus* 25. *ecloga* 2. *Livius* 21, 2, 4. *Festus* 44, 5, 5. *Silius* 1. *Valerius Max.* 3, 3. *Appianus Iberic.* pag. 258. & *Amibalic* p. 313. *Zonaras* pag. 67. *Bosius.*

3 *Princeps largitione vetustos pervertit mores*] Ms. *Boecl.* habebat, *principes largitiones, & mox Schotti* cod.

res Karthaginensium: ejusdemque post mortem Hannibal ab exercitu accepit imperium.

CAP. IV.

At Hamilcar posteaquam mare transiit, in Hispaniamque venit, ¹ magnas res secunda gessit fortuna: maximas bellicosissimasque gentes subegit: equis, armis, viris, pecunia, totam locupletavit Africam. Hic quum in ² Italiam bellum inferre meditare-

cod. praevertit. Utrumque corrupte. *Bosius*. Voss. B. etiam *largitiones*. Leid. m. & Voss. A. B. C. *praevertit*. *Praevertere* notat praecoccare. ut Virgil. 1. Aeneid. vs. 725.

— *Virgo tentat praevertere amore*
Jam pridem resides animos desuetaque
sorda. ubi Servium consule. Sed videanturuditi, an illud verbum hic locum habere queat, agitur enim hic de Carthaginensium moribus largitione corruptis.

¹ *Magnas res sec. gessit fortuna, &c.*] De his vide *Polyb.* 2, 1. *Diodorum*, *Appianum*, *Zonaram* locis modo laudatis. Breviter *Ampelius*: *Punico bello magnam partem Hispaniae sub imperium Carthaginensium redegit*. Sed falsum hoc. nam, ut paullo post ipse refert, bellum Punicum primum *Duilius apud Liparas insulas*, *Lutatius apud Aegates*, *mersis hostium classibus*, consummaverunt. Non igitur ita scripsisse *Ampelium* putem. Forsan excidit vox, legendumque, *confesto Punico bello*. *Bosius*. Pro *Hamilcar* Leid. m. *Hamilcare*.

² *In Italiam bellum inferre*] Adnotat *Lambinus*, alios legere, *Italiae bellum inferre*, & sic potius loqui bonos scriptores alios. Sed non video quemquam in scriptis libris id repperisse. Vid. Ind. *Bosius*.

³ *In praelio*] *Nepos* etiam sup.

cap. 3, 3. cum *Trogo* lib. 44, 5. dicit *Hamilcarem* fuisse occisum. Ad haec & illa verba *Lambinus* notat, idem dicere *Polybium*. Quod ego nondum mihi persuadere potui. Credam *Lambinum* errore memoriae *Polybium* dixisse pro *Appiano*: is enim scribit, *Hamilcarem* in praelio occubuisse *Hannibalic*. pag. 3, 4. *Polybius* autem refert, eum, cum urbem aliquam obsideret, in fugam actum, flumenque transeuntem periisse, excussum ab equo. *Ernstius*. Sic praeter *Appianum Iberico & Annibatico*, & *Justinum*, etiam *Orosius* 4, 13. & *Cassiodorus chronic*. Immo ipse *Polybius* ait, cum hoste dimicantem, fortiter obiisse. Ab equo, cum flumen in fugam actus, transfret, excussum, non *Polybius*, quod vir doctus adnotat, sed *Diodorus* scribit. *Zonaras* ait, ab Hispanis victum occubuisse. *Nepos* *Thero* *vixit* *Thero*. *Bosius*. *Diodorus Siculus* certe est, qui excerpt. lib. 25. refert, *Hamilcarem* ab *Orisso* Hispaniae regulo in fugam versum, & dum flumen magnum equo transfret, aqua submersum periisse, ut jam adnotavit *Simoni* in *Chronico* A. M. 3777. sed alii utriusque Linguae Scriptores uno ore referunt, *Hamilcarem* in praelio caesum esse. Consule *Cel.*
Dra.

taretur, nono anno, post quam in Hispaniam venerat, ³ in praelio pugnans adversus ¹ Vettones occisus est. ² Hujus perpetuum odium erga Romanos maxime ³ concitasse videtur secundum bellum Poenicum. Namque Hannibal, filius ejus, assiduis ⁴ patris obtestationibus eo est perductus, ut interire, quam Romanos non experiri, mallet.

Drakenburgium ad Silium Italicum lib. 1. v. 143. ita de Hamilcare canentem.

*Occubuit saevo Tyrius certamine du-
ctor.*

Quid proprie pugnans adversus Vettones occisus significet, explicat Cl. Arntzenius ad Victorem de Viris Illustr. cap. 2. n. 7.

¹ *Vettones*] Scribendum *Vettones* duplici TT. Graece enim Οὐττωνες populi sunt Hispaniae citerioris inter Anam & Tagum fluvios, ad orientale Toletanorum latus, *Straboni* lib. 3. Item *Plinius* 4, 20 finitimos Carpetanis facit. *Prudentius* hymno de S. Eulalia Emeritam Vetonum metropolim nominat: *Nunc locus Emerita est tumulo Clara colonia Vettoniae. Quam memorabilis annis Ana Praeterit, &c.* Schottus. Atque sic & apud *Caesarem* de bello civ. 1, 38. in recentioribus edd. & Mf. cod. Ciacconii nomen hoc exaratum: sicut apud *Ptolemaeum* 2, 5. Οὐττωνες. *Appianus* Ibericis Οὐττωνας vocat, quomodo & *Dausginius* ad *J. Sili* rectius hoc loco censet *Vettones*. Vulgati *Vettones* praefereunt, quomodo ea vox & apud *Livium* 35, 7. & 22. *Lucanum* 4, 9. & in quibusd. edd. *Caesaris* legitur. quod improbare non ausim. In *Boecler.* erat *Veteones*: ex alterutro corrupta voce. *Bosius.* Leid. m. *Vetrones.* Voss. A. B. & C. *Veteones.* Vide Cl. *Oudendorp.* ad *Lucanum* lib. 4. v. 9.

² *Hujus perpet. odium erga Rom.]* De quo praeter nostrum, haec & 23, 1, 3. testantur *Polybius* 3, 9. & 12. *Livius* 21, 1. *Valerius Max.* 9, 3. ext. 2. *Bosius.*

³ *Concitasse secundum bellum Poenicum]* Prolixe haec *Polybius* 3, 9. ad 13. usque. adde *Livium* l. c. *Poenicum* autem, pro *Punicum*, ut hucusque omnes edidere, rescripti fide librorum Gif. ac Dan. Vide quae dixi ad cap. 1, 1. *Bosius.*

⁴ *Patris obtestationibus]* *Obtestationes* norant obsecrationes & juramentum, quod pater filium adegit. *Cicero* Epistolis. *Mei officii est, me meminisse, qua obtestatione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris.* *Gebhardus.* *Hamilcar*, cum *Hannibalem* novem annorum puerum secum in Hispaniam duceret, juramento obstrinxit, hostem cum *Populo Romano* fore, quam primum adolevisset, ut *Polybius*, *Livius*, *Nepos* *Hannibale*, alique antea laudari scribunt. *Ernstius.* Vide ad 23, 2, 3. *Bosius.* *Experiri* recte *Lambinus* explicat per periculum facere virtutis & potentiae Romanorum. vide *Celeb. Burmann.* ad *Valer. Flaccum* lib. 3. *Argon.* v. 104. Eodem modo *experiri* *sutorum*, pro ejus prudentiam artis medicae explorare dixit *Phaedrus* lib. 1. fab. 14. v. 6.. Vide ibi *Clar. Schefferum*, & *Burmannum* ad *Vellejum Paterculum* lib. 2. cap. 95.

558 CORNELII NEPOTIS
XXIII. HANNIBAL.

C A P. I.

HANNIBAL HAMILCARIS F. ² KAR-
¹THAGINIENSIS. Si verum est, ³ quod
nemo

De *Hannibale* passim Graeci La-
tiniq; historici, sed praecipue
Polybius; *Appianus* in *Annibalicis*, &
alibi, *Livius* a lib. 21. ad 40. usque:
& compendio *Florus* 2, 6, 7, 8. *Fu-*
stinus 29, 30, 31. & *Scriptor de viris*
illustribus. *Boeclerus*. Adde *Silium*
Italicum toto opere de bello *Punico*:
Eutropium 3. *Orosium* 4, 14. & de-
inceps: *Zonaram* tomo 2. Quaedam
illius & *Valerius Max.* & *Frontinus*
in *Strategematis*, passim: *Plutarchus*
Fabio, *T. Flaminio*, *M. Marcello*, &
alibi: *Diod.* lib. 26. in *Excerptis Peiresc.*
& in iisdem *Dio Cassius* lib. 1. narrant.
Effigies ejus exstat in nummo qui
penes me est, cum inscriptione:
ANNIBAL HINOINΣ. In adversa parte
conspicitur *Juppiter* seminudus
sedens, dextra fulmen, sinistra sce-
ptrum tenens, & ΔΟΞΑ ΔΙΟΣ. Sed
vix dubito recentiorem ac suppo-
siticium esse. Ac vidi eundem ty-
pum in aereo *Henrici Meieri*, Eccle-

siastae *Lipfienfis*, amici dum vive-
ret conjunctissimi; sed in altera
parte erat caput *Aristotelis* cum his
circum litteris: ΑΡΙΣΤΟΤΕΑΟΤΣ
ΤΟΤ ΝΙΚΟΜΑΧΟΤ: plane quale
est in argenteo meo, cujus adver-
sa facies exhibet *Naturam multi-*
mammiam, utraque manu fructus
gerentem, cum inscriptione: ΦΡ-
ΞΙΣ ΠΑΝΑΙΟΑΟΣ. Habebat idem
Meierus & argenteum, in quo cap-
ut *Hannibalis* cum hac inscriptio-
ne: — ILLE HANNIBAL, de-
trita priorie illius parte. Ejusdem
caput e nummo argenteo tetra-
drachmo exhibent *Imagines Ursini*
num. 63. una cum litteris *Punicis*,
nomen ejus, (ut aiebat, cujus is
nummus fuit: *Petrus Contarenius*)
exponentibus. Duas quoque gem-
mas, in quibus *Annibalis* pueri effi-
gies exstat, laudat *Faber* in *commen-*
tario: vide infra ad cap. 2, 4. *Bo-*
fius.



Apud Fulvium Ursinum
in numismate Argenteo

1. Hani.

nemo dubitat, + ut populus Romanus omnes gentes virtute superarit, non est inficiandum, 5 Hannibalem (tanto) praestitisse ceteros imperatores prudentia, quanto populus Romanus antecedit fortitudine

cun-

1 *Hannibal Hamilcaris F.*] Sic plane verus Inscriptio, quam laudavimus ad 22, 1, 1. Et cum adspiratione nomen Hannibalis etiam scriptum reperitur in duobus lapidibus apud Gruterum, pag. 114. 10. & p. 406. 7. & apud Frontinum, eamque scripturam probat & Eutyckus Grammaticus, Dausquius ad 1, Sillii pag. 23. laudatus. Ceteri Latinorum fere omittunt adspirationem: nisi quod ea in manus. eodd. aliquando reperitur, ut apud Justinum 19, 2, 2. in visis Bongarsio. Graecis quoque ἀνιβαρ est cum spiritu leni. Adspirationi tamen favet origo vocis, est enim haud dubie אַנְיָ & אַנְיָ quasi tu dicas gratiam Domini, ea forma, qua אַנְיָ & אַנְיָ est אַנְיָ, Hanniel, Numer. xxxiv. comm. 23. quod exponunt gratiam Dei. Dausquius Hannibalem interpretatur gratiosum apud Belum, & hevat nihilominus; aitque secum esse infinitatem prope veterum nummorum atque inscriptionum. Vellem adduxisset aliqua ex illis monumentis, aut saltem indicasset. nam mihi quidem nulla hucusque observata, praeter unam inscriptionem Africanam, Bochardo de colon. Phoenic. 1. 24. laudatam, in qua legitur Azrubal Suffes, Annibalis filius. Bofius. Vide ad Hamilc. cap. 1.

2 *Karthaginiensis.*] Addebat Erastianus, sequitur. quod glossema puto inepti librarii, qui verbum desiderari existimabat, cum tamen

pari modo & alibi noster loquutus sit. vide ad 2, 1, 1. Bofius. Carthaginiensis abest meo Leidensi.

3 *Quod nemo dubitat, ut populus Rom. Graec.*] Mirum, inquit Lambinus, loquendi genus. Cur non ita dixit potius. Si verum est, quod n. d. populum R. o. g. virtute superasse? Verum tamen nihil mutandum, Sic enim veteres interdum loquebantur. Quod verum est. Nam sic plane Varro de re rustica 1, 2. Verum dicit, ut ille hoc scripserit. Cicero pro Sex. Roscio. c. 40 Non est verisimile, ut Chryfogonus horum litteras adamarit. Plinius Panegy. cap. 8, 6. An dubium est, ut dare non posset imperium imperator? Quae loca, & his similia alia jam adnotarunt Mariangelus a Fano Benedicte in Aulario ad Grammaticam philosoph. epistula 6. & clariss. Vorstius libro de Latinitate falso suspecta, cap. 24. Ceterum in Mf. Boecl. erat, si verum & quod n. d. Bofius. Voss. B. si verum, quod nemo dubitat. De conjunctione Ut ab optimis & sequioris aevi scriptoribus pro infinitivo cum Acc. constructo adhibita consule Cl. Vorstium ad Justinum lib. 3. cap. 6. n. 10. Munckerm ad Hyginum fab. 63. & ad fab. 139. & Tib. Wopkens lib. 3. Lect. Tullian. cap. 12. pag. 302, & 303. De verbo dubitare cui Accusativus casus Pronom. num hoc, id, quod adjici solet, cl. Perizon. ad Sanctii Minervam lib. 3. cap. 3. n. 47. & Celeb. Burm. ad Quintilian. lib. 12. Instit. Orator. cap. 1.

4 *Ut pop. Rom. omnes gentes vir-*
tute

2 cunctas nationes. Nam quotiescunque cum eo congressus est in Italia, semper discessit superior. 1 Quod nisi domi civium suorum invidia debilitatus esset: Romanos 3 videretur superare potuisse. Sed multorum

vute superavit] Victus enim praelio quidem nonnunquam, bello vero nunquam, ut ait *Caecilius* apud *Nomium*. Schottus. *Virtutem* autem intellige bellicam, h. e. fortitudinem, ut passim apud veteres, quod si animadvertisset vir doctus, non objecisset, opinor, Nepoti *Ciceronem*, tanquam in dubium vocantem, quae hoc loco de Romanis adfirmantur. *Bosius*.

5 *Hannib. tanto praestit. ceteros imperatores*] Quod quoque fuit iudicium *Pescenni Nigri*. Nam quos alii *Scipiones* extulerunt; existimavit felices illos fuisse magis, quam fortes. *Aelius Spartianus* in *Nigri* vita 11. *Nec alias fabulas unquam habuit, nisi de Annibale, ceterisque talibus. Denique cum Imperatori facto quidam Panegyricum recitare vellet, dixit ei, Scribe laudes Marii, vel Annibalis, vel alicujus Ducis optimi vita functi, & dic quid ille fecerit, ut eum nos imitemur.* *Gebhardus*. Ipse *Hannibal* maximum imperatorem *Alexandrium Magnum*, *Pyrrhum* secundum, tertium seipsum esse dixit; apud *Livium* 35, 14. & *Appianum Syriacis* p. 91. Vide & *Lucianum* in *dialogis mortuorum* pag. 246. & *seqq. edit. Salmurienfis*, ubi de praestantia bellica *Alexander*, *Hannibal* & *Scipio* inter se contendunt. *Laudem Hannibalis* habes apud *Livium* 28, 11. (qui & ingenium ejus 21, 4. eleganter depinxit) itemque apud *Diodorum* ac *Dionem* locis modo laudatis. Ceterum a *Msc. Boecl.* tanto aberat. non male. nam sic &

alii loquuti. quare uncis inclusi. In q. edd. est *antecedebat*; credo, quod *Probus* harum vitarum auctor habebatur. *Bosius* *Leid. m. Voff. A. B. C. antecedit. Tanto* exhibent *Codices Leid. m. & Voff. A. C. Praestare* pro antecellere cum quarto casu *Noster* non tantum, sed & alii construere solent. *Confule cl. Burm. ad Quinctilian. Declam. 2. cap. 8.*

1 *Quod nisi*] V. *Ind. quod. Bosius. Mox pro Quotiescunque Voff. A. B. C. quotiescunque. Pro congressus Voff. C. aggressus. Est abest Voffiano B.*

2 *Nisi domi civium suor. invidia deb. est.*] Idem ipse apud *Livium* 30, 21. fatetur: *Vixit Annibalem non pupulus Ro. toties caesus fugatusque, sed Senatus Carthaginiensis obrehtatione atque invidia.* *Justinus* 38, 4, 6. *Annibalem sexdecim annis Italiae victorem immoration: & quin ipsam caperet urbem, non Romanorum illi vires obtitisse, sed domesticae aemulationis atque invidiae studium.* *Geminum* quid apud *Silium Italicum* lib. 17. *Hoc est, magnos viros, ob formidolosam eorum vim & fortunam, per invidiam parto jam decori abstrahere, uti Tacitus de Germanico A. 2, 26, 8. prodit. De qua re ipsa infra Auctor. (cap. 7, 4.) Loccenius.*

3 *Vidretur.*] Nam per *Hispanias* in *Galliam* ac *Italiam* contendens, tribus praeliis *populum Romanum* superavit ad *Ticinum*, ad *Trebianum Flumen*, & *Trasymenum lacum.*

obtrectatio devicit unius virtutem. Hic autem vel-
ut hereditate relictum odium paternum erga Ro-
manos sic confirmavit, ut prius animam, quam id,
deposuerit: qui quidem quum patria pulsus esset, &
alienarum opum indigeret, nunquam destiterit ani-
mo bellare cum Romanis.

CAP.

Liv. 20. Flor. 2. cap. 6. Appianus
de Reb. Hannibal. Polyb. lib. 3.
Silius Italicus lib. 4. cum seqq.
Plinius lib. 33. cap. 50. Eutrop. 3.
Oros. lib. 4. cap. 14. & 15. *Ernstius.*
Sic opr. liber Boecl. nec video cur
mutari debeat. Ut in aliis lectum
hucusque fuerit: videtur, fecit com-
pendium scripturae, videtur. Sic
enim in Mss. exarari vox isthaec
solet. *Bosius.* Omnes mei *videre-
tur.*

1 *Hereditate relictum odium pater-
num]* Adeo, ut, referente Seneca
loco cit. §. 5. dixerit, cum fossam
sanguine humano (forte Romano)
plenam vidisset: O *furnosum specta-
culum.* *Ernstius.* Hunc praecipue
Catulum leoninum in perniciem
Rom. imperii alebat Amilcar, ut
ipse dicere solitus est. vide *Paler.*
Max 9, 3. *ext.* 2. Et hanc fuisse cau-
sam tradit *Justinus* 29, 1, 7. cur in
minori aetate dux Annibal consti-
tueretur, non penuria seniorum,
sed odio Romanorum, quo imbu-
tum a pueritia sciebant. *Locecius.*
Ut amicitiarum; ita & odii atque
inimicitiarum hereditatem cernunt
liberi. Solet autem hereditarium
odium duplo acrius esse, quam si
a se solo ortum duxisset. *Patercul-*
lus 1, 1, 2. *Agamemnon* mox scelere
patris Aegisthi, hereditarium exercentis
in eum odium, & facinore uxoris
oppressus, occiditur. *Diodorus* 16. κα-
τα τὸν Μάξιμον πατέρα

ἔχθραν διαδέχουσι, καὶ Ἰννέσι-
ος τὸν διαδοχὴν ἀντιθέτοισιν ἔχων. *Ta-
citus* 16, 28, 2. *Paconium Agrippinum*
paterni in principes odii heredem nunc-
cupat. Ipse Annibal apud *Livium*
35, 19. *Odi odioque sum Romanis. Id*
me verum dicere pater Hamilcar & DI
testes sunt. *Gebhardus.* Nicander a-
pud *Livium* 35, 12. *natum adversus*
Romanos hostem vocat. De Hamil-
caris erga Rom. odio vide 22, 4, 3.
Bosius.

2 *Confirmavit]* Q. ed. *conservavit.*
Bosius. Pro *hic* *Leid.* m. *Hinc* pro
confirmavit *Voss.* A. B. C. *conserva-*
vit. pro *cum patria* *Voss.* B. *cum pri-*
mo patria. *Animo bellare,* est,
proposito, spe, desiderio, opinione
bellare. Vide *Vorstium* ad *Justinum*
lib. 12. cap. 3. n. 2. item *Wasse &*
Corrium ad *Sallust.* B. *Jugurth.* c.
20. n. 6.

3 *Philippum]* *Demetrii Macedo-*
num regis filium, de quo *Justinus*
29, 3. & *epitome Livii* 29, & 31. & in
Fastis anno V. C. 1011. *Schottus.*
Ejus stemma ponit *Plutarchus* in
Paullo Aemilio. *Magius.* Pro *omit-*
tam *Voss.* C. *omittam.*

4 *Quem absens hostem reddidit Ro-*
manis] *Observat Magius,* aliter haec
narrare *Justinum* 29, 4, 2. quod ve-
rum est. Ait enim, *Philippum le-*
gatum ad Annibalem juncturae socie-
tatis gratia *mississe.* idque & *Livius*
tradit 23, 33. Neque tamen idcir-
co non ad stipulatur *Nostro.* nam

CAP. II.

INam ut omittam ³ Philippum, ⁴ quem absens hostem reddidit Romanis: omnium his temporibus potentissimus Rex ¹ Antiochus fuit. ² Hunc tanta cupiditate incendit bellandi, ut usque a rubro mari arma conatus sit inferre Italiae. ad quem quum ³ legati

ve-

potuit nihilominus Philippus ab Hannibale insignari ante, quam ad eum mitteret. Nec magis adversatur *Florus* 2, 7, 4. Cum nostro autem plane facit, quod apud *Livium* 33, 49. Legati Romani in senatu Carthaginensi exponunt, *compertum patribus Rom. esse, Philippum regem ante ab Hannibale accensum maxime, bellum populo Rom. fecisse.* Formulam federis cum Philippo sanciti habes apud *Polybium* 7, 2. *Bosius.* Pro omnium h. t. *Voss. C. omnibus h. t.*

¹ *Antiochus*] Qui primum *Hierax* a rapacitate, deinde *Magnus* dictus est. *Lambinus.*

² *Hunc tanta incendit cupiditate bellandi*] Nempe, postquam domo profugus ad eum pervenisset. nam quod jam ante cum Antiocho societatem iniisse dicebatur, id ab aemulis illius confictum fuisse, *Justinus* 31, 9, 1. clare significat. nec dissimulant, qui Antiochi cum eo colloquia narrant, reliqui. vide *Livium* 34, 60 & 36, 7. *Appianum Syriac.* pag. 89, 90. *Plutarchum Flaminio* pag. 380. *Florum* 2, 8, 5. *Justinum* 31, 3, 5. *Zonaram* tomo 2. pag. 102. Legati Romani cum, apud *Livium*, *compertum sibi ajunt, ab eo litteras nunciosque ad Antiochum profectos*, causae inserviunt, finguntque fortean, quod nunquam factum

erat. Fuisse tamen, qui acie victum a Scipione, extemplo ad Antiochum profectum traderent, *Livius* refert 30, 37. *Bosius.*

³ *Legati Rom. venissent &c.*] De hac legatione, ejusque causa & gestis, videndi *Polybius* 3, 11. *Livius* 35, 13. & deinceps: *Appianus Syriac.* pag. 91, 92. *Justinus* 31, 4. *Frontinus* 1, 8, 7. *Zonaras* pag. 102. qui tamen non parum a se invicem discrepant. *Bosius.*

⁴ *Qui de ejus voluntate explorarent*] & apparatus regis specularentur, ut inquit *Polybius (l. c.)* & *Justinus* 31, 4, 4. *Magius.* Vides legatos sub specie amicitiae vel faciendae vel propagandae saepius venire perscrutatam consilium, conatus & apparatus nostros. *Justinus* 21, 6, 1. *Carthaginenses mittunt ad speculari Alexandri Magni animos, Hamilcarem cognomento Rhodanum, virum scilertia, facundiaque praeter caeteros insignem.* *Polyaenus* lib. 5. *Μίμνως ὄντι διμύσῳ Ἀντικῶν τῶ Βασίλειου τυχεύοντες βασιλέως καταβῆναι τὰ μυστῆρα ἢ τὰ πρῶτον ἢ τὸ ἐπιπέπρωτον, ἵππεδον Ἀργυρίδην Βουλῆταιον ὄντι τυχεύοντες, ποσειδῶντος ἀπὸς Ἀντικῶνα, ὡς ἰσχυρῶς κινῆσαι διὰ τὸ ἐπιπέπρωτον.* Neque aliter *Laelius*, ad Syphacem profectus, quosdam ex tribunis & centurionibus per speciem servitutis ac ministerii exploratores secum duxit. Vide *Front-*